ARISTOCRATIA
ECCLESIATICA
CARDINALIVM
SANCTÆ ROMANÆ
ECCLESIÆ.

Digitized by Google

FASTI CARDINALIVM OMNIVM SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ

CVM STEMMATE GENTILITIO
cujuſque Cardinalis, ac lemmate ex ſacris paginis deducto,
geſta annuente illius Cardinalis.

Cum Indicibus Pontificum, PſeudoPontificum Cardinalium, PſeudoCardinalium tàm per nomina propria, quàm per cognomina familiarum: ac Rerum Notabilium, in quibus plura ſupplentur, & corriguntur omiſſa in corpore huius Operis.

EMINENTISSIMO CARDINALI
IN ECCLESIA PRINCIPI
GASPARI CARPINEO
ROM. PONTIFICIS VICARIO.
DICATI.

AUCTORE

IO: PALATIO I. V. D.

Collegiatæ S. Mariæ Matris Domini Plebano, & Archipresbytero ejuſdem Congregationis, Ducali Canonico, in Veneto Lycæo Iuriſprudentiæ, ac Patauij olim Sacrorum Canonum Publico Profeſſore, S. C. Maieſtatis Hiſtorico, Conſiliario, &c.

OPERIS
VOLVMEN PRIMVM.
A Sancto Petro Apoſtolorum Principe uſque ad Innocentium VI. Rom. P. CIC.

VENETIIS, M. DCCIII

Expenſis Gaſparis Bencardi Bibliopolæ Auguſtani.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

II

Digitized by Google

Eminentiſsimo Principi
S. R. E. Cardinali
G A S P A R I
C A R P I N E O.

PVrpura iuxta Purpuram, PRINCEPS EMINENTISSIME, dijudicatur ut tamquam in ſpeculo alienæ virtutis, vitam comparent Eccleſiaſtici. In templo Iovis Capitolini breve cum eſset laneſtre purpureum, ad quod matronæ, Aurelianus ipſe Imperator ſi jungeret purpuras ſuas, cętera cineris ſpetie decolorari videbantur, divini experimento fulgoris: odioſa ne fiat comparatio Purpuræ Tuæ; ei non præſentium, ſed præteritorum purpuras necto, ea admiratione, quod illæ evaneſcant ut lana tincta fuco, quæ longè à purpura placet; at ſi cum oſtro contuleris, etiam Lacęnæ conſpectu obruatur melioris. Tu enim Speculum, quod nulli fallax; reddens cuique ſuum, & minima reddis. Tu Purpura, & Conchilium, in quo margarita pretioſa, cujus pretium, Candor. Non enim cenſus, & clarum nomen Avorum, ſed probitas Magnos ingeniumque facit. Tu ſpeculum, quod dum Baſiliſci venena retorques;

Digitized by Google

concidunt exanimes funere belvæ ſuo. Tu Purpura, quæ merito fulta non ambitu, virtutem librat non ſanguinem. Tu Speculum, quod quantum à Sole recepiſti ſuperno, tantumdem obſequio reddidiſti gratus experimento virtutis & teſtimonio pietatis; ſingulis adeo intentus, quaſi vaces à cunctis: omnibus attentus, quaſi vaces à ſingulis. Volumen offero, in quo Purpuratorum turba circumſtans, quocumque vertat, Te ſemper vigilantem inveniat. Hoc tibi gaudium, quod cunctis Purpuratorum manipulis ſupereminens, Cœlo volveris aulico ſed numquam retrogradus. Talis Tibi animus, qualis Mundi ſtatus ſuper Lunam: ſemper illic Serenum. Eodem modo Mens Tua, quieta ſemper, & in ſtatione tranquilla nec in nubem cogitur, non in tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem, omni caret tumultu. Magno licet ſe corpore miſceat, & Mens agitet molem regiminis; ſublimis animus, ſiſtemmate collocatus tranquillo, intra ſe præmens quibus ira contrahitur, modeſtus exurgit venerabilis, & compoſitus. Ex quo Eccleſiæ Te dedicaſti Romanæ, Tibi eripuiſti; & ſyderum more, quæ irrequieta ſemper explicant curſum ſuum, nullibi Tibi conſiſtere licet, non ſubſiſtere, nec quicquam tuum facere. Omnium Domos Tua defendit vigilia: omnium otium, Tuus labor: omnium vacationem induſtria & occupatio Tua. Vna ex urbe Orbem quatiens & movens, parvo motu flectens & regens

STABILISQVE MANENS DANS CVNCTA MOVERI.

Dei ProDeus CLEMENS: Tu CLEMENTIAE VICARIUS. Iuſtitia plena eſt dextera Tua. De Te, qui Terris dominatur & Aſtris: EGO DORMIO, ET COR MEVM VIGILAT. Degens in excubijs. VIGILAT AD FORES MEAS QVOTIDIE, ET OBSERVAT AD POSTES OSTII MEI, juſta conſolans miſericordia, & pia ſæviens diſciplina. Lege itaque & corrige; ut ſit premium non vile laboris. Aſpice, ut aſpiciar; accepto namque lumine ſplendeam: & ſudor ibit in pretium.

Servus Humillim. Obſequentiſs. Devotiſs.

Ioannes Palatius.

Benigno Lectori.

A Petri Monarchia in Ariſtocratiam deſcendimus Apoſtolorum, tantorum membrorum ſemper connexo capite; ne monſtruoſum exponamus figmentum, ſi uni corporei plura capita, vel exanime corpus, ſi exciſo capite. *Rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua: Tu autem converſus confirma fratres tuos.* Ut ab uno edocerentur cæteri; & cæteros unus inſpicere, ac confirmare ſuperno teneretur decreto. Rebeccæ in utero, hoc eſt Eccleſiæ ſi quandoque Iacob iurgantur & Eſau; unam ſuſpice matrem, quæ haud filios comprimit, ſed patienter ſuſtinens, tempus putationis expectat; vt dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet Scientiam. [*Oratione cont. gentes.*] Fidei quæſtiones ſi moveri contingat; ne per ſententiarum diverſitatem unitas ſcindatur Eccleſiæ, per unius ſententiam veritas declaratur. *Pugnantia* (S. Athanaſ.) *& contraria ex ipſa natura in unum non coaleſcerent; niſi præſtantior aliquis eſſet, & dominus, qui ea coniungeret; cui & ipſa elementa tanquam ancillæ domino ſuo obſequentes cedant, & obtemperent. Non enim ſingula ad ſuam ipſorum naturam reſpectantia cum alijs depugnant, ſed eum qui ita coagmentavit, dominum agnoſcentia, concordiam inter ſe fovent, & naturaliter quidem inter ſe contraria, gubernatoris tamen voluntate in amicitiam conciliantur.* Caput itaque Eccleſiæ unum, Principem unum veneramur, Paſtorem ſequimur, doctorem colimus, oſtium ingredimur; Pro Deum adoramus. Quid inde? ut Capiti membra connectas, Principi miniſtros adjungas; milites Duci centuries; Paſtori gregem congreges; diſcipulos Doctori adducas, Oſtium cardinibus fulcias; Pro Deum Angeli circumſtent. Licet enim a ſolo capite dirigatur corpus; membris tamen innitur. Damus Capiti principem locum; ſed manus vel pedis illud non uſurpat officium. Stat cuique gradus, onus, & locus harmonicè quidem; aliàs corporis ſolveretur compago, Microcoſmi deformaretur ſtructura. Planetarum Regem Solem Natura ſuperimpoſuit; ſed eo ordine ut Aſtra, quæ alieno lumine radiant, non tam ad ornatum, quàm ad complementum ſiſtemaris plaſmaverit fabrefactor æternus. Petrum ut Solem Chriſtus fulgere voluit inter aſtra majora; ita tamen ut ad ſpetiem Cæli Eccleſiaſtici eſſet etiam gloria Stellarum. Sedet Petrus tanquam Sol: Stellæ Apoſtolicæ in arundineto diſcurrunt; & ſine Apoſtolorum injuria, dum Petrum ſuſpicis, Regem habes; cujus Monarchia ad ſucceſſores tranſmiſſa ſtabit in loco Sancto, & tunc deficiet cum venerit, qui revelabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Monarchiæ Petri Ariſtocratiam adjungimus Apoſtolorum, ac diſcipulorum Chriſti, quorum ſubſellia hodierni occupant Cardinales: *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu* [*Epheſ. 2.*] Clauum & Claves ſolus quamvis Petrus directe receperit, pondus tamen haud ſolus ſuſtinet: Orbem namque, ſolius Dei & Hominis fuit, ligno Crucis fulcire ruentem. *Vnus non ſufficit* (inquit Philo) [*De Creatione Principis.*] *quantumuis alacer, fortiſque corpore ſimul atque animo, in tanta mole negotiorum, ac multitudine, quotidie alijs affluentibus ſuper alia: proinde aſſumendi ſunt Optimates electi, ſpectata prudentia, fortitudinis, juſtitia, pietatiſque incorrupti, & ante omnia infenſi ſuperbiæ: nam hujuſmodi viri maxime idonei ſunt ad ſublevandum ope ſua bonum, honeſtumque Principem.* Altera die cum ſediſſet Moyſes, *ut judicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi, a mane uſque ad veſperam. Hæc cum vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait: quid eſt hoc, quod facis in plebe? ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane uſque ad veſperam? Cui reſpondens Moyſes:* [*Exodi 18 n. 17*] *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei. Cumque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos. At ille: Non bene facis: ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: ultra vires tuas eſt negotium; ſolus illud non poteris ſuſtinere. Audi verba mea atque conſilia: & erit Deus tecum. Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum; oſtendaſque populo cæremonias, & ritum colendi, viamque, per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios & decanos, qui judicent populum omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referatur ad te: & ipſi minora tantumodo judicent.* Sic Petrus pondere fatigatus Eccleſiæ, impotens ſolus terram ſuſtinere cadentem, petram ſuam Lino fulcivit & Cleto, quos Coepiſcopos & Cooperatores adſcivit Euangelij; vt & Epaphroditum Paulus, Philippenſium Apoſtolum, Apoſtoli conſortem, commilitonem: *Dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in unitatem fidei.* Sciagraphia hæc Ariſtocratiæ Eccleſiaſticæ, quæ ſub uno capite conquieſcat; [*Epheſ. 4.*] cuius ſit, ſolius virtutis exiſtimatione non ſolos Lacedemonas, ſed & Arabes, Perſas, Elamitas in Senatum traducere. Quandoque aberrantem excuſa: licet enim Chriſtus procacem fœminam, ac matrem filiali dilectione deceptam, dexteram atque ſiniſtram Zebedæi filijs poſcentem in regno Dei; quomodo repellas, exemplo fuerit. *Omnis tamen homo mendax.* [*Pſal. 115.*] *Si dixerimus* (inquit Joannes Apoſtolus Euangeliſta, cum toti Aſiæ præſideret dilectus Chriſti) *quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Qui omnia videt ac præuidet, cum Cardines ſuæ præelegit Eccleſiæ, & inter eos Judam; [*1. Epiſt. 1. n. 8.*] proditorem ſane prævidit, nec tamen prævidendo declinavit: quaſi ſuos vindicaret Vicarios, quibus providentia non prævidentia permiſſa, indulge, ſi homines quandoque promoverint.

Romanorum itaque Pontificum Monarchiam, quæ voluminibus quinque digeſta & typis data ſub Alexandro VIII. denuò Auguſtæ Vindelicorum Torcularia fatigat, Cardinalium Ariſtocratia compleat; atque in ea ne mireris, ſi viventibus Petro, Lino, Cleto, Clemente Cardinales exponimus: ſine Cardinibus namq; numquam conſtitit oſtium Eccleſiæ. Mutantur nomina non Officia & dignitates; & quum Sacramenta de latere fluxerunt Chriſti morientis; collectores adſtitère diſcipuli, qui petentibus adminiſtrarent. Tanti operis directores noſtros, habuimus oppido Ciaconium, Panvinium, Baronium, ſed Magiſtros nacti Romanos Pontifices in ſuis diplomatibus, atque Eccleſiam univerſam in Concilijs Generalibus, vel Provincialibus Diœceſanam, centenos offendimus Ciaconio incognitos & Panvinio; quorum nomina, cum geſta antiquitas obruat, ſub eorum promotoribus repoſuimus; occaſio forſan & lumen, unde diligentiores Hiſtorici eorum faſtos inquirant. Liuor porro faceſſat & invidia; non ex opinione vel contentione, ſed ex antiquitatis lectione, vel diligentiori facti inquiſitione Lector levi calamo, non ſtylo corrigat ferreo. Si quid in hiſce lucubrationibus, veri comprehenderit; ut meum non uſurpo; ſed intelligendo & amando (cum D. Auguſtino) Lectoris [*Lib. 3. de Trinitate.*] erit atque Scriptoris. Si quid autem falſi convicerit, errando Scriptoris fuerit; modo cavendo, non Lectoris non Scriptoris proprium, caute ſubterfugiamus unanimes.

Index

INDEX
Nomina Romanorum Pontificum, Ordine Alphabetico.

		Tomo	Pagina
14	ABundius Eleuther.	1	2
78	Adeodatus,	1	30
58	Agapetus. I.	1	23
132	Agapetus II.	1	51
80	Agatho	1	31
7	Alexander. I.	1	2
156	Alexander. II.	1	73
170	Alexander. III.	1	297
181	Alexander. IV.	1	476
206	Alexander. V.	2	157
216	Alexander. VI.	2	452
239	Alexander. VII.	2	299
243	Alexander VIII.	5	1
5	Anacletus. I.	1	1
40	Anaſtaſius. I.	1	10
51	Anaſtaſius. II.	1	18
123	Anaſtaſius. III.	1	50
168	Anaſtaſius. IV.	1	275
12	Anicetus,	1	2
20	Antherus.	1	3
63	BEnedictus. I.	1	25
82	Benedictus. II.	1	33
106	Benedictus. III.	1	45
129	Benedictus. IV.	1	49
134	Benedictus. V.	2	54
137	Benedictus VI.	1	55
138	Benedictus. VII.	1	55
146	Benedictus. VIII.	1	58
148	Benedictus. IX.	1	60
194	Benedictus. X. Dictus. XI.	1	567
197	Benedictus. XI. Dictus. XII.	1	629
43	Bonifacius. I.	1	12
56	Bonifacius. II.	1	21
67	Bonifacius. III.	1	29
68	Bonifacius. IV.	1	29
70	Bonifacius. V.	1	29
114	Bonifacius. VI.	1	49
137	Bonifacius. VII.	1	55
193	Bonifacius. VIII.	1	548
203	Bonifacius. IX.	2	109
19	CAjus.	1	5
17	Calliſtus. I.	1	3
162	Calliſtus. II.	2	155
211	Calliſtus. III.	1	291
19	Calpurnius Pontianus	1	3
121	Chriſtophorus.	1	50
4	Clemens. I.	1	1
150	Clemens. II.	1	61
174	Clemens. III.	1	363
183	Clemens. IV.	1	495
195	Clemens. V.	1	572
198	Clemens. VI.	1	635
221	Clemens. VII.	1	717
233	Clemens. VIII.	3	715
240	Clemens. IX.	4	359
241	Clemens X.	4	375
245	Clemens XI.	5	220
3	Cletus.	1	1
44	Celeſtinus. I.	1	11
165	Celeſtinus. II.	1	235
175	Celeſtinus. III.	1	378
179	Celeſtinus. IV.	1	454
192	Celeſtinus. V.	1	536
59	Celius Silverius.	1	23
13	Concordius Soter.	1	2
84	Conon	1	33
89	Conſtantinus.	1	35
22	Cornelius.	1	4
38	DAmaſus. I.	1	9
151	Damaſus II.	1	61
69	Deus dedit.	1	29
26	Dionyſius.	1	5
79	Donus. I.	1	30
136	Donus II.	1	55
6	EVariſtus.	1	2
76	Eugenius I. per errorem omiſſus à Tipograffo qui Cardinales non Creuit Eligitur die 13. Novembris Anno 654. obiit 2. Junnii 655.	1	30
101	Eugenius. II.	1	42
167	Eugenius. III.	1	258
209	Eugenius. IV.	2	215
32	Euſebius.	1	6

		Tomo	Pagina
18	Euthychianus:	1	5
21	FAbianus.	1	3
27	Felix. I.	1	5
49	Felix. II.	1	14
55	Felix. III.	1	21
113	Formoſus.	1	48
50	GElaſius. I.	1	15
161	Gelaſius. II.	1	152
65	Gregorius. I.	1	26
90	Gregorius. II.	1	35
91	Gregorius. III.	1	36
103	Gregorius. IV.	1	43
141	Gregorius. V.	1	56
149	Gregorius. VI.	1	60
157	Gregorius. VII.	1	90
173	Gregorius. VIII.	1	361
178	Gregorius. IX.	1	438
184	Gregorius. X.	1	495
201	Gregorius. XI.	2	17
205	Gregorius. XII.	2	144
228	Gregorius. XIII.	3	535
231	Gregorius. XIV.	3	698
236	Gregorius. XV.	4	87
97	HAdrianus. I.	1	40
108	Hadrianus. II.	1	46
19	Hadrianus. III.	1	48
169	Hadrianus. IV.	1	279
186	Hadrianus. V.	1	506
220	Hadrianus. VI.	1	671
10	Higinus.	1	2
47	Hilarius.	1	19
71	Honorius. I.	1	29
163	Honorius. II.	1	173
177	Honorius. III.	1	428
190	Honorius. IV.	1	526
53	Hormiſda.	1	20
41	INnocentius. I.	1	11
164	Innocentius. II.	1	189
176	Innocentius. III.	1	392
180	Innocentius. IV.	1	456
185	Innocentius. V.	1	504
199	Innocentius. VI.	1	670
204	Innocentius. VII.	2	125
215	Innocentius. VIII.	2	429
232	Innocentius. IX.	3	710
238	Innocentius. X.	4	247
242	Innocentius. XI.	4	419
244	Innocentius. XII.	5	110
54	Ioannes. I.	1	21
57	Ioannes. II.	1	22
62	Ioannes. III.	1	25
72	Ioannes. IV.	1	29
83	Ioannes. V.	1	33
86	Ioannes. VI.	1	34
87	Ioannes. VII.	1	34
109	Ioannes. VIII.	1	47
118	Ioannes. IX.	1	49
125	Ioannes. X.	1	50
128	Ioannes. XI. dictus. XII.	1	51
133	Ioannes. XII.	1	52
135	Ioannes. XIII.	1	54
139	Ioannes. XIV. dictus. XV.	1	55
140	Ioannes. XV. dictus. XVI.	1	55
143	Ioannes. XVI. dictus. XVIII.	1	57
144	Ioannes. XVII. dictus. XX.	1	57
147	Ioannes. XVIII. dictus. XXI.	1	58
187	Ioannes. XIX. dictus. XXI.	1	507
196	Ioannes. XX. dictus. XXII.	1	590
207	Ioannes. XXI. dictus. XXIII.	2	160
36	Iulius. I.	1	7
218	Iulius. II.	2	517
223	Iulius. III.	3	267
124	LAndo.	1	50
46	Leonardo. I.	1	13
81	Leo. II.	1	33
98	Leo. III.	1	41
105	Leo. IV.	1	44
120	Leo. V.	1	49
126	Leo. VI.	1	50
129	Leo.	1	51
152	Leo. VIII. dictus. IX.	1	62
152	Leo. IX.	1	61
219	Leo. X.	1	589
234	Leo. XI.	3	843
37	Liberius.	1	7

		Tomo	Pagina
1	Linus.	1	1
23	Lucius. I.	1	4
166	Lucius. II.	1	247
171	Lucius. III.	1	343
30	MArcellinus.	1	5
31	Marcellus: I.	1	6
224	Marcellus. II.	1	310
35	Marcus.	1	7
110	Marinus. I.	1	52
131	Marinus. II.	1	51
75	Martinus. I.	1	30
189	Martinus. II. dictus. IV.	1	520
208	Martinus. V.	1	182
33	Melchiades. I.	1	6
107	NIcolaus. I.	1	45
155	Nicolaus. II.	1	70
188	Nicolaus. III.	1	508
191	Nicolaus. IV.	1	528
210	Nicolaus. V.	2	277
100	PAſchalis. I.	1	42
160	Paſchalis. II.	1	123
95	Paulus. I.	1	38
213	Paulus. II.	2	333
222	Paulus. III.	3	63
225	Paulus. IV.	3	312
235	Paulus. V.	4	1
62	Pelagius. I.	1	24
64	Pelagius. II.	1	25
21	Petrus.	1	1
11	Pius. I.	1	2
212	Pius. II.	2	302
217	Pius. III.	2	515
214	Pius. IV.	3	349
227	Pius. V.	3	488
9	Pontianus Calx.	1	3
116	Romanus.	1	49
	SAbinianus.	1	28
85	Sergius. I.	1	33
104	Sergius. II.	1	44
122	Sergius. III.	1	50
144	Sergius. IV.	1	58
72	Seuerinus.	1	29
34	Silueſter. I.	1	6
82	Silueſter. II.	1	57
48	Simplicius.	1	14
39	Siricius.	1	10
88	Siſinus.	1	34
8	Sixtus. I.	1	2
25	Sixtus. II.	1	4
45	Sixtus. III.	1	13
214	Sixtus. IV.	2	357
229	Sixtus. V.	3	599
24	Stephanus. I.	1	4
93	Stephanus. II.	1	38
94	Stephanus. III.	1	38
96	Stephanus. IV.	1	39
99	Stephanus. V.	1	42
112	Stephanus. VI.	1	48
115	Stephanus. VII.	1	49
128	Stephanus. VIII.	1	51
130	Stephanus. IX.	1	51
154	Stephanus. X.	1	67
52	Symacus.	1	18
9	THeleſphorus.	1	2
78	Theodatus.	1	30
74	Theodorus. I.	1	30
117	Theodorus. II.	1	49
102	VAlentinus.	1	43
15	Victor. I.	1	3
153	Victor. II.	1	67
158	Victor. III.	1	104
69	Vigilius.	1	77
77	Vitalianus.	1	30
28	Vrbanus. I.	1	3
159	Vrbanus. II.	1	105
172	Vrbanus. III.	1	359
182	Vrbanus. IV.	1	478
200	Vrbanus. V.	2	1
202	Vrbanus. VI.	2	39
230	Vrbanus. VII.	3	695
237	Vrbanus. VIII.	4	108
92	ZAcharias.	1	36
26	Zephirinus.	1	3
42	Zoſimus.	1	11

DE ORIGINE CARDINALIVM

LIB. I. CAP. I.

1. ORigo Cardinalium.
2. Cardinalis nomen Sub Sylveſtro 1. recurrere incipit.
3. An ſub Pontiano nomen haberetur Cardinalis?
4. Idem quod *primarius*, & n. 15. 26. 28. Cardinalis nomen juris eſt poſitivi,
5. Officium Cardinalis de jure divino.
6. An ſtent loco Sacerdotum generis Levitici?
7. Epiſcopi dicuntur *Fratres* Rom. Pontificis quam ampla eorum poteſtas. 20. 24.
8. Origo Cardinalium, ut baptizarent fideles, mortuos ſepelirent.
9. Cardinales in Conſiliarios aſſumuntur à Papa.
10. An jurent Papæ fidelitatem?
11. Quando cæperunt equo incedere & rubro uti pileo?
12. An Cardines ſint Orbis Terræ? Ex iis ſolummodo aſſumitur Papa.
13. Cardinales tolli poſſunt à Papa, non Epiſcopi.
14. Cardinales ut Cardinales non habent locum in Conciliis.
15. Cardinalatus nomen Commune erat omnibus Eccleſiis.
16. Nomen Cardinalis factum eſt proprium Eccleſiæ Romanæ.
17. An major Epiſcopus Cardinali?
18. Epiſcopi ſtant loco Apoſtolorum.
19. Epiſcopi non aſſumebantur in Cardinales. 23.
20. Papa ſe Epiſcopum dicit: fratres appellat Epiſcopos: filios Cardinales. 24.
21. Epiſcopi in Subſcribendo, Cardinalibus prælati.
    In Conciliis titulus Cardinalis non conſiderabatur.
22. Archidiaconus an præcedat Archipresbytero?
23. Diaconorum ſuperbia volentium præcedere Præsbyteris.
24. Cardinales quando cæperunt præcedere? Epiſcopis in conciliis: quo titulo præcederent?
25. Cardinales an præcedant jure poſitivo, vel divino?
17. An plures Cardinales in eodem titulo?
29. Officia Cardinalium.
30. Epiſcopi non excluſi ab electione Pontificis.
31. Electio Papæ quando devoluta ad Cardiles?
32. Epiſcopis Cardinalibus data electio Papæ.
33. Epiſcopi non Cardinales excluſi ab electione Papæ.
34. Apoſtoli gradatim inſtructi, & promoti ad miniſterium Eccleſiæ.

REm inſequor perdificilem plenam ambagibus teſte (*Polydoro Virgilio l.4.c.9.*) & regnantibus injucundam Familiarum, ac dignitatum eſt vitium; primordia ſua auguſtiora facere, flumina emulando, quæ ex fonte Paradiſi dimanant. Eamdem calcando ſemitam, ſunt, qui originem Cardinalium conſecrare, & ad Deum referre non dubitant, inter quos Andreas Barbatias *tract. Tractatuum tomo 6. p. 16.* Hoſtienſis, Petrus de Aliaco Jo. de Turrecremata, Gerſon, Hieronymus Manfredi, Antoninus Diana, Panormitanus, Perez Guadi ſaluvs de Villadiego *lib. de Cardin.* Eugenius IV. *ep. ad Henricum Arch. Cantuarien. Leo. IX. ep. ad Michaelem*: vel ex Sanctiſſimis Hebraicæ gentis oraculis, originem conantur acceſſere Cardinalium, *Cardines* appellando *Orbis terrarum*, loco ſtare Apoſtolorum; vel Seniorum in veteri Teſtamento, *Numer. cap. 17.* partes eſſe Romani Pontificis: veruntamen cum nominis cognitio maxime conducere voleat; à nomine ſit exordium.

Prima hujus nominis *Cardinalis* mentio, in Synodo occurrit Rom. 11. ſub Silveſtro, An. S. 314. c. 6. *Diacom non eſſent plus per Parochiarum examen, niſi duo: & Diaconi Cardinales urbis Romæ, Septem*. Et in c. 7. *Ita tamen Silveſter clara voce dicebat ad Coepiſco-* Cardinalis Romæ

A

Digitized by Google

piſcopos , ut à Subdiacono uſque ad Lectorem omnes ſubditi eſſent Diacono Cardinali urbis Romæ . Et in epilogo ejusdem Concilii quod etiam refertur *c. præſul 2. q. 5. Preſbyter Cardinalis niſi 64. teſtibus non deponatur : Diaconus verò Cardinalis urbis Romæ niſi cum 27. teſtibus condemnabitur*. Ibi dilligenter obſerva, in hac Synodo nomen Cardinalis non recurrere ut nouvm commentum, ſed priſcum & uſitatum ; quamvis de eo Conſtantinus Imperator in *c. Conſtantinus d. 96.* mentionē faciens eccleſiæ Romanæ , ejuſq; capite Romano Pontifice cum membris ſuis Clericis Romanis , Cardinales non recenſeat : niſi dicas tempore Con- A

2. An de jure divino?

ſtantini, inter Clericos gregatim acceptos fuiſſe Cardinales . Joannes de Selva *part. 1. de Beneſ. tom. 4. Tractat. quæſt. 4. numer. 47.* & Andreas Barbatia, de præſtantia Cardinalium *tom.*

3. *4. Tractat. part. 1. quæſt 1. 0. 5.* .voluerunt ex *Chronica Martiniana* Pontianum Papam introduxiſſe Cardinales; nullo tamen probant fundamento. Jure civili incognitum eſt Cardinalis nomen , & ſolum in Gloſſa legitur *l. breviter ff. de officio Præfecti Prætorio* ubi Cardinales Præfectis Prætorio aſſimilantur . Concordat Alcia- B tus *l. 1. prætermiſſ.* Cardinales opinatus appellatos eadem tempeſtate, quà Conſtantinus Imperator in Oriente conſtituit Præfectos Prætorio vocatos exemplo magiſtratuum Civilium . *In libro Officiorum Theodoſii* , Cardinales dicuntur Præfecti Prætorio Aſianæ diœceſeos, & Præfectus Africæ , quod majores cœteris eſſent ; Hoc citra dubium ; *Cardinalis* nomen in Sacra pagina non reperiri .

4. Cardinalis quid ſignificet?

Quid antiquitus ſignificaret ? Petilianus ille docet Epiſcopus , qui collationi interfuit Ca- C rthaginenſi, tempore B. Auguſtini, cap. 165. *Et quamquàm nobis multitudinem Pax nutriat , & conſervet, illis multitudinem bella conquirant , dum abſentibus nobis , aut in locis , aut in civitatibus noſtris ſicut in diœceſibus paſſim multas imagines erigunt ut numeraſi eſſe videantur ; tamen etſi par ſit utriuſque adverſitatis numerus , major meus debet videri, qui & me abſente perſtitit , atque cum ipſe ſit Cardinalis , atque authenticus , nec æmulatione multiplici ſuperatur* Auguſtinus ipſe *lib. 1. de Bapt. c. 6.* Primarios Donatiſtas *Cardinales* donatiſtas vocat. Idem ſentit Gregorius *lib. 2. ep. 13. ſeu c. 32. ad Agnellum Epiſcopum* . Rectorem proprium cuiuslibet Eccleſiæ, *Cardinales* dicens ; *relatio. &c. illud cauſ. 21. q. 1. Cauſa VII. q. 1. paſtoralis &c. preſbyter 24. d. presbyteri. 79. d. oportebat , & cap. ſequenti cap. diaconus d. 71. fraternitatem 93. dict. à ſubdiacono:* quod contingebat , cum uni gemina daretur eccleſia regenda , in titulum una ; in Commendam altera. Juris ergo *poſitivi* , non *divini* eſt Cardinalatus : neque ordo , vel gradus Eccleſiaſticæ Hjerarchiæ à Chriſto, nec ordini , aut gradui Apoſtolorum ſuccedens, ſicut Epiſcopatus , & Sacerdotium: de ſtatu namque Hjerarchico Eccleſiæ ſunt propriè duo ſolummodo ſtatus Prælatorum , Majorum videlicet , qui ſuccedunt Apoſtolis, ut Epiſcopi , Archiepiſcopi , & Superiores : minorum verò , qui 72. diſcipulorum ſunt ſucceſſores , Prælati dicuntur ſecundi ordinis , quales ſunt Parochi . *XXI. diſt. cap. in novo* . Hinc Damaſus . *cap. Chorepiſcopi d. 68. Non amplius quàm duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognovimus , ideſt duodecim Apoſtolorum , & 70. diſcipulorum : unde iſte tertius proceſſerit ? funditus ignoramus . Et quod ratione caret , extirpari neceſſe eſt* . Epiſcopus dignitatis eſt nomen , Presbyter ætatis , diaconus hoſpitalitatis . *cap. legimus d. 93.*

A Eſto (reponunt qui originem exaltant Cardinalium) nudum Cardinalatus nomen ex jure fuerit introductum Romanorum Pontificum ; eorum tamen poteſtas , & officium à jure divino , ut clarè legitur in *ver. ſunt autem Sacerdotes §. rationibus c. per venerabilem. Tit. qui filii ſint leg. Sunt autem Sacerdotes Levitici generis fratres noſtri , qui in executione Sacerdotalis officii , coadiutores exiſtunt .* Cum ergo Sacerdotes Levitici fuerint de jure Divino; licet Cardinalium nomen in veteri teſtamento non occurrat , eorum tamen officia , ad Deum B referre , non erit injuſtum.

5. Cardinalis ſit de jure divino?

Huic argumento occurrit Andreas Barbatia *n. 7. de præſtantia Card. to. 4 tract. p. 1. q. 1.* inter utramque opinionem nutans negat Cardinales ſtare loco Sacerdotum generis Levitici, ſed Epiſcopos eſſe qui eodem in capite *Fratres* appellantur *c. quamgravi de Crimine fal.* Cardinales autem dicuntur *Filii* Papæ , non *Fratres c. ſiquis epiſcopis §. in gradu filiorum d. 69.* & in c. *Felicis de pœnis in 6.* Epiſcopi cum ſucceſſerint loco Apoſtolorum , *c. in novo §. pari conſortio , honorem, & poteſtatem acceperunt d. 21.* Petro pares quoad Ordi- C nes , & æquales ; propterea in partem vocantur ſollicitudinis . c. *ad honorem de auctor. & uſu pallii* teſte Gloſſa in c. *tempora 26. q. 7.* diminuere valent pœnitentiam injunctam à Papa *arg. l. ſi hominem ff. Mandati* , & in *c. latorem 23. p. 2* Concordat textus in c. *quoniam pœnitet* & in c. *menſura de pœnit.* & Gloſſa in c. *debis d. 50.* & in c. *Deus de pœnit. & remiſſ.* & in cap. *at ſi clerici §. de adulteriis de Judic.* Hinc ſcripſit Baldus *l. omnes populi ff. de Juſtit. & jure.* poſſe Epiſcopum cum cauſa conſtitutiones condere contra Canones: & Domini de Rota *deciſ. 255.* Valet Epiſcopus con- D tra Canones diſpenſare. Quilibet enim Epiſcopus (teſte Speculatore *tit. de leg. § 1. ver. 89.*) in quibuſdam eſt Chriſti Vicarius . *c. mulierem 30. q. 5.* & in c. *ſiquis ſuadente de pœnis in Clementinis verſ. Epiſcopi , dicuntur Sanctiſſimi , Chriſti legati exiſtunt, Spiritales ſunt patres , noſtrique fratres , & Epiſcopi , columnæ comprobantur eccleſiæ.* Idem in cap. *accuſatio 2. q. 7.* Regius Pſalmiſta pſal. 86. cum cecinit *fundamenta ejus in montibus Sanctis* , non de Cardinalibus , ſed de Apoſtolis, & Prædicatoribus , & per conſequens de Epiſcopis, qui locum tenent Apoſtolorum , citato cap. *in novo d. 21.* & c. *fundamenta de elect. in 6.* Veritatem claram faciat ipſorum Cardinalium officium,

6. Dignitas Epiſcopalis

7.

cium,

8. Cardinales cur introducti? cium, & votum, cujus gratia introducti, nempe, teſte Jo. de Selva *q. 4 par. 1. to. 4. Tractat. 2. 47.* Archidiacono *in c. ubi periculum de elect. in 6.* Andrea Barbatia de præſtant. Cardinal. *q. 1. par. 1. tom. 2. Tractat. 2. 21.* Caſſaneis Catalogo Gloriæ Mundi *part. 4. Conſid. X.* cum creviſſet fidelium numerus, ut Pontificem coadiuvarent in baptizandis fidelibus, & mortuis ſepeliendis deſignati ſunt. Hæc Cardinales prima inſtituendi Cardinales cauſa, licet modo officia hæc non exerceant.

Minus obſtare videtur, quod licet ſub nomine Cardinalium non legantur in *Deuteron.* extant tamen ſub nomine *Conſiliariorum*, vnde dicit Hieronymus c. *ecclefia 16.* q. 1. Eccleſia ha-
9. Cardinalium officia prærogativæ. bet Senatum *Presbyterorum*; Si Presbyterorum, non Cardinalium; quia inter Cardinales qui Conſiliarii funguntur officio, plures ſunt, qui nec Presbyteri, nec ſacris initiati. Inſuper quis Cardinalem inter Pontificis Conſiliarios aſſumpſit? Papa jure ergo Pontificio Cardinalis regnat, non divino.

Quod Domini ſint Cardines, & poſuerit ſuper eos Orbem Reg. 2. & ſicut oſtium regitur Cardine ita, & eccleſia Romana conſilio regatur Cardinalium, ut ſcribit Archid. in cap. *ubi periculum cit.* Quod pars dicantur Papatus, Gremium eccleſiæ, & tanquam membra, & pars corporis ipſius Papæ non jurent fidelitatem Pon-
10. Cardin. fidelitatem jurant Papæ. tifici, teſte Io. de Selva *to. 4. Tractatum Legalium par. 1. q. 4. n. 45.* uti tenentur jurare Epiſcopi. *c. ego de jure jurando.* dicas primo mentiri Ioannem de Selva aſſerentem non teneri Cardinales juramentum præſtare fidelitatis Domino Papæ. *Cum enim* (ita in Concilio Baſileenſi ſeſſ. 24.) *recipient Cardinales ſuæ dignitatis inſigna, ſi ſint in Curia jurabunt in publico Conſiſtorio: ſi vero abſentes, in manibus alicujus Epiſcopi, & publice, cui per literas Apoſtolicas, in quibus forma juramenti inſerta ſit, commiſſum fuerit, in hunc modum. Ego N. nuper aſſumptus in S. R. E. Cardinalem ab hac hora in antea fidelis ero B. Petro, univerſalique ac Romanæ Eccleſiæ, & Summo Pontifici, ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, laborabo fideliter pro defenſione fidei Catholicæ extirpationeque hæreſum, & errorum, ac Schiſmatum, reformatione morum, ac pace in populo Chriſtiano. In alienationibus eorum, & bonorum Eccleſiæ Romanæ, aut aliarum eccleſiarum & beneficiorum quorumcumque non conſentiam, niſi in caſibus à jure permiſſis, & pro alienatis ab Eccleſia Romana recuperandis, pro poſſe operam dabo, Non conſulam quicquam Summo Pontifici, nec ſubſcribam me, niſi ſecundum deum, & conſcientiam meam. Quæ mihi per Sedem Apoſtolicam commiſſa fuerint fideliter exequar. Cultum divinum in eccleſia mei Tituli, & ejus bona conſervabo, ſic me deus adiuvet,*

Quod ſi etiam fidelitatis juramentum ſolvere non tenerentur Cardinales; indultum dicatur Romani Pontificis, qui paulatim, & latenter, laxando, quaſi per alluvionem, more fluminum; Cardinales ad tantum evexere faſtigium; cum antea iſti ſimplices & tenues, pedites incederent uſque ad Innocentium IV. qui eis teſte *Frizonio cap. 7. de Cardinalibus in Gallia Purpurata*, per- 11.
miſit, ut equo procederent. Nicolaus IV. Cardinalibus medietatem conceſſit proventuum Romanæ Eccleſiæ, cum facultate utendi pileo rubro, cum Legati diſcederent ad regendas Eccleſiæ Romanæ provincias; ſi vera profert Coſmas Guymier Prariſinus Gloſſator *Pragmaticæ*
A *Sanctionis, De numero & qualitate Cardinalium pag. 452. In Concilio autem Generali* (adiiungit ibidem) *Legato Apoſtolicæ Sedis fuit conceſſum, uti inſignis Ap. dignitatis c, antiqua de privileg. ubi dicit Hoſtien. quod eis utitur, quando proficiſcitur ultra Mare, & ſunt inſigna hæc Veſtis rubea, palafredus albus, frenum, & calcaria deaurata, & non aliàs nec alii.*

Male allegari illud 1. *Reg. 2. domini ſunt Cardi-* 12.
nes Terræ idem notat Gloſſator; quia domini eſt genitivi caſus dicere volens, quod Dominus ſit dominator totius Orbis, teſte Davide,
B *Domini eſt terra, & plenitudo ejus. Orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo Pſal. 23. c. tua 27. de decimis.* Hæc itaque, & majora Cardinales à Romano cum habeant Pontifice; ex eorum namque ſolo cętu aſſumi valet in Pontificem conſecrandus Romanum, ad excluſionem tantorum Epiſcoporum, qui in Orbe Terrarum, doctrina, ac Sanctitate refulgent: cautè ambulent (conclu-
dit *Barbatia* loco citato) Domini Cardinales, 13. Cardin. tolli poſſunt à Papa non Epi.
qui cum ſint factura Papæ; *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me. Iob. 16.* poſſunt omnino tolli non ſolum quoad perſonam, ſed quoad officium, Cardinales ſcilicet & Cardinalatum. *Diana*
C *na Reſol. 2 Tractat. 2 de poteſtate, & privileg. Card. S. R. E.* Non ſic in Epiſcopis, quorum nonnullos etſi ex cauſa ſuſpendere, deponere valeat Papa; nunquàm tamen Characterem auferet, neque Ordinem amovebit Epiſcopatus, qui ex Chriſti inſtitutione una cum Papa, Orbi univerſo legem imponunt, & per generalia, & æcumenica Con-
cilia articulos fidei declarant, excluſis Cardina- 14. Cardin. qualitas in Concilio nõ conſideratur.
libus, qui ut Cardinales votum minimè habent in Conciliis Cardinales poſtquam etiam à Silveſtro. I. nomine, & privilegiis elevati, ut ad titulum Presbyteri, & ad regionem Diaconi feligerentur, qui virtute, & ſapientia præeminerent,
D at primarii haberentur in Epiſcoporum conſilio; Synodis tamen quibus ſubſcribebant, nulla addebatur *Crdinalis* qualitas; quia Cardinalis cognominatio nil ponebat in eſſe: Si enim Cardinalis cognominatio prævaluiſſet non fuiſſet ſanè prætermiſſa. Perſeveravit mos iſte uſque ad Annum Salutis, 333. ſedente in Petri cathedra Sixto III. ad cujus expurgationem contra querelas Anicii, Baſſi exconſulis, & Mariniani patricii, congregata Synodo duo de quinquaginta Presbyterorum Urbis Romæ, coram Ualentiniano Imperatore; Pontifex cum ſeipſum voluntariè purgationi obtuliſſet, liberatus eſt à turpi illati ſtupri Virgini Deo Sacræ calumnia. In hac

Synodo, ex Romanis, qui ſubſcripſere Presbyteris, nullus legitur cum titulo Cardinalis. Euidens argumentum, quod hæc cognominatio nil ſuperadderet. Sic tempeſtate Gregorii Magni, Nonis April. Anno 601, Romanæ Synodo dictæ Lateranenſi ſubſcripſere Epiſcopi viginti, Romani Presbyteri XIV. diaconi IV. nulla facta

15. Cardinalis nomen commune erat aliis Eccleſiis.

mentione Cardinalatus. Commune cum eſſet eccleſiis omnibus nomen Cardinalis. *c. relatio 21. q. 1. & in c. paſtoralis 7. q. 1. c. fraternitatem d. 71. c. presbyteri d.* 24. ex M. Gregorii epiſtolis. vigilantiſſimus iſte Pontifex in more habuit Epiſcopos à ſua diœceſi exules, ea forſam à Barba- A ris occupata, alteri committere vacanti Epiſcopatui, non tamen Epiſcopi nomine, quod non deceat geminæ eccleſiæ unum eſſe Sponſum, ſed Cardinalem: ita Martinum Epiſcopum in Corſica Cardinalem creavit. *In eccleſia Aleſienſi, quæ iam diu Pontificis auxilio deſtituta eſt, Cardinalem te ſecundum petitionis tuæ modum hac auctoritate conſtituimus, ſine dubio Sacerdotem lib.* 1. *ep.* 77. Cardinalis itaque non Epiſcopum ſignificabat, ſed præcipuum, & principalem Presbyterorum eccleſiæ, ita tamen ut non deſineret eſſe Pontifex ſuæ eccleſiæ, ut expreſſe innuit in Agnelli Epiſcopi Fundorum Cardinalatu. *Sic te Saracinenſis ec-* B *cleſiæ Cardinalem eſſe conſtituimus Sacerdotem, ut & Fundenſis eccleſiæ Pontifex eſſe non deſinas nec curam, gubernationemque ejus prætereas lib. 2. ep.* 6. 13. 25. *& refertur c. illud* 21. *q.* 1. Divi Gregorii inhærens veſtigiis poſt Annos 260. Ioannes VIII. P.R. monuit, tempus Cardinalatus non protrahendum, niſi quouſque Epiſcopus in ſuæ eccleſiæ fines pedem retuliſſet. *ep.* 8. 13. & 14. Statuit etiam Meldenſe Concilium *cap.* 54. ut Epiſcopus Titulos Cardinales in urbibus vel ſuburbiis conſtitutos ordinet, atque diſponat. Olim apud Gallos Ar- C chipræſules Rhemenſes vocabantur Crdinales S. Sabinæ. Vindocinenſes cœnobiarchæ Cardinales S. Priſcæ; Cluniacenſes Archimandritæ ex conceſſione Callixti II. cum Romam petebant Cardinalis officio fungebantur; & in Italia Archiep. Ravennates Mediolanenſes, & in Hiſpania Antiſtites D. Iacobi in Compoſtella, titulo decorabantur Cardinalis. *Ephemer. Cluniac. Manfred. lib. de Cardinal. lib.* 8. Omitto alias Eccleſias, quarum plurimæ occurrunt, ut videre eſt apud

16. Factum eſt proprium eccleſiæ Romanæ.

Vghellum, *Italia Sacra to.* 8. p. 721. in quibus titulus reccurrebat, & nomen Cardinalis; licet hodie ex decreto Pii V. die 13. cap. Mar. 1568. teſte D Moſcon, ſolius Eccleſiæ Romanæ ſint Cardinales, ex dignitatis faſtigio, ut qui ad humanda fidelium cadavera, & adminiſtrandum baptiſma fuerunt inſtituti, modo facti Regum, & Cæſarum cognati miniſterio ſecedant primæuo. Fugiat porrò qui vetuſta Chriſtianæ Religionis officia, ba-

17.

ptizandi, & mortuos ſepeliendi ſubſelliis poſthabent Purpuratorum: & Regiminis conſilia actibus præferunt Sacerdotalibus. Quod una cum Papa regimini præſint Cardinales, & ideo Epiſcopis præferantur, quamvis Ordine, & charactere minores, majores appellentur Imperio, Juriſdictione, Conſilio; Ego ex eodem fundamento minores dicerem Cardinales, ſi verum, Chriſtianum, atque Catholicum, ut Epiſcopi eminentia Ordinis, & ſplendore caracteris, Regibus ſint majores.

Loco Apoſtolorum ſi jure divino ſucceſſerunt Epiſcopi, & inter Chriſtum, & Apoſtolos nullus alius intermediat; quomodo inter Papam, & Epiſcopos incedere poterunt Cardinales? Audi Anacletum *ep. 2. ad Ep. Italiæ, ut c. in novo d.* 21. 18. Epiſcopi loco Apoſtolorum.

In novo teſtamento poſt Chriſtum dominum à Petro Sa- A *cerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, dicente domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Cæteri verò Apoſtoli cum eodem, pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe voluerunt qui etiam jubente Domino, in toto Orbe diſperſi Evangelium prædicaverunt. Ipſis quoq; decedentibus in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi, quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordine, & modo &c.* Concordar *c. antiqua de Privileg. c. ante omnia d.*40. Vrbanus II. *c. quorum cives d.* 68. *Quorum vices in eccleſia habeant Epiſcopi, & qui eis hanc dignitatem dare debeat? S. Auguſtinus oſtendit, inquiens;* B *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii pſal.* 44. *Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filii nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum Mundum, unde nati ſunt? Ipſa eccleſia patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tua crevit tibi paternitas. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* Convenit Dionyſius *lib. 5. de Hierarchia eccleſ.* in qua 19. C Cardinalium nulla mentio; ſed Pontifici immediatè adhærent Epiſcopi, quorum eminentiam Præcedentia auget eis de jure debita, ut apparet in Carthaginenſi Concilio IV. & Carthag. VI. cui duo adfuere Romani Legati, Epiſcopus unus, Presbyter alter eccleſiæ Romanæ qui ſedit poſt Epiſcopos. Et ſane fatente Belarmino *lib. de Clericis c. 16. §. neque etiam*, olim Epiſcopi omnes Cardinalibus præferebantur non Epiſcopis. Imò Cardinalatus gradus fuit ad Epiſcopatum; ut legitur *lib.* 1. *c.* 7. *vitæ* S. Gregorii. Hinc uſq; ad Bonifacium VIII. non conſuevere Epiſcopi ad Cardinalatum aſcendere, ne à ſublimiori D gradu ad inferiorem deſcenderent. Lege Concilium Carthaginenſe VI. ſupracitatum, *to* 1. *Conciliorum* celebratum Sal. Anno 418. *editionis Venetæ Nicolinæ p.* 818. ubi Philippus & Bellus Eccleſiæ Romanæ Presbyteri ſedent poſt omnes Epiſcopos. Primus locus (ni fallor) in quo, Presbyteri Eccleſiæ Romanæ præcedant Epiſcopis Concilium eſt Epheſinum, celebratum ſalutis Anno 430. eo enim cum Cæleſtinus miſiſſet *Arcadium, & Projectum* Epiſcopos, & cum eis legaſſet *Philippum Presbyterum*, & legatum Sedis Ap. ex his tribus Legatis Philippus in Con-

20. Epiſcopi Cardinalibus præferebantur. Papa ſe dicit Epiſcopum.

cilio

21 Epiſcopi in ſubſcribendo prælati Cardinalibus.

cilio primus loquitur. r. 16. *To.* 2. *Epheſini Concilii*, & poſt Philippum Presbiterum loquuntur *Arcadius, & Projectus Epiſcopi* in ſubſcriptione etiã Epiſcopis præcedit Presbyter, ut legere eſt in fine ejuſdem *rapius* 16. *To.* 1. *Conciliorum Venetæ editionis Nicolinę p.* 1016. Secundus locus, eſt Concilium generale Chalcedonenſe celebratum Sal. Anno 451. in quo Bonifacius Presbyter urbis Romæ ſubſcribit ante Epiſcopos, & Patriarchas. *To.* 2. *Conciliorum Actione.* 6. *p.* 283. editionis ſupradictæ. Tertius locus eſt Concilium Conſtantinopolitanum 2. ſub Vigilio celebratum Sal. Anno 553. ut in *to.* 2. *Concil. p.* 620. in quo A Theophanes, & Pelagius diaconi Eccleſiæ Romanæ ſubſcribentes præcedunt Epiſcopis. Idem habes in Sexta Synodo generali Coſtatinopolitana III. *Actione* 17. *p.* 351. *editionis ſupracitatæ*: celebrata ſub Agathone Sal. Anno 678. in qua Theodorus, & Georgius Presbyteri Urbis Romæ, ac Joannes diaconus ſubſcribendo præcedũt Epiſcopis. Sic in Synodo Nicęna II. Generali VII. ſub Adriano Sal. Anno 787. Act. 2. p. 480. editionis Venetæ Nicolinæ; Petrus, & Petrus Presbyteri Urbis Romæ præcedunt Epiſcopis. Idem habes *Act.* 4. *ejuſdem Concilnp.* 529. Sic Anno Chriſti 868. in Concilio VIII. Generali Conſtantinopolitano IV. Marinus Diaconus Romanus precedit Ignatio Archiep. Conſtantinopol. Negari tamen haud poteſt, illis in Conciliis prę-fuiſſe vicem gerentes Romani Pontificis, non ut ſimplices Cardinales imo nunquam nomen Cardinalis recurrit. Illud etiam conſiderant, quod Papa non Cardinalem, ſed Epiſcopum ſeipſum appellet, ut in proœmio Decretalium, Gregorius, qui & Fratres ſuos Epiſcopos dicit, cœteros verò filios, teſte Gloſſa ibidem, in verbo, Filiis. Lege Innocentium III. in *c. quàm gravi. de Crimine falſi.* ad Ep. Attinacenſem. *Cum ſcire debeas Apo. Sedem conſuetudinem in ſuis literis hanc tenere, ut Patriarchas Archiep. Epiſcopos*, fratres: *cœteros autem, Reges, Principes, vel alios cujuſcumque ordinis, filios in noſtris litteris appellemus*. Dificile ergo ſpecie regiminis, & latioris adminiſtrationis prætextu, maiorem Epiſcopo Cardinalem dicere, illumque gradu, & dignitate minuere, In Synodo Romana II. ſub Symacho celebrata, Sal. Anno 498. & tertia ſub eodem Symacho, Sal. Anno 501. Epiſcopi ordine ſubſcripſere ſenectutis, Epiſcopos præferendo non Cardinales Epiſcopis Cardinalibus, puta Ravennatem, Nepeſinum, Durantinum Præneſtino, Portuenſi, Albano. Presbyteri verò Cardinales, & Diaconi Cardinales in tertia Synodo nullo modo ſubſcripſerunt: in ſecunda verò ſemper poſt Epiſcopos, & his non immixti, ſed ſeparati. In Concilio Lateranenſi, Saluris Anno 560. pariter Epiſcopi non Cardinales Cardinalibus præferuntur Epiſcopis. Anno etiam ſal. 595. ſedente Gregorio 1. in Romano Concilio idem ordo ſervatur.

22 Archidiaconus an major Archipresbytero.

Nec obſtat, quod ſicut Archidiaconus Ordinis poteſtate inferior Presbytero, ob latiorem juriſdictionem, adminiſtrationem, & dignitatem eſt eodem Presbytero ſuperior *ca* 1. *de officio Archidiac.* ita etiam Cardinalis ordine inferior Epiſcopo, poſſit eumdem juriſdictione præcedere? Peccat enim Argumentum in falſo ſupoſito, Archidiaconum ſcilicet de jure præcedere Archipresbytero; Varia eſt in eccleſia conſuetudo ſuis fulcita canonibus, Pro Archidiacono ſtat *c.* 1. *de Offic. Archid.* pro Archipresbytero, *c. fin. de Offic. Archipresb.* Tota in Hiſpania, in regnis Caſtellæ, & Aragoniæ, prima dignitas poſt Epiſcopum Archipresbyter eſt non Archidiaconus; & ubi conſuetudo urget contraria injuriâ potiùs quàm jure eſt introducta ex antiqua Diaconorum ſuperbia, qui cum bona adminiſtrarent eccleſiæ, & reliquis Clericis diſtribuerent, ſpernere cęperunt Presbyteros. Ex adverſo Presbyteri ſpernentes Diaconos contendebant, ut ex præſcripto Romanæ conſuetudinis, ſedentibus in choro Presbyteris, Diaconi ſtare deberent, ut adhuc Veneto ſervatur in Clero; quoad ejus novem Congregationes ſcilicet, non Capitula. Eoque aſcendit controverſia, ut etiam Evangelium publicè canente Diacono, ſedere Presbyteri non formidarent. Quod abhorrens Anaſtaſius P. R. B Anno Sal. 399. Presbyteros ſtare juſſit, ut in *lib. Pontiſ.* Tanta verò fuit Diaconorum procacia; quod onoratus Archidiaco. Salonitanus vellet potius degradari, quam ad Presbyteratum provehi, ut requirebat S. Gregorius. Eorum tamen ſuperbiam retudit Nicænum Concilium *Can.* 18. *Pervenit ad S. Synodum, quod in nonnullis locis & civitatibus Diaconi dant Presbyteris Euchariſtiam; quod neque Canon, neque Conſuetudo tradidit, ut qui offerendi poteſtatem non habent, iis qui offerunt, dent corpus Chriſti. Jam verò illud etiam cognitum eſt, quod jam quidam ex diaconis etiam ante Epiſcopum Euchariſtiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur,* C *& Diaconi intra ſuas menſuras permaneant ſcientes, quod ſunt quidem Epiſcopi miniſtri, Presbyteris verò minores. Accipiant autem ſuo ordine Euchariſtiam poſt Presbyteros, eis præbente Epiſcopo, vel Presbytero. Sed nec in medio Presbyterorum ſedeant. Id fit enim præter Canonem, & ordinem. Si quis autem non vult obedire etiam poſt has conſtitutiones, à Diaconatu deſiſtat*. En ergo, unde exaltatio ſurrexerit bona adminiſtrantium eccleſiæ; ſuperbia quantum exceſſerint, ut etiam ſuper Epiſcopos ſe extollerent, propterea ex neceſſitate correpti, & ad cancellos modeſtiæ revocati à Patribus Niceni D Concilii.

23 Diaconorum ſuperbia.

24 Cardinales quo jure præcedant?

Veruntamen cum uſus prævaleat Eccleſiæ Romanæ, ejuſque conſuetudo magis urgeat, quàm auctoritas Hieronymi, vel Auguſtini. *c. quis neſciat d.* 11. quomodo præcedentiam Cardinalium, quæ longo tempore adversùs Epiſcopos victrix exultat, & unà cum Pontifice regnat, ſaluabimus non per injuriam, & damnum rentii irrepſiſſe dicemus; ſi ea quæ ſupra exaravimus, fideliter ſunt adducta, & abſque dolo ex puro fonte tranſcripta divinarum ſcripturarum?

 faci-

Digitized by Google

faci limè, ſi privileg ia recenſeamus Cardinalibus collata à Romanis Pontificibus, quorum auxiliatores ut antiquitus erant Epiſcopi, modo ſunt Cardinales Romæ ſtaotes, ne à cura paſtorali diſtraherentur Epiſcopi.

A U D I

EVGENIVM IV.

Ep. ad Henricum Archiep. Cantuarienſem

Eugenius Ep. Servus Servorum Dei.

VEn. viro magno Henrico Archiep. Cantuarienſi. Non mediocri dolore afficimur, cum inter fratres noſtros Epiſcopos, ſeu alios Eccleſiaſticos diſſidii aliquid exortum eſſe percipimus, tum propter malum, quod inde in populis exemplum provenit, tum quia contemptus & detractionis præbetur occaſio.

Proindè non parum audiſſe diſplicuit diſſenſionem illam, quam cum dilecto filio noſtro Joanne tit. S. Balbinæ Presbytero Cardinali nuper tua fraternitas habuit, cum nova, & inſolita res ipſa ſit, quæ nunc attentatur. In primis autem admiramur ſatis cum per 14. annos, & amplius com dilecto filio noſtro Henrico tit. S. Euſebii Presbytero Cardinali in ſedendo, & in ferendis votis ſine altercatione vixeris, & nullam rerum ſuper hoc prorſus habueris diſceptationem, quid cauſæ ſit, ;quod nunc primum in cootentionem venias cum ipſo Joanne Cardioali eadem prædito dignitate. Nec quidem generis regii erga ipſum Henricum ratio prætendi poteſt quoniam, & antequam Cardinalatus ipſam foret dignitatem adeptus, dumtaxat exiſteos Uintooienſis Epiſcopus, & voce, & loco tibi cedebat, poſtea autem quam in Card: per ſel. rec. Martinum prædeceſſorem noſtrum aſſumptus eſt, jure tibi, & aliis antepoſitus fuit, & nunc anteponitur. quod ſi ſola Cardinalatus digoitas hanc in alio prælationem operata eſt, cur in iſto itidem noo efficiet? Cum tamen ipſe Archiepiſcopus, ille Epiſcopalem obtineat digoiratem, & illius Eccleſia tuæ ſit ſuffraganea, iſtius verò nullo jure ſubjecta? Illud autem de te nobis placuit, ac laudamus, quod in tuæ proteſtatioois fine ſub his verbis addidiſti, quod ſcilicet per præmiſſa, aut aliquid per te factum, aut dictum, & habitum, ſeu faciendum, dicendum, vel habendum, non intendis Sacroſanctam Romanam Eccleſiam matrem tuam, ſeu juramentum tuum eidēm præſtitum; aut Venerabilem cętum ejuſdem Eccleſiæ Cardinalium, aliquemve eorum in aliquo offendere, aut alicui honori privilegio, prærogativæ, præeminentiæ, aut alicui alteri juri eorum, in aliquo derogare, ſeu juramento tuo in aliquo contraire, ſed quod eandem Sacroſanctam Romanam Eccleſiam cum bonoribus ſuis omnibus privilegiis, prærogativis, dignitatibus præeminentiis, gratiis, & aliis juribus ſuis quibuſcumque cum omni reverentia manutenebis, ac defendes, & ab aliis maouteneri, & defendi procurabis.
Per hoc plane innuere videris ſi hoc ſit Romanæ
Eccleſiæ Cardinalium ius, ut reliquos antece-
daot Eccleſiæ gradus, quod nobis in lite mora
perſiſtere, immo Apoſtolicæ Sedis ſtare judicio,
cujus inter alia privilegia, quæ manutenere, &
defendere poteſtatis, hoc etiam eſt ut de quibuſ-
cumque ambiguis quæſtionibus, quæ in Dei Ec-
A cleſia accidunt, valeat judicare, & ſua auctori-
tate finem impooere, quamquam longe fuiſſet
deceotius ante motam cootroverſiam, Sedem
Apoſtolicam conſulere? Quaotum autem hæc
Cardinalatus dignitas ſit ſublimis, & aliis excel-
leotior, & ita hactenus io Eccleſia reputata, ſi
ejus officium, ac Sanctorum Petrum ſtatuta, &
conſuetudinem tam apud hanc Sedem, quam ge-
neralia Coocilia ſemper obſervatam, ſciveris di-
ligeoter ſcrutari, facile tibi innoteſcer. Quippe
& ſi hujus dignitatis nomen quod modo in uſu
B eſt, ab initio primitivæ Eccleſię non ita expreſ-
ſum fuit, officium tameo ipſum à B. Petro, eiuſ-
que ſucceſſoribus inſtitutum evideoter invenies.
Immo, ut inquit Ionoceotius Tertius ex veteri
Teſtamento iuſſu Dei traxit originem, aſſerit
enim id quod Deuteron. 17. dicitur, ut pro dif-
ficultate, & ambiguitate judicii accedatur ad Sa-
cerdotes Levitici generis, & iudicem, qui fuerit
illo tempore, & obediatur ipſorum judicio, qui
pręſunt loco, quem Dominus elegerit, de ſummo
Pontifice intelligendum eſſe, & fratribus eius,
ideſt S. R. E. Cardinalibus, qui ei iure Levitico
in executione Sacerdotalis Officii coauditores
C exiſtuot. Itaque: & ab exordio Eccleſiæ ſicut &
hodie, Summis Pootificibus in regenda guber-
nanda que univerſali Eccleſia aſſiſtebaot. Et ut
ex Concilio Srephani Papæ colligitur dicentis:
Oportebat, ut hæc Sacroſancta Domina Ro-
mana Eccleſia, iuxta quod à B. Perro, & eius ſuc-
ceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur, & in
Apoſtolatus culmine uous de Cardinalibus preſ-
byteris, aut Diaconis conſecraretur: datur ma-
nifeſte inteligi, hos fratres noſtros, qui inter Car-
dinales locantur, tempore B. Petri extitiſſe? In
D conſiuio autem Nicæni Concilii B. Silveſter, qui
cępit Ecceleſiam regere anno Incarnationis Do-
minicę 330. vel circiter, in Synodo generali con-
gregatis pręſidens, hos coauditores ſuos nuncu-
pavit Cardioales, & magno admodum privile-
gio inſignivit, quale nullus Patriarcharum, Ar-
chiepiſcoporum, & Epiſcoporum in canooibus
habere reperitur, ut videlices ſine plurima te-
ſtium multitudine damnari non debeant. Nec
ſine myſterio triplex ordo in fratrum noſtro-
rum collegio à Sanctis noſtris prędeceſſoribus
inſtitutum eſt. Nam cum Summus Pontifex vi-
ces Dei gerat in terris, decuit quemadmodum
Moyſi pręceptum fuit, ut omnia ad exemplum
face-

faccre, ſicut ei nſtenſſum erat in Mnnte, quod ad inſtar jllius cœleſtis Hierarchiæ in hac noſtra Eccleſia tres conſtituerentur Ordines aſſiſtentium Papæ, qui purgaurium, illuminantium, & perficientium fungerenrur Officio, veluti ſunt Diaconi, Presbyteri, Epiſcopi Cardinales. Decuit eriam cum Summus Pontifex Chriſti repræſentret perſonam, ur quemadmodum Chriſto converſanti in rerris aſſiſtebant Apoſtoli, ita etiam Cardinalium cętus Apoſtolicum repræſentans, coram Papa aſſiſterer; reliqui vero Epiſcopi, ubique diffuſi, Apoſtolos repræſentant ad prædicandum per orbem miſſos. Ipſos præterea Cardinales pro honoris, ac digniratis eminenria, partem ſui corporis Summi Ponrifices appellanr. Ex quo ſine nlla dubitatione oſtendirur, poſt caput Eccleſiæ, quod eſt Papa, contigua ſui corporis membra, qui ſunt fratres ejus Cardinales præ cęteris Eccleſiæ membris, ac partibus honorari debere, adeo quidem, ur ſacris Canonibus ſancitum ſit, eos qui in Cardinalem manus iniecerint violentas, aut ſugarint, aur inſequuri ſuerint, ſeu ad hoc dederint conſilium, vel favorem, criminis læſæ Maieſtatis reos, maximis, & multiplicibus pęnis eſſe plectendos, ac ſi ipſi Apoſtolici throni violaverinr Maieſtatem, qund in ipſos, qui Patriarchas, Archiepiſcopos, vel Epiſcopos offenderint, ſtaturum minime reperitur: ur evidenter hinc liqucar, ranto ampliorem cenſeri dignitatem, quanto plures, ſeverioresque illam offendentibus infliguntur pęnæ. Sunt etiã & in ſignum præeminentiæ ipſis fratribus noſtris præ aliis Eccleſiæ Prælatis; Et ſimiliter cum Legati de noſtro Latere deſtinantur, præ aliis Legatis multa, ac magna per Canones attributa privilegia, quæ tibi nota eſſe non dubitamus. Hinc eriam conſtat cur à Latere Apoſtolicò mitti eis ſolis, & non aliis approprietur Legatis. VIII. Sed ille notiſſimus Conſtantinus Imperator, animadvertens ad quam magnum, ac publicum univerſalis Eccleſiæ Officium ipſi fratres noſtri vocari eſſent, ſic inquit. Volumus eriam deinde ſui Ordinis Reverendiſſimos Clericos S. R. E. Servientes, ſingulos habere illud ſanctum culmen potentiæ, & excellentiæ, cujus Sanctiſſimus noſter Senatus videtur gloria adornari, ideſt Patritios Conſules fieri, quos certe Patritios, Conſules ſecundum leges, ut in ſumma dignitate conſtitutos Imperator patres ſibi elegit, & loco patrum à ſe honorari affirmat? Quod verò hæc dignitas tanto honore præfulgeat, nec tuæ fraternitati, nec cuipiam alteri moleſtum eſſe debet, quoniam ut ſancti atteſtantur Patres, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, Cathedrales, aliaſque dignitates Romana fundavit Eccleſia, ſicutque licuit, uni Eccleſiæ amplam, alii ampliorem, & alii ampliſſimam prout expedire judicavit tradidit poteſtatem. Omnes enim tamquam unius arboris rami ab una eademque radice, & ut diverſi aquarum riuuli ab eodem fonte prodierunt, licet unus alio copioſior, atque uberior. Itaque ſi juſtis ex cauſis, & Spiritus Sancti inſtinctu, quo hanc Sedem regi credendum eſt, Romana Eccleſia Venerabilium Cardinalium cętum ad cęleſtis Hierarchiæ ſimilitudinem condirum, & tamquam ſui corporis partem bis privilegiis, & honoribus illuſtrare decrevit: nec tua Eccleſia, cui per Apoſtolicam Sedem præfectus es, nec quiſquam alius Eccleſiæ gradus ab eodem ſimiliter Apoſtolico throno originaliter inſtitutus, quæ omnia de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio acta ſunt, ullam ſuccenſendi, aut conquerendi cauſam habet, ne illud adducamus Evangelicum verbum. *Amice non facio tibi injuriam, numquid mihi non licet de meo facere quod volo?* Et ſicut tu vis, ut privilegiis Eccleſiæ tuæ ab hac ſede conceſſis, aliæ deferant inferiores Eccleſiæ, ita eadem ratione par eſt, ut ab eadem Sede huic cętui inſtituto, tu ſimiliter deferas, & reverentiam præſtes. X. Multum etiam movere te debet diuturna per Chriſtianum populum ubique ſervata conſuetudo, quæ etiam ſi cętera deeſſent, ex quo tam vetuſta eſt, ut ejus initiis memoria non extet in contrarium, pro conſtituto jure habenda foret, præſertim quando ſciente, & approbante Summo Pontifice, non quidem uno, ſed tot, quot umquam habuit Eccleſia, id actum eſſe dignoſcitur. In omnibus enim nationibus, ac Regnis, & ut in Anglia memoravimus hactenus, hujuſmodi præeminentiæ Cardinalibus delatus eſt honor, qui quidem non tam ipſis, quàm nobis, cum noſtra ſint membra, attribui cenſendus eſt. Nec minus his Eccleſiæ Romanæ conſuetudo, quæ caput, norma, & magiſtra eſt reliquarum Eccleſiarum, idipſum tibi perſuadear, qua ſemper nullo umquam contradicente in cunctis actibus, quibuſcumque Prælatis prę honorati ſunt. XI. Idem in antiquis generalibus Conciliis, præſertim in duobus Lugdunenſibus, in uno præſidente Innocentio quarto, in altero Gregorio decimo; quorum adhuc extant acta, uſitatum fuit. Sic & in his Synodis noſtris noſtra ætate celebratis, de quibus etiam quod Regnum Angliæ non pauci ſuperſunt teſtes, obſervatum eſſe palam eſt, abſentibus etiam Summis Pontificibus, idem & nunc nobis, præſidentibus in hoc ſacro Oecumenico ſervatur Florentino Concilio. His quoque illud accedat, quod in ſententiis, & decretis tam hujus Sanctæ Sedis, quàm generalium Conciliorum, cum de dignitatibus nominatim fit mentio, illa clauſula adjici ſoler, non obſtantibus, ſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, ſeu alia quacumque præfulgeat dignitate, per quod ex ordine nominandi, quæ ſit major luculenter apparet. Nec cauſetur quiſpiam quod ordo Epiſcopalis, presbyterio major ſit; quoniam in ejuſmodi prælationibus, officium, ac dignitas, ſive juriſdictio præponderat ordini. Quemadmodum jure cautum eſt, ut Archidiaconus non presbyter, ſuæ juriſdictioni obtentu, Archi-

Cardinales quomodo Apoſtolos repræſentẽt?

Cardinalium privilegia Supra Epiſcopum

Sedes Romana quãtum contulerit Cardinalibus

Epiſcopo qua ratione major ſit Cardinalis.

chipresbytero præſeratur, ſimili modo Diaconus, vel Subdiaconus, aliuſve clericus noſter, aut alicujus Metropolitani Vicarius, ſeu locum tenens in Synodo, & alibi, alios quocumque ordine majores etiam Epiſcopos antecellit, propter illius juriſdictionem, quam exercet, & perſonam quam repræſentat. Sic & electus ad Eccleſiam Cathedralem, & confirmatus, quamquam nondum conſecratus, ratione juriſdictionis cunctis in ſua diœceſi præeminet. Quis ergo jam dubitarit eum, qui talia jura, & canones condidit, & talem aliis tribuit poteſtatem, poſſe eamdem cum uult, & majorem ſuis membris tribuere? Si quis forte objecerit prioris dignitatis potius eſſe rationem habendam, quam Cardinalatus de novo collati, cum in regiis tractatibus, ac parlamentis, quilibet ut ſuæ Eccleſiæ Prælatus, non ut Cardinalis interſit. Huic objectioni evidens reſpondet ratio; nam cum perſonæ ſint Eccleſiaſticæ, ſicut ſtatuta, ac privilegia ſuarum Eccleſiarum in his actibus ſervant, multo magis Romanæ Eccleſiæ, cui vinculo obedientiæ adſtricti ſunt, privilegia, & ſtatuta ſervare tenetur. Quibus nec ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ, nec alii quicumque tamquam inferiores derogare quomodolibet poſſunt. Cum igitur viri Eccleſiaſtici ad actus publicos, vel privatos vocantur eum ſuis qualitatibus, ac prærogativis ab Eccleſia inſtitutis admitti debent. Nam & contra honeſtatem publicam, & univerſalis Eccleſiæ politiam, & in opprobrium Eccleſiaſticę diſciplinę vergeret, ſi in quovis actu Diaconus presbyterum, vel presbyter Epiſcopum, aut Epiſcopus Patriarcham pręcederit. Pręterea in Canonibus ſcriptum eſt unumquemque in Collegio, vel Capitulo juxta ſuę receptionis tempus honorandum eſſe, & quod ſi poſtea aliquis admittatur presbyter, cęteris tempore anterioribus pręponatur; qui presbyteri non ſunt. Quod ſi in ordine majori ſit, hoc etiam multo amplius in dignitate, ſeu juriſdictione, quę in his actibus major eſt ordine, ſervandum eſt, ut ſupra de Archidiacono, & Archipresbytero dictum eſt. Quod ſi in poſt receptis locum habet, eadem ratione in iis qui prius, ſi qua de novo eis obveniat dignitas. Hnc enim rationi conſentaneum eſt, ut dignius minus dignum ad ſe trahat, & res à potentiori, & nobiliori denominetur. Quod in ipſis Cardinalibus evidenter ſervatur, qui licet certarum Eccleſiarum dum ad Cardinalatum aſſumuntur Epiſcopi ſint, nihilominus eos non Epiſcopos, ſed Presbyteros S. R. E. Cardinales, ſedes Apoſtolica appellat. Quinimmo ſi eis ſuas priores Eccleſias in tit. dimittat, non amplius ſub nomine Eccleſiarum, ſed tituli Cardinalatus ſcribit, quaſi ad majorem dignitatem, & juriſdictionem aſſumpſerit, alioquin non aſcendiſſe, ſed deſcendiſſe non honorari, ſeu dehonorari viderentur. XIV. Quis etiam non videat Cardinalatus dignitatem Archiepiſcopali eſſe majorem dignitate, quia cum illa privatæ unius patriæ præſit utilitati, iſta publicæ totius populi Chriſtiani. Illa unam dumtaxat regit Eccleſiam, iſta cum Sede Apoſtolica univerſas, & cum à nemine, niſi à ſolo Papa judicentur Cardinales, ipſi & Patriarchas, & Archiepiſcopos, & reliquos Eccleſiæ gradus, cum Summo Pontifice judicant. Quorum officio nomen ipſum conſonat optime, nam ſicut ſuper cardinem voluitur oſtium domus, ita ſuper hoc Sedes Apoſtolica, totius Eccleſiæ oſtium, quieſcit & ſubſtentatur. Nullum denique pro tua intentione proponis Eccleſiæ A Romanæ privilegium, quis enim alius huic juri poſitivo, & univerſalis Eccleſiæ obſervantiæ atque Apoſtolicæ conceſſioni præſertim, quæ Apoſtolici throni, membrorumque ejus præeminentiam concernit, contrarium privilegium dandi ullam omnino habet facultatem? neque etiam conſuetudine ulla tuam cauſam tueris. Quamquam ſi qua prætenderetur, præter Apoſtolicæ Sedis conſenſum, & approbationem ineſſicax prorſus cenſenda eſſet, ut proxime de privilegio dictum eſt, atque irrationabilis, quia B per eam dignitas confunderetur Superiorum Magiſtratuum, turbationemque pareret in quolibet Reipublicæ ſtatu. Nam juxta Canone univerſos, non poſſet alia ratione ſubſiſtere, niſi eam hujuſmodi magnus differentiæ ordo ſervaret Eccleſiaſticus, quia confunderetur ordo, ſi cuique ſua dignitas non ſervaretur, quamvis ut prædictum eſt, ex frequentibus actibus 40. annorum ſpatio uſitatis, contraria potius in Regno Angliæ conſuetudo firmata ſit. Hortamur itaque te venerabilis frater, & volumus, ut prædictis rationibus, ac noſtrorum prædeceſſorum ordinationi, atque Eccleſiæ univerſa C lis obſervantiæ acquieſcas, ſicut pro tua prudentia, & devotione quam ad Romanam Eccleſiam, & nos ſemper habuiſti, te facturum ſperamus. In reliquis vero, ſive tuam Eccleſiam, ſive perſonam concernentibus, quæ nec rationi, aut honeſtati derogent, pro magna, qua te omni tempore complexi ſumus, ac complectimur caritate, nos ſemper propitios experieris. Dat. Florentiæ Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Quali ergo ex privilegio præcedant Cardinales? uſque modo explanavit Eugenius *epiſtola* D *ſupracitata*. Privilegio ſcilicet a Pontificibus indulto Romanis. Privilegia enim firmant regulam in contrarium, *c. ex parte, De Capel. Monach.* unde Cardinales ipſi inter ſe hunc ordinem ſervant, quod eorum Epiſcopi Portuenſis, Albanus, Oſtienſis &c. ratione ordinis præcedunt Presbyteris, Presbyteri antecedant diaconos. Si ergo Ordo inter eos dirigit præcedentiam; cur non etiam cum alios reſpiciunt? Et hoc de jure, quod facilimè concutitur privilegiis, maximè ſi rationabilibus: ut in Cardinalibus, qui ad ſimilitudinem Virtutum, & Ventorum Cardinalium, puncta eccleſiaſticæ dicuntur hierarchię Cardinalia, ſuper quibus Orbis revoluitur Chriſtianus,

Cardinales quomodo præcedant.

&

& oſtium fidei: unde Religionis duces, & Antiſtites.

Cur autem Electores Pontificis Cardinales dicantur? quærenti Belarm. *lib. 1. de Clericis cap. 16.* occurrit Onuphrius *lib. de Cardinalium titulis* dicens, Presbyteros, & Diaconos Cardinales dictos eſſe eos, qui præerant aliis Presbyteris, vel diaconis ejuſdem eccleſiæ, quaſi Presbyteri, vel Diaconi principales in illa eccleſia, in qua cum plures eſſent Presbyteri, eorum tantum Præſes dicebatur Cardinalis.

17. An plures Cardinales in uno titulo?

Verum errare videtur Panvinius; cum in eodem titulo plures aliquando eſſent Cardinales, ut patet ex Synodo Gregorii, *lib. 4. Regiſt. cap. 88.* ubi ponuntur ſubſcriptiones Presbyterorum Cardinalium; & inter eas inveniuntur tres *tituli S. Balbinæ* duo *S. Silveſtri*; duo *S. Damaſi*; duo *S. Apoſtolorum*. Non ergo Cardinales erant, quia ceteris Presbyteris in eadem eccleſia præeſſent. Præterea tempore S. Silveſtri, Romæ erant tantumodo ſeptem Diaconi Cardinales juxta Canonem XIV. *Concil. Neocæſarien.* & tamẽ omnes Romæ dicebantur Cardinales *can. 6. Synodi Romanæ, ſub Silveſtro*. Non igitur diaconus erat Cardinalis, qui ceteris preeſſet Diaconis ejuſdem eccleſiæ.

Adde tandem, quod Epiſcopi non poterant dici Cardinales, quia præeſſent aliis Epiſcopis ſuæ diœceſis, ut Presbyteris in eadem eccleſia Presbyter; cum in una diœceſi non ſint plures Epiſcopi.

18. Cardinalis nomen cui datum?

Cardinalis nomen uult Belarminus loco primum fuiſſe impoſitum, poſtea à loco ad perſonam traductum. Tituli namque dicebantur Cardinales, non omnes eccleſiæ, ſed illæ in quibus Baptiſma conferebatur, & cadavera tumulabantur. Inde Presbyter, qui eam regebat, Presbyter dicebatur Cardinalis. Pari ratione Diaconiæ Cardinales, loca quædam principalia erant in urbe, diſtincta juxta numerum Regionum, & qui in eis reſidebant Diaconi appellabantur Cardinales. Sic Epiſcopi Cardinales dicti ſex illi ſunt qui ad eligendum Pontificem conveniebant, & eidem Pontifici à Secretis erant præter ceteros Orbis Chriſtiani Epiſcopos.

Quod autem à loco hoc cęperit nomen, cognoſci poteſt ex Concilio Meldenſi, Can. 54. ubi decernitur, quod titulos Cardinales in urbibus, vel ſuburbiis conſtitutos Epiſcopus canonice ordinet, & diſponat. Item ex Io. Diacono *in vita S. Gregorii lib. 3. c. 11. Cardinales violenter in Parœciis ordinatos forenſibus, in priſtinum Cardinem Gregorius revocabat.*

19. Officia Cardinalis.

Supereſt Cardinalium officium, quod triplex. Primum commune cum Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis. Omnes enim Cardinales aut Epiſcopale, aut Presbyterale, aut Diaconale exercent officium. Secundum Cardinalium officium, eſt Summum eligere Pontificem: Tertium Romano conſulere Pontifici, pro bono eccleſiæ univerſalis regimine: quorum gratia, mutatus eſt ordo; ut Epiſcopi qui Cardinalibus præferebantur, modo poſtponantur; & Epiſcopatus, qui culmen erat dignitatis, poſt Romanum Pontificem, modo ſit gradus ad Cardinalatum, ea præcipuè cauſa, quod ad ſolos Cardinales devoluta fuerit electio Romani Pontificis: nec ampliùs Provincialia à Papa convocentur Concilia, ſed Cardinalium utatur Senatu, quem ſemper habet præſentem. Veldicas Epiſcopis non præferri Cardinales: nec ab electione Pontificis excluſos Epiſcopos; ſed Eccleſiam vocari univerſam ad electionem Pontificis. Quid enim A Cardinales? niſi Epiſcopi, Presbyteri Diaconi quorum claſſes per digniores Epiſcopos, per digniores Presbyteros, per digniores Diaconos conveniunt in electione Pontificis. Unde in Eccleſiaſtica Hierarchia, nemo ſe gravatum queratur cum ad efformandum caput membra principaliora conſentiant. Omnes autem non vocantur Epiſcopi, nec omnes Sacerdotes, Diaconique ad effugiendas turbas, quæ à multitudine excitari ſolebant; Eccleſia contenta, univerſa ſanè convenire, ſed per capita Ordinum; ut fieri B ſolet etiam in Principum comitiis. Quando verò Epiſcopis Cardinalis Presbyter non Epiſcopus perſonaliter præcedere cœperit? ignotum. Clandeſtine hoc factum, quando in Avenionenſem captivitatem Eccleſia traducta Romana; juſdatum, non dictum; ideſt non Canones ſervati, ſed obſtructi; nec potentior, qui melior: ſed melior habitus eſt, qui potentior.

30. Cur modo Epiſcopis præferatur Cardinalis?

Quando verò ad ſolos Cardinales, ideſt ad Capita trinæ claſſis, Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum devoluta fuerit electio Romani Pontificis? difficile eſt invenire. Ab Hadriano I. *qui cum univerſa Synodo Romana Carolo M.* C *jus tradidit & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem c. Hadrianus d. 93.* uſq; ad Leonem IX. legitur in Vitis Pontificum, Cæſares electionem obtinuiſſe, vel uſurpaſſe. Anno namq; 1049. cum ab Henrico Romam Leo miſſus Intronizandus veniret, ſuadente Hildebrando Papa futuro Greg. VII. quod per manum laicam non liceret, ad gubernationem totius eccleſiæ violenter introire, depoſita purpura, ſumpto habitu peregrini, pedes Romam venit, ubi à Clero Romano iterum electus ſedem Petri tenuit. Poſt Leonem Victor II. Anno Sal. 1054. teſte Hermanno Contracto, ab Epiſcopis ele- D ctus fuit. Stephanus X. ejus Succeſſor Anno Sal. 1057. teſte Lamberto à Romanis electus, poſtridie à Cardinalibus & Clero fuit conſecratus. Poſt Stephanum Nicolaus II. eligitur in comitiis Senenſibus, quò Cardinales & Nobiles Romanos evocaverat Hildebrandus, Anno Sal. 1058. & Romam veniens, *juxta conſuetum ordinem à Cardinalibus in ſede poſitus eſt Apoſtolica*, teſte Oſtienſi *lib. 3. c. 12.* Ex quibus lucide apparet, Cardinalium fuiſſe ex veteri inſtituto, Papam in ſede reponere Apoſtolica; quod an idem ſit ac eligere? dubium. Nicolaus II. ut ſchiſmati præcaveret futuro, Synodo congregata Romana, ſequens edidit decretum,

31. Electio Papæ quando ad Cardinales devoluta?

32. Nicolai II. proviſio de electione Papæ.

de futura electione Pontificis, ut in *cap. in nomine d. 23.*

In N. Dom. N. Sal. Jeſu Chriſti. Anno. Incar. 1059. menſe Aprili, Ind. XII. propoſitis Sacroſ. Evang. præſidente Nicolao Papa in Baſil. Lateran. conſidentibus Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, Diaconis, idem B. Pontifex auctoritate Apoſtolica decernens de electione Summi Pontificis, Synodo adprobante mandavit. *Ut abeunte hujus Romanæ eccleſiæ univerſalis Pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſimè ſimul de electione tractantes, mox ipſi Clericos Cardinales adhibeant; ſicq; reliquus Clerus, & populus ad conſenſum novæ electionis accedat, nimirum præcaventes, ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat: & ideo religioſiſſimi viri præduces ſint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem ſequaces. Certus verò atque legitimus electionis ordo perpenditur; ſi perlectis diverſorum Patrum regulis, ſive geſtis, etiam illa B. Leonis præd. noſtri ſententia recolatur; Nulla (inquit) ratio ſinit, ut inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebe expetiti, nec à Comprovincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati. Quia vero Sedes Apoſtolica cunctis in Orbe terrarum præſtatur eccleſiis, atque ideo ſupra ſe Metropolitanum habere non poteſt: Cardinales Epiſcopi proculdubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Epiſcopum ad Apoſtolici culminis apicem provehant &c.* Et infra *Quod ſi pravorum hominum perverſitas invaluerit, ut pura, ſincera, atque gratuita fieri in Urbe non poſſit electio: Cardinales Epiſcopi cum religioſis Clericis, Catholiciſque laicis licet paucis jus poteſtatis obtineant, eligere Apoſtolicæ Sedis Pontificem, ubi congruere viderint.* Ad Epiſcopos itaque Cardinales ſpectabat electio, licet, Presbyterorum Romanorum, & populi conſenſus poſtea accederet.

Concordat Synodus Romana, ex typis Nicolini Venetis; *Primo namque inſpectore Deo eſt ſtatutum; ut electio Rom. Pontificis in poteſtate Cardinalium Epiſcoporum ſit; ita ut ſi quis Apoſtolicæ Sedis, ſine præmiſſa concordi & canonica electione eorum, ac deinde ſequentium ordinum religioſorum Clericorum & laicorum conſenſu inthronizatur; is non Papa Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus habeatur.* En ergo quod ſoli Epiſcopi Cardinales Papam eligebant. Reliqui Clerici una cum Laicis conſenſu accedebant, laudabant. Idem repetitur in fine ejuſdem Synodi. *Nihilominus auctoritate Apoſtolica decernimus, quod in aliis conventibus noſtris decrevimus; ut ſi quis pecunia vel gratia humana, vel populari tumultu ſeu militari ſine concordi & canonica electione, ac benedictione Epiſcoporum Cardinalium; ac deinde ſequentium Ordinum religioſorum Clericorum, fuerit Apoſtolicæ ſedi inthronizatus: non Papa vel Apoſtolicus ſed Apoſtaticus habeatur: liceatque Cardinalibus Epiſcopis, cum religioſis & Deum timentibus Clericis, & Laicis invaſorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, à ſede repellere.*

Epiſcopi Cardinales Papa eligebant. 32. Cœteri conſenſum dabant.

Idem obſervatum in electione Alexandri II. teſte Petro Damiani *ep. ad Cadaloum*, in qua legitur: *Quid tibi de Cardinalibus videtur Epiſcopis? qui Romanum Pontificem & principaliter eligunt,* &c. & infra. *Sed quiſpiam fortaſſis objiciat inordinatæ huic electioni aliquem interfuiſſe Romanum. Erubeſcat ad hæc lingua phrenetica, & quæ neſcit eſſe facunda, diſcat vel eſſe muta: neſcit quid utiliter dicere? Sciat ſaltem ſine damno tacere. Nimirum cum electio illa per Epiſcoporum Cardinalium fieri debeat principale judicium: ſecundo loco jure præbeat Electus aſſenſum; tertio popularis favor attollat applauſum.*

Idem contigit in electione Gregorii VII. ut in actis Vaticanis. *Sed Hugo Candidus Cardinalis ubi* A *omnium vota in Archidiaconum conveniſſe indubitanter cognovit, citius præcucurrit, & populum ipſum in hunc modum allocutus eſt dicens: Ecce chariſſimi ſcitis, & indubitanter cognoſcitis, quod à diebus B. Leonis Papæ, hic Archidiaconus tanquam vir prudens bene SS Rom. eccleſiam plurimum exaltavit &c. unde quia idoneorem ad eccleſiæ regimen invenire nequimus, Nos Epiſcopi Cardinales unanimiter ipſum nobis, & vobis, in paſtorem & Epiſcopum animarum noſtrarum eligimus. Et continuo univerſitate populi, & cleri acclamante, Dom. Gregorium Papam S. Petrus elegit; inductus rubea chlamyde (ſicus mos eſt) & Papali mitra inſignitus, invitus & mærens in Petri* B *cathedram inthronizatur.* Idem ſervatum in electione Victoris III. teſte *Oſtienſ. l. 3. c. 52.* in electione Urbani II. cum Guibertus hæreſiarcha gregem laniaret, cum circa Paſcha *Epiſcopi, & Cardinales Romanæ eccleſiæ* Oſtienſis ſunt verba lib. 3. c. 64. *qui ſecum tunc morabantur, & cum Giſulfo Principe Salernitano, adeos quanto citius pergerent, quatenus de Romanæ eccleſiæ ordinatione tractarent.* Eumdem morem ſervatum in electione Paſchalis II. teſte Baronio, ex Anonymo Vaticano. Defuncto Vrbano Papa *Eccleſia, quæ erat in urbe, paſtorem ſibi dari expetiit. Ob hoc Patres Cardinales Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi primores Urbis, Primi ſcriniarii, & ſcribæ Legionarii in eccleſia S. Cle-* C *mentis conveniunt.* In electione Gelaſii II. ſequentia leguntur *tom. 4. Conciliorum.* Poſt mortem Urbani II. *Clerus ipſe eundem Paſchalem vita privata contentum, qui antea Monachus fuerat, nolentem, & latitantem Pontificem creat, quod diceret humeros ſuos nequaquam tanto oneri ſuffecturos: ſed expetente populo, eligente Clero, collaudante Cardinalium Senatu, Pontificium munus ſuſcepit.* Pandulphus vero Subdiaconus, qui teſte Baronio, ſcripſit geſta Gelaſii, ordinem omnimode inverſum hujus recitat electionis, in qua non intervenire de- D beant Epiſcopi, ſed potius ad Cardinales ſpectet electio. Crederem tamen de Epiſcopis intelligere Pandulphum, qui Cardinales non erant. Ait itaque Pandulphus: *Defuncto Paſchali, V. Pater Petrus Portuenſis Epiſcopus, qui primatum poſt Papam per longa jam diutius tempora detinuerat, cumque eo omnes Presbyteri, Diaconi Cardinales de eligendo Pontifice, & in commune communiter, & ſingulariter ſinguli pertractare cœperunt pro D. Cancellario in Monaſterio Caſſinenſi commanente. His ſic geſtis, modis omnibus, ipſo inſcio Nuntius de*

re-

repentè comparuit, qui Cancellarium ipſum juxta quod acceperat in mandatis, Cardinales Romam faceret cum omni celeritate redire. Quid moror? Triſtis frater Joannes morte ſanti patris ſui protectoris, ac mœrens prout obedientiæ filius, maturò iterum Romam intravit, fratres ac filios adunavit, commonuit. In craſtinum, ſecundum quod condixeras honorabilis Pater prænominatus D. Portuenſis, Cencius Sabinenſis, Vitalis Albanenſis, Lambertus Oſtienſis Epiſcopi Domnizo S. Martini, Bonifacius S. Marci, Deſiderius S. Praxedis, Io. de Cervia S. Chryſogoni, Petrus Piſanus S. Suſannæ, Saxo de Anagnia S. Stephani in Cęlio monte, Amicus S. Crucis, Sigizo S. Sixti, Amicus S. Nerei & Archillei, L. S. Cęciliæ, Deus dedit S. Laurentii in Damaſo, Anaſtaſius S. Clementis, Rainerius S. Marcellini & Petri, Benedictus S. Petri ad vincula. Conradus S. Pudentianæ, N. S. Jo. & Pauli, Thebaldus S. Anaſtaſiæ, Gerardus S. Priſcæ, Guido S. Balbinæ, Gregorius S. Laurentii in Lucina, & ſex alii Presbyteri Cardinales: nam Hugo de Alatro Presb. Cardinalis, qui arcem Circæam pro Paſchali Papa tenuerat, paulo poſt rediit. Item Gregorius S. Euſtachii, qui & Abbas S. Andreæ, Oderiſius Sacriſtanus S. Agathæ, qui poſtea Abbas Caſſinenſis effectus eſt, Roſimanus S. Georgii, Henricus S. Theodori, qui & Alazarienſis Decanus, Aldo S. Sergii & Bacchi, Petrus Leonis S. Coſmæ & Damiani, Comes S. Mariæ in Aquiro, Chryſogonus S. Nicolai in carcere Tulliano, & Stephanus S. Luciæ in Silice, Gregorius S. Angeli aderant & octo alii Diaconi Cardinales, itemque Nicolaus Primicerius Scholæ Cantorum, & ſubdiaconi Palatii, & alii minoris ordinis Clerici multi Romani, de Senatoribus ac Conſulibus aliqui, præter familiam noſtram. Hi omnes vitantes ſcandalum, quod in hujuſmodi electionibus pro peccatis noſtris accidere, non ſecus ac poſtea res probavit eventus, ad locum tutiſſimum, veluti qui Curiæ cadit in Monaſterio quod Palladium dicitur, infra domos Leonis & Cencii Frangipanis pariter convenerunt, ut juxta ſcita Canonum de electione tractarent. In quo loco poſt diſceptationem diutinam, ac voluntates diverſas nunc hac, nunc illa petentes, tandem communicato conſilio, illo mediante, qui facit utraque unum, pari voto ac deſiderio in hoc unum unanimiter concordarunt, ut D. Jo. Cancellarium in Papam eligerent, & haberent. Nec mora raptus ab omnibus, laudatur ab omnibus, approbatur ab omnibus, nec non etiam ab Epiſcopis, quorum nulla eſt prorſus alia in electione Præſulis Romani poteſtas, niſi approbandi, vel contra; & ad communem omnium Cardinalium primum, & aliorum petitionem, electo ſolummodo manus imponendi.

Epiſcopi non habent jus in electione Papæ.

In hac Gelaſii electione ſecundùm Pandulphum, excluduntur Epiſcopi ſed Epiſcopi non Cardinales. Quomodo verò Prsbyteri Cardinales in ea ſe habuerint, vel eligendo cum Epiſcopis Cardinalibus; vel electum à Cardinalibus Epiſcopis plaudendo? dubium; *Collaudante Cardinalium Senatu*, legitur *to. 4. Concil.*

Mortuo Gelaſio II. Anno Salutis 1119. ſcribit Oſtienſis. *l. 4. cap. 64. Cardinales conſilio habito ſibi Calliſtum in Papam præficiunt.* Hic Cardinales nominantur, nullo facto diſcrimine inter Epiſcopos & Presbyteros, ut mos erat. In electione Honorii II. teſte Oſtienſi l. 4. n. 83., poſt obitum Calliſti, *Cardinales dividuntur, & alii Lambertum Oſtienſem Epiſcopum in Papam Honorium alii Theobaldum Cardinalem tit S. Anaſtaſiæ, ſibi in Cęleſtinum Papam præficiunt: verùm quia fortior, & potior pars cum Honorio erat, hi qui jam dicto Theobaldo favebant, rerum eventum videntes, pœnitudine ducti, ad eumdem Honorium, reverſi ſunt.* Hic inter Cardinales nulla diſtinctio. Concordat M. S. Vaticanum teſte Baronio; *Sed quia electio*

A *Honorii minus canonicè præceſſerat: poſt ſeptem dies, nempe 28. Decembris, in conſpectu fratrum ſponte mitram, & mantum refutavit, atque depoſuit. Fratres tam Epiſcopi, quam Presbyteri, & Diaconi Cardinales videntes ipſius humilitatem, & proſpicientes in poſterum, ne in Rom. eccleſiam, aliquam inducerent novitatem, quod perperam factum fuerat, in melius reformarunt, & eundem denuo advocantes, ad ejus veſtigia prociderunt, & tanquam Paſtori ſuo, & univerſali Papæ conſuetam obedientiam exhibuerunt.*

Idem contingit in electione Innocentii II. ex

B M. S. Codice Vaticani teſte Baronio, ut legere eſt to. 2. a nobis exarato, *de Vitis Pontificum p.* 508. in qua, pari jure Epiſcopi, & Presbyteri ac Diaconi recenſentur Cardinales, nec alii cum Cardinalibus in ea electione miſcentur. Concordat Petrus Ep. Portuenſis ep. ad Ep. Præneſtinum, Albanum, Sabinum, Oſtienſem pro tutela Pſeudo Pontificis Anacleti; ubi inter cœtera legitur. *Fratres ſiquidem veſtri Cardinales, quorum præcipua in electione poteſtas, cum Clero univerſo, expetente populo, cum honoratorum conſenſu*

C *&c.* Idem contigit in electione Lucii II. Eugenii III. teſte Platina, *Cum non ſatis conſtaret inter Cardinales, quem potiſſimum è numero ſuo deligerent, divino nutu perciti virum ss. Eugenium deligunt*: perduravitque mos iſte, uſque ad Alexandrum, III. cujus in electione diviſi Cardinales ſciſma illud conflarunt teterrimum, quo totus penè Orbis conflagravit; tandem per Venetam ſublato victoriam adverſus Fidericum Ænobarbum ſciſmate, pace reſtituta, ad evitandam in futuri Pontificis electione diſcordiam, Alexander III. Synodo congregata Romana decrevit; *quod ſi forſè inter Cardinales de ſubſtituendo ſummo Pontifice non poterit eſſe plena concordia, & duabus partibus*

Jus eligendi Papam, cui competat ex Alex. 3.

D *concordantibus, pars tertia concordare noluerit; ille abſque ulla exceptione, ab univerſali eccleſia Rom. Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit, & receptus c. licet de electione.* Ab hac die Cardinales omnes electionem Rom. Pontificis habuere pacificè, & juxta regulam Alexandri III. Lucium III. primò aſſumpſerunt.

Multa de jure, vel uſurpatione Cœſarum in electione Romani Pontificis, ſtudio omiſimus: quod de Cardinalibus, non de Imperatoribus nunc ſermo recurrat.

Plura hic etiam ſtudioſè Pomiſimus; quæ ad palpandos Cardinales congerere ſolent, qui di-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

34. An prius fuerint Cardinales, quam Epiſcopi.

gnitatem potiùs quæ ſunt, quam veritatem: præcipuè quod Chriſti lateri Cardinales priùs ad fuerint, quàm Epiſcopi: cum Petrus, Andreas, Joannes, uſque ad duodecim; Apoſtoli prius fuerint, quàm Paſtores, & Epiſcopi; ut obſervavit Jacobus Cohelius *lib. 1. c. 1. Notitia Cardinalatus, exc. 6. Luca. Et cum dies factus eſſet; vocavit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit*, ad ſuſtinendum onus cum ipſo. Piæ meditationi occurres facilimè, ſi tempora ſupputaveris, & in partem ſollicitudinis aſſumptos pendes Apoſtolos non ante paſſionem, ſed poſt mortem Redemptoris. Antea rudes, & ignari, pleni timore, & confuſione, diſcipuli merito vocabantur ad ſcholam Evangelii, Chriſto magiſtro, qui eorum incapacitatem non ſemel coactus tanquam pravam generationem & adulteram corripere, gradatim edocuit, donec verbo inſtruens & exemplo, Bacalaureos conſtituit, laurea decoravit Spiritus Sancti, paſtoreſque inſtitutos miſit in Orbem, ad prædicandum Evangelium. Quod ſuo adhæſerint magiſtro Apoſtoli priùs, quam paſtores; adhæſere etiam primi omnium Piſcatores. Epiſcopo Clerici etiam primo adſtant Oſtiarii, Lectores, Exorciſtæ, Acolyti, non propterea majores hi erunt Sacerdotibus; cum per gradus aſcendant ad Sacerdotium. Nominavit quidem priùs Apoſtolos eius, inſtruxit poſtea, tandem inſtituit, & fecit. Per eam namque nominationem, jus aliquod eis indultum audebis deſignare; neque aliquod conſilium utile vel decorum per eos Chriſto datum invenies: niſi illud recenſeas à Petro datum in monte, *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum (Luca 9.) neſciens quid diceret.*

Advertas tandem plura modo abſque injuria Epiſcoporum, Cardinalibus convenire, quæ in eccleſia primitiva forte fuiſſent abſurda uſu namque obliterato Conciliorum: Provincialium, quæ Pontifex congregabat Romanus pro univerſali Eccleſiæ regimine; aſſumptiſque Cardinalibus in locum Epiſcoporum, nè iſti oves deſerant ſibi commiſſas; loco Apoſtolorum ſtant etiam domini Cardinales pondus ferentes diei & æſtus cum Romano Pontifice; qui ad eos, ut ad Apoſtolos Chriſtus: *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Luca* 22. carceribus traditi & flagellis, tempore Bonifacii VIII. & Clementis VII. Adſtant enim Pontifici tanquam particulares Aſſeſſores, Conſiliarii, Cooperatores; ſuntque pars corporis Papæ, ſpecialia membra illius, partes Papatus. Majorem exinde coniunctionem & identitatem inter Papam & Cardinales voluere Hoſtienſis & Jo. Andreas; quam inter univerſos fideles etiam Epiſcopos. Nec ſolùm auctoritatem habere dicuntur (teſte *Diana reſol. 4. Tractat. 2. de poteſtate & privileg. Card.* ſuper Eccleſiam titularem, cui præſunt, ſed Eccleſiam reſpiciunt univerſalem juxta D. Bernardum *Hi quoque qui tibi aſſiſtunt ſeniores Populi, judices Orbis*: vocem propterea habentes modo deciſivam in Conciliis, una & Epiſcopi, quibus etiam ſubſcribendo præceſſerunt in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Sal. Anno 1517.

Ex his deducit Archidiaconus. 25. *q.* 1. *Sicut quidam & 12. q. 2. cum redemptor.* cui ſubſcribunt Cardinalis *Conſ.* 150. *& c. perpendimus de ſententia excom. & c. licet* Monachus & Dominicus *c. ſuper eo de Heret. in 6.* Collegium Cardinalium quaſi poſſeſſionem habere, ne abſque eorum conſenſu negotia ardua expediat Papa: cujuſmodi ſunt; Creare Cardinales, Epiſcopos transferre, legem promulgare, Feuda concedere, Legatos mittere, bellum indicere, bona S. Petri alienare, ac ſimilia, eo fundamento, quod hodierno tempore, locum teneant Apoſtolorum, & tanquam Sacerdotes Levitici generis judici aſſideant ſupremo, cui patem ſortiti ſunt poteſtatem. *cap. in novo d.* 21. Quæ ſi de jure accipias, abſurdiſſima erunt & falſa: cum ſolus Petrus à Chriſto ſuper Eccleſiam univerſam, acceperit poteſtatem. *Jo. 21. & cap. multum 2. part. 6. & cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* licet conveniens, & utile, ut in arduis Cardinales conſulat Papa teſte Eccl. 32. & 33. *Rectorem te poſuerunt: noli extolli: eſto in illis quaſi unus ex ipſis. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis &c.* non tamen congruum, ut accedant tamquam legum collatores: ſatis, ſi veluti conſultores.

N U.

NVMERVS CARDINALIVM
CAP. II.

1. Cardinales aſſimilati 70. Senioribus.
a. Catdinalium numerus Septuageoarius;
3. Quanti eſſe debeant.
4. Eorum qualitates.
5. Græcorum aliquis aſſumendus in Cardioalem.
6. Quomodo eligendi.
7. Jo. Patriarcha Alexan. in Cardinalem à Papa electus tollitur à Concilio Baſilcenſi.
8. Ao ex omni natione aſſumeodi? Leges iſtæ obſoletæ.

Cardinales aſſimilati 70. Senioribus.

JOannes VIII. S.R. *conſtitut. de jure, & tit. Cardinalium*, Moyſi Pontificem comparavit Romanum; Cardinales verò ſeptuaginta ſenioribns populi Iſraelitici, qui *Num* 11. tria munia præſtabant, provocationes nempe audiendo ad Moyſem directas contra judices inferiores, litibus majoribus incumbendo, & Dei cultum ordinando. In eis, teſte *Abulenſi*, tria digna notatu, Prudentia humana atque divina: Juſtitia, & recta cum mortalibus cooverſatio, tandem gravitas perſonæ atque majeſtas. Horum loco Cardinales pro regimine non alicujus particularis eccleſiæ, ſed eccleſiæ univerſalis, bis in hebdomada convenire tenentur, juxta Leonis IV. decretum ad palatium Pontificis. Et ſicuti ſeniores illi numero erant ſeptuagint; ita numerus Cardinalium ſeptuagenatius definitus eſt à Sixto V. die III. Noo Decemb. 1586. Conſtitutione, cujus initium, *poſtquam verus ille* &c. & hoc contra decretum Conſilii Conſtantienſis ſeſſ. 40. quo ad 24. numerus reſtingebatur Cardinalium. Varius oamq; antea nutabat & incertus. In creatione Nicolai III. quatuor tantum Presbyteri numerabantur Cardinales, & tres Diaconi. Jn obitu Alexandri IV. & ereatione Urbani IV. duo ſolumodo Presbyteri Cardinales ſuperſiſtes erant. In creatione Nicolai IV. tres tantùm Diaconi. Tempore Bonifacii VIII. multiplicati ſunt Cardinales ad XX. Tempore Sedis Avenionenſis ad XXX. & hoc uſque ad Sixtum IV. patruum Julii II. qui poſthabito decreto Concilii Conſtantienſis, numeroſas fecit promotiones; exemplum emulante Alexandro VI. neuter tamen numerum exceſſit 50. Tot ſunt habiti ſub Honorio II. Quadraginta tantum ſub Innocentio II. & Cęlleſtino II. Leo X. Medieeus An. Sal. 1517. una promotione legit 31. eoque ſedente numerati ſunt Cardinales 65. Paulus IV. ampliavit ad 70. Pius IV. ad 76. quo nunquam major. Paſchalis II. diverſis ptomotionibus, Annis ſui Pontificatus unde viginti, ereavit 90. modò ex conſtitutione Sixti V. to. a. Bullarii n. 50. numerum prohibentur excedere ſeptuagenarium; ita ut Epiſcopi ſex, Presbyteri quinquaginta, diaconi qnatuordecim impleant nnmerum ſeptuagenarium, ad ſimilitudinem 70. Seniorum c. 11. N. in veteri Teſtaméto.

Cardinalium numerus ſeptuagenarius.

Primum igitur, cum ita expoſcente rerum ac temporum qualitate, & occaſione receſſum fuerit à veteri illo more admodum paucos viros in ſacrum Collegium adſcribendi, jamque plures noſtra ætate Cardinales quam antiquitus io ipſum Collegium cooptari conſueverint, tum ut juxta generalis Concilii Tridentini decretum omnium Chriſtianitatis Nationum ratio habeatur, tum quia in eodem Collegio multi, quæ eſt humani corporis infirmitas, ſenectute vel morbis frequenter gravati, haud commode tanto oneri aſſidue ſubſtinendo ſufficere queunt, ut
A in hoc moderatio congrua adhibeatur, & certi limites præſcribantur, ne vel ad veterem illam paucitatem eos redigamus, vel rurſus eorum honor nimia ac ſuperflua numeroſitate vileſcat, quod interdum & nos ipſi dum in minoribus eſſemus, vidimus & experti ſumus. Ac ut veteris Synagogæ figura ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ veritati reſpondeat, ſequi cupientes maodatum Domini factum ad Moyſeo, de congregandis ſe-
B ptuaginta viris de ſenibus Iſrael, quos noſſet ſenes populi eſſe, & magiſtros, ut ſecum onus populi ſuſtentarent, & non ipſe ſolus gravaretur, ſuper quos ad oſtium tabernaculi ductos, loquente Domino, Spiritus requievit, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, perpetno ſtatuimus & ordinamus, ut in poſterum conoumeratis omoibus cujuſque ordinis Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui nunc ſunt, quique in futurum creabuntur, cuncti ſimul numeruin Septuaginta nullo umquam
C tempore excedant ac talis numerus quovis prætextu, occaſione vel cauſa etiam urgeotiſſima minime augeatur. Quod ſi unum vel plures à nobis vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice in futurum ultra dictum oumerum eligi in Cardinalem, aut creari aut pronunciari contigerit, decernimus hujuſmodi electionem, creationem, & pronunciationem nullam, irritam & inanem fore, & cenſendam eſſe, nullumque jus ſeu titulum re aut nomine ſic electo ſeu electis acquiri, neque eorum quemquam pro Cardina-
D li haberi aut reputari poſſe aut debere, neque dictam electionem, creationem, pronunciarionem ab initio invalidam & ultra numerum factam, ſi poſtea ad præſcriptum numerum morien-

Cardinales non ſint plures quam & electio promovendorũ ultra hunc numerum nulla ſit.

riente uno vel pluribus Cardinalibus ipſum Collegium redigatur, propterea ex poſt ſacro convaleſcere, ſed uti à principio ſic deinceps in perpetuvm nullius fore roboris vel momenti.

Sintque ex eis Epiſcopi ſex Presbyteri 10. et Diaconi 14.

Quoniam vero jam inde ab antiquiſſimis etiam Apoſtolorum temporibus Diaconorum ordo ad inſerviendum & miniſtrandum in Eccleſia Dei ex magna providentia dignoſcitur inſtitutus, & pro temporum varietate modo major, modo minor numerus eſſe conſuevit, ita ut aliquando ſeptem, interdum quatuordecim, quandoque vero decem & octo Diaconi fuerint, & tamen hoc tempore tum propter eorum parvvm numerum, tum propter aliquorum abſentiam à Romana Curia, adeo pauci reperiuntur, ut eorum officio ſatisfacere nequeant, immo ſæpius Presbyteri Cardinales loco Diaconorum, contra patrum inſtituta Pontifici aſſiſtere & miniſtrare cogantur. Idcirco ſtatuimus, ut ex prædicto numero Cardinalium, Diaconi quatuordecim, reliqui omnes præter ſex Epiſcopos, Presbyteri ſint, & eſſe debeant.

Quanti eſſe, debeant?

Ne quid autem Antiquitatis penitus ignoretur; Baſileenſis Concilii decretum de numero B Cardinalium lege; quod ex ſeſſ. 24. ita ſonat. *Statuit S. Synodus, ut deinceps eorum numerus adeo ſit moderatus, quod nec ſit gravis eccleſiæ, [quæ nunc ob temporum malitiam, plerisque gravibus affligitur incomodis] nec ſuperflua numeroſitate vileſcat. Qui de omnibus Chriſtianitatis regionibus, quantum commode fieri poterit, aſſumantur, ut notitia rerum in eccleſia emergentium facilius haberi, & ſuper his maturius deliberari poſſit, ſic tamen, quod numerum viginti quatuor inter hos, qui nunc ſunt, & aſſumendos, non excedant; ita quod de una natione ultra tertiam partem reſpectu Cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de una civitate & diœceſi ultra unum inde C oriundum, & de ea natione, quæ nunc ultra tertiam partem habet, usque ad ipſius tertiæ partis reductionem eſſe nequeant.*

Conditiones Promovendorum.

Cujus condirionis eſſe debeant promovendi? in eodem Concilio decretum. *Sint viri in ſcientia, moribusque ac rerum experientia excellentes non minores triginta Annis, Magiſtri, doctores, ſeu licentiati cum rigore examinis in jure Divino, vel humano, ſit ſaltem tertia, vel quarta pars de Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Scriptura. Inter hos autem viginti quatuor, eſſe aliqui poterunt admodum D pauci, filii, fratres, aut nepotes Regum, ſeu magnorum Principum, in quibus cum circumſpectione & maturitate morum, competens literatura ſufficiat. Non fiant Cardinales, nepotes ex fratre, vel ſorore Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis viventis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicujus criminis, aut infamia nota reſperſi. Prædicto autem numero viginti quatuor pro magna Eccleſiæ utilitate, vel neceſſitate, duo alii, in quibus vitæ Sanctitas, vel eximiæ virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant: ac de Græcis,*

Græcis aſſumantur.

cum Romana Eccleſia uniti fuerint, inſignes aliqui viri adjici poterunt: pro unione ſervanda Eccleſiæ.

Concordat Sixtus V. in citata *Conſtitut. Poſtquam.* Anno 1585. ut unaquæque Natio ſuum habeat in Curia patrem tutelarem, cum quo poſſit ſua conferre negotia, & ab eo præſidium præſentius ſumere veluti linguæ, morum, negotiorum perito. Joannes tamen Garzias *de Nobilitate Hiſpan. glo.* 48. §. 3. *num.* 54. ex D. Antonino docet; Cardinales convenientius aſſumi A de territorio Eccleſiæ, ut liberiores in ferendis ſuffragiis, juſtitiam quærant, & Eccleſiæ libertatem propugnent.

Eorum electio ne per vota fiat auricularia, ſed illi ſolumodo aſſumi valeant, in quos facto vero ſcrutinio, ac publicato, majorem partem Cardinalium per ſubſcriptionem manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe: in eodem habes *Baſileenſi Concilio.*

Leges ſupradictæ obſoletę.

Hæc & ſimilia cum ante ſuam aſſumptionem juraſſet Sixtus IV. auctoritatis Pontificiæ prætextu, quod Papa legibus non ſit alligatus, numeroſas fecit Cardinalium promotiones; quo- B rum primi, ſpecie levandi onera Pontificatus, fuere duo juvenes, *Tulianus* Pontificis ex fratre nepos, ad titulum aſſumptus Presbyteralem S. Petri ad Vincula, Anno ætatis ſuæ viginti ſeptem, & Petrus Ricarius Pontificis ex ſurore nepos, ad titulum aſſumptus Presbyteralem S. Sixti, & ipſe juvenis, pecuniæ perdendæ natus, biennio namque quo ſuper vixit, ducenta aureorum millia abſumpſit in victu; præter ſexaginta aureorum millia, æris alieni, teſte Onuphrio. Ob hujuſmodi promotiones, quàm male audierit Sixtus IV. lege Jacobum Card. Papienſem ep. 407. 408. 414. 416. 417. 421. 423. 425.

Jo. Patriarcha Alexan. electus à Papa caſſatur à Concilio

C Vigente porro Baſileenſi Concilio, cum Eugenius Papa Joannem Patriarcham Alexandrinum inter Cardinales promoviſſet, conditionibus non ſuffultum Cardin. præſcriptis; electionem nullam declaravere Patres ſeſſ. 27. Anno Sal. 1437. decreto cujus initium, *Tantam:* Veruntamen cum nulla ſit lex ſolunaris, quæ adhuc geſta Pontificum coercere voluerit; præteritis Sanctiſſimis illis Patrum decretis, in eum inundavere numerum, quem poſtea ut excuſarent, ad Seniores Legis Moſaicæ confugere, opus fuerit, ut legere eſt in conſtitutione ſupradicta Sixti V. D cujus tenore, inter eos ad minimum Quatuor Theologiæ doctores eſſe debent, qui ex ordinibus Regularium Mendicantium aſſumerentur: & ſolo jejuniorum tempore fiat electio. Omnia hæc arbitrio ſubjecta Pontificum, cum pro tempore, convellantur: audi, quid in eis requireret citatus Sixtus V.

Poſtquam verus ille atque æternus Paſtor & Epiſcopus animarum Chriſtus Dominus ad gubernandam univerſalem Eccleſiam, quam ſuo pretioſo ſanguine acquiſivit, Apoſtolorum Principi Beato Petro cœleſtis ſimul ac terrenæ tradidit plenitudinem poteſtatis, eique ſuas in terris

ris

Digitized by Google

ris vices commiſit, ſicut in eathedra ipſius Petri ſucceſſor, & verus Chriſti Vicarius Romanus Pontifex divina præordinatione, ejuſdem ſupremæ Apoſtolicæ dignitatis faſtigium & locum in terris tenet, ita etiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales repræſentantes perſonas Sanctorum Apoſtolorum, dum Chriſto Salvatori regoum Dei prædicaoti, atque humanæ ſaluti myſterium operanti miniſtrareot, eidem Pontifici in executione Sacerdotalis officii, & in dirigenda ipſa Eccleſia Catholica cui præeſt, conſiliarii, & coadiutores aſſiſtuot, quaſi oculi, & aures ac nobiliſſimæ ſacri capitis partes, & præcipua illius membra à Spiritu Sancto conſtituta, qui in hac ipſa Eccleſiaſtica Hierarchia divina A diſpoſitione, inſtar illius cęleſtis, eui ex altera parte reſpondet, ordinata, ad altiſſimum gradum evecti cum ipſo Romano Pontifice communi patre ac paſtore, ad quem ex omnibus uodiq; gentibus ac nationibus, in graviſsimis, maximeque arduis rebus fideles omnium generum, omnium ordinum, ſummi, infimi quotidie confluunt, taoti ponderis molem atque onus populorum ſuſtioeant, & pro animarum ſalute, pro fide, B pro juſtitia, pro unitate aſsidue invigilent, ac laborent, qui circa ipſum univerſali Eccleſiæ ſervieodo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendant, quorum conſilio idem Pontifex agenda diſponat, quorum opera, & neceſſaria & plurimum fructuoſa univerſæ Reipublicæ Chriſtiaoæ in ſecundis rebus ornamento, & commodo, in dubiis præſidio, & adiumento eſſe poſſit. Qui denique pro exaltatione Catholicæ Religionis, pto pace & quiete Chriſtiani populi, pro augumento, & honore ſanctæ Sedis Apoſto- C licæ ſanguinem, ſi ita res ferat, & ſpiritum coonſtanter effundant.

Pontifex eſt verus Chriſti Vicarius & Cardinales Apoſtolorum perſonas repreſentant, & ſunt Pōtificis Conſiliarii, & Coadiutores. Et pro exaltatione Catholicę Religionis sāguinem & Spiritum effundere.

Conſonat cōſt. 15. Eugen. IV. ol. 264.

Cum itaque ipſi veri cardines ſiot, & clariſſima Eccleſiæ lumina, templi Dei baſes, firmamenta, & columina Chriſtianæ Reipublicæ ſingulari quadam pietate ac doctrina, nec vulgari aut mediocri, ſed inſigoi atque eximia virtute abundare debent, ut quam gerunt perſonam digne, & honorifice valeant ſubſtinere. Ac quemadmodum præcipue ſunt partes ſummi Romani præſulis in iis aſciſcendis exquiſitam adhibere D diligentiam, & accurata circumſpectione providere, ut viri optimi ac lectiſſimi aſſumantur, & vel in hoc potiſſimum neceſſitati atque utilitati totius Eccleſiæ ſibi commiſſæ conſulatur, ita etiam Prælati ceteræque perſonæ Eccleſiaſticæ ad tantæ dignitatis ſublimitatem promovendi, anteactæ vitæ laude, atque excellenti quadam, & rara meritorum commendatione præ ceteris fulgeant, neceſſe eſt, ut hoc ampliſsimo honore digni habeantur. Siquidem eorum vita ac mores cœteris exemplo eſſe debent, verba & reſponſa pro oraculis, monita ac præcepta ab univerſis Chriſtianis regula, & norma recte vivendi, recteque ſentiendi exiſtimantur, ab iis quaſi ſapientiſsimis magiſtris Eccleſiaſticæ diſciplinæ

Pontifex igitur viros optimos & lectiſſimos Cardinales creare debet.

Quoad Cardinalium qualitates. vide notavi hic in rubr.

forma ſuſcipitur, quæ ad mores vitamque cuoctorum fidelium componendos looge lateque diffuſa propagetur. Ipſi denique vere ſunt ſal terræ ac lucernæ poſitæ ſuper candelabrum, ut inter ſanguinem, & ſaoguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram diſcetoant, ac doctrinæ opportunitate, & veritate, infirma confirment, diſrupta conſolident, depravata convertant, luceant omnibus qui in domo Domini habitant, ac primæ huic Sedi aſsiſtentes cunctos paſtores dum in gravioribus negotiis eamdem Sedem conſulunt, ejuſve opem implorant, ſuo judicio, cooſilio & auctoritate inſtruere, dirigere ac docere non ceſſent. Cœterum cum noo ſolum ad eos ſpectet plurima & maxima momenti negotia & cauſas, quæ eis io dies committuntur, præclara fide, & prudentia cognoſcere, ac Legationibus in Provinciis gubernandis, & in gravioribus rebus, ſæpius ad Reges, & Imperatores perfungi.

Sed, quod omnium caput & ſumma eſt, ex eorum corpore, numero, & Collegio, ille ipſe qui cunctis paſtoribus eſt præficiendus, ac totius Dominici gregis curam habiturus, ſummus Pontifex deligatur, iidemque illum ſuis ſuffragiis ereeot, qui tunc demum publico bono Chriſtiani populi, optimus ſine ulla dubitatione exiſtet, ſi è numero, & ſuffragiis bonorum deligetur, in hac ſacra electione cenſendi ſunt veri ioterpretes atque ioterountii voluntatis Dei, eujus ſpiritu ſicut univerſum Eccleſiæ corpus ſanctificatur, & regitur, ita maxime hoc totum hujuſmodi electionis opus ejuſdem afflatu, & ioſtinctu abſolvi certiſsimum eſt atque omnibus exploratum, ut vel ex hoc ipſo perſpici poſsit quanta in eis requiratur puritas, & ſinceritas ab omni carnis affectu, privatorum commodorum cura, & factionum ſtudiis aliena, quorum pectora, & voces, templa & organa futura ſint Spiritus Sancti, & ex quibus quaſi ſeminibus is ſit proditurus, in quem totius Apoſt. poteſtatis plenitudo Deo annuente merito conferatur.

Preſertim quia ex Collegio Cardinaliū creandus eſt unus Pōtifex.

Inter hos Septuaginta Cardinales, præter egregios utriuſque juris aut Decretorum Doctores, noo deſint aliquot inſignes viri in ſacra Theologia Magiſtri præſertim ex Regularibus, & mendicantium Ordinibus aſſumendi, ſaltem quatuor, non tamen pauciores.

Inter LXX. Cardin. pręfatos, aſſumātur ſaltim quatuor Magiſtri in Theologia.

Antiquum vero Clemeutis, Anacleti, Evariſti, Alexandri, & aliorum Sanctorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum morem, per ſexcentos & amplius annos continuata ſerie obſervatum ſequi volentes, ac decretum alias per nos in noſtro Conſiſtorio editum innovantes, perpetuo ſancimus tempus creandorum Cardinalium ſeu promotionis ad Cardinalatus honorem faciendæ, menſe Decembri dumtaxat in ipſis temporibus ſeu diebus jejuniorum, & non aliis eſſe debere.

Creari poſſit Cardin. in diebus Jejuniorum mēſis Decēbris dumtaxat.

Hoc arbitrio Papa ſervatur.

Ut autem ipſi Cardinalea in regimine univer-

ſa-

Promoveantur que idonei ex omnibus Nationibus Chriſtianitatis quantum commode fieri potegit.

ſalis Eccleſiæ nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici utiliter aſſiſtere valeant, ac de omnibus Chriſtianorum Regnorum Provinciarumque moribus, rebus, & negotiis prompte, & fideliter certa ab eis notitia, pro rerum emergentium opportunitate habeatur, prædicti Concilii Tridentini decreto inhærentes, ſtatuimus, ut ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, idonei aſſumantur.

Illegitimi & per ſubſequens matrimonium legitimati aut ſuper defectu natalium auctoritate Apoſt. diſpenſationem conſecuti, ad Cardinalatum inhabiles ſint.

Præterea, qui Cardinales creandi erunt, legitimis, & honeſtis ſint exorti natalibus, neque ulla prorſus labe, aut illegitimorum natalium ſuſpicione quovis modo laborent, ſed omni macula, & impuritate careant, alioquin ad tam eminentem dignitatis gradum, penitus inhabiles, & illius incapaces ſint, & eſſe cenſeantur. Quo circa conſiderantes, quod licet tanta ſit vis, & efficacia Sacramenti Matrimonii, quod Apoſtolo teſte, Magnum eſt in Chriſto, & in Eccleſia; ut qui antea geniti erant, ex ſoluto, & ſoluta, inter quos rite Matrimonium conſtare poterat, poſt illud contractum legitimi habeantur, in nonnullis tamen Provinciis, & Dominiis, B nobilitatis privilegii non gaudent, nec ad ſæcularia officia, honores, & dignitates, neque ad nobilium feudorum, & ſtatuum ſucceſſiones admittuntur, quodque multo magis indecorum videretur, & ab Apoſtolicæ Sedis dignitate alienum, ſi hujuſmodi illegitimi per ſequens Matrimonium, ut præfertur, legitimati, in Cardinales aſſumerentur, ac Cardinalatus celſitudo, & ſplendor, qui dignitati Regiæ comparatur, facile deprimi, commaculari, aut quodammodo inobſcurari poſſet. Ideo ut puriori dignitati puriores natales reſpondeant quoſcumque illegitime natos, quo- C ſumvis, etiam Magnorum Principium, etiam Ducali, aut majori, etiam Regia, & Imperiali auctoritate fulgentium filios quocumque gradu, dignitate, & præeminentia præditos, etiam genitos ex ſoluto, & ſoluta, inter quos tunc Matrimonium conſtare poterat, ac poſtea per ſubſequens Matrimonium, etiam rite, & ſolemniter in facie Eccleſiæ contractum, vel alias legitimatos, & quomodolibet habilitatos, & natalibus reſtitutos, ac quorumvis bonorum capaces effectos, etiam ſi cum eis, ut hanc ipſam D dignitatem obtinere valeant, ſuper defectu natalium fuerit expreſſe, & in ſpecie auctoritate Apoſtolica quomodolibet diſpenſatum, nihilominus prædictæ Cardinalatus dignitatis prorſus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuo inhabiles decernimus, ac declaramus.

Et non illi qui ad ſacros ordines promoveri non poſſunt.

Sed & inſuper prohibemus, ne ii, quos propter defectus vitia, aut impedimenta quæcumque ad ſacros ordines ſecundum canonicas ſanctiones promoveri fas non eſt, etiamſi cum ipſis dicta auctoritate Apoſtolica fuerit diſpenſatum, neve alicujus criminis, aut infamiæ nota reſperſi, in Cardinales ullo umquam tempore aſſumantur.

Promovendi ad Card. doctrina vitę probitate, & aliis qualitatibus a jure requiſitis præſtare debent.

Cœterum, ut non ſolum honore, ſed etiam se ipſa cardines ſint, ſuper quibus oſtia univerſalis Eccleſiæ tuto nitantur, divinaque, & humana miniſteria ſibi commiſſa utilius exequi poſſint, ſtatuimus, ut lectiſſimi, & præcellentes viri in ipſum Collegium adcribantur, & quorum vitæ probitas, morum candor, præſtans doctrina, & eruditi, eximia pietas, & erga ſalutem animarum ardens ſtudidm, & zelus, in dandis conſiliis ſincera fides, & integritas, in rebus gerendis ſingularis prudentia, conſtantia, & auctoritas, & aliæ qualitates à jure requiſitæ, tam ipſi Pontifici, quam univerſo Collegio cognitæ, & probatæ ſint.

Clericali etiam charactere inſigniti, & in 4. minoribus ordin. cõſtituti per annũ ſaltem ante promotioné, habitum & tonſuram geſtare tenentur.

Ac proinde ne homines ſacratum rerum plane imperiti, & rudes atque Eccleſiaſticum functionum ignari, quaſi in Eccleſia Dei hoſpites, & peregrini ſtatim hujuſmodi muneri præficiantur, juxta decretum jam pridem à nobis in prædicto Conſiſtorio noſtro ſancitum, quod pariter harum ſerie innovamus, diſtricte interdicimus, ne quis ullatenus ad Cardinalatus honorem aſſumi queat, niſi qui antea clericali charactere inſignitus, & in quatuor minoribus ordinibus conſtitutus, per annum ſaltem habitum, & tonſuram geſtaverit clericalem.

Filium utriuslibet ſexus etiam ex legitimo matrimonio, vel exep. nepotem habentes promovere nequeunt ad Cardin.

Cum autem ad honorem adeo ſublimem promovendi omni virtutum, & præſertim caſtimoniæ laude ſupra cęteros plurimum eminere debeant, qui vero filios, etiam legitimos, ex uxore ſua alias dignoſcitur ſuſcepiſſe, certum nequeat ſuæ teſtimonium continentiæ exhibere, & pater erga proprios filios naturali affectu nimia qnadam propenſione feratur, verendumque ſit, ne propterea variis propriæ domus negotiis, ac multiplici liberorum cura diſtractus, Eccleſiæ negotia ſibi credita, aut negligenter tractet, aut minus ſolicite, & fideliter quam par eſt, ejuſdem Eccleſiæ jura tueatur, prohibemus, ne aliquis, qui utrjuslibet ſexus filium, ſeu filios, etiam ex legitimo matrimonio ſuſceptos, vel nepotem, ſeu nepotes ex eis habeat, ullatenus in Cardinalem aſſumi, aut promoveri poſſit.

Frater, etiam ex uno parente germanus, vel patruelis conſobrinus, aut amitinus alicujus Cardin. viventis, Cardin. eſſe non poſſit. Fu vide etiã Jul. III. cõſt. 22. Sanctiſſimus.

Inſuper, ut factionum fomitem, & ſimultatum anſam, ex ſacro hoc cœtu quantum cum Domino poſſumus amputemus, decretum piæ mem. Julii Papæ III. prædeceſſoris noſtri in ſacro olim Conſiſtorio editum approbantes, & declarantes, ſimiliter perpetuo interdicimus, ne ullo unquam tempore aſſumatur aliquis poſt hac in ejuſdem S. R. E. Cardinalem qui frater ex utroque vel alterutro parente germanus exiſtat alterius Cardinalis viventis, ita ut eodem tempore duo fratres germani in eodem Collegio nullatenus eſſe poſsint. Quinimmo idem decretum extendentes, & ampliantes, prohibemus quoque ne patruele vel amitino aut conſobrino Cardinale vivente, alter ejus patrue-

lis

lis vel amitinus aut conſobrinus ad Cardinalatum valeat promoveri.

Patruus aut avunculus nepoti, ex fratre vel ſorore Cardin. viventis prohibetur aſſumi ad Card. & e converſo talis nepos patrui & avunculi.

Sed, & pari ratione ſancimus, ne patruo aut avunculo Cardinali vivente, ejus ex fratre vel ſorore nepos, nec rurſus nepote ex fratre vel ſorore Cardinali exiſtente, illius patruus aut avunculus, nec ullus denique alius, qui primo aut ſecundo tantum conſanguinitatis gradu alicui Cardinali viventi conjunctus ſit, quamdivis vixerit in Cardinalem aſſumi poſſit. Ita ut omnes, & ſinguli prædicti tam pater filios ant nepotes habens, quam fratres germani, patrueles, amitini, conſobrini patruus, avunculus, nepos ex fratre vel ſorore, & quivis ut ſupra primo aut ſecundo gradu conjunctus alter altero Cardinali vivente, ad Cardinalatum inhabiles, & illius incapaces ſint, & cenſeantur, neque eorum aliqui Cardinalis creari valeat, neque adverſus hanc prohibitionem ex quacumque etiam urgentiſſima cauſa cum eis liceat diſpenſari. Et nihilominus electio, creatio, ac pronuntiatio Cardinalium hujuſmodi contra præſentem prohibitionem, aut interdictum facta, & attentata, nulla, irrita, & inanis ſit eo ipſo jure, ac cum omnibus inde ſecutis nullius ſit roboris vel momenti.

Abſentes a Curia ad Card. promovendi. creari debent adjecta cōditione, ut infra annum Apoſtolorum liminæ viſitare teneantur, & ante conſignationem biretirabie eis à Pontif. trāſmittendi, in facere jurent & obſervēt alias Cardinalatus honore privati cenſeantur.

Poſtremo attendentes proprium eſſe eorumdem Cardinalium munus aſsiſtere, ut præmittitur, CHRISTI in terris Vicario, eique in regenda Eccleſia Catholica conſilium, & operam aſsidue præſtare, atque cum eo Eccleſiæ neceſsitatibus providere, ipſoſque tum ad id ex ipſius officii debito, tum ex ſanctorum Patrum decretis teneri, ac propterea abſurdum eſſe Cardinales procul ab ipſo Pontifice vitam agere, & locum manſionemque ſuam in Eccleſia Dei adeo præcelſam contra hujuſmodi officii debitum, & in ſuarum perniciem animarum negligere ac deſerere, inhærentes decreto ſimiliter à nobis in Conſiſtorio noſtro dudum deſuper promulgato, de eorumdem Fratrum conſilio ſtatuimus, & ordinamus nequis in poſterum à Romana Curia abſens Cardinalis creetur aut pronuncietur, niſi hac adiecta conditione, ut intra annum in Romanam Curiam venire, & Apoſtolorum limina viſitare teneatur, nec non, antequam Biretum rubrum, quod à Romano Pontifice de more benedici, ac per certum nuncium mitti ſolet, ei tradatur, illius ve capiti imponatur, juret in manibus perſonæ alicujus in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, cui id negotii datum fuerit, ſe intra annum à die præſtiti juramenti numerandum omni mora poſtpoſita, & impedimento remoto, ad Urbem, vel alio, ubi Ro. Cur. eo tempore fuerit, perſonaliter adventurum, ut ſiſtat ſe nobis, aut pro tempore exiſtenti Rom. Pontifici, & ſanctæ Sedi Apoſt. cujus obſequiis erit adſcriptus, & quamdiu ipſi Pontifici viſum fuerit, muneri ſuo incumbat: atque ita de legibus, moribus, conſuetudinibus, ac toto ſtatu ejuſdem Sedis plene inſtruatur, atque ad Eccleſiæ ſeu Provinciæ, cui forſam præerit, neceſſitates ſublevandas, abuſus tollendos, mores reformandos, eccleſiaſticam diſciplinam, ſiqua ex parte labefactata fuerit, reſtituendam opportuna, & ſalutaria conſilia ab ipſius Pontificis paterna caritate, ſapientia, & vigilantia recipiat, & pro viribus exequatur. Cujus quidem juramenti poſtquam per eum præſtitum fuerit, publicum inde inſtrumentum conficiatur, & in forma authentica ad nos, vel noſtri pro tempore ſucceſſorem nulla interpoſita mora tranſmittatur. Quod ſi forte id jurare recuſaverit, volumus ut biretum rubrum ei omnino denegetur, ac nequaquam tradatur, ſed ipſo facto, abſque alia declaratione, vel decreto Cardinalatus honore privatus exiſtat, atque habeatur, in omnibus & per omnia ac ſi numquam in Cardinalem aſſumptus, vel promotus fuiſſet. Inhabilis quoque ad eamdem dignitatem poſtea obtinendam, & illius incapax efficiatur. Sin autem juret, ac biretum rubrum accipiat, ſed tamen poſtea ad Urbem, & Romanam Curiam, ut præfertur, intra annum à die præſtiti juramenti non comparuerit, tunc pariter abſque alia declaratione, Cardinalatus dignitate, officio, titulo, denominatione, atque omnibus, & quibuſcumque illius inſignibus, facultatibus, privilegiis aut auctoritatibus careat eo ipſo, & perpetuo privatus ſit, & eſſe cenſeatur, perinde ac ſi numquam inter Cardinales cooptatus fuiſſet, nec biretrum rubrum accepiſſet. Quod quidem biretum poſt id tempus confeſtim deponere omnino teneatur.

Hucuſque Bulla Sixtus V.

TITULORUM ORIGO, DIUISIO.
CAP. III.

1. Titulus pro eccleſia acceptus: pro Dominio.
2. Pro Fiſco ibidem.
3. Tituli Domibus impoſiti quid eſſent?
4. Titulis adſcripti Presbyteri.
5. Titulorum diviſio ab Evariſto.
6. Diaconi Epiſcopo adſtent prædicanti.
7. Diviſio Paræciarum.
8. Titulorum numerus 9.
9. Diaconiarum numerus.
10. Quinque Baſilicæ: & cur?
11. Epiſcopi Cardinales.
12. Cuilibet Baſilicæ aſſignantur Presbyteri. Epiſcoporum Cardinalium mentio.
13. Numerus Titulorum quando confuſus: Urbani IV. tempore ad duos Presb. Card. minuitur.
14. Ex Concilio Conſtant. Cardinales non debent excedere 24. quis primus exceſſerit.
15. Titulus Presbyt. Diacon. Epiſcop. eodem tempore poſſidentur.
16. Titulus S. Nicolai inventus à Sixto IV.
17. Epiſcopus non aſſumebatur in Cardinalem.
18. Conradus Vitelſpach primus, qui ex Epiſcopo fieret Cardinalis.
19. Cardinales Presbyteri ex quo ordine aſſumerentur.
20. Ex Epiſcopis facti Cardinales an dicerentur Epiſcopi.
21. Pluralitas Epiſcopatuſi in uno capite correcta.
22. Numerus Diaconiarum.
23. Diaconiæ non dabantur Presbyteris: nec è contra: ſed ordo confuſus.
24. Titulorum aſſignatio quomodo fiat.
25. Mos aperiendi claudendi os novo Cardinali; ſuffragium habent in Conclavi ante hanc ſolemnitatem.
26. Diaconi an ad Presbyterium aſcenderent, & vice verſa?
27. Optio Titulorum quomodo Cardinalibus permiſſa.

1 Titulus ideſt Eccleſia.

DE Titulorum origine repetam ea, quæ notavimus in Evariſto PP. n.a. Titulus idem fuit, quod Eccleſia teſte Pio V. ep. 1. ad Juſtum Ep. Vienen. *Antequã Roma exires, ſoror noſtra Euprepia ſicut benè recordatis, titulum Domus ſuæ pauperibus aſſignavit: ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes Miſſas agimus;* Ex hac Pii epiſtola dice- A rem Titulum idem fuiſſe, quod dominium. Titulum namque domus ſuæ appellat antequam pauperibus aſſignaret, & priuſquam in eo Miſſæ celebrarentur. Hinc jure Romano, uſque in hodiernam diem cum fundum poſſidemus, titulo dicimur poſſidere. Huic tamen interpretationi fateor non concordare epiſtolam 2. ejuſdem Pii, in qua legitur *Presbyter Paſtor titulum condidit,* ideſt Eccleſiam. Unde porrò Tituli dicerentur B Eccleſiæ? Gentilium nomenclaturam Baronius credidit in Evariſto n. 5. cum Fiſcus rem aliquam occuparet *Tituli*, (ait Imperator) *verò, quorum adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis, nonniſi publica teſtificatione proponantur. l. ſi quando. c. de bon. vacan. lib. 11,* & Petrus Chryſolog. ſeſſ. 154. *Sicut dominos prædiorum liminibus affixi tituli proloquuntur; ita nomina ipſa Sanctorum merita indicant.* & Novell. 7. Im- C perator. *Si in prædiis, quæ ad Fiſcum pertinent, invenerit tabulas, & titulos alienos appoſitos, protinus prædiis ejus, qui poſuit titulos apponat publicos, & tabulas alienas ad caput eius, qui poſuit, aſtringat.* Caſſiodorus etiam lib. 5. ep. 6. *ideoque cauſam tali remedio credimus muniendam, & univerſam, ſubſtantiam ſupradicti Thomatis ſub hac conditione, fixis titulis, juri publico debeas applicare, quatenus ſi intra Kalend. Septemb. quod rationabiliter exponitur à Thomate minimè fuerit exſolutum, prædicta ſubſtantia Ioanni viro clariſſ. contradatur, qui* D *ejus debitum luere noſtro promiſit ærario.*

2. Titulus pro dominio.

3. Tituli domibus Impoſiti quid eſſent?

Erant iſti tituli vela quædam ſubpurpurea, imagine vel nomine Imperatoris depicta. Lege Auguſtinum *expoſ. 2. pſal. 21. Ne domum ipſius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces: ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem domus ſuæ de titulo alieno muniri: ut cum titulus lectus fuerit; conterritus quis potentia nominis, abſtineat ab invaſione.* Tituli iſti ne rebus imponerentur eccleſiaſticis, Gregorius vetuit *l. 5. ep.* 44. quod domus Dei clypeo non indigeat humano. Chriſtianorum eccleſiæ titulus, vel Signum Crux erat, quæ erigebatur in titulum *l. ult. de Pagan. C. Theodoſ. & l. decernimus C. de Ep. & Cler. Concordat.*

Prudentius Hymno 5. de S. Vincentio.

Iam nunc & oſſa extinxero,
Ne ſit ſepulchrum funeris,
Quod plebi gregalis exulat
Titulumque figat Martyris.

Titulis porro & eccleſiis ita adſcribebantur Presbyteri, ut ab illis recedere non poſſent, niſi Epiſcopo permittente. Quambrem Anaſtaſius Presb. Cardinalis tituli S. Marcelli, uno omnium conſenſu, in Concilio Romano, præſidente Leone IV. Menſe decemb. 853. anathemate irretitus, & depoſitus, quod Parochiam quinquennio, contra Canones deſeruiſſet, & adhuc moraretur in alienis. Tituli deſumebantur ſæpius ab ejus Sancti nomine, cui dicata erat eccleſia, ut S. Cæciliæ, S. Mariæ TransTyberim; aliquando ab iis Pontificibus, qui Titulos Baſilicis indiderant, ut Julii, & Damaſi: aliquando ab iis, qui templa ipſa ædificarunt, vel domum donarunt, ut Lucinæ, Paſtoris, Eudoxiæ, Veſtinæ, Equitii, Pammachii, Julii, Callixti, Æmilianæ, Creſcentianæ, Trigidis, Faſciolæ.

De

Titulorum diviſio ab Evariſto.

De Titulorum diviſione, ſub Lino & Clero nil legimus, ſolùm ab hoc ordinatos Presbyteros XXV. ab illo XIIX. S. Evariſtus à Petro quintus diviſit Titulos Urbis, hoc eſt eccleſias Parochiales Presbyteris, ut ſuam quiſque noſceret, eidemque vacaret, *Lib. Pontific.*, fidelibus Sacramenta adminiſtrando. Idem Pontifex ſeptem ordinavit Diaconos, morem ſequutus Apoſtolorum Act. 6. ut aſsiſterent Epiſcopo prædicanti, propter ſtylum veritatis. Aderant etiam ex primæva eorum inſtitutione, Epiſcopo Sacrificium offerenti, & intra Miſſarum ſolemnia, Evangelium pronuntiabant. Hinc S. Hjeronymus ad Sabinianum. *Tu exanguis, & pallidus Evangelium Chriſti quaſi Diaconus lectitabas*. Evariſti conſtitutio renovata fuit ab Higino R.P. X. forſam furente perſecutione, convulſa, & confuſa; unde dicitur, quod Clerum Hyginus ordinaverit. Fabianus vero à Petro vigeſimus Anno Sal. 240. quatuordecim Paroecias conſtituit, juxta antiquam quatuordecim regionum diviſionem, & Presbyteros XXII. ordinavit. Addidit etiam ſeptem Subdiaconos ſeptem Diaconis, & Notariis jam conſtitutis, ad Martyrum geſta diligentius conſcribenda. In dies porrò creſcente Chriſtianorum numero, Dionyſius PP. XXV. à Petro titulos, & Parœcias multiplicavit, Presbyteris cæmeteria conceſsit, ad curandam Martyrum, & fidelium ſepulturam, ut ex ep. Dionyſii 2. ad Severum *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus, Parochias & Cemeteria eis diviſimus, & unicuique jus proprium habere ſtatuimus; ita videlicet, ut nullus alterius Parochiæ terras, terminos, aut jus invadat: ſed unuſquiſque ſuis terminis ſit contentus, & taliter eccleſiam, & plebem ſibi cuſtodiat commiſſam, ut ante tribunal æterni judicis, ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non judicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat*. In perſecutione Valeriani ab eccleſiis eliminati Presbyteri, & cœmeteria prohibita; pace eccleſiæ à Gallieno reſtituta; Dionyſius eaſdem Parochias reformavit, & novos Presbyteros aſſignavit, ordinem reſtituendo vetuſtum. Diœceſeom autem & Provinciarum Epiſcopalium limites in Concilio ſtatuti Niceno Anno 325. confirmatique à Conſtantinopolitano I. poſt Annum 56.

Nova autem excitata perſecutione, & ſopita, conceſſa Orientalibus per Conſtantinum M. requie; Marcellus Papa à Petro XXIX. *viginti quinque Titulos* (Teſte Anaſtaſio) *in urbe conſtituit, & quaſi diœceſes propter Baptiſmum, & Pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex Paganis, & propter Martyrum ſepulturas*. His XXV. titulis addidit S. Silveſter vigeſimum ſextum, titulum ſcilicet *Equitii*. Titulum *Marci*, Marcus I. Papa. Titulum *S. Mariæ trans Tyberim* Julius I. Titulum *S. Laurentii* Damaſus. Alios alii creſcente numero Chriſtianorum. *Panvinius* ex Damaſo, & Anaſtaſio.

ECCLESIARVM TITVLORVM.
DIACONIARVM
E N V M E R A T I O.
ECCLESIÆ CARDINALES EPISCOPALES.
Alphabetico Ordine, non Dignitatis digeſta.

Albana.
Oſtienſis, & Veliterna, quæ Oſtienſi unita fuit.
Portuenſis, & Sylvæ Candidæ, alias SS. Ruffinæ, & Secundæ, quæ Portuenſi unita fuit.
Prænestina.
Sabina.
Sylvæ Candidæ, alias S. Ruffinæ, & Secundæ unita manet Portuenſi.
Tuſculana.
Veliterna ab Eugenio III. unita Oſtienſi; quorum antiquior *Prior* appellabatur, hodie *Decanus* Collegii, non gradu ætatis, ſed Epiſcopatus, ille ſcilicet qui Oſtienſem obtinuit Epiſcopatum, Decanus dicitur, ad quem ſpectat, Romanum conſecrare Pontificem.

TITVLI CARDINALES PRESBITERALES ANTIQVI SVNT XXIIX.
Et aſteriſco * notantur.
RELIQVI ADIECTI A PONTIFICIBVS.

Presbyterales Tituli Antiqui Sunt XXIIX.

Deſumpti ex actibus Synodi Romanæ, teſte Anaſtaſio Biblioth. & Symmaco.

* 1. S. Anaſtaſiæ ſub Palatio: vetus titulus.
* 2. S. Apoſtolorum, vel S. XII. Apoſtolorum Baſilica: vetus titulus: alias S. Apoſtoli Philippi, & Jacobi.
S. Agnetis in Agone inſtitutus à Leone X.
S. Auguſtini à Sixto V. cujus primus titularis Car. Petrocbinus.
S. Alexii à Sixto V. primus titularis Vincen. Card. Gonzaga.
S. Apollinaris à Leone X.
S. Balbinæ inſtitutus à Gregorio I. in Synodo Romana.
S. Barbaræ, à Julio III.
S. Bartholomæi in Inſula à Leone X.
Byzantii titulus in urbe Roma ſub Innocentio. I.
* 3. S. Caii vetus titulus: reſtitutus ab Urbano VIII. Sal. Anno 1631.
S. Cœſarei in Palatio inſtitutus à Leone X.
* 4. S. Chryſogoni vetus titulus Tranſtyberim.
S. Callixti à Leone X.
* 5. S. Cæciliæ Tranſtyberim, vetus titulus.
* 6. S. Creſcentianæ: vetus titulus.
S. Crucis in Hjeruſalem à Gregorio. I.
S. Caroli via curſus, ab Urbano VIII. datus Card. Scagliæ, Sublato titulo S. Caroli ad Catinarios, quem crexerat Gregorius XV. loco S. Blaſii de Annulo erecti à Sixto V.
* 7. S. Clementis, vetus titulus.
* 8. S. Cyriaci in Thermis vetus titulus jam conſumptus, cujus loco S. Quiriaci, & Julitæ.
* 9. S. Euſebii vetus titulus.
* 10. S. Æmilianæ vetus titulus.
* 11. Faſciolæ: titulus vetus.
S. Hjeronymi Myricorum à Pio V. datus Proſpero S. Crucis.
S. Joannis ante portam Latinam à Leone X.
* 12. Jo. & Pauli, tit. Pammachii, vetus tiutulus Pammachius erexit eccleſiam.
* 13. S. Laurentii in dammaſo vel S. Laurentii & Dammaſi vetus titulus inter diaconicas improprie poſitus, datur Cardinali V. Cancellario, ſive ſit Presbyter, ſive Diaconus.

* 14. S. Lau-

* 14. s. Laurentii in Lucina: vetus titulus. Lucina erexit eccleſiam.
s. Laurentii in Pane & Perna à Leone X.
s. Mariæ Angelorum in Thermis à Pio. IV. noviter erectus, datuſque Cardinali Sorbellono.
* 15. S. Mariæ Traoſtyberim: vetus titulus à Julio I. inventus: hioc dictus titulus.
s. Julii, alias S. Calliſti; alias S. Julii, & Calliſti.
s.. Mariæ io via, ioſtitutus à Julio III. A
s. Mariæ in Ara Cęli, alias de Capitolio, à Leone X.
s. Mariæ de Pace à Sixto V. cujus primus titularis Card. Salviatus.
s. Mariæ de populo à Sixto V. cujus primus Titularis Ptolomæus Gallius.
s. Mariæ Tranſpontinæ à Sixto V, reſtitutus,
s. Mariæ ſuper Minervam erectus à Paulo IV. cujus primus titularis *Michael Giſlerius*.
* 16. S. Marcelli, vetus titulus.
s. Marcellini, & Petri à Greg. M. inſtitutus. B
* 17. S. Marci ad Palatinas vetus titulus à Marco PP.
* 18. S. Martini in Montibus, alias S. Sylveſtri, & Martioi, vetus titulus. Eqnitius rexit. S. Sylveſter addidit.
19. S. Mathæi in Merulana poſt Annos mille à Leone X. reſtitutus.
s. Nerei, & Archillæi à Gregroio I. in Synodo Romaoa.
* 20. S. Nicomedis: vetus titulus.
s. Nicolai inter Jmagines erectus à Sixto IV. quem Alexaoder VI. Borgia, primus qui titulos Presbyterales daret Diaconis, deditC Diacono Petro Toſcano Veneto.
s. Onuphrii; antea Diaconia à Leone X. inſtituta ab eoque data Joanni Cardin. Lotharingo.
s. Pancratii à Leone X.
* 21. S. Praxedis: vetus titulus.
* 22. S. Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ. Eudoxia crexit. vetus titulus.
s. Petri in monte aureo, à Sixto V. datus Cardinali Sarnano.
* 23. S. Priſcæ in Mootc Aventino, alias S. Aquilæ, & Priſcæ, vetus titulus.
24. S. Pudeotianæ vel S. Pudentis, vetus titulus. Paſtor erexit.
s. Quatuor Coronatorum vetus titulus à Gregorio Magno.
s. Quiriaci, & Julitæ à Sixto: IV. loco tituli S. Cyriaci in thermis diotetiani, vetuſtate conſumpti.
* 25. S. Sabinæ io Monte Aventino: vetus titulus.
s. Salvatoris in Lauro à Sixto: cujus primus titolaris Card. Lancelotus.
s. Simeoois à Julio III.
* 26. S. Suſannæ ad duas domos: vetus titulus: alias s. Gabinii, & Suſannæ.

s. Sixti à Gregorio Magno.
s. Stephani in moote Cœlio à Gregorio. I.
s. Sylveſtri in Campo Martio, à Leone X. inſtitutus.
s. Thomæ in Parione à Leone X.
* 27. Tigride: vetus titulus.
ss. Trinitatis in moote Pioeio, à Sixto V. cujus primus titularis Carolus à Lotharingia de Uaudemont.
* 28. s. Vitalis, vetus titulus: vel Veſtinæ: alias s. Gervaſii & Portaſii.
Horum omnium Cardinalium ſenior, ſive antiquior Presbyterorum, S. R. E. Cardinalis Archipresbyter appellatur.
s. Agathæ in equo marmoreo. Diaconia vetus.
* s. Angeli in foro Piſcium vetus.
* s. Coſmæ, & Damiani vetus.
* s. Euſtachii juxta Pantheon vetus.
* s. Georgii ad Velum aureum, vel in Velabro: vetus.
* s. Hadriani Vetus.
* s. Luciæ in Scilice, vel Orphea vetuſtate conſumpta.
* s. Luciæ in Circo juxta ſepti ſollinm, vetuſtate cooſum pta.
* s. Mariæ in Porticu vetus.
* s. Mariæ io Aquiro vetus.
* s. Mariæ in Via Lata vetus.
* s. Mariæ in Dominica, ubi degebat Archidiaconus, qui ſolus dicebatur Diacoous Cardinalis vetus.
* s. Mariæ Novæ vetus.
* s. Mariæ in Coſmedin, vel Schola Græca vetus.
* s. Nicolai io carcere Tulliano vetus.
s. Onuphrii io Vaticano, inſtituta à Leooe X. & tradita Jo. Card. Lotharingo.
s. Septem Socii.
s. Sergii, & Bacchi, vetuſtate conſumpta.
s. Theodori, vetuſtate cooſumpta.
* s. Viti & Modeſti in macello martyrum: vetus.

Primis temporibus ſeptem erant Diaconiæ poſtea quatnordecim juxta quatordecim regiones Urbis, quibus poſtea aliæ ſuperadditæ, & tempore Pauli III omnes expletæ numero ſcilicet XIX. propterea Regionarii dicebantur: quorum officium; Evangelium canere coram Pontifice in ea regione, cujus erat Diac. Cardinalis, & ad quam Papa ſe conferebat.

Cur autem antiqui Presbitetorum tituli numero tantum 28. eſſent, nec plures, oec pauciores? myſterio non vacare Panvinius credidit *lib. de Epiſcopat. Titulis, Diaconiis Cardinalium.* Veteres Romani Pootifices, ut in *lib. Cameræ Apoſtolicæ*, qui dicitur *Provincialis*, Romæ quinque volvere majores Baſilicas, quas Patriarchales dixeruot Palatia eis adycientes, quæ Patriarchalia appellavere, fueruntque. Quinque Baſilicæ.

Baſilica Lateranenſis, quæ eſt *Conſtantiniana*, vel *S. Salvatoris*, alias *S. Joannis* appellata.

Ba-

Baſilica *S. Petri* in Vaticano.

Baſilica *S. Pauli* extra Mutos urbis, via Oſtienſi.

Baſilica *S. Mariæ Majoris*, alias ad Præſepe &c.

Baſilica *ss. Stephani, & Laurentii* extra muros urbis, via Tibuſtina, quod etiam refert Joannes Monachus. *c. fundamenta de elect. in 6.* duobus verſiculis.

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentſis, atque Joannes.

Hi Patriarchatus nomen in urbe teneut.

Cauſa porro hujus numeri, prima: quòd Hæ quinque Sedes Patriarchales pro quinque præcipuis Orbis Patriarchis erectæ fuerint, indigena uno, & quatuor advenis, *Romano*, qui Laterani: *Conſtantinopolitano*, qui ad S. Petrum: *Alexandrino*, qui ad s. Paulum: *Antiocheno*, qui ad s. Mariam Majorem: & *Hjroſolymitano*, qui ad s. Laurentium reſiderenr: Quoties enim contigiſſet Romæ Concilia celebrari, ad quæ ipſi Patriarchæ tenerentur accedere, vel pro fidei arcanis: eorum unuſquiſque sedem, eccleſiam, palatium tanquam in natali ſolo, Romæ haberent præcipuam, & ſeparatam, in qua quilibet abſque ſocii æmulatione degeret.

Alteram rationem aſſignat Panvinius; ut inde oſtenderetur Romanum Pontificem, qui & ipſe Patriarcha eſt appellatus, tanquam caput, & principem totius Orbis Chriſtiani, ſubditos habere reliquns Patriarchas, qui ſingulatim in ſuis diæceſibus Orbem regunt; ac ſedibus reliquis præeſſe Patriarchalibus; ut ſic eccleſiæ univerſalis unitas eluceſceret: per quinque enim eccleſias Patriarchales Orbis repreſentatur univerſus per ſedes ſuas Romæ congregatus. Vel Eccleſia Lateranenſis quę & Romana dicitur, univerſum Chriſtianum Orbem repreſentat, ejuſque Epiſcopus, & Patriarcha, totius Orbis eſt Patriarcha: Reliquæ quatuor ſedes, quatuor Orbis partes deſignant, Orientem, Occidentem, Meridiem Septentrionem: & ſicut Baſilica Lateranenſis cęteris præeſt Baſilicis, cujus iſtæ ſunt membra: Ita qui Lateranenſi præeſt, præſit etiam Patriarchis ibi ſedentibus. Rem explicat antiqua Pictura in Lateranenſi Patriarchio expreſſa iſtis ſimulacris. In Lateranenſi itaque Patriarchio, alias S. Salvatoris, quæ & Conſtantiniana appellatur, per Annos mille Pontifex habitavir Romanus, uſque ad Pontificatum Clementis V. quid ad Gallos Curiam tranſtulit Romanam, poſt cujus in Urbem reditum ſub Gregorio XI. non amplius in Lateranenſi, ſed prope S. Petrum permanſere. Baſilieæ itaque Lateranenſi propter ſuam & Romani Pontificis eminentiam

11. Epiſcopi Cardinales. ſeptem Epiſcopi viciniores ſunt aſſignati, qui ſtatis diebus, ſinguli coram Romano Pontiſice in eadem Baſilica divina celebrent myſteria, vel Pontifici aſſiſtant celebranti, propterea Cardinales dicti, & ſunt

1. Ep. Card. Oſtienſis, qui ſolus in conſecratione Romani Pontif. quæ ad eum pertinet, pallio utitur. Huic eccleſiæ unita fuit etiam Veliterna.
2. Ep. Card. Portuenſis.
3. Ep. Card. S. Rufinæ, & ſecundæ; alias Sylvæ Candidæ.
4. Ep. Card. Sabinus.
5. Ep. Cardinal. Prænestinus.
6. Ep. Card. Tuſeulanus.
7. Ep. Card. Albanus.

In Lateranenſi Baſilica, qui vices Papæ ageret, antiquitus erat Prior eum Canonicis Regularibus S. Aug. nunc habet Archipresbyterum, qui

A eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares à Bonifacio VIII. conſtitutos, pulſis Regularibus.

In Baſilica S. Petri, typum gerente eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, eſt Archipresbyter cum 12.
Canonicis ſæcularibus: eademque ratione, qua & Baſilicæ Lateranenſi, aſſignati ſunt ſeptem Presbyteri Cardinales, non Epiſcopi; eo quod inferioris dignitatis ſit Baſilica S. Petri, quàm Baſilica Lateranenſis. Fuerunt

Presb. Card. tit. S. Mariæ Tranſtyberim.
P. C. tit. S. Chryſogoni
B P. C. tit. S. Cœciliæ.
P. C. tit. S. Anaſtaſiæ.
P. C. tit. S. Laur. in Damaſo.
P. C. tir. S. Marci.
P. C. rir. S. Martini in montibus.

Tertia Baſilica Patriarchalis Alexandri nam repræſentans eccleſiam eſt s. Pauli extra muros urbis, via Oſtienſi; quæ pro Rectore habet Abbatem, & Monachos S. Benedicti. Huic Baſilicæ pariter alii ſeptem aſſignati ſunt Presb. Cardinales.

P. C. tit. S. Sabinæ.
C P. C. tit. S. Priſcæ.
P. C. tit. S. Balbinæ.
P. C. tit. S. Nerei, Achillei.
P. C. tit. S. Xiſti.
P. C. tit. S. Marcelli.
P. C. tit. S. Suſannæ.

Quarta Baſilica Patriarchalis S. Mariæ Majoris, Antiochenam repreſentas eccleſiam, habet Archipresbyterum, Cardinalem cum Canonicis ſæcularibus, cujus obſequio deſignati ſeptem Cardinales ſequentes

D P. C. tit. Baſilicæ S. XII. Apoſt.
P. C. rit. S. Cyriaci in Thermis.
P. C. tit. S. Euſebii.
P. C. tit. S. Pudentianæ.
P. C. tit. S. Vitalis.
P. C. tit. S. Marcellini, & Petri.
P. C. tit. S. Clementis.

Quinta Pattiarchalis Baſilica S. Laurentii extra muros, eccleſiam referens Hjeroſolymitanam, quæ olim Abbates habebat, & Monachos, nunc eſt in Commenda, habetque Canonicos Regulares S. Salvatoris de Scopeto; eique pro Miſſarum celebratione aſſignati ſunt reliqui Cardinales

P. C. tit. S. Praxedis.

P. C. tit.

P. C. tit. S. Petri ad vincula.
P. C. tit. S. Laur. in Lucina.
P. C. tit. S. Crucis in Hjeruſalem.
P. C. tit. S. Stephani in monte Cœlio
P. C. tit. S. Jo: & Pauli.
P. C. tit. S. Quatuor Coronatorum: titulus iſte ſubrogatus in locum antiqui qui ſenio confectus. Deſiere namque circa tempora Gregorii I. ſequentes Tituli.

Titulus Falciolæ. 2. S. Caii. 3. S. Mathæi in Merulana. 4. S. S. Emilianæ. 5. S. Nicomedis. 6. Tigridis: pro quibus in Synodo Romana celebrata ſub Gregorio I. ſequentes repoſiti ſunt.

Titulus S. Balbinæ in monte Aventino:
Tit. S. Nerei & Achillei.
Tit. S. Xiſti.
Tit. S. Marcellini & Petri.
Tit. S. Crucis in Hjeruſalem.
Tit. S. Stephani in monte Cœlio.
Tit. S. Quatuor Coronatorum.

Pro coronide: Cardinalium Epiſcoporum nota ac de eorum origine interroganti reſponde eorum primam appellationem, vel notitiam in Synodo recurrere Romana, à S. Stephano IV. R. P. congregata Salutis Anno *769.* contra Conſtantinum Copronymum, qui in campis Epheſi, Monacis congregatis atque Monialibus mandavit, ut illico matrimonio jungerentur: renuentes (*quorum ingens fuit numerus*) luminibus orbatos relegavit; teſte *Theophane*. Adverſus tyrannum & Hæreſiarcham coacto Concilio plura ad frugem animarum decreta; inter reliqua; Ut omni die Dominico *à ſeptem Epiſcopis Cardinalibus hebdomadariis*, Miſſarum ſolemnia celebrarentur ſuper altare B. Petri; teſte *Anaſtaſio*. Et hæc prima mentio de Epiſcopis Cardinalibus, illis ſcilicet, qui proximum Vrbi habentes Epiſcopatum, Pontifici adſtant velut Cardines: ſicuti de Cardinalibus Presbyteris & Diaconis mentio recurrit in Synodo Romana ſecunda, Sal. Anno 314. ſub Silveſtro I. R. P.

Numerus Titulorum quando confuſus.

Redeo ad numerum Titulorum: cur XXIIX. fuerint Tituli Cardinales, nec plures nec pauciores. Quorum numerus perduravit uſque ad tempora Honorii II. teſte Pandulpho Piſano, *in vita Gelaſii II.* An Sal. 1125. quo religioſus & myſticus numerus turbari cœpit & diminui, eo quod in locum demortuorum capitum non alii Tituli fuerint ſubrogati. In creatione namque Urbani IV. poſt obitum Alex. IV. duo tantum Presbyr. Card. fuerunt in Collegio; & nullus erat qui illam prenſaret dignitatē; teſte *Iacobatio l. 1. Conc. n. 121.*

Ad duos minuuntur Presbyteri Cardin.

Niſi dicamus cum Panvinio, ob Cardinalium multitudinem, cum pleraque ſchiſmata in novis Pontificum creationibus oriantur; ſcandalum hoc repreſſuros Romanos Pontifices, Cardinalium numerum diminuere paulatim cœpiſſe. Qui enim additis diaconibus numerum complebant 53. cœperunt dilabi, & ſub Cœleſtino II. quadraginta fuerunt: mox 35. poſtea 30. adhæc 25. inde 20. poſt 15. poſtremo in creatione Nicolai III. ſeptem tantum reperti ſunt Cardinales, quorum tres Presbyteri, quatuor Diaconi.

14. *Augentur Cardinales.*

Ab hoc tempore iterum augeri cœperunt, ut eſſent XV. poſtea XX. ſed vſque ad Sixti tempora numerum triginta non compleverunt. In Conſtantienſi Concilio cautum, nè viventes Cardinales numerum excederent 24. Primus Sixtus IV. ejuſque æmulator Alex. VI. nulla habita ratione Conſtantienſis Concilij, numerum exceſſere præſcriptum, non tamen exceſſerunt numerum 53. Leo X. primus fuit; qui regula antiquitatis præterita, ultra viventes, unica promotione, 31. Cardinales creavit; unde ſub eo reperti ſunt vivere Cardinales LXV. Paulus III. ad numerum auxit 63. Paulus VI. ad ſeptuaginta. Aucto itaque Cardinalium numero, augere etiam Titulos, opus fuit. Cum Cardinales Presbyteri vel Subdiaconi, dicti Cardinales titulum priorem deponere renuerunt, vel Diaconiam, præſertim Julianus Cardinalis S. Petri ad Vincula nepos Sixti IV. R. P. factus Epiſcopus Cardinal. Oſtienſis, Titulum etiam S. Petri ad vincula retinuere voluit. Marcus Barbus factus Epiſcopus Card. Preneſtinus, titulum S. Marci non dimiſit. Idem fecerunt Bernardinus Carvajal Card. S. Crucis Marcus Vergerius Card. tit. S. Mariæ Tranſtyberim; Jo: Dominicus Cuppis Card. tit. S. Laurentii in Lucina; Franciſcus Piſanus Card. S. Marci; pleriſque alii, quos enumerare ſuperfluum. Has igitur ob cauſas primus poſt mille Annorum ſpatium, Sixtus IV. Papa novum titulum addidit Anno Sal. 1477. qui fuit

15. *Titulus Presbyteralis & diaconalis cum Epiſcopali, eodem tempore poſſidentur.*

Titulus S. Nicolai inter imagines prope Amphiteatrum, ſive Coloſſeum, quem dedit Cardinali Petro Foſcaro Veneto.

Antiquus porrò mos fuit, mille Annorum ſpatio illibate ſervatus (verba ſunt *Onuphrii Panvinii, de Epiſcop. tit. & Diacon. Card.*) ut in Presbyterum Cardinalem Romanum nunquam Epiſcopus aſſumeretur, neque Epiſcopatum adminiſtraret: quum major dignitas crederetur, eſſe Epiſcopum alicujus diœceſis quam Cardinalem: propterea ex Cardinalibus Romanis plures in Epiſcopos aſſumerentur; & gradus ad Epiſcopatum eſſet Cardinalatus; nunc autem Epiſcopatus gradus eſt ad Cardinalatum; & Epiſcopus in Cardinalem aſſumptus, non amplus Epiſcopus appellabatur, ſed Presbyter Cardinalis S. R. E. & adminiſtrator perpetuus illius Epiſcopatus: incompatibilia namque erant eſſe Presbyterum Cardinalem urbis Romæ, & Epiſcopum alterius eccleſiæ; quòd utrobique Reſidentia requireretur perſonalis; & nemo valeat eodem tempore, in duobus locis conſiſtere. Verum quum Cardinalium maieſtas, Pontifice declarante & decernente Romano, in diem creſcere

16. *Epiſcopus non aſſumebatur in Cardinalem.*

cœ-

cœpiſſ.., multique prænſarent Cardinalatum; paulatim factum, ut ex Epiſcopis fierent Cardinales; & primo; quod ex Epiſcopis non Cardinalibus, fierent Epiſcopi Cardinales, non autem Presbyteri, neque Diaconi. Poſtea ex Epiſcopis Presbyteri fieri cœpti, primuſque omnium ex Epiſcopo Viterbienſi, & Tuſculanenſi *Presbyter Card. tit. S. Clementis* factus ſte *Ioannes* quidam. Item ex Epiſcopo Ariminenſi *Rufinus* quidam factus eſt Presbyter Cardinal. tit. S. Praxedis, a Papa Clemente III. Anno A Sal. 1190. teſte Panvinio, ſed per errorem.

18. *Conradus Vitelſpach primus, qui ex Epiſcopis fieret Cardinalis.*

Primus enim omnium Epiſcoporum, qui Cardinalis crearetur, fuit Conradus Comes de Vitelſpach Archipræſul Moguntinus, qui Alexandrum III. contra Fridericum Ænorbarbum, in ſciſmate Octaviani Antipapæ, propugnavit; propterea ab Imperatore in exilium pulſus, ad Alexandrum Papam venit apud Gallos, Synodum celebrantem Turonenſem, à quo in præmium fidei, Cardinalis creatus S. R. E. & Epiſcopus Sabinus: quare corrigendus Onuphrius, qui Conra- B dum Vitelſpachium creatum dicit Cardinalem à Lucio III. ſucceſſore Alexandri III. Pace autem Venetiis inita inter Cæſarem, & Papam, lituum Salisburgenſis Eccelſiæ accepit Vitelſpachius, alio Cuntado ſedem obtinente Moguntinam; poſt cujus obitum, Vitelſpachius ad Moguntinam rediit, retenta Sabina. Idem Papa Alexan. III. etiam Galdinum Salam, virum Sanctiſſimum Archipræſulem Mediolanen. creavit S. R. E. Cardinalem. Is eum Mediolani ad populum concionem haberet, & finiens, vitam finiit morta- C lem pro immortali. Iuxta morem primæuum, Cardinales Presbyteri non niſi ex Monachis, Abbatibus, decanis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Prioribus, & cœteris hujus ordinis creabantur.

19. *Cardinales Presbyteri ex quo ordine aſſumerentur.*

Poſt Clementem III. paſſim etiam uſurpatum, ut non ſolum Presbyteri, ſed etiam Diaconi Cardinales ex Epiſcopis aſſumerentur, hac diſtinctione; ut Epiſcopi electi non conſecrati in Diaconos aſſumerentur Cardinales; electi, & conſecrati Epiſcopi in Presbyteros aſſumerentur Cardinales, & quia Presbyter & Epiſcopus non D compatiuntur; Ex Epiſcopis facti Presbyteri Cardinales, non amplius Epiſcopi appellabantur ſed *Perpetui Adminiſtratores* illius Epiſcopatus.

20. *Ex Epiſcopis facti Cardinales, an Epiſcopi dicerentur.*

Qui vero diaconi Cardinales erant creati, ſe *Electos* appellabant illius Epiſcopatus. Moderationem hanc, & temperantiam ſervarunt Romani Pontifices, donec Avenionem Curia translata Romana, ibi veteri obliterato inſtituto nullus creatus eſt Cardinalis, qui Epiſcopatum non poſſideret in titulo, vel in Commenda, vel in perpetua adminiſtratione, quæ oppido nomina, & artes curiales Avenione inventæ, auctæ etiam poſt reditum Pontificis in Italiam, eo ſcandalo, ut unus Cardinalis Presbyter, vel diaconus non unum tantùm haberet in Commenda Epiſcopatum, ſed aliquando tres, quatuor, vel quinque, & aliquando ſex.

21. *Pluralitas Epiſcopatuum correcta.*

Abuſum ſuſtulit S. S. Synodus æcumenica Tridentina, de quo alibi, Deo dante in *Comm. decretalium*. Et hæc de Titulis Cardinalibus.

22. *Numerus Diaconiarum.*

Diaconiæ antiquo ritu, fuere XIIX. quas ſupra enumeràvimus, & immutabiles perſeverarunt uſque ad Leonem X. qui primus omnium Romanorum Pontif. unam adjunxit Diaconiam *S. Onuphrii in Vaticano*. Erant autem diaconiæ à Titulis ita diſtinctæ, ut nulla ratione Presbyter Cardinalis capax eſſet Diaconiæ, neque Diaconus Tituli Prebyteralis.

23. *Diaconiæ non dabantur Presbyteris.*

Si quando verò contingeret, ut Diaconus Cardinalis in Presbyterum conſecraretur, is ſua relicta diaconia titulum accipiebat. Quod religioſe ſervatum uſq; ad Sixtum IV. qui in promotione Cardinalium ſecunda, Sal. Anno 1473. Cardinalibus Presbyteris à ſe creatis loco Titulorum, dedit quinque diaconias, ſcilicet *S. Adriani*, quæ à Paulo III. iterum alii Presbytero Cardinali data fuit. *S. Mariæ in Dominica. S. Viti, & Modeſti.* S. Luciæ in *Silice*; quam ter Presbyteris dedit: & iterum à Julio III. & Paulo IV. data fuit. *S. Sergii, & Bacchi*, quæ iterum ab Alexandro VI. data fuit Presbytero Cardinali. Idem Alex. VI. diaconiam *S. Agathæ*. Presbyteris: Julius III. ſemel tradidit. Leo X. diaconiam *S. Angeli in Piſcina* ſemel: Paulus III. bis Presbyteris Cardinalibus tradidit. Clemens VII. diaconiam *S. Nicolai in Carcere* Presbytero ſemel dedit ſic Paulus III. diaconiam *S. Mariæ in Portico*: Julius III. diaconiam *S. Mariæ in via lata*: Paulus IV. diaconiam *S. Mariæ in Coſmedin. & S. Mariæ Novæ* Cardinalibus dedere Presbyteris. Inolævit etiam, ut Tituli, qui Presbyterorum erant, etiam Diaconis traderentur. Primus omnium Alexander VI. titulum *S. Nicolai inter imagines* Diacono tradidit Cardinali, quod etiam Leo X. & paulo ante Paulus IV. fecere. Idem Alexand. VI. titulum *S. Cyriaci*: Clemens VII. titulos *S. Marci; S. Praxedis, S. Thomæ in Parione S. Laurentii in Damaſo Diaconis* tradiderunt. Sixtus V. qui ad numerum ſeptuagenarium Card. incluſit, ne amplius eorum numerus vagaretur incertus; Titulos etiam unicuique ipſorum aſſignandos duxit, *Conſtitut. 50 & Conſtit. 55. to. 2. Bullarii Novi*. quas ſupra aſſignavimus. Titulorum porrò aſſignatio novis Cardinalibus fit ut in Romano Cæremoniali *l. 1. ſect. 8. c. 12.*

24. *Tituli quomodo aſſignentur?*

accedentibus Cardinalibus de novo creatis ad Pontificem, qui alteri poſt alterum, annulum pretioſum digito immittit annulari dexteræ manus Cardinalis dicens: *Ad honorem Omnipotentis Dei, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, Sancti... committimus tibi eccleſiam Sancti.... cum clero & populo, & Capellis ſuis, ſecundum formam, qua committi conſuevit Cardinalibus, qui eamdem eccleſiam in Titulum habuerunt*. Annulum verò novi Cardinales etiam ſi fuerint Prælati deferre prohibentur, priuſquam eum recipiant à Romano Pontifice. Recepto Annulo, & aſsignato Titulo, pedem oſculantur & manum Summi Pontificis,

mox

mox ab eodem elevantur ad oris oſculum. Alia in ſuper in Cardinalium promotione ſolemnitas obſervanda. Mos enim in noviter promoto os per Papam claudi, nec aperiri donec Titulus aſſignetur; interim nil juris habenti. Hinc in electione Urbani V. ſuborta eſt quæſtio; an Androinus, quem Cardinalem dixerat Innocentius VI. titulum tamen non contulerat, nec linguam ſolverat, votum habiturus eſſet in electione præſenti? Sedis namque Apoſtolicæ occupatus negotiis ad Papam ſolumodo acceſſerat in extremis agentem. Nihilominus communi Cardinalium conſenſu admiſſus fuit in Conclavi judicantibus illis, ſolam aſſumptionem ſeu promotionem ad Cardinalatum tribuere vocem in electione Pontificis: idque expreſsè denotari ritu illo, quo noviter promoto per Papam os clauditur, quouſque Titulum acceperit, quando illud ei aperitur, ut impoſterum liberam habeat in omnibus vocem. Propterea cum Androino os non fuiſſet clauſum à Pontifice, liberum remanſerat, & apertum: non enim aperitur niſi priùs clauſum fuerit. Argutè equidem, ut notavit Spondanus An. Sal. 1362. n. 10. cum decreta recurrant contraria. Eugenius IV. die 7. Cal. Novemb. 1431. ex conſilio X. Cardinalium ſancivit, Cardinales in ſecreto Conſiſtorio pronuntiatos pro talibus non habendos, quouſque inſignia Cardinalatus videlicet Capellum Rubrum, Tituli aſſignationem, & annuli in digitum immiſſionem accepiſſent: neque etiam his acceptis, & in publico Conſiſtorio Cardinales pronuntiatos, in electione Romani Pontificis, vel alio conventu vocem habere Activam, donec de rebus & ritibus in conſiſtorio tractari ſolitis plenè inſtructis Romanus Pontifex os aperuerit. Si contra præmiſſa aliquis ſe Cardinalem pronuntiare auſerit, dignitate privatus excommunicationi ſubjacet. Hæc in Dominicum Capanicam Eugenius decreviſſe creditur, cum tribus aliis à Martino V. creatum abſentem, & non declaratum qui Eugenii electioni adeſſe prohibitus, nec ab eodem Eugenio in Urbem ingredicum inſignibus permiſſus Cardinalitiis, ad ſynodum appellavit Baſileenſem, ubi ut Martini V. Cardinalis acceptus poſtea Eugenio reconciliatus cum cœteris Cardinalibus ſedit, ut dedimus in ejus vita n. 19. *Sub Mar. V.* Vigore tamen Extravagantis Eugenii IV. quatuor Cardinales Jo. Archiep. Strigonienſis, Petrus Foſcari Venetus. Jo. Baptiſta Sabellus Romanus, & Franciſcus Ferricus de Cluniaco, promoti à Paulo II. Sal. Anno 1471. in Secreto Conciſtorio, ea conditione, ut Pauli obitu contingente, ſtatim publicati intelligerentur, datis etiam Titulis; quod os eis non fuiſſet apertum, nec dati pilei; rejecti fuere à Conclavi pro electione futuri Pontificis: de quibus lege Alexandrum Imolenſem, *lib. 1. Conſ. 3.* Tantam controverſiam abſolvit tandem Pius V. die 26. Junii 1571. decernens, Cardinales in electione Pontificis vocem habituros; etiam ſi galerus Cardinalitius eis traditus non eſſet; neq; os clauſum: aut ſi clauſum, nondum reſeratum; teſte Cherubino in notis ad citatam Conſtitutionem Eugenii IV. ut olim judicatum vidimus in Androino. vacante ſede Innocentii VI. fuitq; noſtris obſervatum temporibus in Cardinale *de Comitibus*, Sede vacante Clementis VIII. Anno 1605. cui recens è legatione Avenionenſi advenienti Clemens cum in Conſiſtorio galerum contuliſſet, ore tam ſtricte clauſo, ut ſi ipſum Clementem mori contingeret, antequam Cardinali os fuiſſet reſeratum, minimè poſſet electioni futuri Pontificis ſuffragari: mortuo tamen Clemente, quæſtione propoſita decrevere Patres, oris clauſuram, ſimplicem eſſe cæremoniam, qua monentur novi Cardinales priùs addiſcere quæ in Congregationibus & Conſiſtoriis aguntur, quàm de iis loqui præſumant: Cæremoniam tamen hanc non obſtare, quin ab eis peracta, legitimè ſubſiſtant & validè. *Spondanus Sal. Anno 1431. n. 16.*

Mox claudendi aperiendi os novo Cardinali.

Ante hanc ſolemnitatem habeant jus Suffragii.

26\. An Diaconi Cardinales ad Preſbyteriū aſcenderent?

Promotionum occaſione, Optio intervenit, qua de Titulo ad Titulum migrare permituntur Cardinales: *licet apud Veteres* (teſte Moſconio lib. 1. c. 6. de Majeſtate Milit. Eccleſiæ) *per mille & ducentas continuos Annos conſuetudo in Romana Eccleſia uſurpata fuit; ut neque Diaconi Diaconias ſemel acceptas; neque Presbyteri Titulos, neque Epiſcopi Cardinales Epiſcopatus ſuos mutarent: qua ratione fiebat, ut Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi Cardinales, Diaconias, Titulos, & Epiſcopatus ſuos magis colerent & exornarent, & reſtituerent, & augerent, quos dum viverent eſſent retenturi. Nunc Cardinales optionis lege multos Titulos & Diaconias obtinere poſſunt; cujus rei initium ortum eſt tempore Alexandri V. in Concilio Piſano An. D. 1410. in quo cum ob ſciſma contigiſſet Sacerdotiis Cardinalitiis duos ad minus habere Cardinales, unum obedientiæ Avenionenſis, alterum Romanæ; ſublato ſciſmate, unitiſque utriuſque Collegii Cardinalibus, & novo Pontifice creato, has mutationes fieri neceſſe fuit; ut unus ex duobus, qui in ſciſmate Epiſcopatum Tuſculanum obtinebat, eo alteri dimiſſo, Sabinum tunc vacantem optaret. Ita in Titulis, & Diaconiis factum eſt: quæ res quanquam neceſſaria tunc eſſet, in exemplum poſtea tracta frequentari cœpta eſt: atque hac ratione factum videmus; ut aliquando Cardinalis Diaconus initio creatus tres & quatuor Diaconias, poſt Presbyter factus totidem Titulos, demum Epiſcopatus omnes coopt averit.* Panvinius *de ſeptem Urbis Eccleſ. cap. 3.* Stylus autem Optandi eſt, ut *jus Optionis & præcedentiæ non detur ratione ſervitii, in aliquo ordine Eccleſiaſtico præſtiti, ſed generalis obſequii, quod Romanæ, & univerſali eccleſiæ, cujus ſunt Cardines, diutius in hujuſmodi dignitate præſtant: propterea inter eos attenditur ſimpliciter antiquitas promotionis.* Sixti V. pariter Sanctione cautum: ut ſi quarta vacatio ſex Eccleſiarum contingat; excluſo ea tantùm vice antiquiore Presbytero; prior Diaconorum, qui præſens in Urbe fuerit, & in ætate legiti-

27\. Optio quomodo permiſſa Cardinalibus.

mo, ac per Annos decem integros in ſuo ordine permanſerit Diaconatus, præficiatur, præcedatque Cardinalibus omnibus etiam Presbyteris, qui poſt eum ad Sacram Purpuram fuerint promoti. *Conſtitutione 50. Bullarii Novi tomo 2.*

DE VESTIBUS ET INSIGNIBUS CARDINALIUM.

CAP. V.

1. Tribus coloribus utuntur Cardinales.
2. Purpura Cardinalibus data quando?
3. Cardinales Regulares tenentur habitum deferre Regularem.
4. Forma pilei Cardinalitii.
5. Legatorum Apoſt. veſtimenta.
6. Plei Cardinalitii privilegium.

1\. Tribus coloribus utuntur Cardinales & quando?

TRibus coloribus puta *Rubro*, *Violaceo*, & *Roſeo Sicco* utuntur Cardinales. *Violaceus* in veſtibus aſſumitur, toto Adventus tempore, exordio facto à prima Dominica Adventus: inſuper à Dominica Septuageſimæ, per totam Quadrageſimam. Etiam ſingulis Sextis Feriis, Vigilus; & Quatuor Anni Temporibus; in die Commemorationis Defunctorum, & quandocumque officium celebratur pro Defunctis. Excipe tamen ab hac regula Quatuor Tempora immediatè poſt Pentecoſten; Feſta duplicia etiam in Sextis Feriis extra Adventum, Septuageſimam, & Quadrageſimam. Feſtum excipe Annuntiationis B. Mariæ Virginis, licet in Quadrageſimam inciderit. Excipe Vigiliam Nativitatis Jeſu Chriſti, uſque ad Octavam Epiphaniæ. Excipe Sabbatum Sanctum ſed poſt Officium, & Miſſam, uſque ad Dominicam SS. Trinitatis incluſive, Excipe totam Octavam SS. Corporis Euchariſtici: totam Octavam Aſſumptionis Deiparæ: totam Octavam Petri & Pauli: totam Octavam Omnium Sanctorum. In aliis Octavis, videlicet Nativitatis Deiparæ, S. Jo. Bapt. & S. Laurentii excipiuntur dies Octavæ tantum.

Excipe etiam feſta Patronorum Civitatis, Eccleſiæ, in quibus morantur Cardinales: diem creationis Rom. Pontificis etiam ſi inciderit intra Adventum, Septuag. vel Quadrageſimam. Feſtum excipe Cathedræ S. Petri, vel diem ſolemnem, victoriæ cauſa vel publicæ lætitiæ: tunc enim Rubro utuntur colore, præterquam in cappis Pontificalibus, quibus regulariter utuntur coloris Violacei. Horum myſteria habes in *Rationali Guillelmi Durandi*. Dicam ſolumodo de Rubro colore, qui proprius eſt Cardinalium; cum datum fuiſſe ab Innocentio IV. in Lugdunenſi Concilio contra Federicum II. Imperatorem celebrato: ut cognoſcerent pro tutela Chriſtianæ legis, ſponte ſibi mortem ſubeundam fore: ex qua purpurei galeri conceſsione, purpuram in uſu quotidiano permiſſam voluerit Tholoſanus *partit. Jur. Canonici lib. 4. tit. 8. cap. 2.* Ciaconius vero *purpurei coloris veſtimenta* Cardinalibus à Bonifacio VIII. data ſcripſit *in vita Bonifacii VIII.* Petrarcha, qui diem clauſit extremum, Menſe Julio 1374. *ep. 4. lib. 15. ep. Senil. ad Philippum Ep. Sabinum*, Cardinales quoſdam illius temporis arguens ita inquit: *Qui exiguo rubenti panno, mortalitatis oblivione capiuntur, non mortales tantumodo, ſed moribundi; non ſolum hoc panniculo non ſuperbis, ſed nec qualibet purpura, aut corona &c.* Unde erroris arguuntur, qui à Paulo II. ſedente in Petri cathedra circa Annum Salutis 1464. aſſerunt veſte talari manicata violacea uſos fuiſſe Cardinales, & ab hoc Pontifice rubrum birretum, nonnullaque alia purpurea veſtimenta; nec non equitare mulas phaleratas; clavam argenteam ante ſe deferre, accepiſſe. Harum enim rerum partem majorem antea poſsidebant. Quidquid porro ſit de origine, certum eſt hodie S. R. E. Cardinales, qui Regibus æquiparantur, purpura uti ad uſum quotidianum; myſterium deſignantes Salvatoris, qui à Judæis purpura indutus, ab eidem poſtea, licet præter eorum intentionem Rex fuit ſalutatus. Hinc S. Antoninus *3. par. ſum. tit. 21. cap. 1. Merito purpura his quaſi Regibus data, cujus color in galero, eximiæ charitatis eſt symbolum; cujus igne ita ardere debent, ut ſemper debent, pro defenſione, & bono Eccleſiæ, ſanguinem fundere ſint parati.* Primus, qui purpuram geſtaverit, Pelagius dicitur Anno 1213. Conſtantinopolim miſſus ab Innocentio III. quod dein omnibus commune eſſe cœpit. Anno 1245. in Lugdunenſi Concilio Innocentius IV. equum candidum cum fræno inaurato: alii alia adjecere. De Inſignibus Legatorum Sedis Apoſtolicæ, ſupra lege *cap. 1. num. 2.* Cardinales porro Regulares quamvis purpureo decorati birreto, habitum deferre teneantur ſuæ Religionis; Suarez docet *to. 4. lib. 3. cap. 19. n. 4.* de Religione. Quæſtionem Diana excitat an excomunicationem incurrant, habitum deponentes Religionis ſuæ? cui affirmativè reſpondent Riminaldus *vol. 1. Conſ. 6. n. 7.* Pacianus *vol. 1. conſ. 132. nu. 39.* Majolus *De Irregular. lib. 2. c. 1. n. 13.* Surdus *de alimen. tit. 8. privileg. 79. n. 20.* ea forſam ratione, quod

2\. Purpura Cardinalibus data.

3\. Pelagius primus geſtat purpurã.

Cardin. Regulares habitum ſuæ deberant Religionis.



quod delationem habitus Regularis habeant in voto, à quo promotio in Epiſcopum non liberat.

De Pileo ſupereſt Cardinalitio, aliquid clarius exponere: uſque enim ad Cœleſtinum IV. exclusive, Sal. Anno 1254. inſignibus Cardi- A

4. Pileus Cardinalitius.


nalium gentilitiis Mitram Epiſcopalem ſuperimpoſitam teſtatur Ciaconius. Sub Innocentio verò quarto Cœleſtini ſucceſſore, teſte eodem *Ciaconio*, mos inolevit pileum ſuperimponendi, forma ſequenti.

Pileus antiquus Cardin.



B

Forma quidem rudis, quæ in elegantiorem mutata, ſedente Innocentio VII. Sal. Anno 1404.



Pileus Hodiernus Cardinal.

5. Legatorum Ap. veſt insignia.

Omnia tamen tempore mutant incerto. Legatorum Apoſtolicorum ſingularia, & antiqua fuiſſe privilegia teſtatur Innocensius III. in Romano Concilio, Sal. Anno 1216. ut refertur. *cap. Antiqua de Privileg. Antiqua Patriarchalium Sedium privilegia renovantes Sancimus &c. Dominica Crucis vexillum ante ſe faciant ubique deferri, niſi in urbe Romana, & ubicumque ſummus Pontifex præſens extiterit, aut ejus Legatus utens inſignis Apo. dignitatis*. Qualia hæc fuerit Legationis inſignia Apoſtolicæ? narrat Georgius Logotheta Aeropolita, in *Chronico Conſtantinopolitano*; quum capto a Latinis Byzantio, miſſus ab Honorio III. Sal. Anno 1216. Pelagius Calvani Legatus & caput expeditionis adverſus barbaros, purpuratus venit, *Ea tempeſtate* (inquit) *qua Summum imperium apud Henricum erat*, D *miſſus fuit a Papa Conſtantinopolim ſacerdos (quem illi legatum vocant) cognomento Pelagius, papali auctoritate munitus: purpurea illi talaria, ejuſdem coloris veſtimenta, frenaque & ſagum purpurea erant*. de Pileo hic nulla mentio; licet Logotheta veſtimenta tam accurate deſcripſerit. Accedit (quod *teſte Platina*) Innocentius IV. *ſtatuit, ut Cardinales equo in publicum vecti, galero rubro uterentur, honeſtandi ordinis gratia*: unde tanquàm C res nova introducta refulget. Concordat Volaterranus *lib. 22. Anthropologia. Hic etiam Cardinales, ut pileo uterentur roſeo, & equo veherentur, inſtituit*. Conſonat Caſſanæus Catalogo Gloriæ Mundi p. 1. Conſid. 38. cap. 4. *Innocent. IV. in Concilio Lugdun. Cardinalibus inſigne dedit, quod capite perpetuo deferre debent, hoc eſt, rubrum galerum. Idque diligenter ſervatur ſecundum Gaguinum in ſuis Chronicis ſuper Francorum geſtis, in vita S. Ludovici*. Hujus autem pilei, in quo D Crux ſuperne extat, non minus ac in pileo Clericorum, id habet privilegii; ut ſi alicui reorum dum ad ſupplicium deducitur, ſuper caput ab obvio Cardinali imponatur, liber dimiſſus ſupplicium effugiat.

6. Pilei Cardinalitii privilegium.

DE NOVO EMINENTIÆ
TITULO CARDINALIBUS DATO.

CAP. VI.

1. Presbyteri Clerici non habebant titulum: nomina erant tituli & officii.
2. Epiſcopus quando *Frater* diceretur? à quo? Item *Filius*.
3. Titulus *Reverendiſſimi* quando datus Epiſcopo? 8.
4. Tituli *Fratris*, *dilectiſſimi*, *Chariſſimi* apud antiquos.
5. Epiſcopi quomodo appellarentur à Papa?
6. Papam Epiſcopi appellant fratrem: & fratres *Coepiſcopos Papa*. 15.
7. Titulus *Papa* datus Epiſcopis.
8. *Venerabilis* titulus quando & cui datus?
9. Epiſcopi dicti *Sanctiſſimi*. 14. *Sancti*.
10. Tituli dati Pontifici Romano.
11. Epiſcopi in Concilio ſubſcribebant nomine proprio, vel appellativo Epiſcopi, vel Epiſcopatus.
12. Titulus *Domini* datus Papæ.
13. Tituli *dulciſſimi*, *Honorandiſſimi* cui, & quando dati.
14. *Urbis Æternæ Papa* dictus. *Pater*, *Apoſtolicus*, *Conſacerdos*. *Servus Servorum Dei*. *Univerſalis toto Orbe Apoſtolicus*. *Comminiſter Æcumenicus*. 15.
15. *Univerſalis* titulus quomodo datus Patriarchæ?
16. Tituli jam dati Epiſcopis, nunc Cardinalibus conveniunt; & cur?
17. Electio Papæ ad ſolos ſpectat Cardinales & uni ſoli competeret ſuperviventi.
18. Tituli Cardinalium, *Illuſtres*, *ſuperilluſtres Reges*.
19. Titulo *Reverendi* ſalutati à D. Bernardo.
20. Tituli Cardinalibus dati a Carolo V.
21. Principibus præcedunt ſupremis. An præcedant Principibus Regii ſanguinis?
22. Rex quando, & quibus Cardinalibus præcedat?
23. *Eminentiæ* titulus Cardinalibus quando, & à quibus datus.
24. Titulus *Altitudinis* quando uſurpatus à Principibus?
25. * Cardinales Regii ſanguinis à reliquis quomodo diſtincti.
26. *Parmenſis Ducis privilegium*.
27. * *Cardinales ſunt Principes in Eccleſia, non Eccleſiæ*.
28. Cardinales non utantur veſte pullata in morte ſuorum.
29. Roſei birreti uſus quando conceſſus.
30. Roſei birreti uſus Cardinalibus Regularibus datus.

1\. Epiſcopus nomen tituli, & Officii.

ORiginem ſi reſpicias Primitivæ Eccleſiæ, *Presbyteros*, *Clericos* legimus ſine titulo, tàm in veteri, quàm in novo Teſtamento, Eſdræ, Judith, Eccli. Baruch. Daniel. Actibus Apoſtolorum 14 *n*. 21. & ad Timoth. 1. *c*. 5. & ad Titum 1. *c*. 5. & Jacob. 5. *n*. 14. Concordant Romanorum Pontificum epiſtolæ, Cleti, Anacleti, ac reliquorum Pontificum, apud quos nullus recurrit titulus uſque ad Nicænum Concilium, in quo pariter *Presbyter*, & Epiſcopus eſt loco tituli, & di-
2\. Frater à quo diceretur.
gnitatis. *Frater* adyciebatur, cum Epiſcopis Epiſcopus ſcriberet, ut ex *ep. Euſebii Ep. Caſareæ* circulari. *lib*, 4. *Conc. Nicæn.* Solumodo in inſtrumento donationis à M. Conſtantino factæ circa Annum Sal. 324. incipit recurrere titulus *Reverendiſſimi* datus Epiſcopis: cœterum *Epi-*
3\. Reverendiſs. quando dicti?
ſcopi, *Presbyters* nomina erant, quibus ex ritu Apoſtolico, Chriſti Vicarius Romanus Epiſcopus Coepiſcopis ſcribebat, adjuncto titulo *Fratris*, *dilectiſſimi*, *Chariſſimi*, amoris, fraternitatis, dilectionis argumentis, tumidos abhorrendo titulos, qui ſeparationem, diviſionem, præcedentiam inter eos inducere poſſent. Teſtes ſint
4\. Tituli antiqui.
Apoſtoli Judas, Paulus, Joannes, Jacobus, Petrus ipſe Apoſtolorum Princeps in epiſtolis ſuis. Morem hunc virginem, illibatum, & ſacroſanctum conſervarunt Pontifices primævi,
5\. Fratris titulus.
Clemens ſcribens ad Jacobum fratrem Domini, *Clemens Iacobo Fratri Domini, & Epiſcopo Epiſcoporum, regenti Hebræorum Sanctam Eccleſiam Hieroſolymis, ſed & omnes eccleſias, quæ ubique Dei providentia fundata ſunt, cum Presbyteris & Diaconibus, & cæteris omnibus fratribus, Pax tibi ſit ſemper*. Quando ſcripta fuerit epiſtola illa? vel inter Canonicas ſit recipienda? cum affirmare non audeam; prætereo multa, quæ ex ſupradicta ſalutatione poſſent adoorari. Venio ad ſecundam, in qua legitur *Clemens Rom. eccleſiæ præſul Iacobo Hieroſolymorum Epiſcopo* Ita Anacletus I. Sixtus I. *ep*. 2. *Sixtus univerſalis Apo. eccleſiæ Epiſcopus omnibus Epiſcopis in Domino ſalutem*. Conveniunt Victor Pontif. Rom: *ep*. 2. Zephirinus *ep*. 1. Fabianus *ep*. 2. Stephanus 1. *ep*. 2. Dionyſius *ep*. 2. Fe-

lix 1. *ep.* 5. qui omnes in Salutatione *Epiſcopos* purè appellarunt. Aliquando voces adiecerunt amoris, & communitatem ſignificantes *Fratres* appellando, more retento Apoſtolico, ut Clemens I. *ep.* 5. *de viſa communi*. Evariſtus *ep.* 2. & 3. Sixtus I. *ep.* 1. Theleſphorus *ep.* 1. Pius I. *ep.* 2. Sic etiam cum Epiſcopus ad Epiſcopum

6. Epiſcopi Papā appellāt fratrem.
ſcriberet Cyprianus ad Fidum; *ad Preſbyteros, & Diaconos*, & Plebem Furnis. Imò etiam cum Epiſcopi Aſiæ vel Africæ vel Italiæ ad Romanum ſcriberent Pontificem, ut *Lucio* (Pontifex Romanus Lucius erat) *Fratri Cyprianus. Cornelio* (Pontif. Rom. erat Cornelius) *Fratri Cyprianus. Fratri ſalutem Cyprianus* cum ſcriberet ad Stephanum I. Papam. Eodemque titulo utebatur Papa cum Epiſcopos reſalutaret, ut *Cornelius Cypriano fratri* Imò Coepiſcopos Papa eos appel-

Papa ceteros Epiſcopos vocabat Coepiſcopos fratres.
labat, ut *Cornelius Ruſo Coepiſcopo. ep.* 2. *Cornelii*. ſuos Comminiſtros, *dilectiſſimis ubique Cathol. eccleſiæ comminiſtris Fabianus ſalutem ep.* 1. *Fratri & Coepiſcopo Calliſtus ep.* 1. Alii ad expreſſionem majoris dilectionis; vocabula adhibuerunt *dilectiſſimi, chariſſimi*, ut Petrus ep. 1. Joannes ep. 1. Judas. Jacobus. I. Paulus 16. *ad Romanos*. Clemens *ep.* 4. & 5. Evariſtus *ep.* 1. Alex. 1. *ep.* 1. & 2. Sixtus 1. *ep.* 1. Theleſphorus *ep.* 1. Soter *ep.* 2. Zephirinus *ep.* 2. Callixtus *ep.* 2. Fabianus *ep.* 1. & 3. Cornelius *ep.* 5. Sixtus 2. *ep.* 2. Felix. I. *ep.* 2. Eutichianus *ep.* 2. Cajus *ep.* 5. Marcellus *ep.* 1.

7. Titulus Papæ.
Euſebius *ep.* 3. Melchiades *ep.* 1. Aliquando titulus Papæ datus eſt etiam Epiſcopis, ut expreſſione Cleri Romani ad Cyprianum Epiſcopum Carthag. *Cypriano Papæ Preſbyteri & Diaconi Romæ conſiſtentes*. Ipſe verò ad Presb. & Romanos Diaconos, *Cyprianus Presbiteris, & Diaconibus Romæ conſiſtentibus fratribus ſalutem*. Sic etiam Neſtrinus ad Cyrillum Patriarcham Alexandrinum, Papam appellavit, ut *coep.* 13. *to.* 1. *Conc. Epheſini* Conſtantinus Imperator primus fuit, qui Epiſcopos diceret *Reverendiſſimos* in charta

8. Venerabilis titulus.
ſuæ donationis. Poſt eum legitur Julius Rom. Papa ſcripſiſſe Epiſcopis Orientalibus cum titulo *Venerabilibus ep.* 1. Athanaſius cum aliis Epiſcopi Ægypti congregatis primus fuit, qui Liberium Papam in ſua *ep. de oppreſſionibus Arrianorum vocavit Dominum Beatiſſimum, & honorabilem*

Beatiſs.
Sanctum Patrem Liberium Papam. poſt Annum

Honorabilis.
Salutis 353. Idem titulus replicatur ab iiſdem Ægiptiis Epiſcopis ſcribentibus ad Felicem II. poſt An. Sal. 483. qui eiſdem reſcribens Epiſcopis titulo utitur per M. Conſtantinum introducto *Reverendiſſimis atque dilectiſſimis fratribus, Athanaſia, & univerſis Ægyptiorum Epiſcopis &c.* Eumdem *Reverendiſſimi titulum* traduxit in Synodum Romanam idem Felix II. Decretis vero ejuſdem

9. Sanctiſſimi.
Felicis II. Papæ, *to.* 1. *concil.* inſertum legitur Liberii Papæ decretum, in quo, *Dominis Sanctiſſimis, & Deo amantiſſimis univerſis Epiſcopis Liberius Epiſcopus ſalutem*. Obſerva itaque quomo-

Augentur Tituli.
do Chriſtiana ſimplicitate poſthabita, gradatim cœperunt conſcendere tituli. *Beatiſſimo*

Papæ Damaſo Sedis Apoſtolicæ Urbis Romæ, Hjeronimus ſupplex. Hanc Epiſtolam non ſolum inter Hjeronymi habes epiſtolas, ſed etiam *to.* 1. *Conciliorum*. Eodem tempore ad eumdem Da- 10. Papa Vrbis Romæ.

maſum ſcripſerunt *Beatiſſimo Domino* novus titulus Domini) *& Apoſtolicæ culmine ſublimato Sancto Patri Patrum* (obſerva titulum Patris datum Romano Pontifici) *Damaſo Papæ, &* Domini titulus datus Papæ.

Summo omnium præſulum Pontifici Stephanus Archiep. Concilii Mauritaniæ, & univerſi Epiſcopi &c. ſic in reſponſione Damaſus; *Dominis Venerabilibus fratribus, Proſpero Numidiæ* Pater Patrum Summus omnium

A *primæ ſedis Epiſcopo, Leoni &c. Epiſcopis Orthodoxis Damaſus Epiſcopus*. In ſubſcriptionibus porrò, quibus decreta Epiſcopi firmabant in Conciliis nomen ſcribebant perſonæ regentis, atque Diœceſis. putà in Concilio Conſtantinopolitano II. ut *to.* 5. *Conciliorum* legitur. *Subſcripſerunt* 350. *Epiſcopi, qui in eodem Concilio convenerunt*. 11. Concilio quomodo ſubſcriberēt

Nectarius Conſtantinopolitanus.
Provinciæ Ægypti.
Timotheus Alexandrinus.
B *Dorotheus Oxyrinchites.*
Provinciæ Paleſtinæ.
Cyrillus Hieroſolymitanus. Et ſic uſque ad 150.

In Regenſi Concilio ſubſcripſerunt nomine proprio, & appellativo Epiſcopi non autem Epiſcopatus puta *Hilarius Epiſcopus. Iulius Epiſcopus: Servus Epiſcopus: to.* 2. *Concil.* In Carpenctoratenſi Synodo Anno Sal. 444. ſub uno titulo *Epiſcoporum* ſubſcripſerunt ſolo nomine proprio, *Aletius, Ciprianus &c.* 12. Titulus Domini

C Titulo *Domini* etiam Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis ſalutavit Siricium Papa, *tom.* 1. *Concil. inter decreta Sirici* Sobrior Innocentius I. in titulis, ſequenti uſus eſt norma: *Innocentius Decentia Epiſcopo Eugubino*, quandoque dilectionis adjecit particulam, *Innocentius univerſis Epiſcopis in Taletana Synodo conſtitutis dulciſſimis fratribus Salutem &c.* Eumdem dixère. *Dominum* dulciſſimi Titulus.

Beatiſſimum & honorandiſſimum fratrem Innocentium Papam Patres in Concilio Carthaginenſi: quibus reſcribens *Sanctos Epiſcopos, Fratres* Honorandiſſimi.

D appellavit *Dilectiſſimos*. Eumdem ſtylum ſervavit erga Innocentium I. Concilium Milevitanum *tom.* 1. *Concil.* Joannes Chryſoſtomus cum Innocentio I. ſcriberet, ita ſalutavit. *Innocentio Epiſcopo Romæ, Domino meo Reverendiſſimo, Pientiſſimoque Joannes in Domino ſalutem*: eodem *to.* 1.

Concil. Honorius Imperator *Sancto ac Venerabili Bonifacio Papæ Urbis eternæ*. Poſt Annum Salutis 418. inſcripſit epiſtolam Concilium Africanum VI. ſcribens ad Bonifacium I. Papam, 13. Papa Vrbis Æternæ.

Domino Beatiſſimo, & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Ualentinus, & cęteri &c. idem Concilium ad Papam Cęleſtinum I. *Domino dilectiſſimo, & honorabili fratri Cœleſtino Aurelius, Palatinus &c.* Patria

Cyrillus Patriar. Alexandrinus Scribens eidem Cęleſtino I. R. P. *Sanctiſſimo, Deoque Amantiſſimo*

Pe-

lus nil uſurpare inde volebat in curia Eccleſiaſtica. Hac occaſione excluſis Laicis ab electione Pontificis: Cœleſtinus II. Lucius II. Eug. III. cœterique ſucceſſores a ſolis Cardinalibus electi fuere Pontifices, magno Cardinalitiæ dignitatis incremento unde Fratres Pontificis ſunt Cappellati.
19. Tituli Cardinalium. *Illuſtres* non ſolum ſed *ſuperilluſtres* teſte Gundiſalvo Villadiego *to.* 2. *Tra. p.* 3. *n.* 6. & Jo. Hugone *par.* 1. *n.* 2. *eodem to.* 2. Martino Laudenſi *tit. to.* 2. *de Cardinalibus quaſt.* 51. *Patritii* dicti c. Reges *Conſtantinus d.* 96. Imò *Reges*, quia cum Papa Orbem regunt univerſum, ſecundum Andream Barbatiam *de praſtantia Cardinalium qu.* 1. *n.* 24. A *tit. to.* 2. Tempore D. Bernardi, titulo *Reverendorum* ab eodem Sancto Cardinales Legatos Sedis Apoſtolicæ ſalutatos lego Bernardum Presb. Cardinalem, & Gregorium Diaconum Cardinalem miſſos ab Eugenio III. R.
20. Reverendi. P. in Germaniam, ad judicandum Archiep. Moguntinum, teſte Othone Friſingenſi in Friderico *lib.* 2. *cap.* 9. *Dominis* (hæc eſt ſalutatio D. Bernardi ep. n. 302.) *& Patribus Reverendis Apoſtolica Sedis Legatis puer Sanctitatis eorum Bernardus Claravallis Abbas.* Principes B ipſi tantæ contulerunt incrementum dignitati, præcipuè Carolus V. Imperator Cardinalem Volſæum tanto affecit honore, ut in literis ſe appellaverit *Voſtre fils & Couſin Charles.*
21. Tituli dati à Carolo. Apud Italos uſus invaluit, ut Principes Laicos præcedant Cardinales; unde Mauritius Cardinalis à Sabaudia patrem Emanuelem ampliſſimi & ſummi Dominii Ducem, ac Principem Pedemontanum præcedebat: ob hoc credit
22. Principibus præcedunt. Frizonius in Gallia Purpurata *cap.* 7. *Apparatus* Sabaudum nationales ſuos abhorrere Car- C dinales. In Gallia teſte Thuano lib. 28. Cardinales Turnonius, Lotharingus, Guiſius honorem ſedis, ſuo tempore æmulati, proceri-
An Regii Sanguinis Principibus præcedant? bus Regii ſtemmatis cedere recuſarunt. cumque Cardinalis Borbonius præcedens Condæum Principem, id ſe facere diceret non ut Cardinalem, ſed ut primogenitum: Cardinales autem Caſtillonæus & Armeniacus non dedignarentur eos proceres ſubſequi, abjerunt Turnonius, Lotharingus, & Guiſius, iſto etiam vociferante eſſe Cardinales, qui galeros D ſuos honorarent, & qui à galeris honorarentur, Qud attinet ad Reges, & Regum filios,
23. Rex quando, & quibus Cardinalibus præcedat? certum; eos præcedere Cardinales: in Collegio tamen Cardinalium congregato, ſive in Conſiſtorio, ſive in Capella Rex præcedit omnes Cardinales præter Epiſcopum Oſtienſem Sacri Collegii decanum (teſte *Guiciardino lib.* 1. *Hiſtoria Ital.*) *Alexandro VI. riceve in Roma il Rè Carlo VIII. nel meſe di Genaro M CCCC. XCV. nella chieſa di S. Pietro, il quale havendogle ſecondo il coſtume antico, genufleſſo bacciati i piedi, & dopo ammeſſo a baciargle il volto; intervenne un' altro giorno alla Meſſa Pontefìcale, ſedendo il primo dopo il primo Veſcovo Cardinale, e ſecondo il rito antico, dette al Papa celebrante lo Meſſa l'acquaalle mani.*

Sub Pontificatus Urbani VIII. cum Dignitas Cardinalitia titulo non gauderet ſingulari, ſed
24. Titulus Eminentiæ Cardinalibus datus à quo, & quando? titulo appellaretur ſolumodo *Dominationis, & Illuſtriſsimi*; Titulus excogitatus eſt *Eminentia* ab Imperatoribus dari ſolitus *Præfectis Pretorio*; ut in l. actuarios lib. 12. Cod. de Num. *Sublimitas tua* quo titulo alloquuntur Imperatores Præfectum Pretorio. Titulus erat honorarius Imperatorum, & Regum, in epiſtolis Franciscis, apud Nicolaum Pontificem, *ep.* 40. Gregorium VIII. *lib.* 1. *ep.* 75. Papæ ipſi attributus ab Anſelmo *lib.* 3. *ep.* 37. noviſſime ab Urbano VIII. ut proprius A arctatus pro Cardinalibus, Electoribus Imperii, & Magiſtro Hoſpitalis Hieroſolymitani, die X. Junii 1630. ſuggerente (ut dicitur) Cardinali Richelio, qui aſſimilari ambiebat Principibus Regii ſanguinis.

Die X. Iunii M. D. XXX. in Conſiſtorio Secreto.

Sacra Congregatio Cæremoniarum S. R. E. Cardinalium cenſuit, ſi Sanctitati V. placuerit, loco titulorum, Illuſtriſſimi, & Dominationis veſtræ B Illuſtriſſimæ, *quibus hactenus uſi ſunt Cardinales: titulos* Eminentiſſimi, & Veſtræ Eminentiæ *à nemine præterquam ab Eccleſiaſticis Romani Imperii Electoribus, ac Magiſtro Hoſpitalis Hieroſolymitani uſurpari poſſint; aut aliis tribui, eoſdem titulos ab omnibus & ſingulis Cardinalibus præſentibus, & futuris omnino aſſumi, inter ſe tam voce quàm ſcripto perpetuo uti debere. Quod ſi contigerit aliquem cujuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis (Imperatore ac Regibus exceptis) hujuſmodi titulo alicui Cardinalium non tri-* C *buere, Cardinalis ille nullatenus cum eo coram agat, nec ejus literas quoquomodo recipiat.*

Omnes porro Italiæ Duces, Principes, & Reſpublicæ cū executio ē mandaſſet decretum: Interceſſere Reſpublica Veneta, & Carolus Dux Sabaudiæ, nec non ejus filius Princeps Cardinalis, ſignificantes nil ſe velle innovare in antiquis Cardinalium titulis, *Dominationis, & Illuſtriſſimi*; cum Reſpublica Veneta inter Reges recenſeatur: Princeps verò Cardinalis Sabaudus nollet ſuæ originis prærogativæ obi- (Venetorum objectio & Sabaudi.) D cem ponere, cum ante adeptum Cardinalatum jure ſanguinis, titulo ſalutaretur *Sereniſſime*. Satisfactum propterea à Pontifice, & Sacro Collegio cum Reipublicæ, tum Duci, ejuſque filio Principi Cardinali: unde Cardinales juſſi fuere. epiſtolas recipere à Senatu Veneto, titulo contenti *Dominationis, & Illuſtriſſimi*: Cardinalem verò Sabaudum titulo ſalutarent *Sereniſſimi*. Lege Bapt. Nanium *tom.* 1. *H. V.* Frizonium *in Gallia Purpurato cap. X. in Apparatu*. Tantis Cardinales ſuffulti dignitatibus, tamquàm inferiores Pontifice Principes dicuntur in Eccleſia Dei, non Principes Eccleſiæ Dei: propterea cum P. R. Sixtus V. Congregationem inſtituiſſet pro claſſe paranda ad tutelam ſtatus

Ec-

25. *Cardinales Principes in eccleſia non Eccleſiæ.*

Eccleſiiaſtici, hocque voto Cardinalea conſuluiſſet Romanos, vel natu ſubditos, ut populo facilius impenſas imponeret neceſſarias: muſſitantibus cęteris Cardinalibus Zelotypis, quod ab Eccleſiaſtico vellet Sixtus eos paulatim excludere regimine; quorum nomine cum Mediceus quereretur: quod *& ipſi Romanis eſſent æquales & Principes Eccleſiæ dei*, reſpondit Sixtus, *Eſſe quidem Principes in Eccleſia, non Eccleſiæ. Unus enim Eccleſiæ Princeps & caput Romanus Pontifex*. Replicanti Mediceo, *Poſſumus ergo domum redire?* Abſolvit Papa, *Vos ſoſpites deus*. Hinc neque ſede vacante Cardinales in Conſiſtorio congregati legem decernere valeant, quibus obſtrictum teneant futurum Pontificem, cujus auctoritas nulla humana arte conſtringitur.

26. *Legibus Cardin. non tenetur Papa.*

Cardinalea Romana eccleſia ſuo viduata paſtore, hac una facultate pollent: ut Orbi Antiſtitem provideant univerſo. Lege *Vitas R. P. Innocentii VII. & VIII. Pauli II.* a me conſcriptas.

Hoc novo Cardinalitiæ dignitatis augmento concitati Principes, qui antea titulo ſalutabantur *Excellentiæ*, titulum uſurparunt *Altitudinis*, Principibus Regii ſanguinis uſque in hodiernam diem reſervatum: unde Reguli omnes nunc titulo ſalutantur *Altitudinis*; & titulus *Illuſtriſſimi* omnibus vileſcit factus communis. Sedente Alexandro VII. Romæ orto diſſidio, titulorum occaſione, quos uſurpabant nepotes Pontificis; decretum; ne titulus *Altitudinis* ulli Vaſallo vel Feudatario daretur Eccleſiæ, Duci excepto Parmenſi. Purpurati porro natu Principes, ut à Cardinalibus ſeggregarentur non Principibus, cum ſtemma gentilitium Regia corona circumdarent, & titulum aſſumerent *Altitudinis*, nec ſine jurgiis, Innocentius X. inter Cardinales aſſumpto Farneſio Fratre Ducis Parmenſis, titulos omnes interdixit Cardinalibus, uno *Eminentiæ* excepto: corona etiam prohibita quam ſtemmati ſuperimponebant gentilitio: ut finis aliquando eſſet ſuperbiæ; & faſtus intercluderetur humanus. *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Iſaiæ 60, num.* 8. Vitia, quæ Cardines abhorrere tenentur Eccleſiæ; lege apud Aluarum Pelagium *De Planctu Eccleſiæ lib. 2. cap.* 15. & 16. Eos namque ut Paſcaſium veneror Romanæ Eccleſiæ Diaconum, de quo Gregorius dialogo 4. *Vir fuit miræ Sanctitatis, eleemoſinarum operibus maxime vacans, cultor pauperum, contemptor ſui; cujus dalmaticam feretro ſuper impoſitam quum demoniacus tetigit, ſtatim ſalvatus eſt*. Regii Sanguinis Cardinalea cum purpura induuntur Cardinalitia, & biſſo diſcipulorum Chriſti, aſcendunt oppido, non deſcendunt. Cur ad ſplendorem aſſumere tenebras, & lumine fulgente majore, minora ſuccendere? *Audi filia; oblivîſcere populum tuum, & domum patris tui* 44. *Pſal.* Merito Alex. VII. R. P. lege ſancivit, ne Cardinales in ſuorum funere, veſte uterentur attrata; quod id parum e tanti ordinis dignitate videretur, lugere mortuos, & Eccleſiam cujus ipſi ſunt Cardines, veſte induere pullata, quæ lugere debet ſolum in morte unigeniti. Qui eccleſiam aſſumpſit in matrem, cum ea ſolùm lugere permittitur.

27. *Parmenſis Ducis privilegiū.*

28. *Cardin. non utātur veſte pullata in morte ſuorum.*

Omnes itaque Cardinales nullo admiſſo diſcrimine, titulo contenti *Eminentiſſimi*, quantacumque generis dignitate fulgeant, æqualitatem ſervent; ne dignitas diſtinctione vileſcat.

Quando autem Roſei Birethi uſus fuerit conceſſus? & hoc ſub judice. In Conſiſtoriis Cardinalea pileis ſediſſe coopertos ex nummiſmat habes percuſſo a Paulo II. R. P. quem Romam advenere Legati Principum Italorum, ut ſedatis diſcordiis coirent adverſus Turcas. Lege quæ dedimus in *vita Pauli II. n.* 2. Ab eodem Paulo II. rubra capitia Cardinalibus tradita, Cardinalis memorat Papienſis l. 2. Com. addens, *quibus ſoli Antiſtites Romani antea utebantur*. Concordat Volaterranus lib. 22. Anthropol. *Noſtra ætate* (inquit) *Paulus etiam tegumenta ruſſata Cardinalibus dedit*. Non tamen omnibus, ſed excluſis Cardinalibus ex Monachiſmo deſumptis, quibus rubra biretha ut & cœteria Cardinalibus indulſit Gregorius XIV. die 26. Aprilis 1591. cum antea nigris uterentur; ac die 9. Junii SS. Trinitati Sacra, ipſe propria manu *Michaelli Bonello* Alex. Ordin. Prædic. *Hieronymo Bernerio de Corrigia* ejuſdem Ordinis; *Conſtantio Buccafoco* Minorum Conventualium; *Gregorio Petrochino* Eremitarum impoſuit.

30. *Cardin. Regularibus uſus datur roſei birethi.*

Pro coronide *De Officio, Familia Cardinalium* ſubnectendum eſſet: verum ne actum agamus Lectorem remittimus ad decreta Martini V. R. P. *De Cardinalium Reformatione*, quæ habes in ejus vita: item ad Concilium Lateranenſe celebratum ſub Julio II. & Leone X. *Seſſ. 9. cap.* 7. tandem Conſtitutionem Sixti V. quam habes ſupra *cap.* 2.

De familia, & officio Cardinalium.

SANCTVS PETRVS CHRISTI VICARIVS.

A Chriſto Deo Homine Paſtor Petrus datus Eccleſiæ per Annos ſex ſupra triginta, quibus præſuit (ad æmulationem Filij Dei, qui Geminam promotionem fecit Apoſtolorum vnam; 72. Diſcipulorum alteram) plures & ipſe promouit Cardinales, Epiſcopos, Presbyteros, vel Diaconos. Quales & quanti fuerint; licet ignoremus; fuere ſaltem

EPISCOPI CARDINALES.

1. *Salutant te Eubulus, Pudens, & Linus, & Claudia fratres omnes.* 2. Timoth. 4. n. 21.

LINVS natione Thuſcus, Patria Volaterranus, ex Maurorum Familia, Coadiutor S. Petri, poſtea Succeſſor. De quo lege eius vitam inter Pontifices à me exaratam. Re Cardinalem fuiſſe, non nomine; quia nomen *Cardinalis* longe poſt irrepſerit in Eccleſiam Dei; ſupra dedimus in Prolegomenis.

2. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* 2. Cor. 9. n. 6.

CLetus Romanus Æmiliani filius, Coadiutor Sancti Petri in Romanis Suburbijs, poſtea Succeſſor, & primus, qui literas Apoſtolicas exordiretur à benedictione: vt abundè tradidi in vitis Rom. Pontif. Lemma ſuperlege, quod Apoſtolicam benedictionem ab eo introductam annuit.

CARDINALES DIACONI.

A 3. *Adiuua illas quæ mecum laborauerunt cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis: quorum nomina ſunt in libro vitæ.* Philip. 4.

CLemens Fauſtini, & Mathidiæ filius, Romanus, ex regione ſecunda Cælij Montis, poſtea Papa. Ignatius *ep. ad Trallianos*. lege quæ ſcripſimus inter Pontifices.

4. *Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei crediderunt.* 17. Act.

ANacletus Patria Athenienſis Antiochi filius ex his, qui in Areopago à Paulo Apoſtolo. Chriſti Euangelium edocti, Romam venit, vbi à Sancto Petro Diaconus Cardinalis ordinatus, poſtea Epiſcopus (vt ſcribit Ignatius *ep. cit.*) tandem Pontifex S.R.E.

S. LINVS P. R. II.



ANno Sal. 69. electus vſque ad An. 80. creauit Epiſcopos XV. Presbyteros XIIX. An omnes fuerint Cardinales, ideſt Titulis Romanis præpoſiti? non crederem, quòd eo tempore tanti non erant Tituli Romani.

Supplendum hic Stemma Gentilium omiſſum in Lini hieroglyphico; ſi tamen ex *Maurorum* familia, vt nonnulli aſſerunt, quæ Venetijs viget inter Patritias.

S. CLETVS P. R. III.

B



DIe XXV. Septembris creatus An. 80. vſque ad 26. Apr. 93. ordinauit Presbyteros XXV. ex Petri mandato; vnde colligitur, quòd ipſe fuerit Epiſcopus Cardinalis, & Coepiſcopus Petri. Patre cum dicatur genitus Æmiliano, nec pateat an Familiæ, vel Perſonæ nomen Æmiliani fuerit; Stemma addere licet *Æmilianorum*; qui etiam Venetijs florent, omiſſum in eius vita.

S. CLEMENS P. R. IV.

ANno Sal. creatus 93. vſque ad 23. Nouemb. 102. ordinauit Epiſcopos 15. Presb. X. Diaconos 2. Plures fuiſſe Cardinales non dubito, cum 70. Eccleſias erexerit: quarum plures Romæ fuere Cardinales, ſcilicet & primæ, quarum titulos adhuc veneramur. Paſtores eiſdem præpoſuiſſe ne dubites; & hos modò pro eminentia dignitatis, Cardinales vocari.

S. ANACLETVS P. R. V.

C

CReatus 15. Decembris An. Sal. 102. ad diem 23. Iulij Anni 112. ordinauit Epiſcopos ſex: Presbyteros 5. Diaconos 3. Ex his, qui fuerint Cardinales? latet. Sub eo nomina *Patriarcharum*, atque *Primatum* cum occurrant; argumentum eſt, Dignitatibus Eccleſiaſticis dediſſe incrementum.

Digitized by Google

S. EVARISTVS P. R. VI.

XXVII. Iulij An. 112. vſque ad 26. Oct. 121. ordinauit Presbyteros 6. Epiſcopos 5. Diaconos 2. Hos Romanis præpoſuit Eccleſijs, quas Titulis diſtinxit inſignibus, à quibus Presbyteri, & Diaconi dicti ſunt Cardinales.

Septem Euariſtus Diaconos Cardinales inſtituit, vt numerum, & ritum æmularetur Apoſtolicum. *Act. 6. & 5.* quibus poſtea à Fabiano R. P. quatuordecim Regionum cura commiſſa, propterea *Regionarij* & in Romano Concilio à S. Siluestro Rom. Pontif. *Diaconi Cardinales dicti*.

S. ALEXANDER P. R. VII.

ELectus xiij. Nou. An. 121. vſque ad iij. Maij 132. ordinauit Epiſcopos 5. Presbyteros 6. Diaconos 3. in quibus teſte Panuinio, *Euentius*, & *Theodolus* presbyteri Cardinales S. R. E. ſuo forſan Titulo, cui erant præpoſiti, Cæſari patefacti, & martyrio Coronati. De his à iudice interrogatus Alexander Papa, quinam eſſent? reſpondit. *Ambo viri Sancti, ambo Presbyteri*.

CARDINALES DIACONI.

Et vidi mulierem ebriam de Sanguine Martyrum Ieſu. Apoc. 17. n. 6.

THeodorus S. R. E. Diaconus, teſte Panuinio *in vita Alex.* 1. errore tamen. Theodolus enim ille fuit presbyter Romanus, qui 3. Maij martyrium ſubijt cum Alexandro Papa. *Theodorus* verò cum altero Alexandro non Papa, aliàs Nicandro, die 17. Martij. Lege Baronium in *Martyrologio: die 3. Maij*.

Iuuenalis S. R. E. Diaconus, teſte *Panuinio* ab Alexandro creatus, & cum eodem paſſus, hic recenſetur, ne Panuinij dignam memoriam prætercam. Cæterum, reliqui Scriptores diſſonant.

S. SIXTVS P. R. VIII.



ELectus 29. Maij 132. vſque ad 7. Idus Aprilis An. 142. ordinauit Epiſcopos 4. Presbyteros 9. Diaconos tres; inter hos an fuerint Cardinales? Deus ſcit. Ex Famiila *Paſtoris* ſi fuit Sixtus, vt ab aliquibus aſſeritur, inſignia recipiat ſuprapoſita.

Operui in ieiunio animam meam. Pſal. 68.

TEleſphorus natione Calaber, Patria Thurienſis, Presb. Card. S. R. E. Papa futurus, verbo, & exemplo legem præſcripſit ieiunij; de quo in eius vita.

S. TELESPHORVS P. R. IX.

OCtauo Aprilis An 142. vſque ad 5. Ian. 154. ordinauit Epiſcopos 3. Presbyteros 12. Diaconos 8.

A *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam*. 2. Coloſſen.

HYginus Presbyter Cardinalis S. R. E. Papa futurus. Philoſophus iſte, audito Euangelio, Chriſtum amplexus inter Martyres ſuauiter redoleuit.

S. HYGINIVS P. R. X.

ELectus 14. Ian. An. 154. ad 11. Ianuarij 158. ordinauit Epiſcopos ſex per loca diuerſa; in *Eccleſia vero Romana* (ſunt verba Panuinij) Presbyteros 15. Diaconos 5. In Euariſto, Sixto, Teleſphoro, cum
B dixiſſet, creauit Epiſcopos 10. per diuerſa loca, Presbyteros 4. *Diaconos 3. in Vrbe Roma:* nunc phraſim mutans in *Eccleſia adijcit Romana*: vnde non ſolum Romæ, ſed Eccleſiæ Romanæ Sacerdotes fuere, & Diaconi. Hæc in Panuinio; nam in Damaſo nullum diſcrimen. Hoſce Presbyteros, non omnes fuiſſe Cardinales ſuadet eiuſdem Hygini decretum, & inſtitutio plures Presbyteros eidem Titulo, & Eccleſiæ præponentis; quia vnus vni Titulo, ob credentium multitudinem non ſufficeret: ſi *Panuinio* fides.

S. PIVS P. R. XI.

ELectus 15. Ianuarij An. 158. vſque ad 5. Idus Iulij 167. cum ordinaſſet Epiſcopos 12. per diuerſa
C loca. Presbyteros 18. Diaconos 11. vel 21. ſecundum Damaſum, omnes Eccleſiæ Romanæ ſecundum Panuinium; errore tamen, primo quia Damaſus eos Romanæ non adſcribit Eccleſiæ: ſecundo, quod tunc temporis, Eccleſiæ Romanæ Diaconi numerum non excederent ſeptenarium. Non ergo omnes qui creabantur Diaconi à Papa, erant Cardinales.

Bonus Paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis, Io: 11. n. 6.

PAſtor Presb. Card. S. R. E. in Thermis Pudentianæ, & Praxedis. lege quæ adnotauimus *in vita S. Pij*.

S. ANICETVS P. R. XII.

CReatus 23. Iulij An. 167. vſque ad 17. Aprilis 175. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 9. Presbyteros 17. Diaconos 4.

D S. CONCORDIVS P. XIII.

DIe 4. Maij An. 175. creatus, vſque 10. Kal. Maij 179. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 11. Presbyteros 18. Diaconos 9.

S. ABVNDIVS P. R. XIV.

ELectus 5. Non. Maij An. 179. ad 7. Kal. Iun. 194. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 15. Presbyteros 12. Diaconos 8.

S. VI-

S. VICTOR P. R. XV.

KAl. Iulij An. 194. electus, vſque ad 28. Iulij 203. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 12. Presbyteros 4. Diaconos 7.

S. ZEPHIRINVS P. R. XVI.

DIe octaua Auguſti An. 203. electus, vſque ad 7. Kal. Septemb. 221. ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa 13. Presbyteros 13. Diaconos 7. Huc forſan ſpectat *Hyppolitus Epiſcopus Card. Portuen.* quem perperam à Cæleſtino creatum dicit Vghellius. De eo lege in *Vrbano Pontif. Rom. XVIII.*

1. *Tobias quotidiè pergebat per omnem cognationem ſuam, conſolabatur eos, diuidebatque vnicuique, prout poterat de facultatibus ſuis: eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.* 1. Tobiæ 20.

C*Alepodius* Romanus filius . . . . . . Presbyter Cardin. S. R. E. officium edocet, quale ſuerit Cardinalium Eccleſiæ priuatiuæ cum celebri ſuo Cæmeterio, quod adhuc in via Aurelia ſitum, Calepodij dicitur, quia ab eo conditum, ne inhumata iacerent Martyrum cadauera, quibus honorificè humandis religioſè incumbens, ſuaque maou velut alter Tobias religioſè coodidit *S. Iulium* Seoatorem, & Martyrem, qui ſub Commodo Imperatore paſſus eſt.

Martyrium ſubijt ſub Calliſto, eique apparuit in agone ſtanti. *Martyrologium Romanum die* 10. *Maij in vita Calliſti num.* 10.

2. *Aaron, & filios eius applicabit ad oſtium tabernaculi Teſtimonij.* 29. Exod. 4.

Q*Viriacus* Ep. Card. Oſtienſis, qui ſub Alexandro Imperatore die 23. Aug. martyrio coronatur. *Martyr. Rom.* Epiſcopus iſte poſt Papam cunctis præcedit Epiſcopis, primus inter Epiſcopos Card. & Aaronis primogenitus, ideſt primus poſt Romanum Pontificem ſedet ad Oſtium Tabernaculi.

S. CALLISTVS P. R. XVII.

ELectus 11. Septemb. An. 221. vſque prid. Idus Octob. 226. ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa 8. Presbyteros 16. Diaconos 4. Inter quos.

Aſcendam igitur, ac ſepeliam patrem meum, ac reuertar. Geneſ. 50.

ASterius Presb. Card. S. R. E. qui exuuias Martyris Calliſti, Pontificis ſui ſepeliuit in Cæmeterio Callepodij, & poſtea ad palmam vocatus ab Alexandro Imperatore, Martyr occubuit ad Oſtia Tyberina. *Martyrol. Rom.* 21. *Octob.*

. . . . Presbyter Card. *S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Calliſti*, huic Baſilicæ à Calliſto præpoſitus, quam ipſe à fundamentis erexit. *Damaſus.*

S. VRBANVS P. R. XVIII.

A ELectus 21. Octob. An. 226. vſque ad 25. Maij 233. ordinauit Epiſcopos, per diuerſa loca 8. Presbyteros 9. Diaconos 5. Inter quos.

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Pſalm. 44.

H*Ypolitus* Epiſcopus *Portuenſis*, qui teſte Hieronymo *de Scriptor. Eccleſ.* rationem Paſchæ, temporumque Canooes ſcripſit vſque ad annum primum Alexandri, Scripſit in *S. Scripturam* commentarios, quorum hi reperiuntur *in Exodum: Cantica Canticorum, Zacchariam, de Pſalmis: in Eſaiam; de Daniele, de Apocalypſi: de Prouerbijs; Eccleſiaſtem: de Saule; Phytoniſſa; Antichriſto; de Reſurrectione contra Marcio-*
B *nem; de Paſchate; Aduerſus omnes hæreſes; de laude Domini Saluatoris.* Origeni inſtans in Scripturam ſcribere, præbuit ei ſeptem Notarios, eorumque expenſas, & librariorum parem numerum, opus quotidie exigens diurnum. Hinc ab Origene ἐργ διακτω appellatus. Huius Hippolyti ſtatua marmorea cum Paſchali circulo inuentâ ſeculo 15. in Vaticana Bibliotheca, repoſita eſt à Marcello Ceruino Cardioali, poſtea Papa. *Marian.* Victorius in Scholijs ad Hieronym. loco citato.

S. CALPVRNIVS P. R. XIX.

C CReatus 8. Kal. Iulij An. 233. ad 19. Nouemb. 237. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca ſex: Presbyteros ſex: Diaconos quinque; inter quos.

Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt. Pſalm. 78.

PHilippus Presb. Card. S. R. E. qui ab Alex Imp. vna cum Pootiano Papa in Sardiniam deportatur martyr occubuit (10. Nou. *Martyr. Rom.*) non ſine vindicta aduerſus Tyrannos.

Fabianus S. R. E. Presbyter Card. (teſte *Ciaconio*) poſtea Papa.

S. ANTERVS P. R. XX.

D DIe 3. Decemb. An. 237. electus, vſque ad 3. Ianuarij 238. ordinauit Epiſcopum vnum:

S. FABIANVS P. R. XXI.

ELectus 17. Ianuarij An. 238. vſque ad 20. Ianuarij 253. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 14. Presbyteros 22. Diaconos 7. inter quos.

Dixit enim: In fortitudine mea feci: & in Sapientia mea intellexi. 10. Iſai. 13.

N*Ouatianus* Presbyter Card. S. R. E. (teſte Hieronymo *de Scriptor. Eccleſ.*

Scripſit *de Paſchate* *de Sacerdote* *de Inſtantia*
de Sabbato *de Oratione* *de Attalo*
de Circumciſione *de cibis Iudaicis* *de Trinitate*

grande volumen, quaſi Epitomen operis Tertulliani, quod plerique neſcientes, Cypriani exiſtimant. Graui iſte ſcandalo veluti Aſſur ſuperbus ſe in Romanum intruſit Pontificatum, aduerſus Cornelium Papam legitimum.

2. *Dedit ei Dominus locum pœnitentiæ*, Iob. 24.

M*Oyſes*) Presb. Card. S.R.E. in Cornelium *Maximus*) conſpirarunt Pontificem eum Nouatiano Antipapa, breui tamen; nam hæreſiarcha deſerto, ad Eccleſiam redierunt; Moyſes vero mortuo Fabiano, iuſſu Imperatoris in Carcerem detruſus, ibidem obijt cum Maximo. *Damaſus*. Eos in Carcere ſtantes conſolatus eſt Cyprianus epiſtola ſua edit. *Pamelianæ* 16.

3. *In carceribus abundantius*. 2. Cor. 11.

N*Icoſtratus* S.R.E. Diac. Card. qui in Chriſto obijt carcere mancipatus: teſte *Panuinio*, *Damaſo*.

4. *Cauete à fermento Phariſæorum*. Matth. 16.

A*Vgendus* S. R. E. Diac. Card. legatus Nouatiani Antipapæ ad Cornelium Papam nuntians ordinationem Antipapæ, propterea à Cypriano excommunicatus *ep. 1. Cypriani ad Cornelium*.

S. CORNELIVS P.R. XXII.

ELectus 1. Aprilis An. 254. vſque ad 18. Kal. Oct. 255. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 7. Presbyteros 4. Diaconos 4. Hos omnes Cardinales fuiſſe ne credas; non enim Cardinales ordinantur, ſed ex Presbyteris iam ordinatis nonnulli ſeliguntur, & incardinantur, ſelectos verò Cardinales dicimus.

DIACONI CARDINALES.

Cum vidiſſet Ieſus Matrem, & Diſcipulum ſtantem, quem diligebat Ieſus, dicit Matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus: deinde dicit Diſcipulo: ecce Mater tua: & ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſuam. Io. 19.

S*Tephanus* Archidiac. S. R. E. cui Cornelius moriens bona Eccleſiæ tradidit cuſtodienda: Lucius verò Cornelij ſucceſſor omnem contulit poteſtatem.

Damaſus. Ex Archidiacono factus poſtea Papa Lucio ſucceſſit. *Damaſus*.

S. LVCIVS P. R. XXIII.

ELectus 20. Octob. An. 255. vſque ad 4. Non. Martij 257. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem, Presbyteros 4. Diaconos 4. ſub hoc Papa quem deſignem Cardinalem, non habeo.

S. STEPHANVS P.R. XXIV.

A CReatus 9. Aprilis An. 257. vſque ad 4. Non. Auguſti 260. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca tres, Presbyteros ſex, Diaconos quinque.

S. SIXTVS II. P. R. XXV.

ELectus 24. Auguſti An. 260. vſque ad 8. Idus Aug. 261. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca duos. Presbyteros 4. Diaconos 7. ſub hoc Pontifice memoria occurrit ſequentium Cardinalium, quamuis à quo creatos producere non habeam.

1. *Moyſes fundens oleum ſuper caput Aaaron, vnxit eum, & conſecrauit*. 8. Leuit. 12.

B M*Aximus* Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis (cuius eſt conſacrare Pontificem, teſte S. Auguſtino *in breuic. diei 2. c.* 167.) qui conſacrauit Dionyſium Papam, *Damaſ & in actis S. Laurentij*.

2. *Philemoni dilecto, & auditori noſtro*. Philen. 1.

P*Hilemon* S. R. E. Presb. Card. ad quem Epiſtolam ſcripſit Dionyſius Alexand. teſte Hieronymo *de Scriptor. Eccleſ. in Dionyſio Alex.* Lemma ei adiecimus Pauli Apoſtoli ad Philemonem; diuerſus hic tamen ab eo.

3. *Sicut ſocij paſſionum eſtis; ſic eritis, & conſolationis*. 2. Cor. 1.

C DIonyſius S. R. E. Presb. Card. ad quem Presbyterum Dionyſius ſcripſit Alexandrinus; teſte *Hieronymo ibidem*. fuit poſtea Papa Romanus.

Seuerus Presb. Card. S.R.E. qui die tertio poſt paſſionem S. Sixti II. Papæ paſſus eſt cum Laurentio Archidiacono, *teſte Damaſo in vita Sixti II.*

CARDINALES DIACONI.

4. *Omne ſacrificium quod in craticula præparatur, eius erit Sacerdotis, à quo offertur*. 7. Leuit. 9.

L*Aurentius* S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, qui die tertio paſſus eſt poſt Sixtum II. Vide quæ notauimus in vita Sixti II. n. 9. & Damaſum *ibidem*

D Fuiſſe Laurentium Diaconum Cardinalem, pictura probat Romæ, Laurentium exhibens inter Cardinales *c. 2. de Cardinal.* Plati.

Sex nomina in lapide vno. Exodi 28.

FEliciſſimus)
Agapetus) S. R. E. Diaconi Cardinales, qui
Ianuarius) 8. Idus Auguſti poſt triumphum
Magnus) Sixti II. Martyres obiere.
Vincentius) *Damaſus ibidem*.
Stephanus)

S. DIO-

S. DIONYSIVS P. R. XXVI.

Electus pridie Idibus Septemb. An. 261. ad 6. Kal. Ianuar. 272. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem. Presbyteros duodecim. Diaconos ſex. Eo ſedente; furente Valeriano, confuſa ſunt iterum Paręciarum limina; donec data per Gallienum pace, Dionyſius Eccleſias reformauit, diuiſitque Presbyteris Cardinalibus, quorum nomina ſepulta iacent. *ep. 2. PP. Dionyſij.*

S. FELIX P. R. XXVII.

Creatus die vltima An. 272. ad 3. Kal. Ian. 275. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca quinque. Presbyteros nouem. Diaconos quinque.

S. EVTICHYANVS P. R. XXVIII.

Pridie Non. Iunij An. 275. ad 6. Id. Dec. 283. ordinauit Epiſcopos 9. Presbyt. 14. Diaconos 5.

S. CAIVS P. R. XXIX.

Electus 16. Kal. Ian. An. 283. ad 10. Kal. Maij 296. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 5. Preſbyteros 25. Diaconos 8.

1. *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Io. 10.

Abundius Presbyter Card. S. R. E. quem cum Abundantio Diacono Diocletianus gladio ſuſtulit in odium Chriſti Saluatoris. *Rom. Martyrol. die 16. Septemb.*

2. *Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouium: Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiunt; & proprias oues vocat nominatim, & educit eam.* Io. 10.

Polycarpus Presbyt. Card. S. R. E. Legatus à Latere S. Caij Papæ, miſſus ad erudiendos Chriſtianos, qui fugientes iram Diocletiani, conuenerant in agro Chromatij, ad Litus Campanum. *Acta S. Sebaſtiani.* Plurimos ſecum exhortando ad palmam Martyrij perduxit. *Rom. Martyrol.*

3. *Stantes ante thronum, in conſpectu agri, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.* 7. Apoc.

Tranquillinus S. R. E. Presb. Card. pater SS. Marci, & Marcelliani, qui à S. Sebaſtiano M. ad Chriſtum conuerſus, & à S. Caio Papa Presbyter factus, palmam ſub Diocletiano obtinuit. 6. Iulij *Rom. Mart.*

4. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Pſal. 21.

Sabinus fratrer S. Caij Papæ S. R. E. Presb. Card. pater S. Suſannæ 19. Februarij, pretioſa morte, Cœli gaudia comparauit. *Rom. Martyrol.* lege quæ notauimus in *vita S. Caij Papæ num.* 8. *Damaſus.*

5. *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal. 22.

A *Anthimus* S. R. E. Presbyter Card. qui Romæ via Salaria poſt virtutum, & prædicationis inſignia, in perſecutione Diocletiani, in Tyberim præcipitatus, & ab Angelo exinde erectus, Oratorio proprio reſtitutus eſt, deinde capite minutus volauit ad ſuperos 11. Maij. *Martyrol. Rom.*

DIACONI CARDINALES.

6. *Qui timetis Dominum, benedicite Domino.* Pſ. 134.

7. *Marcus &   ) Fratres, filij Tranquillini Marcellianus)* Presbyteri S. R. E. Diaconi Cardinales creati à S. Caio Papa, & decima octaua Iunij, Romæ via Ardeatina, in Diocletiani perſecutione, à iudice Fabio tenti, & ad ſtipitem alligati, in pedibus clauos acutos acceperunt: cumque non ceſſarent laudare Chriſtum, lanceis per latera tranſfixi, cum palma ad Cœlos migrarunt. *Martyrol. Rom.*

B 8. *Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.* 1. Timoth. 6.

Abbundantius S. R. E. Card. martyrio coronatus 16. Septemb. *Rom. Martyrol.*

S. MARCELLINVS P. R. XXX.

C Electus 5. Non. Maij An. 296. ad 6. Kal. Maij 304. ordinauit Presbyteros quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca quinque.

1. *Quid timidi eſtis modicæ fidei.* Marci 4.

Vrbanus Presbyter Card. S. R. E. quia Marcellinum Papam, à quo creatus fuerat, deſeruiſſet introeuntem in Templum Idolorum, damnatus fuit in Synodo Rom.

2. *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidoloſus, & timidus eſt, reuertatur.* 7. Iudic. 3.

Caſtorius Presbyter Card. S. R. E. pari pœna ob ſimilem culpam mulctatus in Rom. Concilio.

D 3. *Cum timido de Bello tracta.* Eccleſi. 37. num. 12.

Iuuenalis Presb. Card. S. R. E. à ſupradictis non diſſimilis.

4. *Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione.* 51. Eccleſ.

Marcellus Presbyter Card. S. R. E. Marcellini ſucceſſor in Sedem Romanam. *vita Marcelli. Damaſus in vita Marcellini.*

DIA-

DIACONI CARDINALES.

Omnes relicto eo fugerunt. 26. Matth. 56.

5. G*Aſius*) Diaconi Cardinales S.R.E.cum Marcellinum deſeruiſſent intro-
6. *Innocentius*) euntem ad Idolorum altare, in Synodo damnati Romana.

7. *Æmulamini autem Chariſmata meliora*. 1. Cor. 12.

C*Laudius*) Diaconi Cardinales S. R. E. qui
8. *Cyrinus*) vnà cum Marcellino Pontifice ſuo, palmam obtinuere Marty-
9. *Antonius*) rij. *Onuphrius Panu,n.*

S. MARCELLVS P. XXXI.

DIe 21. Nouemb. An. 304. ad 17. Kal. Feb. 309. cum ordinaſſet Epiſcopos per diuerſa loca 21. Diaconos 2. Presbyteros 25. creſcente Fidelium numero, qui Baptiſmum expoſcebant, & Pœnitentiam; firmauit Marcellus *Cardinales in Vrbe* Titulos viginti quinque: quamuis nullum eorum illuceat nomen, qui Titulis illis fuere præfecti. Primus qui Vrbis regiones, paræciaſue Presbyteris diſtribueret, vt in ſuo quiſque Titulo Chriſtianos fidei erudiret myſteria; Euariſtus fuit. Hyginus poſtea, aucto credentium numero, cum vnus Presbyter vni Paræciæ non ſufficeret, plures cum Clericos, tum Presbyteros eidem Paræciæ ſub vno capite atque rectore adiecit, de quo fuſius in prologomenis huius libri. Sub Marcello autem ſequentes occurrunt.

DIACONI CARDINALES.

1. *Diſperſit dedit pauperibus*. Pſal. 111. num. 9.

S*Iſinnius* S. R. E. Diac. Card. quod procurator fidelis Thraſonis Romani alimoniam diſtribuiſſet Chriſtianis pauperibus, furente perſecutione Gallerij Maximiani, in præmium Diaconus eſt creatus à S. Marcello Papa. *Acta S. Cyriaci*.

2. *Lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei*. 28. Geneſ. 22.

C*Yriacus* eiuſdem Thraſonis miniſter, creatus Diaconus Card. S.R.E. fidem Chriſti prædicando, plures Gentiles conuertit, & baptizauit in fonte quodam, quò Marcellus forte ſuperueniens conſacrauit, erexitque in *Titulum*; vnum eorum forſan, quos poſtea diuiſit. Fuit enim Romæ *Titulus S. Cyriaci* in Thermis, penes quem erat Monaſterium Monialium. Huius Tituli mentionem habes in Synodo Romana 11. ſub Symmaco: & in regiſtro S. Gregorij *l. 9. ep.* 21. qui ætate conſumptus translatus à Sixto IV. Papa in Eccleſiam S. Quiriaci, & Iulittæ: nuper tandem Statio, quæ ibi erat, reſtituta eſt in Diaconiam S. Mariæ in Via Lata, cui inhærebat Monaſterium eiuſdem Sancti Cyriaci. Paſſus eſt Cyriacus Maximiano iubente 16. Martij, licet ſexto Idus Auguſti recolatur; quia hac die à B. Marcello Papa eius exuuiæ venerabiliter ſunt ſepultæ. *Martyr. Rom.*

Cæmeterium etiam habes S. Cyriaci in via Oſtienſi, de quo lege Cencium Camerarium, ac Petrum
A Manlium. Vide librum 2. *cap. 4. Romæ Subterraneæ*.

S. EVSEBIVS P. R. XXXII.

QVinta Februarij An. 309. electus ad 26. Sept. 311. ordinauit Diaconos 3. Presbyteros 13. Epiſcopos per diuerſa loca 14.

Scripſiſſem forſan Eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, non recipit nos: propterea ſi venero, commouebo eius opera, quæ facit: verbis malignis garriens in nos 3. ep. Io. 10.

M*Aximus* Ep. Card. Oſtien. qui ſub Melchiade Papa in Romano Concilio exemplo Ioannis Euangeliſtæ, abſque vllo timore, Felicianum, &
B Donatum damnauit, *Concil. Rom. ſub Melchiade*. Idem ſit cum Maximo Oſtienſi Epiſcopo, qui Dionyſium conſacrauit? dubium. Si enim idem; opus eſſet conſiteri, hunc Maximum, poſt Dionyſij conſecrationem, annos ſuperuixiſſe quinquaginta duos.

S. MELCHIADES P. R. XXXIII.

OCtobris 2. Anni Sal. 311. ad 4. Id. Dec. 313. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 11. Præsb. 6. Diaconos 5.

C *Ecce enim veritatem dilexiſti*. Pſal. 50.

S*Ecundus* Epiſc. Card. Prænestinus qui in Romano Concilio, ſub Melchiade Anno Sal. 313. Cæcilianum abſoluit, Donatiſtas damnauit, *Secundus* fuit non *Felix*, vt perperam adnotauit *Vghellius to. 1. Italiæ Sacræ in ep. Præneſtinis*. Felix enim Epiſcopus fuit à tribus Tabernis, non Præneſtinus.

S. SILVESTER P. XXXIV

KAl. Februarij An. 313. ad prid. Kal. Ian. 335. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 63. Presb. 42. Diaconos 26. ex quibus plures præfecit Titulis iam erectis; cum iam Conſtantini Imperatoris munificentia, plures ſurrexiſſent Baſilicæ, puta Lateranenſis, S. Petri, S. Pauli, S. Crucis in Hieruſalem,
D S. Agnetis, S. Laurentij extra Muros, SS. Petri, & Marcellini via Labicana inter duas Lauros, & S. Martini in Montibus, quarum plures Papa Silueſter in *Titulos Cardinales erexit*; vt in prædio Presbyteri ſui, qui *Equitius* appellabatur iuxta Thermas Traianas, *Equitij* ſeruato nomine vſque in hodiernam diem, cui dono contulit *patenam Argenteam penſantem* libras 20. ex dono Conſtantini Auguſti. Scyphos argen. 2. penſantes ſingulos libras denas. Calicem aureum penſantem

tem libras duas. Calices miniſteriales quinque penſantes ſingulos libras binas. Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras denas. Patenam argenteam Chriſmalem auro clauſam librarum quinque. Pharos coronatos decem, penſantes ſingulos libras octonas. Pharos æreos 20, penſantes ſingulos libras denas. Cantaros Ceroſtrotos 12. æreos penſantes ſingulos libras 30. Fundum Valerianum in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos 80. Fundum ſtationum, ibidem, qui præſtat ſolidos 55. Fundum ad duas Caſas ibidem, præſtat ſolidos 40. Fundum Periclianum præſtat ſolidos 20. Fundum Corbianum in territorio Sorano, præſtat ſolidos 60. Domum cum balneo in Vrbe in Sicunini regione, præſtat ſolidos 85. Hortum intra Vrbem Romam in Regione ad duos Amantes præſtat ſolidos 15. Domum in *regione Orphea intra Vrbem*, *præſtat ſolidos* 58. *& ſemiſſem*. Huic Titulo à Siluestro Cardinalem pręfectum Presbyterum nemo dubitat.

Concilium accedit Romanum ab eodem Siluestro congregatum, cuius Canones ſextus, & ſeptimus Presbyteros, & Diaconos *Cardinales* recenſent ex more vetuſto, haud nouiter introductos. Hine

CANONIS VI. RVBRICA.

DE Diaconis Paræciarum, & Diaconis Cardinalibus Vrbis Romæ.

C A N O N.

VT Diaconi non eſſent plus, vel amplius per Parochiarum examen, niſi duo: & Diaconi Cardinales Vrbis Romæ ſeptem.

RVBRICA CAN. SEPTIMI.

VT à Subdiacono vſque ad lectorem, omnes ſubditi ſint Diacono Cardinali Vrbis Romæ.

C A N O N.

ITa autem Silueſter clara voce dicebat ad Coepiſcopos: vt à Subdiacono vſque ad lectorem omnes ſubditi eſſent Diacono Cardinali Vrbis Romæ, in Eccleſia honorem repræſentans tantum, Pontifici verò Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi &c. Humilem porro hoc tempore dignitatem fuiſſe Cardinalitiam ex eo argue; quod poſt Romanum Pontificem, ſolis Epiſcopis permitteretur Eccleſiæ regimen: hine in Romano Concilio, Presbyteri, Diaconi, Clerusque, vel gradus ſequentes *ad terga Epiſcoporum ſteterunt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum Epiſcopi, & Silueſter Epiſcopus Vrbis Romæ c. 1. Rom. Syn.* Nec prætereas ad gloriam dignitatis Cardinalitiæ, quòd etiam tempore Siluestri Papæ, Diaconi Cardinales iuriſdictionem exercerent in Subdiaconos, & Clerum Romanum. *Can. 7. cit.*

CARDINALES PRESBYTERI.

1. *Nomen eius, Verbum Dei*. Io: Apocal. 19.

IVlius Romanus Ruſtiei filius, Presbyter Cardinalis S. R. E. (*Panuinio teſte*) poſtea Papa pugnauit conſtans pro Filij conſubſtantialitate aduerſus Arianos. Lege eius vitam.

2. *Legatus fidelis, ſanitas*. 13. Prouerb. 17.

VItus Presb. Card. S. R. E. legatus Siluestri Papa ad Concilium Arelatenſe, vt *ex Catalogo Concil. Arelat.* poſtea eiuſdem Pontificis legatus ad Concilium Nicænum, licet errore in quibuſdam codicibus legatur *Victor*, non *Vitus*: ex *Conc. Nic.*

3. *Sicut frigus niuis in die meſſis: ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit.*

CLaudianus Presbyt. Card. S. R. E. Siluestri Papæ legatus ad Concilium Arelatenſe *ibidem*.

4. *Vincentius* Presb. Card. S. R. E. legatus Siluestri Papæ ad Concilium Nicænum cum Oſio Epiſcopo Cordubenſi, & Victore Presb. Card. *Conc. Nic.*

DIACONI CARD. SVB SILVESTRO I.

5. *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui*. 1. Timoth. 4.

MArcus Patria Romanus Priſci filius, ſucceſſor Siluestri, à quo electus Diaconus Card. S. R. E. ſecundum Panuinium; vel à Melchiade iuxta Ciaconium; Papa futurus.

6. *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque Profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Chriſti*. 8. Rom.

LIberius filius Auguſti, Romanus, Diaconus Card. S. R. E. *teſte Onuphrio*, poſtea Papa. *Damaſus*.

7. *Viam veritatis elegi*. Pſal. 118.

8. E*Vgenius*) *Cyriacus*) Diaconi Card. S. R. E. legati Siluestri Papæ ad Concilium Arelatenſe. *Catal. in eod. Conc.*

S. MARCVS P. R. XXXV.

ELectus 17. Kal. Feb. An. 336. ad 7. Octob. 336. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 27. Presb. 27. Diaconos ſex.

S. IVLIVS P. R: XXXVI.

ELectus 26. Octob. An. 336. ad 12. Aprilis 352. Epiſcopos per diuerſa loca conſacrauit 10. Preſbyteros 19. Diaconos 5.

S. LIBERIVS P. XXXVII.

CReatus 8. Maij An. 352. ad 5. Idus Septemb. 367. conſacrauit Epiſcopos per diuerſa loca 19. Preſbyt. 18. Diaconos 5. qui fuere.

1. *Cum electo electus eris*. Pſal. 17.

DIoniſius Epiſcopus Cardinalis Albanus, qui in Mediolanenſi Concilio, innocentiam S. Athanaſij, & fidem Catholicam acerrimè propugnauit.

lus nil uſurpare inde volebat in curia Eccleſiaſti-
ca. Hac occaſione excluſis Laicis ab electione
Pontificis: Cœleſtinus II. Lucius II. Eug. III.
cœterique ſucceſſores a ſolis Cardinalibus electi
fuere Pontifices, magno Cardinalitiæ dignitatis
incremento unde Fratres Pontificis ſunt Cap-
19. Tituli Cardinalium. pellati. *Illuſtres* non ſolum ſed *ſuperilluſtres* teſte
Gundiſalvo Villadiego *to. 2. Tra. p. 3. n. 6.* & Jo.
Hugone *par. 1. n. 2. eodem to.* s. Martino Laudenſi
cit. to. 2. de Cardinalibus quaſt. 51. Patritii dicti *c.*
Reges. *Conſtantinus d. 96.* Imò *Reges*, quia cum Papa
Orbem regunt univerſum, ſecundum Andream
Barbatiam *de præſtantia Cardinalium qu. 1. n.* 24. A
cit. to. 2. Tempore D. Bernardi, titulo *Reve-
rendorum* ab eodem Sancto Cardinales Le-
gatos Sedis Apoſtolicæ ſalutatos lego Beraar-
dum Presb. Cardinalem, & Gregorium Dia-
20. conum Cardinalem miſſos ab Eugenio III. R.
Reverendi. P. in Germaniam, ad judicandum Archiep.
Moguntinum, teſte Othone Friſingenſi in Fri-
derico *lib. 2. cap. 9. Dominis* (hæc eſt ſaluta-
tio D. Bernardi ep. n. 302.) *& Patribus Reve-
rendis Apoſtolica Sedis Legatis puer Sanctitatis
eorum Bernardus Claravallis Abbas*. Principes B
ipſi tantæ contulerunt incrementum dignitati,
præcipuè Carolus V. Imperator Cardinalem
Volſæum tanto affecit honore, ut in literis ſe
21. appellaverit *e Voſtre fils & Cauſin Charles*.
Tituli dati à Carolo. Apud Italos uſus invaluit, ut Principes Lai-
cos præcedant Cardinales; unde Mauritius
Cardinalis à Sabaudia patrem Emanuelem am-
pliſſimi & ſummi Dominii Ducem, ac Princi-
22. pem Pedemontanum præcedebat: ob hoc credit
Principibus præcedunt. Frizonius in Gallia Purpurata *cap. 7. Appara-
tus* Sabaudum nationales ſuos abhorrere Car- C
dinales. In Gallia teſte Thuano lib. 58. Car-
dinales Turnonius, Lotharingus, Guiſius ho-
An Regii Sanguinis Principibus præcedant? norem ſedis, ſuo tempore æmulati, proceri-
bus Regii ſtemmatis cedere recuſarunt. cum-
que Cardinalis Borbonius præcedens Con-
dæum Principem, id ſe facere diceret non ut
Cardinalem, ſed ut primogenitum: Cardina-
les autem Caſtillonæus & Armeniacus non de-
dignarentur eos proceres ſubſequi, abjerunt
Turnonius, Lotharingus, & Guiſius, iſto
etiam vociferante eſſe Cardinales, qui galeros D
ſuos honorarent, & qui à galeris honoraren-
tur, Qud attinet ad Reges, & Regum filios,
23. Rex quando, & quibus Cardinalibus præcedat? certum; eos præcedere Cardinales: in Collegio
tamen Cardinalium congregato, ſive in Con-
ſiſtorio, ſive in Capella Rex præcedit omnes
Cardinales præter Epiſcopum Oſtienſem Sacri
Collegii decanum (teſte *Guiciardino lib. 1.
Hiſtoria Ital.*) *Alexandro VI. riceve in Roma
il Rè Carlo VIII. nel meſe di Genaro M CCCC. XCV.
nella chieſa di S. Pietro, il quale havendogli ſe-
condo il coſtume antico, genufleſſo bacciati i piedi,
& dopo ammeſſo a baciargli il volto; intervenne un'
altro giorno alla Meſſa Pontefìcale, ſedendo il primo da-
po il primo Veſcovo Cardinale, e ſecondo il rito antico,
dette al Papa celebrante la Meſſa l'acqua alle mani.*

Sub Pontificatus Urbani VIII. cum Dignitas 24. Titulus Eminentiæ Cardinalibus datur à quo, & quando?
Cardinalitia titulo non gauderet ſingulari, ſed
titulo appellaretur ſolumodo *Dominationis, & Il-
luſtriſsimi*; Titulus excogitatus eſt *Eminentiæ* ab
Imperatoribus dari ſolitus *Præfectis Pretorio*; ut
in l. actuarios lib. 12. Cod. de Num. *Sublimitas tua*
quo titulo alloquuntur Imperatores Præfectum
Pretorio. Titulus erat honorarius Imperatorum,
& Regum, in epiſtolis Francicis, apud Nicola-
um Pontificem, *ep.* 40. Gregorium VIII. *lib. 1.
ep.* 75. Papæ ipſi attributus ab Anſelmo *lib. 3.
ep.* 37. noviſſime ab Urbano VIII. ut proprius
arctatus pro Cardinalibus, Electoribus Im-
perii, & Magiſtro Hoſpitalis Hieroſolymitani,
die X. Junii 1630. ſuggerente (ut dicitur)
Cardinali Richelio, qui aſſimilari ambiebat Prin-
cipibus Regii ſanguinis.

Die X. Iunii M. D. XXX. in Conſiſtorio Secreto.

*Sacra Congregatio Cæremoniarum S. R. E. Car-
dinalium cenſuit, ſi Sanctitati V. placuerit, loco
titulorum*, Illuſtriſſimi, & Dominationis veſtræ
Illuſtriſſimæ, *quibus hactenus uſi ſunt Cardina-
les: titulos* Eminentiſſimi, & Veſtræ Eminen-
tiæ *à nemine præterquam ab Eccleſiaſticis Romani
Imperii Electoribus, ac Magiſtro Hoſpitalis Hiero-
ſolymitani uſurpari poſſint; aut aliis tribui, eoſ-
dem titulos ab omnibus & ſingulis Cardinalibus
præſentibus, & futuris omnino aſſumi, inter ſe
tam voce quàm ſcripto perpetuo uti debere. Quod
ſi contigerit aliquem cujuſcunque dignitatis, gra-
dus, & conditionis (Imperatore ac Regibus exce-
ptis) hujuſmodi titulo alicui Cardinalium non tri-
buere, Cardinalis ille nullatenus cum eo coram
agat, nec ejus literas quoquomodo recipiat.*

Omnes porro Italiæ Duces, Principes, & Reſpu-
blicæ cũ executio i mandiſſet decretum: Inter-
ceſſere Reſpublica Veneta, & Carolus Dux Sa-
baudiæ, nec non ejus filius Princeps Cardina-
lis, ſignificantes nil ſe velle innovare in anti-
quis Cardinalium titulis, *Dominationis, &
Illuſtriſſimi*; cum Reſpublica Veneta inter Re- Venetorum objectio & Sabaudi.
ges recenſeatur: Princeps verò Cardinalis
Sabaudus nollet ſuæ originis prærogativæ obi-
cem ponere, cum ante adeptum Cardinalatum
jure ſanguinis, titulo ſalutaretur *Sereniſſimi*.
Satisfactum propterea à Pontifice, & Sa-
cro Collegio cum Reipublicæ, tum Duci,
ejuſque filio Principi Cardinali: unde Car-
dinales juſſi fuere, epiſtolas recipere à Se-
natu Veneto, titulo conrenti *Dominatio-
nis, & Illuſtriſſimi*: Cardinalem verò Sabau-
dum titulo ſalutarent *Sereniſſimi*. Lege Bapt.
Nanium *tom. 1. H. V.* Frizonium *in Gallia
Purpurata cap. X. in Apparatu*. Tantis Car-
dinales ſuffulti dignitatibus, tamquàm in-
feriores Pontifice Principes dicuntur in Eccle-
ſia Dei, non Principes Eccleſiæ Dei: proptc-
tea cum P. R. Sixtus V. Congregationem in-
ſtituiſſet pro claſſe paranda ad tutelam ſtatus
Ec-

25. Cardinales Principes in eccleſia non Eccleſiæ.

Eccleſiaſtici, hocque voto Cardinales conſulviſſet Romanos, vel natu ſubditos, ut populo facilius impenſas imponeret neceſſarias: muſſitantibus ceteris Cardinalibus Zelotypis, quod ab Eccleſiaſtico vellet Sixtus eos paulatim excludere regimine; quorum nomine cum Mediceus quereretur: quod *& ipſi Romanis eſſent æquales & Principes Eccleſiæ dei*, reſpondit Sixtus, *Eſſe quidem Principes in Eccleſia, non Eccleſiæ. Unus enim Eccleſiæ Princeps & caput Romanus Pontifex.* Replicanti Mediceo, *Poſſumus ergo domum redere?* Abſolvit Papa, *Vos ſoſpitet deus.* Hinc neque ſede vacante Cardinales in Conſiſtorio congregati legem decernere valeant, quibus obſtrictum teneant futurum Pontificem, cujus auctoritas nulla humana arte conſtringitur, Cardinales Romana eccleſia ſuo viduata paſtore, hac una facultate pollent: ut Orbi Antiſtitem provideant univerſo. Lege *Vitas R. P. Innocentii VII. & VIII. Pauli II.* a me conſcriptas.

26. Legibus Cardin. non tenetur Papa.

Hoc novo Cardinalitiæ dignitatis augmento concitati Principes, qui antea titulo ſalutabantur *Excellentiæ*, titulum uſurparunt *Altitudinis*, Principibus Regii ſanguinis uſque in hodiernam diem reſervatum: unde Reguli omnes nunc titulo ſalutantur *Altitudinis*; & titulus *Illuſtriſſimi* omnibus vileſcit factus communis. Sedente Alexandro VII. Romæ orto diſſidio, titulorum occaſione, quos uſurpabant nepotes Pontificis; decretum; ne titulus *Altitudinis* ulli Vaſſallo vel Feudatario daretur Eccleſiæ, Duci excepto Parmenſi. Purpurati porro natu Principes, ut à Cardinalibus ſeggregarentur non Principibus, cum ſtemma gentilitium Regia corona circumdarent, & titulum aſſumerent *Altitudinis*, nec ſine jurgiis, Innocentius X. inter Cardinales aſſumpto Farneſio Fratre Ducis Parmenſis, titulos omnes interdixit Cardinalibus, uno *Eminentiæ* excepto: corona etiam prohibita quam ſtemmati ſuperimponebant gentilitio: ut finis aliquando eſſet ſuperbiæ; & faſtus intercluderetur humanus. *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* *Iſaiæ 60. num.* 8. Vitia, quæ Cardines abhorrere tenentur Eccleſiæ; lege apud Aluarum Pelagium *De Planctu Eccleſiæ lib.* 2. *cap.* 15. & 16. Eos namque ut Paſcaſium veneror Romanæ Eccleſiæ Diaconum, de quo Gregorius dialogo 4. *Vir fuit miræ Sanctitatis, eleemoſinarum operibus maxime vacans, cultor pauperum, contemptor ſui; cujus dalmaticam feretro ſuper impoſitam quum demoniacus tetigit, ſtatim ſalvatus eſt.* Regii Sanguinis Cardinales cum purpura induuntur Cardinalitia, & biſſo diſcipulorum Chriſti, aſcendunt oppido, non deſcendunt. Cur ad ſplendorem aſſumere tenebras, & lumine fulgente majore, minora ſuccendere? *Audi filia; obliviſcere populum tuum, & domum patris tui* 44. *Pſal.* Merito Alex. VII. R. P. lege ſancivit, ne Cardinales in ſuorum funere, veſte uterentur attrata; quod id parum e tanti ordinis dignitate videretur, lugere mortuos, & Eccleſiam cujus ipſi ſunt Cardines, veſte induere pullata, quæ lugere debet ſolum in morte unigeniti. Qui eccleſiam aſſumpſit in matrem, cum ea ſolùm lugere permittitur.

27. Parmenſis Ducis privilegiū.

28. Cardin. non ueſtitur veſte pullata in morte ſuorum.

Omnes itaque Cardinales nullo admiſſo diſcrimine, titulo contenti *Eminentiſſimi*, quantacumque generis dignitate fulgeant, æqualitatem ſervent; ne dignitas diſtinctione vileſcat.

Quando autem Roſei Birethi uſus fuerit conceſſus? & hoc ſub judice. In Conſiſtoriis Cardinales pileis ſediſſe coopertos ex nummiſmat habes percuſſo a Paulo II. R. P. quem Romam advenere Legati Principum Italorum, ut ſedatis diſcordiis coirent adverſus Turcas. Lege quæ dedimus in *vita Pauli II. n.* 2. Ab eodem Paulo II. rubra capitia Cardinalibus tradita, Cardinalis memorat Papienſis l. 2. Com. addens, *quibus ſoli Antiſtites Romani antea utebantur.* Concordat Volaterranus lib. 22. Anthropol. *Noſtra ætate* (inquit) *Paulus etiam tegumenta ruſſata Cardinalibus dedit.* Non tamen omnibus, ſed excluſis Cardinalibus ex Monachiſmo deſumptis, quibus rubra biretha ut & cœteris Cardinalibus indulſit Gregorius XIV. die 26. Aprilis 1591. cum antea nigris uterentur; ac die 9. Junii SS. Trinitati Sacra, ipſe propria manu *Michaelli Bonello* Alex. Ordin. Prædic. *Hieronymo Bernerio de Corrigio* ejuſdem Ordinis: *Conſtantio Buccafoco* Minorum Conventualium; *Gregorio Petrochino* Eremitarum impoſuit.

29. Cardin. Regularibus uſus datur roſei birethi.

Pro coronide *De Officio, Familia Cardinalium* ſubnectendum eſſet: verum ne actum agamus Lectorem remittimus ad decreta Martini V. R. P. *De Cardinalium Reformatione*, quæ habes in ejus vita: item ad Concilium Lateranenſe celebratum ſub Julio II. & Leone X. *Seſſ.* 9. *cap.* 7. tandem Conſtitutionem Sixti V. quam habes ſupra *cap.* 2.

De familia, & officio Cardinalium.

SANCTVS PETRVS CHRISTI VICARIVS.

A Chriſto Deo Homine Paſtor Petrus datus Eccleſiæ per Annos ſex ſupra triginta, quibus præfuit (ad æmulationem Filij Dei, qui Geminam promotionem fecit Apoſtolorum vnam; 72. Diſcipulorum alteram) plures & ipſe promouit Cardinales, Epiſcopos, Presbyteros, vel Diaconos. Quales & quanti fuerint; licet ignoremus; fuere ſaltem

EPISCOPI CARDINALES.

1. *Salutant te Eubulus, Pudens, & Linus, & Claudia fratres omnes*. 2. Timoth. 4. n. 21.

LINVS natione Thuſcus, Patria Volaterranus, ex Maurorum Familia, Coadiutor S. Petri, poſtea Succeſſor. De quo lege eius vitam inter Pontifices à me exaratam. Re Cardinalem fuiſſe, non nomine; quia nomen *Cardinalis* longe poſt irrepſerit in Eccleſiam Dei; ſupra dedimus in Prolegomenis.

2. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*. 2. Cor. 9. n. 6.

CLetus Romanus Æmiliani filius, Coadiutor Sancti Petri in Romanis Suburbijs, poſtea Succeſſor, & primus, qui literas Apoſtolicas exordiretur à benedictione: vt abundè tradidi in vitis Rom. Pontif. Lemma ſuperlege, quod Apoſtolicam benedictionem ab eo introductam annuit.

CARDINALES DIACONI.

A 3. *Adiuua illas quæ mecum laborauerunt cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis: quorum nomina ſunt in libro vitæ*. Philip. 4.

CLemens Fauſtini, & Mathidiæ filius, Romanus, ex regione ſecunda Cælij Montis, poſtea Papa. Ignatius *ep. ad Trallianos*. lege quæ ſcripſimus inter Pontifices.

4. *Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei crediderunt*. 17. Act.

ANacletus Patria Athenienſis Antiochi filius ex his, qui in Areopago à Paulo Apoſtolo: Chriſti Euangelium edocti, Romam venit, vbi à Sancto Petro Diaconus Cardinalis ordinatus, poſtea Epiſcopus (vt ſcribit Ignatius *ep. cit.*) tandem Pontifex S.R.E.

S. LINVS P. R. II.



ANno Sal. 69. electus vſque ad An. 80. creauit Epiſcopos xv. Presbyteros XIIX. An omnes fuerint Cardinales, ideſt Titulis Romanis præpoſiti? non crederem, quòd eo tempore tanti non erant Tituli Romani. B

Supplendum hic Stemma Gentilium omiſſum in Lini hieroglyphico; ſi tamen ex *Maurorum* familia, vt nonnulli aſſerunt, quæ Venetijs viget inter Patritias.

S. CLETVS P. R. III.



DIe XXV. Septembris creatus An. 80. vſque ad 26. Apr. 93. ordinauit Presbyteros XXV. ex Petri mandato; vnde colligitur, quòd ipſe fuerit Epiſcopus Cardinalis, & Coepiſcopus Petri. Patre cum dicatur genitus Æmiliano, nec pateat an Familiæ, vel Perſonæ nomen Æmiliani fuerit; Stemma addere licet *Æmilianorum*; qui etiam Venetijs florent, omiſſum in eius vita.

S. CLEMENS P. R. IV.

ANno Sal. creatus 93. vſque ad 23. Nouemb. 102. ordinauit Epiſcopos 15. Presb. X. Diaconos 2. Plures fuiſſe Cardinales non dubito, cum 70. Eccleſias erexerit: quarum plures Romæ fuere Cardinales, ſcilicet & primæ, quarum titulos adhuc veneramur. Paſtores eiſdem præpoſuiſſe ne dubites; & hos modò pro eminentia dignitatis, Cardinales vocari.

S. ANACLETVS P. R. V.

C CReatus 15. Decembris An. Sal. 102. ad diem 13. Iulij Anni 112. ordinauit Epiſcopos ſex: Preſbyteros 5. Diaconos 3. Ex his, qui fuerint Cardinales? latet. Sub eo nomina *Patriarcharum*, atque *Primatum* cum occurrant; argumentum eſt, Dignitatibus Eccleſiaſticis dediſſe incrementum.

S. EVARISTVS P. R. VI.

XVII. Julij An. 112. vſque ad 26. Oct.. 121. ordinauit Presbyteros 6. Epiſcopos 5. Diaconos 2. Hos Romanis præpoſuit Eccleſijs, quas Titulis diſtinxit inſignibus, à quibus Presbyteri, & Diaconi dicti ſunt Cardinales.

Septem Euariſtus Diaconos Cardinales inſtituit, vt numerum, & ritum æmularetur Apoſtolicum. *Act. 6. & 5.* quibus poſtea à Fabiano R. P. quatuordecim Regionum cura commiſſa, propterea *Regionarij* & in Romano Concilio à S. Silueſtro Rom. Pontif. *Diaconi Cardinales dicti*.

S. ALEXANDER P.R. VII.

ELectus xiij. Nou. An. 121. vſque ad iij. Maij 132. ordinauit Epiſcopos 5. Presbyteros 6. Diaconos 3. in quibus teſte Panuinio, *Euentius*, & *Theodolus* presbyteri Cardinales S. R. E. ſuo forſan Titulo, cui erant præpoſiti, Cæſari patefacti, & martyrio Coronati. De his à iudice interrogatus Alexander Papa, quinam eſſent? reſpondit, *Ambo viri Sancti, ambo Preſbyteri*.

CARDINALES DIACONI.

Et vidi mulierem ebriam de Sanguine Martyrum Ieſu. Apoc. 17. n. 6.

T*Heodorus* S. R. E. Diaconus, teſte Panuinio *in vita Alex.* 1. errore tamen. Theodolus enim ille fuit presbyter Romanus, qui 3. Maij martyrium ſubijt cum Alexandro Papa. *Theodorus* verò cum altero Alexandro non Papa, aliàs Nicandro, die 17. Martij. Lege Baronium in *Martyrologio: die 3. Maij*.

Iuuenalis S. R. E. Diaconus, teſte *Panuinio* ab Alexandro creatus, & cum eodem paſſus, hic recenſetur, ne Panuinij dignam memoriam præteream. Cæterum, reliqui Scriptores diſſonant.

S. SIXTVS P. R. VIII.



ELectus 29. Maij 132. vſque ad 7. Idus Aprilis An. 142. ordinauit Epiſcopos 4. Presbyteros 9. Diaconos tres; inter hos an ſuerint Cardinales? Deus ſcit. Ex Famiila *Paſtoris* ſi fuit Sixtus, vt ab aliquibus aſſeritur, inſignia recipiat ſuprapoſita.

Operui in ieiunio animam meam. Pſal. 68.

TEleſphorus natione Calaber, Patria Thurienſis, Presb. Card. S. R. E. Papa futurus, verbo, & exemplo legem præſcripſit ieiunij; de quo in eius vita.

S. TELESPHORVS P.R. IX.

OCtauo Aprilis An 142. vſque ad 5. Ian. 154. ordinauit Epiſcopos 3. Presbyteros 12. Diaconos 8.

A *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam*. 2. Coloſſen..

HYginus Presbyter Cardinalis S.R.E. Papa futurus. Philoſophus iſte, audito Euangelio, Chriſtum amplexus inter Martyres ſuauiter redoleuit.

S. HYGINIVS P. R. X.

ELectus 14. Ian. An. 154. ad 11. Ianuarij 158. ordinauit Epiſcopos ſex per loca diuerſa; in *Eccleſia vero Romana* (ſunt verba Panuinij) Presbyteros 15. Diaconos 5. In Euariſto, Sixto, Teleſphoro, cum
B dixiſſet, creauit Epiſcopos 10. per diuerſa loca, Preſbyteros 4. *Diaconos 3. in Vrbe Roma*: nunc phraſim mutans in *Eccleſia adijcit Romana*: vnde non ſolum Romæ, ſed Eccleſiæ Romanæ Sacerdotes fuere, & Diaconi. Hæc in Panuinio; nam in Damaſo nullum diſcrimen. Hoſce Presbyteros, non omnes fuiſſe Cardinales ſuadet eiuſdem Hygini decretum, & inſtitutio plures Presbyteros eidem Titulo, & Eccleſiæ præponentis; quia vnus vni Titulo, ob credentium multitudinem non ſufficeret: ſi *Panuinio* fides.

S. PIVS P. R. XI.

ELectus 15. Ianuarij An. 158. vſque ad 5. Idus Iulij 167. cum ordinaſſet Epiſcopos 12. per diuerſa
C loca. Presbyteros 18. Diaconos 11. vel 21. ſecundum Damaſum, omnes Eccleſiæ Romanæ ſecundum Panuinium; errore tamen, primo quia Damaſus eos Romanæ non adſcribit Eccleſiæ: ſecundo, quod tunc temporis, Eccleſiæ Romanæ Diaconi numerum non excederent ſeptenarium. Non ergo omnes qui creabantur Diaconi à Papa, erant Cardinales.

Bonus Paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis. Io: 11. n. 6.

P*Aſtor* Presb. Card. S. R. E. in Thermis Pudentianæ, & Praxedis. lege quæ adnotauimus *in vita S. Pij*.

S. ANICETVS P. R. XII.

CReatus 23. Iulij An. 167. vſque ad 17. Aprilis 175. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 9. Preſbyteros 17. Diaconos 4.

D S. CONCORDIVS P. XIII.

DIe 4. Maij An. 175. creatus, vſque 10. Kal. Maij 179. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 11. Presbyteros 18. Diaconos 9.

S. ABVNDIVS P. R. XIV.

ELectus 5. Non. Maij An. 179. ad 7. Kal. Iun. 194. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 15. Presbyteros 12. Diaconos 8.

S. VICTOR P. R. XV.

KAl. Iulij An. 194. electus, vſque ad 28. Iulij 203. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 12. Presbyteros 4. Diaconos 7.

S. ZEPHIRINVS P. R. XVI.

DIe octaua Auguſti An. 203. electus, vſque ad 7. Kal. Septemb. 221. ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa 13. Presbyteros 13. Diaconos 7. Huc forſan ſpectat *Hyppolitus Epiſcopus Card. Portuen.* quem perperam à Cæleſtino creatum dicit Vghellius. De eo lege in *Vrbano Pontif. Rom. XVIII.*

1. *Tobias quotidiè pergebat per omnem cognationem ſuam, conſolabatur eos, diuidebatque vnicuique, prout poterat de facultatibus ſuis: eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.* 1. Tobiæ 20.

C*Alepodius* Romanus filius . . . . . . Presbyter Cardin. S. R. E. officium edocet, quale fuerit Cardinalium Eccleſiæ priuatiuæ cum celebri ſuo Cæmeterio, quod adhuc in via Aurelia ſitum, Calepodij dicitur, quia ab eo conditum, ne inhumata iacerent Martyrum cadauera, quibus honorificè humandis religioſè incumbens, ſuaque manu velut alter Tobias religioſè condidit *S. Iulium* Senatorem, & Martyrem, qui ſub Commodo Imperatore paſſus eſt.

Martyrium ſubijt ſub Calliſto, eique apparuit in agone ſtanti. *Martyrologium Romanum die* 10. *Maij in vita Calliſti num.* 10.

2. *Aaron, & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi. Teſtimonij.* 29. Exod. 4.

Q*Viriacus* Ep. Card. Oſtienſis, qui ſub Alexandro Imperatore die 23. Aug. martyrio coronatur. *Martyr. Rom.* Epiſcopus iſte poſt Papam cunctis præcedit Epiſcopis, primus inter Epiſcopos Card. & Aaronis primogenitus, ideſt primus poſt Romanum Pontificem ſedet ad Oſtium Tabernaculi.

S. CALLISTVS P. R. XVII.

ELectus 11. Septemb. An. 221. vſque prid. Idus Octob. 226. ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa 8. Presbyteros 16. Diaconos 4. Inter quos.

Aſcendam igitur, ac ſepeliam patrem meum, ac reuertar. Geneſ. 50.

ASterius Presb. Card. S. R. E. qui exuuias Martyris Calliſti, Pontificis ſui ſepeliuit in Cæmeterio Callepodij, & poſtea ad palmam vocatus ab Alexandro Imperatore, Martyr occubuit ad Oſtia Tyberina. *Martyrol. Rom.* 21. *Octob.*

. . . . Presbyter Card. *S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Calliſti*, huic Baſilicæ à Calliſto præpoſitus, quam ipſe à fundamentis erexit. *Damaſus.*

S. VRBANVS P. R. XVIII.

A ELectus 21. Octob. An. 226. vſque ad 25. Maij 233. ordinauit Epiſcopos, per diuerſa loca 8. Presbyteros 9. Diaconos 5. Inter quos.

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Pſalm. 44.

H*Ypolitus* Epiſcopus *Portuenſis*, qui teſte Hieronymo *de Scriptor. Eccleſ.* rationem Paſchæ, temporumque Canones ſcripſit vſque ad annum primum Alexandri. Scripſit in *S. Scripturam* commentarios, quorum hi reperiuntur *in Exodum: Cantica Canticorum, Zacchariam, de Pſalmis: in Eſaiam; de Daniele, de Apocalypſi: de Prouerbijs; Eccleſiaſtem: de Saule; Phytoniſſa; Antichriſto; de Reſurrectione contra Marcio-*
B *nem; de Paſchate; Aduerſus omnes hæreſes; de laude Domini Saluatoris.* Origeni inſtans in Scripturam ſcribere, præbuit ei ſeptem Notarios, eorumque expenſas, & librariorum parem numerum, opus quotidie exigens diurnum. Hinc ab Origene *ἐργοδιώκτης* appellatus. Huius Hippolyti ſtatua marmorea cum Paſchali circulo inuenta ſeculo 15. in Vaticana Bibliotheca, repoſita eſt à Marcello Ceruino Cardinali, poſtea Papa. *Marian.* Victorius in Scholijs ad Hieronym. loco citato.

S. CALPVRNIVS P. R. XIX.

C CReatus 8. Kal. Iulij An. 233. ad 19. Nouemb. 237. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca ſex: Presbyteros ſex: Diaconos quinque; inter quos.

Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt. Pſalm. 78.

PHilippus Presb. Card. S. R. E. qui ab Alex Imp. vna cum Pontiano Papa in Sardiniam deportatur martyr occubuit (10. Nou. *Martyr. Rom.*) non ſine vindicta aduerſus Tyrannos.

Fabianus S. R. E. Presbyter Card. (teſte *Ciaconio*) poſtea Papa.

S. ANTERVS P. R. XX.

D DIe 3. Decemb. An. 237. electus, vſque ad 3. Ianuarij 238. ordinauit Epiſcopum vnum:

S. FABIANVS P. R. XXI.

ELectus 17. Ianuarij An. 238. vſque ad 20. Ianuarij 253. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 14. Presbyteros 22. Diaconos 7. inter quos.

Dixit enim: In fortitudine mea feci: & in Sapientia mea intellexi. 10. Iſai. 13.

N*Ouatianus* Presbyter Card. S. R. E. (teſte Hieronymo *de Scriptor. Eccleſ.*

Scripſit *de Paſcbate* *de Sacerdote* *de Inſtantia*
de Sabbato *de Oratione* *de Attalo*
de Circumciſione *de cibis Iudaicis* *de Trinitate*

grande volumen, quaſi Epitomen operis Tertulliani, quod plerique neſcientes, Cypriani exiſtimant. Graui iſte ſcandalo veluti Aſſur ſuperbus ſe in Romanum intruſit Pontificatum, aduerſus Cornelium Papam legitimum.

2. *Dedit ei Dominus locum pœnitentiæ*, Iob. 24.

M*Oyſes*) Presb. Card. S.R.E. in Cornelium *Maximus*) conſpirarunt Pontificem cum Nouatiano Antipapa, breui tamen; nam hæreſiarcha deſerto, ad Eccleſiam redierunt; Moyſes vero mortuo Fabiano, iuſſu Imperatoris in Carcerem detruſus, ibidem obijt cum Maximo. *Damaſus*. Eos in Carcere ſtantes conſolatus eſt Cyprianus epiſtola ſua edit. *Pamelianæ* 16.

3. *In carceribus abundantius*. 2. Cor. 11.

N*Icoſtratus* S.R.E. Diac. Card. qui in Chriſto obijt carcere mancipatus: teſte *Panuinio*, *Damaſo*.

4. *Cauete à fermento Phariſæorum*. Matth. 16.

A*Vgendus* S. R. E. Diac. Card. legatus Nouatiani Antipapæ ad Cornelium Papam nuntians ordinationem Antipapæ, propterea à Cypriano excommunicatus *ep. 1. Cypriani ad Cornelium*.

S. CORNELIVS P.R. XXII.

ELectus 1. Aprilis An. 254. vſque ad 18. Kal. Oct. 255. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 7. Preſbyteros 4. Diaconos 4. Hos omnes Cardinales fuiſſe ne credas; non enim Cardinales ordinantur, ſed ex Presbyteris iam ordinatis nonnulli ſeliguntur, & incardinantur, ſelectos verò Cardinales dicimus.

DIACONI CARDINALES.

Cum vidiſſet Ieſus Matrem, & Diſcipulum ſtantem, quem diligebat Ieſus, dicit Matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus: deinde dicit Diſcipulo: ecce Mater tua: & ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſuam. Io. 19.

S*Tephanus* Archidiac. S. R. E. cui Cornelius moriens bona Eccleſiæ tradidit cuſtodienda: Lucius verò Cornelij ſucceſſor omnem contulit poteſtatem. *Damaſus*. Ex Archidiacono ſactus poſtea Papa Lucio ſucceſſit. *Damaſus*.

S. LVCIVS P. R. XXIII.

ELectus 20. Octob. An. 255. vſque ad 4. Non. Martij 257. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem, Presbyteros 4. Diaconos 4. ſub hoc Papa quem deſignem Cardinalem, non habeo.

S. STEPHANVS P.R. XXIV.

A CReatus 9. Aprilis An. 257. vſque ad 4. Non. Auguſti 260. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca tres, Presbyteros ſex, Diaconos quinque.

S. SIXTVS II. P. R. XXV.

ELectus 24. Auguſti An. 260. vſque ad 8. Idus Aug. 261. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca duos. Presbyteros 4. Diaconos 7. ſub hoc Pontifice memoria occurrit ſequentium Cardinalium, quamuis à quo creatos producere non habeam.

1. *Moyſes fundens oleum ſuper caput Aaaron, vnxit eum, & conſecrauit*. 8. Leuit. 12.

B M*Aximus* Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis (cuius eſt conſacrare Pontificem, teſte S. Auguſtino *in breuic. diei 2. c. 167.*) qui conſacrauit Dionyſium Papam. *Damaſ. & in actis S. Laurentij*.

2. *Philemoni dilecto, & auditori noſtro*. Philen. 1.

P*Hilemon* S. R. E. Presb. Card. ad quem Epiſtolam ſcripſit Dionyſius Alexand. teſte Hieronymo *de Scriptor. Eccleſ. in Dionyſio Alex.* Lemma ei adiecimus Pauli Apoſtoli ad Philemonem: diuerſus hic tamen ab eo.

3. *Sicut ſocij paſſionum eſtis; ſic eritis, & conſolationis*. 2. Cor. 1.

C DIonyſius S. R. E. Presb. Card. ad quem Presbyterum Dionyſius ſcripſit Alexandrinus; teſte *Hieronymo ibidem*. fuit poſtea Papa Romanus.

Seuerus Presb. Card. S.R.E. qui die tertio poſt paſſionem S. Sixti II. Papæ paſſus eſt cum Laurentio Archidiacono, *teſte Damaſo in vita Sixti II.*

CARDINALES DIACONI.

4. *Omne ſacrificium quod in craticula præparatur, eius erit Sacerdotis, à quo offertur*. 7. Leuit. 9.

L*Aurentius* S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, qui die tertio paſſus eſt poſt Sixtum II. Vide quæ notauimus in vita Sixti II. n. 9. & Damaſum *ibidem*
D Fuiſſe Laurentium Diaconum Cardinalem, pictura probat Romæ, Laurentium exhibens inter Cardinalés *c. 2. de Cardinal.* Plati.

Sex nomina in lapide vno. Exodi 28.

FEliciſſimus)
Agapetus) S. R. E. Diaconi Cardinales, qui
Ianuarius) 8. Idus Auguſti poſt triumphum
Magnus) Sixti II. Martyres obiere.
Vincentius) *Damaſus ibidem*.
Stephanus)

S. DIO-

S. DIONYSIVS P. R. XXVI.

ELectus pridie Idibus Septemb. An. 261. ad 6. Kal. Ianuar. 272. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem. Presbyteros duodecim. Diaconos ſex. Eo ſedente; furente Valeriano, confuſa ſunt iterum Pareciarum limina; donec data per Gallienum pace, Dionyſius Eccleſias reformauit, diuiſitque Presbyteris Cardinalibus, quorum nomina ſepulta iacent. *ep. 2. PP. Dionyſij.*

S. FELIX P. R. XXVII.

CReatus die vltima An. 272. ad 3. Kal. Ian. 275. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca quinque. Presbyteros nouem. Diaconos quinque.

S. EVTICHYANVS P. R. XXVIII.

PRidie Non. Iunij An. 275. ad 6. Id. Dec. 283. ordinauit Epiſcopos 9. Presbyt. 14. Diaconos 5.

S. CAIVS P. R. XXIX.

ELectus 16. Kal. Ian. An. 283. ad 10. Kal. Maij 296. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 5. Presbyteros 25. Diaconos 8.

1. *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Io. 10.

ABundius Presbyter Card. S. R. E. quem cum Abundantio Diacono Diocletianus gladio ſuſtulit in odium Chriſti Saluatoris. *Rom. Martyrol. die 16. Septemb.*

2. *Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouium: Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiunt; & proprias oues vocat nominatim, & educit eam.* Io: 10.

POlycarpus Presbyt. Card. S. R. E. Legatus à Latere S. Caij Papæ, miſſus ad erudiendos Chriſtianos, qui fugientes iram Diocletiani, conuenerant in agro Chromatij, ad Litus Campanum. *Acta S. Sebaſtiani.* Plurimos ſecum exhortando ad palmam Martyrij perduxit. *Rom. Martyrol.*

3. *Stantes ante thronum, in conſpectu agri, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.* 7. Apoc.

TRanquillinus S. R. E. Presb. Card. pater SS. Marci, & Marcelliani, qui à S. Sebaſtiano M. ad Chriſtum conuerſus, & à S. Caio Papa Presbyter factus, palmam ſub Diocletiano obtinuit. 6. Iulij *Rom. Mart.*

4. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Pſal. 21.

SAbinus fratrer S. Caij Papæ S. R. E. Presb. Card. pater S. Suſannæ 19. Februarij, pretioſa morte, Cœli gaudia comparauit. *Rom. Martyrol.* lege quæ notauimus in *vita S. Caij Papæ num.* 8. *Damaſus.*

5. *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal. 22.

A ANthimus S. R. E. Presbyter Card. qui Romæ via Salaria poſt virtutum, & prædicationis inſignia, in perſecutione Diocletiani, in Tyberim præcipitatus, & ab Angelo exinde erectus, Oratorio proprio reſtitutus eſt, deinde capite minutus volauit ad ſuperos 11. Maij. *Martyrol. Rom.*

DIACONI CARDINALES.

6. *Qui timetis Dominum, benedicite Domino.* Pſ. 134.

7. MArcus & Marcellianus) Fratres, filij Tranquillini Presbyteri S. R. E. Diaconi Cardinales creati à S. Caio Papa, & decima octaua Iunij, Romæ via Ardeatina, in Diocletiani perſecutione, à iudice Fabio tenti, & ad ſtipitem alligati, in pedibus clauos acutos acceperunt: cumque non ceſſarent laudare Chriſtum, lanceis per latera tranſixi, cum palma ad Cœlos migrarunt. *Martyrol. Rom.*

B 8. *Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.* 1. Timoth. 6.

ABbundantius S. R. E. Card. martyrio coronatus 16. Septemb. *Rom. Martyrol.*

S. MARCELLINVS P. R. XXX.

C ELectus 5. Non. Maij An. 296. ad 6. Kal. Maij 304. ordinauit Presbyteros quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca quinque.

1. *Quid timidi eſtis modicæ fidei.* Marci 4.

VRbanus Presbyter Card. S. R. E. quia Marcellinum Papam, à quo creatus fuerat, deſeruiſſet introeuntem in Templum Idolorum, damnatus fuit in Synodo Rom.

2. *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidoloſus, & timidus eſt, reuertatur.* 7. Iudic. 3.

CAſtorius Presbyter Card. S. R. E. pari pœna ob ſimilem culpam mulctatus in Rom. Concilio.

3. *Cum timido de Bello tracta.* Eccleſi. 37. num. 12.

D IVuenalis Presb. Card. S. R. E. à ſupradictis non diſſimilis.

4. *Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione.* 51. Eccleſ.

MArcellus Presbyter Card. S. R. E. Marcellini ſucceſſor in Sedem Romanam. *vita Marcelli. Damaſus in vita Marcellini.*

DIA-

DIACONI CARDINALES.

Omnes relicto eo fugerunt. 26. Matth. 56.

5. G*Aſius*) Diaconi Cardinales S.R.E.cum Marcellinum deſeruiſſent intro-
6. *Innocentius*) euntem ad Idolorum altare, in Synodo damnati Romana. A

7. *Æmulamini autem Chariſmata meliora*. 1. Cor. 12.

C*Laudius*) Diaconi Cardinales S. R. E. qui
8. *Cyrinus*) vnà cum Marcellino Pontifice ſuo, palmam obtinuere Marty-
9. *Antonius*) rij. *Onuphrius Panuin.*

S. MARCELLVS P. XXXI.

DIe 21. Nouemb. An. 304. ad 17. Kal. Feb. 309. cum ordinaſſet Epiſcopos per diuerſa loca 21. B Diaconos 2. Presbyteros 25. creſcente Fidelium numero, qui Baptiſmum expoſcebant, & Pœnitentiam; firmauit Marcellus *Cardinales in Vrbe* Titulos viginti quinque: quamuis nullum eorum illuceat nomen, qui Titulis illis fuere præfecti. Primus qui Vrbis regiones, paræciaſue Presbyteris diſtribueret, vt in ſuo quiſque Titulo Chriſtianos fidei erudiret myſteria; Euariſtus fuit. Hyginus poſtea, aucto credentium numero, cum vnus Presbyter vni Parœciæ non ſufficeret, plures cum Clericos, tum Presbyteros eidem Paræciæ ſub vno capite atque rectore adiecit, de quo fuſius in prologomenis huius libri. Sub Marcello autem ſequentes occurrunt.

DIACONI CARDINALES. C

1. *Diſperſit dedit pauperibus*. Pſal. 111. num. 9.

S*Iſinnius* S. R. E. Diac. Card. quod procurator fidelis Thraſonis Romani alimoniam diſtribuiſſet Chriſtianis pauperibus, furente perſecutione Gallerij Maximiani, in præmium Diaconus eſt creatus à S. Marcello Papa. *Acta S. Cyriaci*.

2. *Lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei*. 28. Geneſ. 22.

C*Yriacus* eiuſdem Thraſonis miniſter, creatus Diaconus Card. S.R.E. fidem Chriſti prædicando, plures Gentiles conuertit, & baptizauit in fonte quodam, quò Marcellus forte ſuperueniens conſacrauit, erexitque in *Titulum*, vnum eorum forſan, quos poſtea diuiſit. Fuit enim Romæ *Titulus S. Cyriaci* in Thermis, penes quem erat Monaſterium Monialium. Huius Tituli mentionem habes in Synodo Romana 11. D ſub Symmaco: & in regiſtro S. Gregorij *l.* 9. *ep.* 21. qui ætate conſumptus translatus à Sixto IV. Papa in Eccleſiam S. Quiriaci, & Iulittæ: nuper tandem Statio, quæ ibi erat, reſtituta eſt in Diaconiam S. Mariæ in Via Lata, cui inhærebat Monaſterium eiuſdem Sancti Cyriaci. Paſſus eſt Cyriacus Maximiano iubente 16. Martij, licet ſexto Idus Auguſti recolatur; quia hac die à B. Marcello Papa eius exuuiæ venerabiliter ſunt ſepultæ. *Martyr. Rom.*

Cæmeterium etiam habes S. Cyriaci in via Oſtienſi, de quo lege Cencium Camerarium, ac Petrum A Manlium. Vide librum 2. *cap.* 4. *Romæ Subterraneæ*.

S. EVSEBIVS P. R. XXXII.

QVinta Februarij An. 309. electus ad 26. Sept. 311. ordinauit Diaconos 3. Presbyteros 13. Epiſcopos per diuerſa loca 14.

Scripſiſſem forſan Eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, non recipit nos: propterea ſi venero, commouebo eius opera, quæ facit: verbis malignis garriens in nos 3. ep. Io. 10.

M*Aximus* Ep. Card. Oſtien. qui ſub Melchiade Papa in Romano Concilio exemplo Ioannis Euangeliſtæ, abſque vllo timore, Felicianum, & B Donatum damnauit. *Concil. Rom. ſub Melchiade*. Idem ſit eum Maximo Oſtienſi Epiſcopo, qui Dionyſium conſacrauit? dubium. Si enim idem; opus eſſet confiteri, hunc Maximum, poſt Dionyſij conſecrationem, annos ſuperuixiſſe quinquaginta duos.

S. MELCHIADES P. R. XXXIII.

OCtobris 2. Anni Sal. 311. ad 4. Id. Dec. 313. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 11. Præsb. 6. Diaconos 5.

C *Ecce enim veritatem dilexiſti*. Pſal. 50.

S*Ecundus* Epiſc. Card. Præneſtinus qui in Romano Concilio, ſub Melchiade Anno Sal. 313. Cæcilianum abſoluit, Donatiſtas damnauit, *Secundus* fuit non *Felix*, vt perperam adnotauit *Vghellius to.* 1. *Italiæ Sacræ in ep. Præneſtinis*. Felix enim Epiſcopus fuit à tribus Tabernis, non Præneſtinus.

S. SILVESTER P. XXXIV

KAl. Februarij An. 313. ad prid. Kal. Ian. 335. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 63. Presb. 42. Diaconos 26. ex quibus plures præfecit Titulis iam erectis; cum iam Conſtantini Imperatoris munificentia, plures ſurrexiſſent Baſilicæ, puta Lateranenſis, S. Petri, S. Pauli, S. Crucis in Hieruſalem, D S. Agnetis, S. Laurentij extra Muros, SS. Petri, & Marcellini via Labicana inter duas Lauros, & S. Martini in Montibus, quarum plures Papa Silueſter in *Titulos Cardinales erexit*; vt in prædio Presbyteri ſui, qui *Equitius* appellabatur iuxta Thermas Traianas, *Equitij* ſeruato nomine vſque in hodiernam diem, cui dono contulit *patenam Argenteam penſantem* libras 20. ex dono Conſtantini Auguſti. Scyphos argen. 2. penſantes ſingulos libras denas. Calicem aureum penſan-

tem

tem libras duas. Calices miniſteriales quinque penſantes ſingulos libras binas. Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras denas. Patenam argenteam Chriſmalem auro clauſam librarum quinque. Pharos coronatos decem, penſantes ſingulos libras octonas. Pharos æreos 20. penſantes ſingulos libras de- A
nas. Cantaros Ceroſtrotos 12. æreos penſantes ſingulos libras 30. Fundum Valerianum in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos 80. Fundum ſtationum, ibidem, qui præſtat ſolidos 55. Fundum ad duas Caſas ibidem, præſtat ſolidos 40. Fundum Periclianum præſtat ſolidos 20. Fundum Corbiannm in territorio Sorano, præſtat ſolidos 60. Domum cum balneo in Vrbe in Sicunini regione, præſtar ſolidos 85. Hortum intra Vrbem Romam in Regione ad duos Amantes præſtat ſolidos 15. Domum in *regione Orphea intra Vrbem, præſtat ſolidos 58. & ſemiſſem*. Huic Titulo à Siluestro Cardinalem prefectum Presbyterum nemo dubitat.

Concilium accedit Romanum ab eodem Siluestro congregatum, cuius Canones ſextus, & ſeptimus B
Presbyteros, & Diaconos *Cardinales* recenſent ex more vetuſto, haud nouiter introductos. Hinc

CANONIS VI. RVBRICA.

DE Diaconis Paræciarum, & Diaconis Cardinalibus Vrbis Romæ.

C A N O N.

VT Diaconi non eſſent plus, vel amplius per Parochiarum examen, niſi duo: & Diaconi Cardinales Vrbis Romæ ſeptem.

RVBRICA CAN. SEPTIMI.

VT à Subdiacono vſque ad lectorem, omnes ſubditi ſint Diacono Cardinali Vrbis Romæ. C

C A N O N.

ITa autem Silueſter clara voce dicebat ad Coepiſcopos: vt à Subdiacono vſque ad lectorem omnes ſubditi eſſent Diacono Cardinali Vrbis Romæ, in Eccleſia honorem repræſentans tantum, Pontifici verò Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi &c. Humilem porro hoc tempore dignitatem fuiſſe Cardinalitiam ex eo argue; quod poſt Romanum Pontificem, ſolis Epiſcopis permitteretur Eccleſiæ regimen: hinc in Romano Concilio, Presbyteri, Diaconi, Clerusque, vel gradus ſequentes *ad terga Epiſcoporum ſteterunt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum Epiſcopi, & Silueſter Epiſcopus Vrbis Romæ c. 1. Rom. Syn.* Nec prætereas ad gloriam dignitatis Cardinalitiæ, quòd etiam tempore Siluestri Papæ, Diaconi Cardinales iuriſdictionem exercerent D
in Subdiaconos, & Clerum Romanum. *Can. 7. cit.*

CARDINALES PRESBYTERI.

1. *Nomen eius, Verbum Dei*. Io: Apocal. 19.

IVlius Romanus Ruſtici filius, Presbyter Cardinalis S. R. E. (*Panuinio teſte*) poſtea Papa pugnauit conſtans pro Filij conſubſtantialitare aduerſus Arianos. Lege eius vitam.

2. *Legatus fidelis, ſanitas*. 13. Prouerb. 17.

VItus Presb. Card. S. R. E. legatus Siluestri Papa ad Concilium Arelatenſe, vt *ex Catalogo Concil. Arelat.* poſtea eiuſdem Pontificis legatus ad Concilium Nicænum, licet errore in quibuſdam codicibus legatur *Victor*, non *Vitus*: ex *Conc. Nic.*

3. *Sicut frigus niuis in die meſſis: ita lègatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit.*

CLaudianus Presbyt. Card. S. R. E. Siluestri Papæ legatus ad Concilium Arelatenſe *ibidem*.

4. *Vincentius* Presb. Card. S. R. E. legatus Siluestri Papæ ad Concilium Nicænum cum Oſio Epiſcopo Cordubenſi, & Victore Presb. Card. *Conc. Nic.*

DIACONI CARD. SVB SILVESTRO I.

5. *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui.* 1. Timoth. 4.

MArcus Patria Romanns Priſci filius, ſucceſsor Siluestri, à quo electus Diaconus Card. S. R. E. ſecundum Panuinium; vel à Melchiade iuxta Ciaconium; Papa futurus.

6. *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque Profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Chriſti.* 8. Rom.

LIberius filius Augusti, Romanus, Diaconus Card. S. R. E. *teſte Onuphrio*, poſtea Papa. *Damaſus*.

7. *Viam veritatis elegi.* Pſal. 118.

8. *EVgenius*, *Cyriacus*) Diaconi Card. S. R. E. legati Siluestri Papæ ad Concilium Arelatenſe. *Catal. in eod. Conc.*

S. MARCVS P.R. XXXV.

ELectus 17. Kal. Feb. An. 336. ad 7. Octob. 336. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 27. Presb. 27. Diaconos ſex.

S. IVLIVS P. R: XXXVI.

ELectus 26. Octob. An. 336. ad 12. Aprilis 352. Epiſcopos per diuerſa loca conſacrauit 10. Preſbyteros 19. Diaconos 5.

S. LIBERIVS P. XXXVII.

CReatus 8. Maij An. 352. ad 5. Idus Septemb. 367. conſacrauit Epiſcopos per diuerſa loca 19. Preſbyt. 18. Diaconos 5. qui fuere.

1. *Cum electo electus eris.* Pſal. 17.

DIoniſius Epiſcopus Cardinalis Albanus, qui in Mediolanenſi Concilio, innocentiam S. Athanaſij, & fidem Catholicam acerrimè propugnauit.

ſo-

Socrates Hiſt. Eccleſ. l. 2. *c.* 36. Ruffinus *l.* 1. *Hiſt. c.* 20. Sozom. *l.* 4. *c.* 9.

2. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat.* Pſal. 81.

B*Onifacius*, Romanus Secundi filius Card. S. R. E. Papa futurus: cuius electionem cum impeteret Schiſmaticus Eulalius coram Cæſare; is iudicandam remiſit judicio Epiſcoporum.

3. *Redime me à calumnijs hominum*. 118. Pſal. n. 38.

D*Amaſus* natu Hiſpanus, Antonij filius ex oppido Luſitaniæ, Vimarienſis, Diœceſis Braccarenſis, Presb. Card. S. R. E. creatus à Felice Antipapa, & à Liberio legitimo Papa permiſſus, vt diximus in vita *Damaſi n.* 1. nam fuit poſtea Papa; vt in *vita Felicis II.* Calumnias Marcellini *lib.* 27. *Hiſtor.* contra Damaſum lege in eius vita.

4. *Elegi abiectus eſſe in Domo Dei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum*. Pſal. 43.

P*Ancratius* Presb. Card. S. R. E. & Liberij legatus ad Concilium Mediolanenſe An. 355. cum Lucifero Ep. Calaritano, & Hilario Diacono, quòd fidem Catholicam profanare recuſaſſet, in exilium mittitur ab Imperatore Conſtantio. *Seuerus l.* 2. *Hiſtor.* Athanaſ. *ep. ad Solitar. & Ep.* 4. *Liberij ad Euſebium Vercellen.*

CARDINALES DIACONI.

5. *Et nunc Antichriſti multi facti ſunt*. 1. Io. 2. n. 18.

V*R*ſicinus S.R.E. Diaconus Card. poſtea Antipapa: vt in *vita Damaſi*. Ruffinus *l.* 2. *c.* 10.

6. *Calumnia conturbat Sapientem*. Eccleſ. 7.

C*Oncordius* S. R. E. Diac. Card. qui Damaſum Papam quæſtione adulterij cum calumniatus eſſet fuit propterea ab Eccleſia pulſus. *liber Pontificalis in Damaſo*.

7. *Humiliabit calumniatorem*. Pſal. 71.

C*Alliſtus* S. R. E. Diac. Card. ob eamdem calumniam pari pœna punitus. *Lib. Pontif. ibidem*.

8. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*. 5. Matth. 10.

H*Ilarius* S.R.E. Diac. Card. legatus Sedis Apoſtolicæ ad Concilium Mediolanenſe cum Lucifero, & Pancratio, An. Sal. 355. quòd Athanaſium damnare recuſaſſet, virgis cæſus in exilium mittitur ab Imperatore Conſtantio. *Athanaſ. ep. ad Solitar.* Seuerus *l.* 2. *Hiſtor. & ep.* 4. *Liberij ad Euſebium. Vercellen.*

9. *Ego dixi Domine miſerere mei: ſana animam meam, quiam peccaui tibi*. 4. Pſal. 5.

F*Elix* natione Romanus, patre Anaſtaſio genitus, Diaconus Cardinalis S.R.E. à Papa Liberio creatus (teſte *Ruffino Hiſt. l.* 1. *c.* 12. Sozomeno. lib. 4. c. 10.) cum vidiſſet Liberium, quia Arianis aduerſum, ab Imperatore Conſtantio in exilium ad Thraces miſſum, cæpit palpare aulicos, & palatinos, cum Arianis communicando, eoſque indiſtinctè ordinando; propterea ab hæreticis in locum abſentis Liberij intruſus Sedem tenuit Romanam, licet eo in Throno ſtante,
A nemo Romanorum, eam ingredi voluerit: teſte Theodorito *l.* 2. *c.* 17. Sectam an profiteretur Arianam? affirmat Socrates *l.* 2. *c.* 37. his verbis. *Primus quidem Liberius Romanus Epiſcopus fidei illi* (loquitur de Ariana fide) *conſentire detrectans in exilium mittitur, in cuius locum, qui cum Vrſatio erant, Felicem ordinant, qui cum Romanæ Eccleſiæ Diaconus eſſet, per Arianum eſt dogma, & ſimul coactè ordinatus*. Per dogma itaque Arianum ordinatus eſt, teſte Socrate, & ab Arianis: concordat Athanaſius *ep. ad Solitarios*. Negat ex aduerſo Sozomenus Felicem dogmate Ariano pollutum. *Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatui præficitur Felix natione Romanus, filius Anaſtaſij, illius Cleri Diaconus, quem aiunt fidei Nicæni Concilij ſemper conſenſiſſe, & omnino quantum ad religionem pertinebat, reprehenſione caruiſſe, atque ob id ſolum; in crimen vocatum eſſe, quòd non modò Arianos mi-*
B *niſtros Eccleſiæ ordinaret, ſed etiam quod eorum communione vteretur*. Ex his falſus vel deprauatus apparet liber *de Romanis Pontif.* Damaſo adſcriptus, vbi legitur; quòd à *Concilio Sacerdotum* fuerit Felix ordinatus. Presbyter etiam in eodem libro nominatur Felix, cum ab alijs hiſtoricis appelletur Diaconus. Nec iuuat ad deturpandam Felicis fidem; quòd Hieronymus, *de Scriptor. Eccleſ. in Acatio*, Felicem *Arianum* dicat Epiſcopum, ab Acatio Arianorum Anteſignano Romæ conſtitutum: nam vocem *Arianum* non habent Græca exemplaria, nec Sophronius, neque exemplaria Mediceum, & Feſulanum. Veritatis huius argumentum ſit; quòd ordinatus Felix ſurrexit protinùs Zelator Fidei Catholicæ aduersùs Vrſatium, & Valentem Epiſcopos Arianorum patronos; congregatoque quadraginta octo Epiſcoporum Concilio, damnauit,
C Eccleſia expulit. Iſti verò in vindictam rogauere Conſtantium Auguſtum, vt Liberium exilio ſolueret: Is cum ægrè ferret Felicem ab Arianis intruſum in Sedem Romanam; ſe verò exulem, vt Sedem repeteret, & Felicem eijceret, oblatas à Conſtantio accepit conditiones ſacrilegas, communicandi cum Arianis; quo facto, quaſi victor Romam redijt odioſus tamen, & vilis ob communicationem cum hæreticis. Felix verò Conſtantia venerabilis plurimos tenebat deuotos, præcipuè *Damaſum* virum magni nominis, qui Felicem veluti Catholicæ Fidei vindicem ſequebatur; Is enim Conſtantium ipſum Auguſtum cum Valente, & Vrſatio excommunicauerat, teſte Damaſo in *vita Felicis*. Quapropter commotus Cæſar Felicem in Oppido Cara, non longè à Tibure, truncato capite, martyrio coronauit; 3. Idus Nou. *Damaſus. Sozomen.* Inter Pontifices non numeratur, licet
D contra Conſtantium pro Fide certauerit, & ceciderit: quia eius electio vitioſa à principio; ab Arianis facta, cum viueret legitimus Pontifex nullo errore pollutus imò de Eccleſia Catholica meritus; nec Cleri nouo purgata conſenſu, nequit ob temporis diuturnitatem conſiſtere. Hinc Optatus Mileuitanus *l.* 2. *con. Parmen.* & Auguſt. *ep.* 165. ſeriem recenſentes Romanorum Pontificum, poſt Liberium, omiſſo Felice, Damaſum numerant. Verè tamen martyr Felix occubuit, licet vixerit Pſeudopapa, teſte *Damaſo*, qui ſibi inconſtans,

Feli-

Felicem in vita Liberij, quaſi ſine palma martyrij quieuiſſe dicit in Prædiolo ſuo, via Portuenſi, vbi habitabat, quarto Kal. Auguſti: in vita vero eiuſdem Felicis, dicit, *paſſum in Ciuitate, Corona, cum multis Clericis, & fidelibus occultè iuxta muros Vrbis ad Latus Traiani tertio Idus Nouemb.* Corpus eius noctu ſepelierunt Damaſus, & alij Presbyteri in Baſilica, quam ipſe extruxit via Aurelia, & dotauit agro, quem emerat, ſecundo ab Vrbe lapide. Viuens die 12. Kal. Decemb. Vnica ordinatione conſacrauit Epiſcopos per diuerſa loca 19. Presbyteros 21. Diaconos quinque. Vſurpatam tenuiſſe Sedem dicitur per annum vnum, menſes tres, dies duos, etiam poſt Liberij reditum; vnde ne biceps ſit Corpus Eccleſiæ, licet Martyrem habeamus Felicem, prohibemur recenſere Pontificem. Sal An. 1582. cum diù inter doctores ad Martyrologij correctionem deſtinatos dubitaretur, an inter Sanctos Felix numerandus eſſet? & quaſi concordes expungere vellent nomen Felicis; accidit quòd in effoſſione Baſilicæ SS. Coſmæ, & Damiani

A pro inuentione theſauri, die 28. Iulij, pridie eius diei, quo celebrari ſolebat Felicis memoria, arca inueniretur marmorea characteribus inſculpta antiquis, quibus legebatur. *Hic iacet Corpus S. Felicis Papæ, & Martyris, qui Conſtantium hæreticum damnauit.* Opportunè quidem, vt rediuiuus ageret cauſam ſuam, iam deperditam; deficiente Patrono, qui eius iura manuteneret in Sanctorum Catalogo. Adnotare tamen ne præteream (ſalua ſemper tanti Martyris veneratione) quòd lamina illa vel nimis, vel nihil probat. Si enim ei fides, erit Martyr, & Papa: quod ſi dubia claudicat in Pontificatu, quomodo ſubſiſtit in Martyrio? Huius Martyris duæ leguntur Epiſtolæ, cuius altera eidem directa nomine Athanaſij, *to.* 2. *Concil.* ſuſpectæ tamen, & incertæ.

10. *Non priuabit eos, qui ambulant in innocentia.* Pſal. 83. num. 13.

B *INnocentius* Diaconus Cardinal. S. R. E. Papa futurus, & Sanctus. Lege eius vitam.

SANCTVS DAMASVS
PONTIFEX ROMANVS XXXVIII.

ELectus 15. Septemb. An. 237. ad 3. Idus Octob. 384. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 62. Presb. 31. Diaconos 11.

CARDINALES SVB DAMASO.

1. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi: Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt.* Pſal. 84.

ROmanus Card. Epiſc. Portuenſis ſedet circa Annum 370. *Vghello* teſte in *Ep Portuen.* Veritatem promouit Euangelij quantum potuit: lenitate, & doctrina.

2. *Quia oſtendit tibi Deus omnia, quæ locutus es; nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero?* 41. Geneſ. 40.

HIeronymus S. R. E. Presb. Card. *S. Anaſtaſiæ ad Palatinas*, deinde *S. Laurentij in Damaſo*, iuxta Theatrum Pompeianum, ex Ciaconio, ſuffragante Cyrillo Ep. Hieroſolym. de *vita B. Hieronymi* (ſi huius opuſculi Cyrillum auctorem credimus) *Euſebio Cremonenſi* diſcipulo S. Hieronymi, *Petronio* Ep. Bononienſi, qui circa Annum ſalutis 440. floruit; omnes hi Hieronymo coeui inter purpuratos eundem connumerant: *Ciaconius de Cardinalatu B. Hieronymi*.

Reſiſtit quidem Baronius fortiſſimis argumentis; nam à Paulino Ep. Antiocheno ordinatus Hieronymus in Presbyterum, ita aſſenſit; vt nulli adſcriptus Eccleſiæ, Monachus remaneret, & ad libitum pergeret, & peragraret; vt idem proteſtatur Hieronymus contra Io. Ep. Hieroſolymitanum *Ep. ad Pammachium*, Ioannem ita compellans. *Porro quod dicis te petijſſe, vt ſubijcerentur Eccleſiæ Dei, & non ſcinderent eam, neque proprium ſibi facerent principatum; de quibus dicas, non ſatis intelligo; ſi de me, & Presbytero Vincentio; ſatis dormiſti multo tempore, qui poſt annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris; ob id enim & ego Antiochiam, & ille Conſtantinopolim Vrbes celeberrimas deſeruimus, non vt te in populis prædicantem laudaremus, ſed vt in agris, & in ſolitudine, adoleſcentiæ peccata deflentes, Chriſti in nos miſericordiam deflecteremus. Sin autem de Pauliniano tibi ſermo eſt, vides eum Epiſcopo ſuo eſſe ſubiectum, verſari Cypri, ad viſitationem noſtram interdum venire, ſed vt alienum, eius videlicet, à quo ordinatus eſt.*

C *Quod ſi hic etiam eſſe voluerit, & in exilio noſtro quietus in ſolitudine viuere; quid tibi debet, niſi honorem, quem omnibus debemus Epiſcopis? fac à te ordinatum; idem ab eo audies, quod à me miſello homine, S. Memoriæ Paulinus Epiſcopus audiuit: num rogaui, vt ordinarer? ſi ſic Presbyterum tribuis, vt Monachatum nobis non auferas, tu videris de iudicio tuo: ſin autem ſub nomine Presbyteri tollis mihi, propter quod Sæculum reliqui, ego habeo quod ſemper habui; nullum diſpendium in ordinatione paſſus es.* Ex his habes nunquàm ſuſtinuiſſe Hieronymum, per ſuam ordinationem, alicui adſcribi titulo, nec in aliquam Eccleſiam referri. Hinc de Hieronymo, & Vincentio Epiphanius ſcribit ad Ioannem; *nec precibus adduci potuiſſe* vnquam, vt vel ſaltem in Monaſterio, Sacerdotis munere fungeretur.

Quod ſi Hieronymum Cardinalem aſſeras ſine Titulo, ideſt ſine Eccleſia; negat Baronius honorem

D inanem fuiſſe Cardinalatum; ritu priſco fuiſſe correlatiua Cardinalatum, & Titulum, nec alterum ſine altero extitiſſe.

Quod ſi fingas Hieronymum poſt repulſam datam Ioanni Epiſcopo Hieroſolymitano, Romam veniſſe, & ibi paſſum à Damaſo inter Cardinales cooptari; reſiſtunt tempora, nam illa Epiſtola anno decimo tertio ſcripta eſt, poſtquàm Hieroſolymis commoratus fuiſſet Hieronymus, totidemque, poſt obitum Damaſi.

Non obſtant tandem Auguſtini verba dicentis: *quamquàm ſecundùm honorum vocabula, quæ iam Eccle-*

ſue vſus obtinuit, Epiſcopatus Presbyterio ſit maior; tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt. Ergo Cardinalis, illatio falſa: nam Hieronymus ætate grandior; à puero Chriſtianus; linguarum peritia celeberrimus; nulla vnquam hæreſi pollutus; non ſpuria ſobole auctus; quibus omnibus, Auguſtino maior.

Valida hæc quidem ſi cum Canoniſtis decertemus, ſecus ſi cum Hiſtoricis, vt videre eſt apud Io. Marquez *de origine Fratrum Eremit. S. Auguſt.* Cornelium Scultingum in *diſput. ſuper* hac materia, Molanum *de Hiſtor. Sacrar. Imag. l. 3. c.* 42.

Non obſtat tandem, quod Hieronymus aliquando Damaſum, in ſcribendis Epiſtolis Romæ iuuerit: Romæ enim fuit, non tamen Titulum, vel Eccleſiam regendam habujt. Quam ſi habuiſſet; dixiſſet ſanè contra Io. Epiſ. Hieroſolymitanum.

3. *Ecce vir Dei*. 1. Reg. cap. 9.

B*Onifacius* Romanus Iocundi filius S. R. E. Presb. Card. Papa futurus, & Sanctus.

DIACONI CARDINALES.

4. *Dominus regit me; & nihil mihi deerit*: Pſal. 22.

S. Iricius Diac. Card. poſtea Papa, vt ex Epitaphio eiuſdem Siricij, in eius vita.
Liberium Lector, mox & Leuita ſecutus.
Poſt Damaſum clarus &c.

Vnde fallitur Ciaconius ex Presbytero Cardinali *Sanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris* dicens aſſumptum Pontificem. Multa paſſus in ſuo regimine, feliciter tamen abſoluit virga pietatis magis, quàm ſapientiæ: vt legere eſt in eius vita.

5. *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti*. Pſ. 40.

I*Nnocentius* Diaconus Cardinalis S. R. E. Papa futurus.

BIBLIOTHECARIVS S.R.E. SVB DAMASO.

Hieronymus.

DE Nomine, & Officio Bibliothecarij plura leges apud Canoniſtas Tholoſanum, Caſſaneum, Gomeſium. De eo Vicecancellarium fuiſſe, docet Gulielmus de Bened *in c. Raynutius deciſ. 11. n.* 193. *Similiter habuit Eccleſia Romana, & Papa Cancellarium, qui Bibliothecarius vocabatur, quiue cum ſemel ex gloria propter excellentiam tantæ dignitatis cum Papa ſatageret de pari contendere; ſtatutum fuit pro lege, quod non Cancellarius, ſed Vice Cancellarius Papæ de cætero vocaretur. quod & hodie ſeruatur. Et iſte Vice Cancellarius in Curia Romana eſt ille, qui Regulas Apoſtolicas regit, cuius diſpoſitione datur in Curia, & extra Beneficia cum ſubſcriptione duorum Abbreuiatorum, & eſt iudex in pertinentibus ad expeditionem Bullarum; ita quod in Curia maior eſt poſt Papam; ſicut in Francia maior eſt poſt Regem Cancellarius: & inde eſt, quod Vicecancellarius Papæ olim vocabatur Bibliothecarius, quia ad eum ſpectabat*
A *cuſtodire libros Bullarum, & libros Regularum, & Extrauagantium: ex quo in Curia practicatur, quod certam capit partem de regiſtro Bullarum, quia tenetur de omnibus ibi contentis reddere rationem: eſt enim Præſes iuſtitiæ in Curia, ponit decretum irritans, & alias clauſulas, & ſedere poteſt, ac ſtare cum Auditoribus Rotæ in deciſione cauſarum, etiam in præſentia Papæ; ſicut vidiſti de Cancellario Franciæ, qui tanquàm primus poſt Regem præſidet in omnibus Parlamentis Regni; ſicut & Moyſes in Regno, & Synagoga Iudæorum pro Deo verus Cancellarius fuit: ſic ſolus Papa in Eccleſia Dei, Cancellarius vocatur, cuius & Dei vnum & idem dicitur eſſe Conſiſtorium.* Concordat Caſſanæus in *Catal. Gloriæ Mundi par. 4. conſid.* 13. Gomeſius porrò mutationem nominis in Vice Cancellarium irridens inquit: *Sed quàm iſta, Deus*
B *Immortalis, frigida ſint,. & à vero aliena, qui vel parum hiſtoriam Eccleſiaſticam calluerit, ſatis dignoſcere poteſt: nam quòd Cardinalis Cancellariæ contenderit vnquàm de paritate cum Papa, vel appellatus fuerit vnquàm Cancellarius, & poſtea ordinatum, quòd Vicecancellarius diceretur, nullibi legimus, ſed ſunt quædam ſomnia: & ideo ego arbitror, aliunde hoc nomen Vice Cancellarij proceſſiſſe: nam conſtat, Summum Pontificem ſolum in Eccleſia Dei appellari ſicut Moyſes, Cancellarium Dei, cum quo vnum & idem Conſiſtorium facit. Si igitur Papa eſt Cancellarius; inconueniens erat, alium eſſe Cancellarium Papæ ſimilem nomine, ſed potius Vice Cancellarium, qui eius vices gereret: ſicut Rex in Regno ſuo non facit Regem, ſed Vice Regem. Hoc etiam alia ratione ſuadetur: quia, vt ſuperiùs dictum eſt; Cancellaria Apoſtolica prior fuit, quàm Vice Cancellarij promotio; & Cancellaria repræſentant Sedem Apoſtolicam, quæ habetur pro Cancellario. Hinc*
C *eſt, quòd quando Auditor remittit cauſam ad Cancellarium, dicitur eam remittere ad Conſiſtorium Papæ, quod habetur pro Cancellario; non autem remittitur ad Vice Cancellarium, vt deciſio Rotæ notabilis; & eodem modo dicimus, quòd in Curia Romana nulla particularis perſona eſt Fiſcus, ſed ipſamet Sedes Apoſtolica, & ideo qui hodie gerit in Curia Officium Fiſci, non appellatur Fiſcus: ſed vel Aduocatus, vel Procurator Fiſci: ſic Vicecancellarius non dicitur Cancellarius, quia ipſe Papa, ac Sedes Apoſtolica dicuntur Cancellarij, & ſunt ipſa Cancellaria*: ita Gomeſius *in proem. Reg. Cancell.* In eo tamen Gomeſius fallitur, negans vnquàm dictum fuiſſe Cancellarium: teſte namque Ciaconio in *vita Innoc. III.* Ioannes Cardinalis dicitur Cancellarius.

Cherubinus Iunior *Compend. ad Bullam 3 Mar. V.*
D notauit *Cancellarium* fuiſſe vocatum; quando Cardinalis illud exercebat officinm; ſi verò Cancellario inferior officium procurabat, *Vice Cancellarius* appellabatur; quod per Annos 90. obſeruatum, vt nomen non recurreret Cancellarij, ſed Vicecancellarij, traductum poſtea etiam ad Cardinales, quod intuenti facile patebit, & gradatim legenti præſentem hiſtoriam.

S: SIRICVS P. R. XXXIIX.

PRidie Id. Ianuar. An. 385. ad Kal. Martij 398. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 32. Presbyteros 31. Diaconos 16. Cardinales non inueni.

S. ANASTASIVS P. R. XL.

PRid. Id. Martij An. 398. electus ad 5. Kal. Maij 402. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 10. Presbyteros 8. Diaconos 5. Cardinales non recurrunt.

SANCTVS INNOCENTIVS P. R. XLI.

ELectus 15. Kal. Iunij An. 402. ad 5. Kal. Auguſti 417. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 54. Presbyteros 30. Diaconos 15. Ex his.

PRESBYTERI CARDINALES.

1. *Quoniam tu laborem, & dolorem conſideras.* Pſalm. 10.

VRſicinus Presb. Card. *SS. Geruaſij, & Protaſij* Baſilicæ præfectus, quam ipſe Innocentius erexerat ex legato matronæ Veſtinæ, in præmium laboris, quem in hac erectione Vrſicinus, vnà &c

2. *Labor eſt ante me*, Pſal. 72.

LEopardus Presb. Card. in eodem titulo perſoluerant: vt in *Lib. Pontific.*

3. *Priuſquàm interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaueris, corripe iuſtè.* Eccli. 10.

LEopardus Presbyter Cardinalis Sanctæ Agnetis, vnà &c

4. *Paulinus* Presb. Card. *S. Agnetis*, pari iure præpoſiti ab eodem Innocentio. vt in *Lib. Pontific.* iuſtitia
A certantes ac pietate glorioſi refulgent.

5. *Fili ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer.* 14. Eccli. 10.

PEtrus Illiryœus Presbyt. Card. S. R. E. Eccleſiam S. Sabinæ, in Auentino ædificare cæpit ſub Cæleſtini Pontificatu, eamque abſoluit ſedente Sixto III. teſte *Panuinio*. vt ex inſcriptione.

Culmen Apoſtolicum cum Cæleſtinus haberet
Primus, & in tota fulgeret Epiſcopus Vrbe.
Hæc quæ miraris, fundauit presbyter Vrbis
Illyrica de gente Petrus, cur nomine tanto
B *Dignus, & ab ortu Chriſti nutritus in aula.*
Paupertas locuples, ſibi pauper, qui bona vitæ
Præſentis fugiens, meruit ſperare futura.

DIACONI CARDINALES.

6. *Si benefeceris, ſcito cui feceris: & erit gratia in bonis ſuis multa.* Eccli. 12.

LIuianus, vel *Lybianus* Card. Diac. S. R. E. vt in *Lib. Pontif.* ab Innocentio præpoſitus Eccleſiæ SS. Geruaſij, & Protaſij in tit. Veſtinæ, in pauperes liberalis, bona ſua elargiri manu aliena negauit; exemplo Chriſti volentis ſaturare populorum turbas, panem qui diſtribuit manibus ſuis.

7. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam.* Eccli. 13.

EVlalius S.R.E. Archidiaconus, *ex libello ad Imper. Honor. in Bonifacio I.* poſtea Antipapa eleuatus contra Bonifacium, tandem Epiſcopus Nepeſinus *n. 1. in vita Bonifacij* à me exaractâ.

8. *Noli eſſe humilis in ſapientia tua; ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris.* Eccli. 13.

CÆleſtinus patria Campanus ex *Platina*, vel Romanus ex *Libro Pontif.* & *Panuinio*, Priſci filius, Diac. Card. S. R. E. poſtea Papa pugnauit fortis con-
C tra Neſtorium pro Virgine Deipara. Lege eius vitam.

9. *Fratres libenter ſuffertis inſipientes: cum ſitis ipſi ſapientes.* 2. Cor. 11.

. . . . . Diacon. Card. S. R. E. legati ad Arcadium Imperatorem Orientis, pro Synodo Æcumen[illegible], in quæſtione Io: Chryſoſtomi, in itinere malè habiti, & expoliati iuſſu Eudoxiæ Imperatricis, vt ex *literis Arcadij Imperat. ad Innoc. Pontif. Rom. to. 2. Concil.* & *ep. Honorij Aug. ad Arcadium.*

SANCTVS ZOSIMVS P. R. XLII.

ELectus 19. Auguſti An. 417. ad 7. Kal. Ian. 418. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 8. Presbyteros 10 Diaconos 3. Quorum

CARDINALES PRESBYTERI.

1. *Sapientia in medio populi ſui gloriabitur: & in Eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum.* Eccli. 24.

SIxtus Presb. Card. S. R. E. poſtea Papa, qui ſub Zoſimo cum ſententia in Pelagium, Romæ publicarentur; primus contra Pelagium, & Cæleſtium acclamauit *S. Aug. ep.* 104. & 105.

D

2. *Gauiſus ſum valde quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, ſicut mandatum accepimus à patre.* ep. 2. Io. n. 3.

PHilippus Presbyter Card. S. R. E. Anno Sal. 417. miſſus in Africam à Zoſimo Papa ad ſedandam Africanorum contumaciam contra Sedem Romanam pro appellatione ad Sedem Apoſtolicam, *§. 3. vel c. 3.*

Afric. Concil. 6. Eccleſiam ſalutandn Africanam, vſus dicitur verbis Ioan. Euangeliſtæ *in ep.* 2.*n.*3.quæ ſupra habes: Miſſus poſtea à Cæleſtino Papa in Orientem, vt Epheſinn præeſſet Concilio contra Neſtorium vnà cum Arcadio, & Proiecto Epiſcopis, primo loco ſub- A ſcripſit ante Legatos Epiſcopos. *tom.* 2. *Epheſ. Concil. cap.* 16.

3. *Labia tua ne loquantur dolum.* Pſal. 33.

A*Sellus* S.R.E.Presb.Card.Zoſimi legatus ad Concilium Africanum tempore S. Auguſtini. *c.* 3. *Concil. Afric.* 6. vnà cum Philippo ſupradicto, acceptn commonitnrio propugnandi veritatem Nicænam; (vt in eo legitur) ſtrenuè legem impleuerunt.

4. *Venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis Decurio, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu*. 15. Marci 43.

A*Rchidamus* S.R.E. Presb. Card. Apocriſarius Sedis Apoſtolicæ apud Honorium Imperatnrem Rauennæ ſtantem; de quo mentio in epiſtnla Zoſimi Papæ *ad Presb. & Diaconos Rauennæ*, abſque vllo timore verè Apoſtolicus veritatem propugnauit Catholicam.

DIACONI CARDINALES.

5. *Fugit impius nemine perſequente: Iuſtus autem quaſi Leo confidens abſque terrore erit.* Prouerb. 28.

L*Eo* Thuſcia oriundus, filius Quintiani, Cardinal. Diac. S. R. E. poſtea Papa, Verbo, calamo, ſanctitatis exemplo exornauit Eccleſiam Chriſti (*Proſper in Chron.*) ſpretis Schiſmaticorum inſidijs.

6. *Non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.* Pſalm. 117.

R*Enatus* Card. Diac. S.R.E. tit. S. Clementis, legatus Leonis Papæ ad Orientem, vt Synodo præeſſet Chalcedonenſi; vbi cum partes Catholicorum conſtanter egiſſet contra Dioſcorum, aufugit poſtea, vt tyrannidem declinaret, venitque Byzantium, & ibi viciniorum Epiſcoporum collecta Synodo, libertatem reſtituit Eccleſiæ Catholicæ, à Synodo ſublatam *Prædatoria*, vt in *vita Leonis Magni à me conſcripta num.* 3.

7. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. n. 7.

B H*Ilarus* S.R.E. Diac. Card. ad Concilium Epheſinum legatus Romani Pontificis Leonis M. huiuſque ſucceſſor in Sedem Petri, teſte *Anaſtaſio*.

8. *Cum loquebar illis; impugnabant me gratis.* Pſ. 119.

T*Heodorus* Diac.Card. S. R. E. cuius glorioſum nomen atque certamen recurrit in Dialogo, quem ſcripſit Palladius Diac. S. R. E. Cæleſtini legatus ad Scotos, de altero Palladio Epiſcopo Helenopolis cum Theodoro Diacono de geſtis S. Io. Chryſoſtomi.

SANCTVS BONIFATIVS P. R. XLIII.

E*Lectus* die 5. Kal. Ian. An.Sal. 418. ad Kal. Nou. 423. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 36. Presbyteros 13. Diaconos 3. ex quibus.

1. *Eriſque Pater multarum Gentium.* Geneſ. 17.

F*Elix* patria Romanus, familia Anicius, Presbyter Card. S. R. E. in tit. *Faſciolæ*, pater Felicis II. Romani Pontificis atauus S. Gregor. M. *Anaſtaſ. Ciacon. Platina. Panuinius.*

SANCTVS CÆLESTINVS P. R. XLIV.

E*Lectus* 3. Non. Nouemb. An. 423. ad 8. Idus Ap. 432. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 46. C Presb. 32. Diaconos 12. ſepultus in Cæmeterio Priſcillæ ſequens habuit Epitaphium

Præſul Apoſtolicæ Sedis venerabilis omni
Quem rexit, populo, decimum dum conderet annum
Cæleſtinus agens, vitam migrauit in illam
Debita quæ Sanctis æternos reddit honores.
Corporis hic tumulus requieſcunt oſſa, cinisque
Nec perit hinc aliquid Domino, caro cuncta reſurgit.
Terrenum nunc terra tegit, mens neſcia mortis
Viuit, & aſpectu fruitur benè conſcia Chriſti.

Scripſit epiſtolas varias, quarum quatuordecim le- D guntur in tomis Conciliorum; partim extant inter epiſtolas S. Cyrilli Alexandrini, editione Pariſienſi 1604. Studio Gentiani Herueti; & partim apud Baronium, Iouerium, Lambertum, Gruterum. Duæ præterea eius epiſtolæ Græcè, & Latinè leguntur *t.* 2. *Concil.* vnà inter opera D. Proſperi Aquitani, Coloniæ Anno 1630.

1. *Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud.* Pſal. 80.

E*Piphanius* Presb.Card. S.R.E. qui in Synodo Romana congregata per Sixtum III. ad ſui purgationem Anno Chriſti 433. Synodum excitauit, vt iudicium & examen inſtrueretur contra Sixtum Romanum Pontificem accuſatum de ſtupro ſacræ virginis à Mariniano, *c.* 4. *Synodi Romanæ*. Innocentia Pontificis, *lo:* primus conclamauit Epiphanius in laudem Sixti: ipſa reclamante Synodo, quòd prima Sedes à nemine iudicetur. Verum ipſo poſcente Pontifice, ne inquiſitionem veritatis præterirent, acquieuere, & cognita.

2. Tu

2. *Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum*. 88. Pſ. 11

Presbyteri Cardinales S. R. E. qui in Concilio Romano ſub Sixto III. cauſam egerunt Polychronij Epiſcopi Hieroſolymitani; quem damnarunt vt Simoniacum, poſtea pœnitentem reſtituerunt.

A *Rebidamus*)
3. *Petrus*)
4. *Demetrius*)

CARDINALES DIACONI.

5. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia*. 4. Eccli. 33.

Diaconi Cardinales, Ciues Romani miſſi Hieroſolymam à Concilio Romano in cauſa Polychronij. *Concil. Roman. ſub Sixto III.*

L *Ollianus*)
6. *Leo*)

7. *Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos: & rami mei honoris, & gratiæ*. 24. Eccli. 22.

P*Alladius* Diac. Card. S.R.E. natu Græcus, non tamē teſte *Baronio in Cæleſtino An. 6. n. 7.* ille, qui Ioanni Hieroſolymitano perneceſſarius; nam iſte Epiſcopus erat, propugnator Pelagij; noſter vero Palladius Pelagij oppugnator acerrimus. Plures hoc tempore vixere Palladij, viri non indocti. Palladium Diaconum A inter Scriptores Eccleſiaſticos Trithemius numerat *lib. de Scriptor. Eccleſ.* Scripſit

Geſta S. Io. Chryſoſtomi, nempè dialogum alterius Palladij Epiſcopi Helenopolis cum Theodoro Romanæ Eccleſiæ Diacono.

Librum ſcripſit contra *Pelagianos*.

Homiliarum librum vnum.

Epiſtolarum librum vnum ad Cæleſtinum.

Alia ſcripſit Græco ſermone.

Is (cum tempore Cæleſtini I. Papæ, Agricola Pelagianus Eccleſias Britanniæ impio dogmate corrupiſſet) miſſus eſt ad Britannos vt deturbatis hæreticis Inſulanos ad Catholicam fidem dirigeret (teſte *Proſper. in Chron.*) Legationis geſta libro illo epiſtolarum apparerent; ni liber perijſſet. Scotos ipſos ab eo conuerſos, & ex munere Apoſtolico, *Scotorum Apoſtolum* fuiſſe nuncupatum Hiſtorici omnes concordant cum Proſpero. B Nauigauit etiam ad Hibernos, & ibi ex Cœleſtini mandato Euangelium prædicauit, Probo teſte in *geſtis S. Patritij* ab eo conſcriptis, qui eumdem Palladium Archidiaconum Cæleſtini dicit, à quo tandem Epiſcopus ordinatus, dum opus proſequitur, morte præuentus, S. Patritio abſoluendum reliquit.

S. SIXTVS III. P. R. XLV.

CReatus 6. Kal. Maij An. 432. ad 5. Kal. Aprilis 440. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 52. C Presbyteros 28. Diaconos 12.

EPISCOPI CARD. SVB SIXTO III.

O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate, 4. Sap. 1.



C*Aſtus* Card. S.R.E. Epiſcopus Portuenſis miſſus à Romano Concilio, & Cæleſtino I. Papa ad Synodum Hieroſolymitanam, in cauſa Polychronij, qui tumidè primum vſurpabat Pontificatum; & Simoniacè Sacramenta tractabat. Hunc cum depoſuiſſet Caſtus, vt Simoniacum, & Sedis alienæ inuaſorem, poſtea reſtituit vt pœnitentem, *Acta Synodi Hieroſolym. ſub Sixto III.* Adfuit etiam Ro- D mano Concilio VI. ſub Symmaco, in quo inuaſores rerum Eccleſiæ anathematizati, etſi ea, ſub ſpecie Regiæ largitatis obtinuiſſent. Felix nominantur, & Abundius Epiſcopi Hieroſolymam miſſi cum Caſto, à Synodo Romana, vt inquirerent de veritate accuſatorum, in cauſa Patriarchæ Polychronij; at cum Epiſcopi Cardinales, non eſſent, ex ijs ſcilicet ſeptem qui Romano adſtant Pontifici: eorum hic nulla mentio recurrit. Lege Concilium Romanum ſub Sixto III.

S. LEO M. P. R. XLVI.

CReatus 6. Id. Maij An. 440. ad 3. Idus Ap. 461 ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 185. Presbyteros 81. Diaconos 31.

PRESBYTERI CARDINALES.

1. *Pauor tenuit me, & tremor: & omnia oſſa mea: perterrita ſunt*. Iob. 4.



R*Enatus* Presbyter Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Leonis Magni Legatus ad Concilium Epheſinum, contra Euthychem; ſed morte præuentus in Inſula Delo, Concilio non adſuit (vt in *Breuiculo Hiſtor. Euthichianæ. t. 4. Concil. edit. Pariſien.*) Regis timore concuſſus.

2. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium*. Matth. 12.

Presb. Card. S. R. E. Legati à Latere S. Leonis M. Byſantium miſſi, vt Lapſos ad Eccleſiam redire volentes canonicè ſuſciperent. *ep. 35. Leonis ad Theodoſium. ep. 49. Leonis ad Marcianum Imperatorem*. iuſſi adſtare Concilio Chalcedonenſi. *ib.*

B *Aſilius*)
3. *Senator*)

4. *Ille expectauerunt peccatores, vt perderent me: Teſtimonia tua intellexi*. Pſal. 118.

B*Onifacius* S. R. E. Presb. Card. Leonis I. Legatus ad Concilium Chalcedonenſe. *ep. 44. & 49. Leonis. ad Marcianum Imperatorem.*

BIBLIO-

Digitized by Google

BIBLIOTHECARIVS S. R. E. SVB LEONE I.

P*Roſper Aquitanus* Poeta celeberrimus, Lege *Mandoſium*.

SANCTVS HILARVS P. R. XLVII.

ELectus pridie Idus Nou. An. 461. ad 4. Idus Sept. 467: ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 22. Presbyteros 25. Diaconos 5. ex Anaſtaſio; ex Panuinio verò Epiſcopos 86. Presbyt. 58. Diaconos 11.

In vita, quam exarauimus huius Pontificis, nonnulla forſan diuerſa leges, quæ habentur in Anaſtaſio, quoad dona collata Baſilicis ab eodem Papa. Diuerſitatem lectionis ne natam habeas ex diuerſis editionibus eiuſdem Anaſtaſij; Sed ab Impreſſoribus omiſſa ſunt ædificia, amiſſa ſchedula à nobis exarata; vnde ſupplere dignetur lector ſequentibus lineis.

A *Hic fecit Monaſteria ad S. Laurentium, & balneum, & Prætorium S. Laurentio. Fecit autem Oratorium S. Stephani in Baptiſterio Lateranenſi. Fecit & Bibliothecas duas in eodem loco. Ad Lunam verò Monaſterium in Vrbe conſtruxit.*

Sepultus eſt ad S. Laurentium in cryptà iuxta corpus B. Sixti, ex Anaſtaſio.

Eius Decreta, & Epiſtolas habes non ſolùm in tomis Conciliorum, & apud Gerardum Voſſium; ſed quædam eius epiſtolæ M.SS. leguntur in Archiuio *Arelatenſi*.

EPISCOPI CARDINALES SVB HILARO.

1. *Et vocabitur nomen eius Admirabilis Conſiliarius*. Iſ. 9.

P*Etrus* Epiſcopus Portuenſis Card. S. R. E. cuius memoria in Concilio recurrit Romano, Anno Sal. 465. ſub Hilaro Papa. Pius, ſapiens, prudens.

2. *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat*. 2. Cor. 10.

I*Anuarius* Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Prænestinus vir humilis, & de ſeipſo minimè præſumens, eidem adfuit Romano Concilio cum laude.

B 3. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in Cœlis*. Pſ. 122.

R*Omanus* S.R.E. Card. Epiſcop. Albanus cum Hilaro Papa Romanum celebrauit Concilium, in quo pro Cleri diſciplina plura condidit ſalutaria decreta, nullo habito perſonarum diſcrimine; Deum ſolummodò præoculis habens.

SANCTVS SIMPLICIVS P. R. XLVIII.

ELectus die 20. Sept. An. 467. ad Martium 483. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 36. Presbyteros 58. Diaconos 11.

SANCTVS FELIX II. P. R. XLIX.

ELectus 8. Martij An. 483. ad 5. Kal. Martij 492. ordinauit Epiſcopos per diuerſa loca 31. Presbyteros 28. Diaconòs 5. Quorum

EPISCOPI CARDINALES S. R. E.

1. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*. 2. Cor. 3.

B*Onus* Card. S. R. E. Epiſcopus Oſtienſis Romano adfuit Concilio congregato à Felice II. An. Sal. 487. contra rebaptizantes hæreticos; vt in eodem Romano Concilio.

2. *Potens exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere*. 1. ad Titum. n. 10.

H*Erennius* Card. S.R.E. Epiſcopus Portuenſis hæreſim rebaptizantium damnauit cum Felice II. Papa in Romano Concilio ſupradicto.

3. *Increpa illos durè, vt ſani ſint in fide*. 1. ad Titum. n. 14.

A*Thanaſius* Cardinalis S.R.E. Epiſcopus Albanus cum alijs Epiſcopis hæreſim damnauit Africanam, de hæreticis rebaptizandis. *Conc. Rom. ſub Fel. II.*

C 4. *Omnia munda mundis*; 1. ad Titum n. 16.

F*Eliciſſimus* Card. S.R.E. Ep. Sabinenſis, cuius memoria recurrit in *Supracit. Romano Concilio.*

5. *Tu autem loquere, quæ decent ſanam doctrinam*. 2. ad Titum.

D R*Omulus Præneſtinus* Epiſcopus Card. S. R. E. in Romano Concilio ſub Felice II. adeſt Concilio Romano 4. & 5. ſub Symacho, vt ex eiſdem Concilijs.

PRE-

Presbyterorum Cardinalium Nomina ſine Titulis ſub Felice II.

IN CONCILIO ROMANO III. NVM. 76.

Abundantius.	Canutus.	Ianuarius.
Agapetus.	Caſſius.	Ioannes.
Alexander.	Caſtinus.	Iulianus.
Andreas.	Domninus.	Iouinus.
Aſellus.	Epiphanius.	Iuſtinus.
Aſterius.	Epiphanius.	Laurentius.
Aſterius.	Epiphanius.	Laurentius.
Aſterius.	Epiphanius.	Laurentius.
Aſterius.	Eugenius.	Laurentius.
Aſterius.	Felix.	Leo.
Bonifacius.	Felix.	Lepidus.
Bonifacius.	Firminus.	Marcellinus.
Bonus.	Fulgentius.	Martianus.
Calliſtus.	Gordianus.	

Martinianus, cuius memoria recurrit in Epiſtola Felicis Papæ, quæ legitur in Concilio Romano 3. ſub Bonifacio II. *to. 4. Concil. edit. Pariſ.*

A

Maxentius.	Petrus.	Seruandus.
Opilio.	Petrus.	Simplicius.
Paſchaſius.	Petrus.	Sixtus.
Paſchaſius.	Petrus.	Smaragdus.
Paulinus.	Proiectitius.	Soranus.
Petronius.	Redemptus.	Valens.
Petrus.	Romanus.	Valentinus.
Petrus.	Romanus.	Valentinus.
Petrus.	Ruſticus.	Vvincomalus, vel Vnicomalus.
Petrus.	Seruus Dei.	
Petrus.	Sebaſtianus.	
Petrus.	Sebaſtianus.	Vrbicus.

AN omnes fuerint Cardinales? incertum

CARDINALES DIACONI.

Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Pſalm. 115.

SYmachus Diac. Card. S. R. E. Papa futurus, & Sanctus.

Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi: & exemplum ſum coram eis. 17. Iob.

PAſchaſius Diac. Card. S.R.E. qui in pœnam infidelitatis ſuæ, cum Laurentio Antipapa damnatus fuit à Iuſtitia Suprema, ad thermas Angulanas, vt ibi torqueretur: teſte S. Gregorio *lib.* 4. *Dialog cap.* 4.

B

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Pſal. 83.

LOllianus S.R.E. Diac. Card. Legatus à Felice II Papa ad Græcos; cuius felix memoria recurrit in *ep.* 14. Felicis II. vt in Concilio Romano III. ſub Bonifacio II.

SANCTVS GELASIVS P. R. L.

CReatus ſecunda Martij An. 492. ad 11. Kal. Decemb. 496. ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa 67. Presb. 32. Diaconos 2.

Tituli Cardinales omnes ſub Gelaſio I. Anno Sal. 494. cum ſuis Candidatis; ideſt

PRESBYTERIS CARDINALIBVS ex *Ciaconio, Panuinio.*

CÆlius Laurentius...... Presb. Card. tit. S. Praxedis, S.R.E. Archipresb. Antipapa contra Symmachum.

Martianus..... Presb. Card. tit. S. Cæciliæ Trans-Tyberim.

Cælius Ianuarius..... Presb. Card. SS. Vitalis, Geruaſij, & Protaſij in tit. Veſtinæ.

C

Gordianus... Presb. Card. SS. Io: & Pauli, in tit. Pammachij, Pater S. Agapeti Papæ. occiſus in tumultu excitato contra Symmachum. *Anaſtaſ.*

Petrus... Presb. Card. in tit. S. Chriſti Mart. in Monte Cælio.

Paulinus.... Presb. Card. S. Mariæ Trans-Tyberim, in tit. Calliſti, & Iulij, vt in antiquis inſtrumentis illius Eccleſiæ.

Valens....... Presb. Card. in tit. S. Sabinæ in Monte Auentino.

Petrus.... Presb Card. in tit. S. Chryſogoni, Trans-Tyberim.

Aſterius.... Presb. Card. SS. Pudentis, & Pudentianæ, in tit. Paſtoris.

Felix.... Presb. Card. S. Silueſtris in Exquilijs, in tit. Equitij.

Proiectitius.... Presb. Card. S. Laurentij Martyr. tit. S. Damaſi.

Iouinus.... Presb. Card. S. Chriſti Mar. virginis Æmilianæ.

Bonus.... Presb. Card. in tit. S. Creſcentianæ.

Pro-

Probianus .... Presb. Card. in tit. S. Euſebij in Exquilijs.

Sebaſtianus .... Presb. Card. in tit. S. Chriſti Martyris Nicomedis.

Martianus .... Presb. Card. in tit. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.

Andreas .... Presb. Card. in tit. S. Apoſtoli, & Euangeliſtæ Matthæi. A

Romanus .... Presb. Card. in tit. Tigride.

Marcellus .... Presb. Card. in tit. S. Stephani in Cælio Monte.

Aſellus .... Presb. Card. in tit. SS. Gabinij, & Suſannæ ad duas domos.

Anaſtaſius .... Presb. Card. in tit. S. Chriſti Martyris, & virginis Anaſtaſiæ.

Epiphanius .... Presb. Card. in tit. SS. Duodecim Apoſtolorum.

Arontius .... Presb. Card. in tit. Faſciolæ.

Benedictus .... Presb. Card. tit. S. Caij.

Dominicus .... Presb. Card. tit. SS. Aquilæ, & Priſcæ in Monte Auentino.

Stephanus .... Presb. Card. tit. S. Chriſti Martyris Marcelli; patet etiam ex diplomate eiuſdem Gelaſij Papæ, apud Ciaconium in *vit. S. Marcelli*.

Epiphanius .... Presb. Card. tit. S. Euangeliſtæ Marci.

Hilarius .... Presb. Card. S. Laurentij in tit. Lucinæ.

Archipresbyteri Titulorum Cardinalium, non Cardinales.

V*Rbicus* .... Archip. tit. S. Clementis in Cælio.

Soranus .... Archip. SS. Vitalis, Heruaſij, & Protaſij. tit. Veſtinæ.

Iuſtinus .... Archip. SS. Pudentis, & Pudentianæ in tit Paſtoris.

Redemptus .... Archip. in tit. S. Chriſogoni, Trans-Tyberim.

Ioannes .... Archip. SS. Io: & Pauli. tit. Symmachi. poſtea Papa.

Epiphanius ... Archip. in tit. S. Cyriaci, qui eſt in thermis Diocletiani.

Marcellus .... Archip. S. Mariæ tit. Calliſti, & Iulij Trans-Tyberim. B

Domitius, vel Domnino .... Archip. in tit. S. Chriſti virginis, & Mar. Creſcentianæ.

Abundantius .... Archip. tit. S. Sabinæ, in monte Auentino.

Agatho .... Archip. in tit. SS. Gabinij, & Suſannæ ad duas domos.

Sebaſtianus ... Archip. S. Silueſtri in Exquilijs; in tit. Equitij.

Valentinus ... Archip. in tit. S. Euſebij in Exquilijs.

Geneſius ... Archip. in tit. S. Chriſti Martyris Nicomedis.

Dioniſius ... Archip. in tit. S. Chriſti Virg. & M. Æmilianæ.

Palmus .... Archip. in tit. Faſciolæ.

Agapitus ... Archip. in tit. SS. duodecim Apoſtolorum filius Gordiani, (ſi Panuinio fides) poſtea Papa; ſed ille fallitur; non enim veriſimile, quod eodem tempore Cardinales S.R.E. viuerent Pater, & filius.

Redemptus .... Archip. in tit. Tigride.

Seuerus ... Archip. in tit. S. Chriſti M. Caij.

Iulianus .... Archip. in tit. S. Chriſti M. Anaſtaſiæ ſub Palatio.

Bonifacius .... Archip. tit. S. Chriſti M. Cæciliæ Trans-Tyberim.

Petrus .... Archip. tit. S. Chriſti M. Praxedis.

Timotheus .... Archip. tit. S. Chriſti M. Marcelli.

Laurentius .... Archip. S. Chriſti M. Laurentij, in tit. Lucinæ.

Habundius .. Archip. in tit. S. Euangeliſtæ Marci.

Presbyteri Minores Titulorum Cardinalium II. non Cardinales.

S*Eruus Dei* ...... Presb. tit. S. Clementis, in Cælio Monte.

Opilio ...... Presb. tit. S. M. Chryſogoni Trans-Tyberim.

Petrus .... Presb. SS. Vitalis, Geruaſij, & Protaſij M. tit. Veſtinæ.

Adeodatus ..... Presb. in tit. S. Silueſtri in Exquilijs, qui dicitur Equitij.

Creſcentius .... Presb. in tit. SS. Duodecim Apoſtolorum.

Septimius .... Presb. S. Mariæ Matris Domini, Trans-Tyberim.

Epiphanius ... Presb. in tit. Faſciolæ.

C *Victorinus* ... Presb. in tit. S. Sabinæ, in Monte Auentino.

Eutichius ...... Presb. in tit. S. Chriſti Martyr. Æmilianæ.

Iulianus .... Presb. in tit. S. Chriſti Virginis, & Mart. Anaſtaſiæ.

Vincomalus ... Presb. in tit. S. Chriſti M. Creſcentianæ.

Diaconi Cardinales VII.

C*Yprianus* .... S. R. E. Archidiac. & in regione tertia Diaconus Cardinalis, & decima Legatus S. Gelaſij ad Dardanos, & Illyricos. *ep. 11. Gelaſij to. 4. Concil. edit. Pariſ.* D

Anaſtaſius .... Diac. Card. in regione quarta, & vndecima.

Tarrenſis ...... Diac. Cardinal. in regione prima, & octaua.

Citonatus .... Diac. Cardinal. in regione quinta, & decima.

Tertullius .... Diac. Card. in regione ſexta, & decima tertia.

Ioannes .... Diac. Cardinal. in regione ſecunda, & nona.

Cælius Ioannes .... Diac. Card. in regione ſeptima, & decimaquarta.

In

Cardinales ſub Gelaſio, qui in Catalogo ſub Felice II. non legebantur.

Anaſtaſius	Agatho	Creſcentius	Eutichius	Hilarius	Stephanus
Aeontius	Agapitus	Dionyſius	Geneſius	Seprimius	Timotheus
Adeodatus	Benedictus	Dominicus	Habundius	Seuerus	Victorinus.

Cardinales in Synodo Romana 11. ſub Gelaſio Ann. Sal. 495.

Abundantius	Bonifacius	Epiphanius	A · Iuſtinus	Paulinus	Seruandus
Acontius	Benedictus	Epiphanius	Iulianus.	Petrus	Seuerus
Agapitus	Calliſtus	Epiphanius	Laurentius	Petrus	Smaragdus
Agapitus	Caſtinus	Epiphanius	Laurentius	Petrus	Stephanus
Adeodatus	Canuſius	Eugenius	Litorius	Proiectitius	Valens
Agatho	Creſcentius	Felix.	Marcellinus	Redemptus	Valentinus
Andreas	Cyprianus	Geneſius	Martianus	Sebaſtianus	Valentinus
Apellio	Dominicus	Gordianus	Martinus	Sebaſtianus	Vrbicus
Aſterius	Dionyſius	Ianuarius	Maxentius	Seruus Dei	
Anaſtaſius	Epiphanius	Ioannes	Paulinus	Septiminius	

ALIJ DIACONI CARDINALES S. R. E. SVB GELASIO.

Et miſit illos prædicare regnum Dei Lucæ 9.

M*Acarius* Card. Diac S. R. E. Legatus S. Gelaſij Papę ad Dardanos, & Illijricos *ep. 11. to. 4. Concil.* B

Exultate filiæ Sion, & lætamini in Domino, quia dedit vobis doctorem Iuſtitiæ. 2. Ioel.

V*Alentinus* Archipresbyter *S. Euſebij in Exquilijs*, vt in indice Archipresbyterorum ſupraposito ex Ciaconio, & Panuinio; nec non ex Synodo Rom. 11. Interamnę natus, ac liberalibus diſciplinis eruditus meruit à Gelaſio Papa in Archipresb. S. Euſebij in Exquilijs creari; & paulo poſt Epiſcopum Interamnenſem. Arianos plures hęreſiarchas cum doctrina, & innocentiæ exemplo ad Eccleſiam reuocaſset Catholicam, obijt 7. Ianuarij. Anno Sal. 533. Epiſcopatus ſui XXXIX. Eius exuuię in Eccleſia S. Zenonis M. extra Vrbem conditę pluribus claruere Miraculis. Philippus Ferrarius *Catalog. SS. Italiæ.* Vghellus *in Catalogo Ep. Interamnen.* Presbyter fuerit Cardinalis? vel Archipresbyter in Eccleſia Cardinali? dubium. Negant enim eiuſdem Tituli duos eodem tempore extitiſse presbyteros Cardinales; ſed vnum presbyterum Cardinalem, alterum Tituli Cardinalis Archipresbyterum: & tertium eiuſdem Tituli Cardinalis presbyterum cum ſubordinatione dignitatis: vnde viuente Probiano presbytero Cardinali S. Euſebij in Exquilijs, eiuſdem Tituli eſse nequit Valentinus presbyter Cardinalis: ſed *Probianus* presbyter Cardinalis tit. S. Euſebij in Exquilijs; *Valentinus verò* Archipresbyter eiuſdem tituli S. Euſebij in Exquilijs. Hęc omnia tamen incerta nutant, & dubia: nam in Synodo Romana, ſub Symmacho omnes ſubſcribunt poſt Epiſcopos nomine *Presbyteri*, & ex tantis (numerum enim complent *66.*) nullus dicitur Cardinalis: cum tamen inuerisimile, quod nullus eſset in illo Concilio Cardinalis.

Manifeſtauit temporibus ſuis, verbum ſuum in prædicatione. 1. ad Titum 3.

B I*Vlianus* P. C. *S. Anaſtaſiæ ſub palatio*, vir doctiſſimus, expertiſſimus ſacrorum Canonum, ad quem *Dionyſius* cognomento *Exiguus* Collectionē Sacrorum Canonum direxit, vt ex Epiſtola M. S. quam ſuę Collectioni pręmiſit: teſte Caſſiodoro *cap. 23. Diuin. lection.* eamq; habes apud Sirmondum ab eo erutam ex M. S. Codice; & apud Franc. Florentem *in Operibus Iuridicis p. 38.*

Canones Dionyſius cum collegiſſet Antiquos, Iuliano dicauit pręfatione adiecta ſequenti.

Domino venerabili.

C Mihi Iuliano Presbytero tit. S. Anaſtaſię Dionyſius Exiguus.

S*Anctitatis veſtræ Pijs excitatus ſtudijs, quibus nihil prorſus eorum quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, omittit inquirere, præteritorum Sedis Apo. Præſulum conſtituta, quæ valui, cura, diligentiaq; collegi, & in quemdam redigens ordinem, titulis diſtinxi compoſitis: ita duntaxat, & ſingulorum Pontificum quotquot a me præcepta reperta ſunt, ſub vna numerorum ſerie terminarem, omneſq; titulos huic præfationi ſubnecterem? eo modo quo dudum de Græco Sermone Patrum transferens Canones ordinaram, quod vobis nimium placuiſſe cognoueram.* D *Qui verò ſinceriſſimo affectū Deum diligitis, & ideirco famulos eius laudanda ſollicitudine continetis. Quis enim peregrinantium ſeruiens Chriſto, veſtro non fouetur hoſpicio? Iuſtum credidi vobis in hac parte famulari, & quatenus induſtriam veſtram, quam cæleſtibus impenditis regulis, & præſens imitetur ætas, & poſteritas comitetur. Nam pro virtutis amore cuncta, quæ ſunt vtilia, deſideratis agnoſcere; licet omnem venerandi iuris obſeruantiam moribus impleatis. Quantiq. ſit apud Deum meritis B. Gelaſius, & nos qui eum præſentia corporali non vidimus, per vos alumnos eius facilius æſtimamus, cuius*

eruditione formatus, [illegible] Presbyterij ſancta conuerſatione decoratus, vt in [illegible] morum per ſpecie munere, eius quodammodo [illegible] ſuperluerit. Quem ſicuti veſtra relatione comperimus, in tantum bonæ voluntatis extitiſſe [illegible], & annuente Domino principatum in Eccleſia pro [illegible] ſalute ſuſcipiens, cum ſeruiendo potius, quam dominando ſuſtolleret, vtrq; caſtimoniam doctrinæ [illegible] ampliaret. Deniq. omne opus eius aut oratio fuiſſe memoratur, aut lectio. Interdum quoq; ſumendi [illegible] ſaneebat; prout cauſa, vel ratio propoſuiſſet, ſermonumq. Dei maximè conſortio, atq; ſocietate gaudebat; Quorum ſpiritali conlatione, tanto diuini amoris ſtudio, tanto verbi Dei meditatione fruebatur, vt huic etiam illud Pſalmiſtæ aptetur; Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges eum a diebus malis? *huius enim ſæculi malos dies, ita domino mitigante atque gubernante tranſegit, vt vniuerſas tentationes mira prudentia & longanimitate ſufferet, delicias ieiuniis ſuſtineret, ſuperbiam humilitate calcaret, tanta miſericordia animi alacritate clareſceret, vt omnes ferè pauperes ſatians, inops ipſe moreretur. Profectò beatus hac inopia, per quam diuinis ſemper laudibus inhærebat, ſicut Propheta dicit ad Dominum,* Pauper & inops laudabunt nomen tuum. *Fuit enim vir ingenio luculentus, vita præcipuus, auctoritate reuerendus. Et ideò tot virtutum ornatus inſignibus, ad tam celſum officium non acceſſiſſet indignus; honorem ſummæ dignitatis graue animi onus æſtimans, paruámque negligentiam Pontificis ingens animarum diſcrimen eſſe conteſtans, Ideirco nullo ſe deſidioſo otio tradidit, nec luxurioſo conuiuio effuſióque ſeruiuit, ex quibus rebus & animarum morbi naſcuntur & corporum. Hic itaque pater ſummi atque Paſtoris imitator exiſtens, egregius Præſul Sedis Apoſtolicæ fuit, qui diuina præcepta fecit & docuit. Vnde eum magnum inter Sanctos eſſe confidimus, iuxta promiſſionem Chriſti Domini dicentis :* Qui fecerit & docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum.

S. ANASTASIVS P. R. LI.

ANaſtaſius Papa electus die 28. Nou. Sal. Ann. 496. vſq. ad 13. Kal. Decemb. 498. ordinauit Epiſcopos 16. Presbyteros 12. Diaconos.....

1. *Multi potentes oppreſſi ſunt validè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum.* 11. Eccl. 6.

A *Digniſſimus* Presb. Card. S. R. E. occiſus in ſeditione Laurentij Antipapæ contra Symmachum, teſte *Anaſtaſio in Symmacho*.

S. SYMMACHVS P. R. LII.

KAl. Dec. Sal. An. 498. Electus, vſq. ad 13. Kal. Aug. 514. ordinauit Epiſcopos 117. per loca diuerſa. Presbyteros. 92. Diaconos 16.

Epiſcopi Cardinales ſub Symmacho.

1. *In quo erat doctrina & veritas.* 8. Leuit. 8.

B*Ellator* Cardinalis S. R. E. Epiſcopus *Oſtienſis* Concilio adfuit Romano primo, ſub Symmacho: Sal. Anno 499. pro legitima electione Pontificis.

2. *Vir ſapiens fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus.* 24. Prouer. 5.

DVlcitius Card. S. R. E. Epiſc. *Sabinus* in Romano Concilio 11. ſub Symmacho; Sal. An. 499. pro legitima electione Pontificis, ſeditiones compreſſit.

3. *Seruite ei in veritate.* 1. Reg. 12. n. 24.

A*Riſtus* Card. S. R. E. Epiſcop. *Oſtienſis*, cuius memoria in Synodis Romanis ſub Symacho, Sal. Anno 502. cum Æcumenicis concors aduerſus ſeditioſos.

4. *Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum; & fraudes labia eorum loquuntur.* 24. Prouer. 1.

C *CHryſogonus* Cardinalis S. R. E. Epiſc. *Albanus* Synodis adeſt Romanis ſub Symmacho, pro veritate fortis, & validus contra ſciſmaticos.

Iulianus Epiſcopus *Sabinus*, teſte Vghello in *Epiſcopis* Sabinis, cuius memoria recurit in tomo ſeptimo Baronij: ſed fallitur Vghellus; vel locum citatum ego inuenire non valui. Iulianus quidem legitur Epiſcopus *Signinus*, non *Sabinus*. Anno 551. n. 11.

5. *Eloquia Domini, eloquia caſta.* 9. Pſal. 7.

D *CAſtus* Card. S. R. E. Epiſc. *Portuenſis* Concilio adeſt Romano VI. Sub Syſiacho, Sal. An. 504. Capiti ſemper cohærens Romano, aduerſus vſurpatores bonorum Eccleſiæ, ne ſacra pollueruntur.

6. *Multa corriguntur per tuam prudentiam.* 24. Act. 2.

A*Deodatus* S. Ruffinę & Secundæ, vel Syluę Candidæ, vnus ex ſeptem Epiſc. Cardinalibus ſextæ adeſt Synodo Romanæ, cum Syſiacho pro morum reformatione, & tutela bonorum Eccleſiæ.

7. *Re-*

7. *Reges Gentium dominantur eorum: Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor.* 2.Luc.27.

CÆlius Bonifacius Ep.Card.Veliternus in Concilio Romano 1. Sub Symmacho, pro tollendo ambitu,in comitijs Pontificijs non ſine bonorum laude, & correctione malorum.

Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. Sap. 10.

A SYluanus, ſeu *Syluianus*, vel *Syluinus* in Synodo 3.4.5.6. comes fidelis S. Symmachi R.P. Hierarchicæ ordinationi incubuit. An cum eo coincidat, de quo in Martyrologio, die 10. Februarij? dubium. Lege Baronium.

Presbyteri Cardinales qui in Synodo Romana. 1.ſub Simmacho ſubſcripſerunt ordine Alphabetico.

CÆlius Laurentius Archip. tit.S.Praxedis Antipapa eleuatus contra Symmachum in hoc Concilio creatus Epiſcopus Nucerinus teſte *Anaſtaſio*.
Aſterius presb. tit. S. Pudentis.
Andreas presb. tit. S. Matthæi.
Abundantius presb. tit. S. Sabinę.
Aſellus presb. tit. S. Suſannę.
Agatho presb. tit. S. Suſannę.
Anaſtaſius presb. tit. S. Anaſtaſiæ.
Acontius presb. tit. Faſciolæ.
Agapetus presb. tit. SS. Apoſtolorum, *poſtea Papa*.
Adeodatus presb. S. Martini. tit. Equitij.
Abundius presb. tit. S. Marci.
Bonus presb. tit. S. Creſcentianę.
Benedictus presb. tit S. Caij.
Bonifacius presb. tit. S. Ceciliæ.
Creſcentius presb. tit. SS. Apoſtolorum, cuius mentio in ep. 1. S. Symmachi ad Eonium.
Cyprianus presb. tit. S. Marci.
Dominicus presb. tit. S. Creſcentianę.
Dominicus presb. S. Priſcę.
Dionyſius presb. tit. S. Emilianę.
Epiphanius presb. tit. S. Cyriaci.
Epiphanius presb. tit. S. Apoſtolorum.
Epiphanius presb. tit. Faſciolę.
Eutyches presb. tit. S. Emilianę.
Felix presb. S. Martini in tit. Equitij poſtea Papa.
Gordianus presb. tit. Pammachij.
Geneſius presb. tit. S. Nicomedis.
Hilarius presb. tit. S. Laurentij in Lucina.
Ianuarius presb. tit. Veſtinę.
Iuſtinus presb. tit. S. Pudentis.
Iouinus presb. tit. S. Emilianæ.
Io: tit. Pammachij.
Iulianus presb. tit. S. Anaſtaſię, quem educatum à Papa Gelaſio dicit *Dionyſius exiguus in ſua præfatione collectionis decretorum Romanorum Pontif. ad Iulianum presb. S. Anaſtaſiæ: eam habes to. 1. Concil. edit. Pariſien.* de quo ſupra in *Gelaſio. PP.* 50.
Laurentius presb. tit. S. Laurentij in Lucina.
Martianus presb. tit. S. Cecilię, de quo ſupra in *Gelaſio PP.* 50.
Martinus presb. tit. S. Cyriaci in Thermis.
Marcellinus presb. tit. S. Iulij.
Marcellus presb. tit. S. Romani.
B *Marcus* presb. tit. S. Laurentij in Lucina.
Opilio presb. tit. Veſtinę.
Petrus presb. tit. S. Clementis.
Paulinus presb. tit. S. Iulij.
Proiectitius presb. tit. S. Laurentij in Damaſo.
Paſchaſius presb. tit. S. Euſebij.
Petrus presb. tit. S. Chryſogoni.
Paulinus presb. tit. Faſciolę.
Petrus presb. tit. S. Praxedis.
Paulinus presb. tit. S. Laurentij.
Redemptus presb. tit. S. Chryſogoni.
Romanus presb. tit. Tigridę.
Redemptus presb. tit. Tigridę.
Soranus presb. tit. Veſtinę.
Sebaſtianus presb. Nicomedis.
Seruus Dei presb. tit. S. Clementis.
C *Sebaſtianus* presb. S. Martini, tit. Equitij.
Seuerus presb. tit. S. Caij.
Stephanus presb. tit. S. Marcelli.
Septimius presb. tit. S. Iulij.
Stephanus presb. tit. S. Euſebij.
Timotheus presb. tit. S. Marcelli.
Vrbicus presb. tit. S. Clementis.
Valens presb. tit. S. Sabinę.
Valentinus presb. tit. S. Euſebij.
Victorinus presb. tit. Sabinæ.
Vincomalus presb. tit. S. Creſcentianæ.
Venantius presb. tit. S. Marcelli, legatus Hormiſdæ ad Orientales. *Anaſt. in vita Hormiſdæ*.

Subſcriptio Diaconorum.

FVlgentius Archid. S. R. E. promotor Synodi Romanæ, ſub Symmacho.
Cyprianus Diaconus S. R. E. regionis ſeptimæ his ſubſcripſi, & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atq; in hac me profiteor manere ſententia.
Anaſtaſius Diac. regionis primę ſubſcr.
Ioannes regionis ſecundę ſubſcr: legunt alij *Citonatus* Diaconus regionis quintę ſubſcr.
Farnenſis Diac: regionis tertiæ S. vel *Tarrenſis*.
Tertullus Diaconus regionis quartę?
D *Citonatus* Diac. in regione 5. & 12.
Ioannes Diac. in regione 2. & 9.
Cælius Ioannes Diac. in regione 7. & 14.

Ex his collige titulos Cardinales, *Cardinales* fuiſſe appellatos à loco, non à Perſona: cum duo, vel tres Presbyteri eodem tempore exercere in eodem Titulo reperiantur.

Hæc omnia ex Codice exemplari Conciliorum. Adiungit Panuinius.

Cardinalium Presbyterorum, & Diaconorum Nomina qui adfuere Concilio Romano IV. ſub Symmacho An. 502.

Abundantius	Creſcentius	Ioannes poſtea Pa-		Marcus	Paſchaſius	Seruus Dei
Adeodatus	Chryſogonus	pa nomine Io:11.		Marcellus	Paulinus	Seuerus
Adeodatus	Chryſogonus	Iulianus		Martinus	Paulinus	Stephanus
Agatho	Epiphanius	Iulianus		Maximus, vel	Petrus	Timotheus
Anaſtaſius	Fortunatus	Laurentius	A	Maximinus	Proiectitius	Tinulus
Benedictus	Hilarius	Litorius		Octauianus	Sebaſtianus	Venantius
						Vincomalus

Diaconi Cardinales.

Anaſtaſius	Agapetus	Hormiſda	Ioannes

S. HORMISDA PP. LIIJ.

ELectus 8. Kal. Aug. 514. ad Idus Aug. 523. ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa 55. Presbyteros. 21. Diaconos......

Presbyteri Cardinales ſub Hormiſda.

1. *In labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum.* 2. Cor. 11.

S*Ilverius* Presb. Card. S. R. E. Papa futurus, & in exilio extinctus.

2. *In Ægyptum deſcendit populus meus, vt colonnus eſſet ibi: & Aſſur abſq. cauſa calumniatus eſt eum.* 52. Iſai. 4.

B*Landus* S. R. E. Presb. Card. Legatus Hormiſdæ R. P. ad Orientalès, teſte Anaſtaſio in *Hormiſda* ac in Indiculo legatis ad Iuſtinianum Imperatorem miſſis *to. 4. Conc. in Hormiſda* Accuſatus apud Papam à monachis Scythię. *ep. 63. ad Legatos* ab eodem Hormiſda Romam reuocatur, vt delationem purgaret: libera interim cuſtodia detentis Monachis Scythis; vt veritas elucefferet accuſationis. *ep. 63. Hormiſdę. tom. 4. Concil. ad Legatos.* Plura de eo leges in epiſtolis Hormiſdæ. 41. 42. 43. In ſuggeſtione eius Blandi, poſt epiſtolam 62. Lege *ep.* 52. Suggeſtionem eiuſdem Blandi poſt epiſtolam. 40.

B 3. *Et quicumq; non receperit vos, neq; audierit Sermones veſtros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate excutite puluerem de pedibus veſtris.* Matth. 15.

V*Enantius* S. R. E. Presb. Card. Hormiſdę Legatus ad Anaſtaſium Imperatorem pro reintegratione Communionis Catholicæ, ac fidei profeſſione exigenda, vt ex Indiculo legatis dato, extat *to. 4. Concil. in Hormiſda*, ea lege, ne cum Græcis in menſa commiſceretur communi; priuſquàm myſtica reſtitueretur: tunc enim eſſet illa C iucundior. Legatione religiosè functus, vt ex epiſtola Anaſtaſij Imper. ad Hormiſdam n. 5. inter Hormiſdæ epiſtolas; & *ep.* Synodica Epiri. *ibid.* Romam redijt, purgationem ſubire coactus aduerſùs calumnias Monachorum.

Diaconi Cardinales.

4. *Probatum terrę, purgatum ſeptuplum.* 11. Pſal. 7.

V*Italis* Diaconus Card. S. R. E. Hormiſdæ legatus ad Græcos vnà cum Venantio Presbytero, Ennodio & Fortunato Epiſcopis ad Græcos, vt ex Indiculo eis dato, quem habes inter Concilia, in vita Hormiſdæ. Accuſatus & ipſe a Scythis Monachis iniuſtè de hæreſi apud Pontificem, Romam reuerſus ſeipſum canonicè purgauit. Lege infra in *Dioſcoro*: Bibliothecarium in *Hormiſda.*

5. *Odio habuerunt me, gratis.* 15. Io: 25.

F*Elix* Diac. Card. S. R. E. Hormiſdæ legatus cum Vitali ad Græcos calumniam paſſus à Monachis, Scythis, Romam venit, vbi Scythę coacti fuerant Legatorum reditum expectare, vt ordine legali iudicium ſubirent. Bibliothec. *in Hormiſda.* Indiculus datus Legatis ſupracitatus. D *Epiſtola Hormiſdę 63. & ad* Io: *Ep. Conſtantinopol. Suggeſtiones Legatorum.*

6. *Iuſtus perit & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordię colliguntur: quia non eſt qui intelligat; a facie enim malitię collectus eſt iuſtus.* Iſai. 57. n. 1.

D*Ioſcorus* Diaconus Card. S. R. E. Hormiſdæ legatus ad Orientales, Anno Sal. 519. vt ex epiſto-

epiſtolis 33. 34. 53. 53. 54. 55. *62.* Hormiſdę, inter Concilia; & in ſuggeſtionibus Legatorum; ac narratione geſtorum ſuorum: *ibid:* Accuſatus à Monachis Scythis ac Hæreticis apud Hormiſdam, *Ep. 63. Hormiſda ad Legatos*, pluribus ſuggeſtionibus ad Hormiſdam datis, quæ leguntur ibidem poſt Ep. *65.* non ſolum ſe purgauit, ſed Papam monuit: Caueret ab eis, quod *Vnum de Trinitate crucifixum* dicerent. Romam reuerſus Antipapa eleuatur contra Bonifacium. II. (teſte *Anaſtaſio Bibliothecario*) in Baſilica Conſtantiniana, ſed morte præuentus ceſſit Bonifacio, quamuis cum *eoplurima* eſſet multitudo, & forſan Canonicè; manu namq; Athalarici Gottorum Regis pręualuit Bonifacius Gothica gente prognatus, qui mortuo inſultans Dioſcoro, conuocato Clero, eum anathematizauit, *Zelo & dolo* ductus, eo pretextu, quod Simoniacè vota paraſſet: vt ex *Ep. Iuſtiniani Imper. ad Vigilium Papam. Dioſcorus cum nihil in fidem pecaſſet, tamen ſolum propter Eccleſiaſticum ordinem, poſt mortem ab eadem Eccleſia Romana anathematizatus eſt.* Calumnia hæc fuerit contra Dioſcorum? Annuere videtur Anaſtaſius dicens: *Zelo & dolo agebat Bonifacius.* Item, *Nullus ſubſcripſit.* Tandem quia Agapetus ſecundus in ſede poſt Bonifacium, *libellos anathematis, quos inuidia dolo extorſerat Bonifacius, Presbyteris, & Epiſcopis contra Canones & contra Dioſcorum, in medio Eccleſię congregatis omnibus, & conſumpſit, & abſoluit totam Eccleſiam ab inuidia perfidorum.* Signanda ſunt nomina *inuidia*, *extorſionis*, *perfidia*, quibus vocabulum *Zeli* pro maligno tentamine Bonifacij interpretemur, & inter Antipapas numeremus; ni in faſtis Sanctorum recurreret. Lege vitam Bonifacij. II. à me conſcriptam.

S. IOANNES P. LIV.

CReatus Idibus Auguſti An. 523. vſq; ad *6.* Kal. Iun. *526.* ordinauit Epiſcopos per loca diuerſa, 15. Presbiteros...... Diaconos......

CArdinales à Ioanne. I. creatos non inuenio, quia coactus à Theodorico Gothorum Rege, legationem ſubire ad Græcum Imperatorem, re infecta cum rediiſſet, in carcere obijt. Lege vitam Io: I, a me conſcriptam.

S. FELIX IIJ. PP. LV.

FElix III. Electus die 24. Iulij. An. *526.* ad 4. Idus Octob. 530. Ordinauit Epiſcopos *29.* Presbiteros 55. Diaconos 4.

Cardinales ſub Felice, quos proferam, non habeo.

S. BONIFACIVS IJ. PP. LVJ.

POntificatus II. Electus die XV. Octob. An. 530. vſq. ad XVII. Octobris 531, ordinauit Epiſcopos...... Prebyt. ...... Diaconos......



INſignia quæ hic vides adiecta Bonifacio II. plicta in M. S. Cornelio Piſcopiæ Venetijs cum occurrant: Veritas ſit penès auctorem.

Cardinalium S. R. E. quorum memoria recurrit in Concilio Romano III. ſub Bonifacio II. Anno. Sal. 531. Seſſione I.

Cardinales Presbyteri.

Andreas	Cyriacus	Hilarius	Mercurius.	Pullio	Valentinus
Bacauda	Dulcitius	Ianuarius.	Paulus.	Redemptus	Viuulus.
Barbarus	Epiphanius	Innocentius.	Petrus.	Ruſticus	Viuulus.
Bonus	Euentius	Ioannes.	Petrus.	Sanctulus	Vrſus.
Benedictus	Florentius.	Laurentius.	Petrus	Sebaſtianus	
Creſcentionus	Gaudioſus.	Laurentius.	Petrus.	Seleucus.	
Cęleſtinus	Gaudioſus.	Libertinus.	Philippus	Seruus Dei.	

Cardi-

Cardinales Diaconi ſub Bonifacio II.

TRibunus Archidiaconus
Agapitus poſtea Papa teſte Liberato Diacono *in Breuiar. c. 21.*
Donatus
Palumbus.

Vſque huc ſunt nomina Cardinalium, quæ recurrunt in ſeſſione prima Concilij Romani II. ſub Bonifacio II. In ſeſſione verò ſecunda vltra nomina ſupraſcripta, leguntur etiam inter Presbyteros,

Albinus
Andreas
Florentinus, vel *Florentius* idem forſan, qui in ſeſſione prima.
A *Renatus*

Inter Diaconos.

DOnus legitur, idem forſan cum *Donato*, qui eſt in Seſſione prima.

Saulus autem qui & Paulus repletus Spiritu Sancto 13. Act. 7.

VIgilius S. R. E. Diaconus Cardinalis creatus à B Bonifacio II. teſte Anaſtaſio in *vita Bonifacij* II. eiuſq; ſucceſſor in Romano Pontificatu, & ab eodem Romam reuocatus, Byzanzij cum eſſet Legatus Sedis Apoſtolicæ, creatus eſt Antipapa, tandem Papa vt legitur in eius vita.

S. IOANNES PP. LVIJ.

ELectus Ioannes Anno Sal. 531. vſq; ad 6. Kal. Iulij. 535. ordinauit Epiſcopos 21. Presbyteros 15.

Sepultus in Baſilica S. Petri habuit ſequens epithaphium ei poſitum ab Agapeto eius ſucceſſore, quod impreſſorum incuria deficit in vita Ioannis.

MEnte pia viuens Chriſti nutritus in aula
Et ſola gaudens ſimplicitate boni
Blandus in obſequijs, & puro plenus Amore
Pacificam vitam iure quietus agens.
Qui gratus populis; & celſo dignus honore
Sumpſiſti meritis Pontificale decus:
Commiſſumq; tibi paſcens, bonitate magiſtra
Seruaſti cunctum ſub pietate gregem.
Pro quo ritè tuum venerans Agapetus honorem,
Præſtitit hæc tumulo munera grata tuo.
C *Qui nunc Antiſtes Romana celſus in Vrbe,*
Sedis Apoſtolicæ culmina ſacra tenet.

HOc tempore deceſſiſſe *Andream* Cardinalem S.R.E. poſtea Epiſcopum ...... refert Baronius Año Sal. 585. cuius loci fuerit Epiſcopus? ignoratur. Caietæ namq; ſepultus, priuſquam ibi Cathedra erecta eſſet Epiſcopalis, loci vicinioris Epiſcopus arguitur fuiſſe, nempe vel Formianus, vel Minturnenſis Neapolim verſus: aut Fundanus, vel Terracinenſis, in quibus locis conſiſtebant Epiſcopatus, vt conſtat ex actis primę ſynodi ſub Symmacho, & ex Epiſtolis S. Gregorij. Columnenſis fuiſſe familiæ Andream, inſignia probant adiecta tabulę ſepulcrali, in qua ſequens inciſum eſt Epitaphium.



PAnde tuas Paradiſe fores, ſedemq; beatam,
Andreæ meritum ſuſpice Pontificis:
Cultor iuſtitiæ, doctrinæ, & pacis amator:
Quem vocat ad ſummum vita beata bonum.
Plenus Amore Dei neſciuit viuere mundo
At famulo Chriſti gloria Chriſtus erat.
Quæ meditata fides, & credita ſemper inhæſit,
Hæc te vſq; ad Cælos, & ſuper aſtra tulit.
Nunquam de manibus tibi lex diuina receſſit:
Eloquium Domini vixit in ore tuo.
Romanamq; prius decorauit presbyter Vrbem.
Culminis auctus honor hic dedit eſſe Patrem,
Diſtrictus ſub iure pio, & moderamine certo,
Vtq; bonus Paſtor texit ab hoſte gregem,
Hoſpitibus gratus, ſe ipſum donauit egenis
Illos eloquio, hos ſatiabat ope.
Præſule ſub tanto florens Eccleſia Mater,
Creuit muneribus, creuit & officijs.

Vixit Ann. P M. LXX. Presb. Romanus VIJ. Et in EP. Ann. XXVIJ. M. X. D. XX.
Requieuit in pace XIIIJ. Kal. Nou. Conſ. Decij Iun.

Eius pictam effigiem expoſuit Ferdinandus Vghellus libello *Columnenſis familiæ Cardinalium p.* 1. quam dabimus in tabellà ſingulari cum iconibus omnium Cardinalium Columnenſium.

HOc eodem ſęculo alius huius nominis, *Andreas* ſcilicet repetitur Epiſcopus Fundanus apud D S. Gregorium *Dialog. lib.* 1. *cap.* 7. & *lib.* 3. c. 8.

S. AGA-

S· AGAPETVS, VEL AGAPITVS PP· LVIIJ·

AGapetus Anno Sal. 535, creatus Pontifex ad diem 20. Septemb. 536. ordinauit Epiſcopos 11. Diaconos 4. Presbyteros......

Diaconi Cardinales ſub Agapeto.

1. *Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum: & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia*. Malachiæ. 3.

THeophanes S. R. E. Diac. Card. legatus S. Agapeti Papæ ad Concilium Conſtantinopolitanum An. Sal. 536: vt ex actis quintæ ſynodi. *Seſſ.* 1. *Act.* 1. celebratum tempore Interregni Pontificij, poſt obitum Agapeti, contra Anthimum, Seuerum, alioſq. Acephalorum Principes: fide ſeruata Con- B cilij Niceni contra Arium: Conſtantinopoli- A tani contra Macedonium; Epheſini aduerſus Neſtorium; & Chalcedonenſis contra Euthychem.

2. *Sicut aſtus in ſiti, tumultum alienorum humiliabis: & quaſi calore ſub nube torrente, propaginem fortium facies*, 25. Iſai. n. 9.

PElagius S. R. E. Diac. Card. legatus S. Agapeti Papæ ad Concil. Coſtantinop. *Act.* 1. *Seſſ.* 1. *V. Synodi & in Collat. 7. eiuſdem Concilij* vnà cum Theophane. Papa futurus hoſtis acerrimus hæreticorum vt in eius vita.

S· COELIVS SILVERIVS PP· LIX·

ELectus Anno Sal. 536. ad 12. Kal. Iulij 540. ordinauit Epiſcopos 19. Presb. 13. Diaconos 5. Vitam Martyrio conſumauit, carcere abſumptam, vnde Cardinales ab eo creatos non habemus.

S· VIGILIVS P. R. LX.

CReatus die 4. Kal. Iulij Sal. Anno 540. vſq; ad diem..... Anni 555. ordinauit Epiſcopos 81. Presbyteros. 46. Diaconos. 16.

Epiſcopi Cardinales ſub Vigilio.

1. *Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorum immortalitate plena eſt*. Sap. 3.

VAlentinus S. R. E. Cardinalis Epiſcopus *Syluæ Candidæ*, ſiue *S. Ruffinæ, & Secundæ*, Romæ Vicarius ſibi ſubrogatus à Vigilio Papa dum iſte Byzantium traheretur, teſte Anaſtaſio. Siciliam vſq; Pontificem comitatus; cum nauibus frumento oneratis Romam remiſſus, à Gothis captus in portu Romano, & à Totila Rege, manuum amputatione C minutus, in Romano Concilio, quod congregauit Vigilius, per alium ſubſcripſit, nempe Zacchæum Epiſcopum, qui cum cæteris Occidentalibus aderat.

2. *Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum & conſecrauit*. 8. Leuit. 2.

ANdreas S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis Pelagium ſacrauit & vnxit in Papam teſte *Anaſtaſio*, iure priuilegij quod ad Oſtienſem ſpectat.

Presbyteri Cardinales.

3. *Tu eris ſuper domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni ſolio te præcedam*. 41. Geneſ. 41.

AMpliatus S. R. E. Presb. Card. Vigilij Papæ Vicarius, in Vrbe Roma, dum iſte Byzantium traheretur teſte *Anaſtaſio* 1. Catanã Siciliæ Vrbẽ cum perueniſſet Vigilius à Græcis fune mancipatus, per- D miſſus ibi facere ordinationem, *Ampliatum* in Preſbyterum conſacrauit, Romamq; remiſit titulo *Vicedomini* vnà cum *Valentino* Epiſcopo S. Ruffinæ, ad cuſtodiendum Lateranum, & regendum Clerum.

Diaconi Cardinales.

4. *Confeſſio & magnificentia opus eius*: 110. Pſal. 3.

THeophanius S. R. E. Archidiaconus, qui cum Papa Vigilio in Romano Concilio, fidei confeſſioni ſubſcripſit. *to.* 5. Concil.

5. *Et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi*. 110. Pſal. 3.

PElagius S. R. E. Diac. Card. qui Vigilij Papæ conſtituto ſubſcripſit *to.* 5. *Concil.* eius memoria recurrit in damnatione Ruſtici Diaconi. *collat.* 7. *Concilij Conſtantinop.* 11.

6. *Diri-*

6. Dirige me veritate ſua, & doce me quia tu es Deus ſalnator meus, & te ſuſtinui tota die. 24. Pſal. 5.

PEtrus S. R. E. Diac. Card. Vigilij Papę conſtituto ſubſcripſit (*to. 5. Concil.*) apprime ſollicitus dę veritate Catholica.

7. Penitentiam agentes, & pra angaſtia ſpiritus gementes. Sap. 3.

SEbaſtianus S.R.E. Diaconus Cardinalis cum Vigiliũ Papam comitatus eſſet Byzantium, videns eum communicare cum ijs, qui damnauerant *Tria Capitula.* (decreuerat enim Vigilius ad declinandum Schiſma) quod impendere videbatur, vt contentio quæ de perſonis erat, non de fide, Concilio decidenda remitteretur vniuerſali, ab eo ſe ſubtraxit, quaſi ab hoſte Synodi Chalcedonenſis, cum alijs clericis Eccleſiæ Romanæ. Hinc ab eodem Vigilio in *collat.* 7. *Concilij Conſtantinop.* 11. redargutus, quòd immeritò ad temporaneam dignitatem aſſumptus, vt Patrimonium adminiſtraret Dalmatiarum; modo reſractarius, & ingratus poſtquam cęnam habuiſſet cum eodem Papa, nocte ſecedens in eum conſpiraret cum Seditioſis, *collat.* 7. *cit.* tuendi prętextu Concilium Chalcedonenſe: hinc dignitate ſpoliatus, licet reſtitutus poſtea, cum Synodum adprobauit Conſtantinopolitanam.

8. Ego autem in multitudine miſericordię tuę introibo in Domum tuam. 5. Pſal. 8.

RVſticus S.R.E. Diac. Card. affinis Vigilij Papæ, qui pro defẽſione *Trium Capitulorũ*, cõmẽtariũ ſcripſit per dialogiſmum aduerſus acephalos, quæ omnia damnauit Vigilius cum ſuis auctoribus, Anno Sal. 550. vt habes *collat.* 7. *Concilij Conſtantinopolitani.* 11. Reſractarius iſte, & ingratus beneſactori ſuo, ad dignitatem aſſumptus cępit inſultare Pontifici; hine dignitate diaconali priuatus, fuit poſtea reſtitutus ab eodem Vigilio, cum Synodum Conſtantinopolitanam probauit. Ad hunc Ruſticum Iuſtinianus Valentiæ Epiſcopus librum reſponſionum de interrogatis quęſtionibus, direxit.

9. Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis, arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.
44. Pſal. 23.

PAulus S.R.E. Diac. Card. Germanus Vigilij Papę, de quo mentionem facit ipſe Vigilius in damnatione Ruſtici Card. Diac. *collat.* 7. *cit.* fortis, & conſtas non dubitauit Ruſticum redaguere, & Vigilium quamuis in caſtris inimicorum propugnare.

10. Hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum; 23. Lucæ 52.

SVrgentius S. R. E. Diaconus Primicerius Archicãcellarius E.R. qui ſententiam latam à Vigilio Papa in Schiſmaticos, his denunciauit. *Collat.* 7. *cit.* quamuis a Schiſmaticis illectus aduerſus Pontificẽ.

11. Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & ſciret: quoniam omnium potentior eſt ſapientia. 10. Sap. 12.

A ANatolius S.R.E. Diaconus; cuius mentio recurrit *Coll.* 7. *cit.* obſeruator Ferrãdi Diaconi Carthaginenſis, doctrina Celebris quæſtionibus Theologicis amicè certauit: eumdemq; excitauit ad reſiſtendum edicto Iuſtiniani Imper. *de Tribus Capitulis.*

12. Filius ſapiens lętificat patrem. 15. Prouer.. 20.

SApatus S.R.E. Diac. Card. cuius memoria in (*Collat.* 7. *cit.*) nobilis atq. filialis facta a S. Vigilio Papa recurrit aduersùs Ruſticum, & Sebaſtianum.

13. Ecce dies venient, dicit dominus: & comprebendet arator meſſorem, & calcator vuę mittentem ſemen. 4. Amos. 13.

B ARator S. R. E. Cardinalis Subdiaconus, natione Italus, profeſſione Monachus S. Benedicti, vir doctiſſimus, & Poeta laureatus. Cardinalem fuiſſe teſtatur Trithemius de *Scriptor. Eccleſ.* Ferd. Vghellus *Mon. Ciſter.* Huius occaſſione lector aduertat, me, in poſterum *Subdiaconos* Cardinales præteriturum, quod tribus tantum claſſibus, Epiſcoporum ſcilicet, Presbyterorum, & Diaconorum, ordinem Cardinalium Eccleſia componat Romana. *de Aratore lege Poſſeuinum in Apparatu Sacro.*

14. Dedit ei Deus Cęli, virtutem reſiſtendi. 5. Iudith. 19.

C STephanus Diac. S.R.E. cuius memoria in *Collat.* 7. *cit.* Pelagij ſucceſſor in munere Apocriſarij, apud Iuſtinianum Imperatorem Byzantij, excelsà Eccleſiæ Romanæ gloria, vnà cum Dacio Ep. Mediolan. reſtitit Iuſtiniano Auguſto edictum promulganti de Tribus Capitulis, cui plures cum ſubſcripſiſſent blanditijs, à Stephano admoniti ſubſcriptionem retractarunt.

15. Aſſumens volumen fęderis legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia, quę locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes. 24. Exod. 7.

ÆTius Diac. Card. S. R. E. cuius mentio recurrit in *Collat.* 7. *cit.* Sub titulo Archidiaconi, qui in Synodo V. Generali *Collat.* 7. Canonum
D Conſtituta relegit à Vigilio decreta; toto plaudente Concilio.

PELAGIVS PP. LXI.

ANno Sal: 555. Pelagius electus, ad 11. Martij 559. ordinauit Epiſcopos 40. Presbyteros 26. Diaconos 9.

1. Pro-

1. *Propter iniquitatem corripuiſti hominem.* 38. Pſal. 12.

P*Etrus* S. R. E. Presb. Card. Legatus S. Pelagij ad corrigendos Epiſcopos malè agentes vt ex *Ep. 11. Pelagij ad Narſetem patricium, & Du.* A *cem Italia, to. 5. Concil.* Thracium & Maximilianum, qui nomina tantum Epiſcoporum habentes, & Eccleſiaſticam vnitatem perturbantes accuſati fuerant apud ſedem Apoſtolicam. In eos Petro Presb. Card. directo auxilium inuocat Pelagius 11. *Ep. cit.*

JOANNES IIJ. PP. LXIJ.

ELectus XXI. Iulij 559. ad 4. Idibus, 572. ordinauit Epiſcopos 61. Presb. 38. Diaconos 13. Eccleſiam iſte cum abſoluiſſet SS. Philippi, & Iacobi, multis dotatam ornamentis, Titulum Cardinalem eſſe conſtituit, 51. ſi fides *Panuinio*: vnde Presbyterum Cardinalem etiam propoſuiſſe crederem.

BENEDICTVS J. PP. LXIIJ.

CReatus 16. Martij 573, ad prid. Kal. Aug. 577. ordinauit Epiſcopos 21. Presbyteros 15. Diaconos 3.

1. *Deus honorauit patrem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios.* 3. Eccleſi 3.

G*Ordianus* Senator Romanus pater S. Gregorij M. PP. Diaconus Regionarius S. R. E., vt ex imagine expreſſa coloribus ab eodem Gregorio, in ſuo Monaſterio, in cliuo Scauri, quam Io: Diaconus ita deſcribit. *In eius venerabilis Monaſterij atrio iuſſu Gregorij, iuxta Nimphium, duę iconę vetuſtiſſima* B *artificialiter depictæ vſq; hactenus videntur; in quarum alterà B. Apoſtolus Petrus conſpicitur, eumq; ſtantem Gordianum Regionarium, videlicet patrem Gregorij, manu dexterà per ſuſcepiſſe: cuius habitus coloris caſtaneæ planeta eſt, & ſubplaneta Dalmatica, in pedibus caligas habens, ſtatura longa, facies deducta, virides oculi, barba modica, Capilli condenſi, vultu grauis.* Caligæ, Dalmatica, ornamenta ſunt Diaconorum. *Regionarius* verò Titulus fuit Diaconorum Cardinalium S. R. E.

PELAGIVS IJ. PP. LXIV.

PElagius 511. creatus die 2. Nouemb. 577. ad 6. Id. Feb. 590., ordinauit Epiſcopos 48, Diac. 8. Presb. 82.

Presbyteri Cardinales.

1. *In ſancto habitas laus Iſrael* Pſal. 21.

H*Ilarius* Archip. Card. S. R. E. qui ſede vacante, ob mortem Pelagij 11. locum ſeruabat Sedis Apoſtolicæ, vt ex *Ep. Cleri Rom. ad Scotos*, apud *Bedam l. 2. Hiſt. Angl. c. 19.*

2. *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* 21. Pſal. 26.

C I*Oannes* S. R. E. presb. Card. Oratorium apud Thermas Agrippinas erexit, redditibus dotauit, vt in eo Monachi laudes Deo canerent, ſcripto de his teſtamento, quod tradidit Pelagio 11. licet M. Gregorius in eodem ſacras Virgines ſub cura *Bonæ* Abbatiſsæ collocarit. Extant literæ Gregorij M.

Diaconi Cardinales.

3. *Sic & laus tua in fines terræ.* 47. Pſal. 11.

S*Anctus Gregorius M.* inter Diaconos S. R. E. ſeptimus, poſtea Papa, & Pelagij 11. ſucceſſor, teſte Gregor. Turon. l. 10. c. 1.

4. *Inclytus & amictus auro primo, factum eſt vas teſteum, opus manuum figuli.* 4. Thren. 2.

L*Aurentius* S. R. E. Archidiaconus miſſus à Pelagio 11. Apocriſarius ad Mauritium Imperatorem teſte Gregorio *Ep. ad. Io: Conſtantinop.* fuit ob crimina, quæ ſilentio obuoluere interfuit, à S. Gregorio priuatus, & in eius locum ſubſtitutus Honoratus: vt in *regiſtro Epiſtolarum S. Gregorij. l. 2. Temporibus* D *Papæ Gregorij, Conſulatus Mauritij Auguſti Anno VII. depoſitus eſt Laurentius, qui primus fuerat in ordine Diaconus Sedis Apoſtolicæ, propter ſuperbiam, & mala ſua, quæ tacenda duximus; & factus eſt Archidiaconus Honoratus coram omnibus Presbyteris, Diaconibus, Notarijſq; Subdiaconis, vel cuncto Clero, in Baſilica Aurea.* Is ille Laurentius fuerit, qui teſte Io: Bap. Contareno *lib. 1. Veneta Hiſt.* Synodum Gradi congregauit ex Epiſcopis viginti Prouinciarum Iſtriæ & Venetiæ? dubium.

S. GREGORIVS M. PP. LXV.

S. Gregorius M. creatus Non. Septembris 590. ad XII. Martij 604. Ordinauit Epiſcopos 62. Presbyteros 38. Diaconos 5.

Nomina Presbyterorum, & Archipresbyterorum Titulorum, ac Diaconorum S. R. E. Cardinalium viuentium Anno Dominica Natiuitatis DC., ſub S. Gregorio Papa.

Prout à Ciaconio, Et Panuinio ſunt expoſitâ,

Laurentius.	Archipr. Card. in tit. S. Silueſtri in Exquilijs, tit. Equitij S. R. E.	A
Ioannes	Presb. Card. S. Geruaſij & Protaſij tit. Veſtinæ.	
Specius vel Specioſus	Presb. Card. tit. S. Clementis in monte Cœlio.	
Deuſdedit	Presb. Card. SS. Ioannis & Pauli tit. Pammachij ..... Poſtea Papa.	
Andromachus	Presb. Card. tit. SS. Duodecim Apoſtolorum.	
Creſcens	Presb. Card. tit. S. Laurentij, qui appellatur Lucinæ.	
Ruſticus	Presb. Card. tit. SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos.	
Vilus vel Vibilus	Presb. Card. tit. S. Chriſti M. Marcelli.	B
Petrus	Presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim tit. Iulij & Caliſti Pontific.	
Stephanus	Presb. Card. tit. Euangeliſtæ Marci.	
Felix	Presb. Card. tit. S. Chriſti M. Xiſti.	
Petrus	Presb. Card. Chriſti M. V. Balbinæ.	

Iuſtus	Presb. Card. tit. SS. Nerei & Achillei.
Specioſus	Presb. Card. S. Laurentij in tit. Damaſi Papæ.
Maurus	Presb. Card. tit. SS. Aquilæ & Priſcæ.
Victor	Presb. Card. tit. S. Chriſti M. & V. Ceciliæ trans Tyberim.
Ioannes	Presb. Card. tit. S. Chriſti M. Chryſogoni trans Tiberim.
Auentius	Presb. Card. tit. S. Chriſti M. & V. Praxedis.
Felix	Presb. Card. tit. S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
Bonus	Presb. Card. tit. S. Euſebij in Exquilijs.
Baſſus	Presb. Card. SS. Pudentis & Pudentianæ, tit. Paſtoris.
Albinus	Preb. Card. SS. Petri & Marcellini.
Auentinus	Presb. Card. tit. S. Cyriaci, qui eſt in thermis Diocletiani.
Fortunatus	Presb. Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum.
Andromachus	Presb. Card. S. Petri ad Vincula in tit. Eudoxiæ.

Catalogus ſupraſcriptus diſcrepat ab eo, quem legimus in Concilio Romano relato a Gregorio *ep. 44. l. 4.* ſolum quod *Bonifacius* in eo deficit. *Antonius* verò hic deficiens in eo abundat.

Archipresbyteri Titulorum Cardinalium,

Stephanus	Archip. SS. Geruaſij & Protaſij & Vitalis M. tit. Veſtinæ.	C
Placidus	Archip. tit. S. Chriſti M. & V. Balbinæ.	
Andreas	Archip. tit. S. Euangeliſtæ Marci.	
Ioannes	Archip. SS. Ioannis & Pauli tit. Pammachij.	
Agapitus	Archip. tit. SS. Duodecim Apoſtolorum.	
Ioannes	Archip. S. Silueſtri in Exquilijs, tit. Equitij.	D
Candidus	Archip. S. Chriſti M. Clementis in monte Cælio.	

Romanus.	Archip. S. Chriſti Pontificis Marcelli.
Leo	Archip. tit. S. Laurentij, qui appellatur Damaſi Papæ.
Probinus	Archip. tit. S. Cyriaci, qui eſt in Thermis Diocletiani.
Agapitus	Archip. S. Petri ad Vincula, tit. Eudoxiæ.
Gratioſus	Archip. tit. SS. M. Nerei & Achillei.
Bonifacius	Archip. tit. S. Chriſti M. Xiſti Papæ..... poſtea papa.

Alius Catalogus Presbyterorum Cardinalium in Concilio Romano ſub Gregorio M. PP. LV. Anno Sal. 601. *to. 5. Concil.*

Laurentius Presb. S. Silueſtri.
Io: presb. S. Vitalis.
Specioſus presb. S. Clementis.

Deuſdedit presb. S. Praxedis.
Andronicus presb. SS. Apoſtolorum.
Creſcens presb. S. Laurentij.

Deuſ-

Deuſdedit *presb. Ss. Io: & Pauli.*
Ruſticus presb. S. Suſanna.
Fidelis presb. S. Marcelli.
Petrus presb. Ss. Iulij & Calliſti.
Spectatus presb. S. Vitalis.

Stephanus presb. S. Marci.
Felix presb. S. Sixti.
Zoticus presb. S. Balbinæ.
Iuſtus presb. Ss. Nerei & Achillei.
Specioſus presb. S. Damaſi.

1. *Laus eius ab extremis terræ.* 42. Iſai. 10.

D*Euſdedit* Pontifex Rom. ante Pontificatum Cardinalis S. R. E. *tit. SS. 6. & Pauli*, vt patet ex vetuſto diplomate S. Gregorij Papæ, tabulę inciſo marmoreę, quæ adhuc extat in ipſorum Sancto-
A rum titulo, verbis ſequentibus.

G*Regorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilectiſſimis in Chriſto filijs Deuſdedit. Cardinali, & Ioanni Archipresbytero tituli Ss. Io. & Pauli, & per vos in eodem titulo in perpetuum. Credita ſpeculationis impellimur cura &c.* Platina.

Nomina Cardinalium a nobis collecta.

2. *Fortitudo mea & laus mea Dominus.* 117. Pſal. 14.

G*Lorians* ſeu *Glorioſus* S. R. E. Card. Epiſcopus Oſtienſis priuilegio indulto Abbatię S. Medardi in Gallia, reperitur ſubſcriptus An. 593. Eiuſdem meminit Gregorius *l. 7. Ep.* 11. Io: Diacon. *l. 3. vita Gregorij. c. 7.*

3. *Memoria iuſti cum laudibus.* 10. Prouer. 7.

G*Regorius* S. R. E. Card. Ep. Portuenſis priuilegium à S. Gregorio Papa indultum monaſterio S. Medardi in Gallia ſubſcripſit, dięceſis Sueſſionenſis. Anno 593. vt in *to: 5. Concil.* p. 1585.

4. *Maior enim eſt omni laude.* 43. Eccl.

F*Elix* S. R. E. Card. Epiſcopus *Portuenſis* Concilio adeſt Romano cum S. Gregorio, Anno 595. Die 5. Iulij. Eiuſdem meminit idem Gregorius *in Dialogis*; & *Ep.* 11. *l.* 7. vbiq; cum honore. Pro cleri namq. reformatione paſtor vigilans, traditiones
C quęſiuit antiquas.

5. *Magiſter ſequar te, quocumq; ieris* 8. Matth. 19.

S*Ergius* S. R. E. Card. Epiſcopus Prętestinus, qui S. Gregorij Papę diplomati indulto Eccleſię S. Medardi in Galijs Subſcripſit Anno 595. *to: 5. Concil.* tanti Magiſtri diſcipulus non indignus.

6. *Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi; vt Cooperatores ſimus veritatis.* 3. Io. 8.

P*Roculus* vel *Proconus* S. R. E. Card. Ep. Præneſtinus Romano Concilio II. cum S. Gregorio, An-
D no 595. in quo plura pro Cleri reformatione, & Curiæ decreta; auctore quidem S. Gregorio, ſed Proculo probante & cooperante.

7. *Non enim indicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum.* 1. Cor. 2. *n.* 2.

A*Rdeas* S. R. E. Card. Epiſcopus Albanus Anno 593. priuilegio ſubſcripſit S. Gregorij indulto Eccleſiæ S. Medardi, in Galijs. *to. 5. Concil.* Vir humilis, religioſus Chriſtum quærens Crucifixum.

8. *Recenſuerunt in Bibliotheca librorum, qui erant in Babilone repoſiti; & inuentum eſt in Ecbatanis volumen vnum* 1. eſdræ. 6.

IOannes S. R. E. Card. Epiſcopus Albanus, & S. Sedis Bibliothecarius priuilegio S. Gregorij conceſſo Abbati Honorato Sublacenſi Anno 594. *to. 5. Concil.* Antiquum eſſe manus Bibliothecarij & à Gentibus ad Chriſtianos traductam ſupra habes
B ex. 1. Eſdræ. 6.

9. *Neceſſarium exiſtimaui Epaphroditum fratrem, & cooperatorem & commilitonem meum & miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos &c.* 2. Philip. 25.

H*Vmilis* Ep. Card. Veliternus ſubſcribit conſtituto Gregorij, 1. pro monachis. *Baron. to* 8. in pluribus tanti Pontificis coadiutor.

10. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* 2. Lucę. 14.

H*Omobonus* S. R. E. Card. Epiſcopus Albanus Romano interfuit Concilio cum S. Gregorio Anno 595. pro reparanda Eccleſiaſtica diſciplina. Et iuuit quantum valuit pro eccleſię pace, & harmonica diſciplina.

11. *Venit vnus de Septem Angelis.* 17. Apoc. 17.

IOannes Ep. C. Veliternenſis, vnus ex ſeptem Epiſcopis Cardinalib. priuilegiò Eccleſiæ S. Medardi ſubſcripſit An. 593. præſens fuit Concilio celebrato per S. Gregoriū in Eccl. S. Petri An. Sal. 595. Indict. 4. die 5. Iulij. Extant ad eum Epiſtolæ S. Gregorij.

12. *Laus eius in Eccleſia Sanctorum.* 148. *Pſal.*

G*Erardus* Veliternus Ep. Cardin. aut *Gerardus*, vel *Ghirardus* ex monacho S. Gregorij papę ad Epiſcopatum aſſumptus An. 596. multis miraculis Velitris hoſtes ingruentes repulſit: vnde a ciuibus in protectorem aſſumptus annuo feſto ſolemniter celebratur.

CARDINALES DIACONI.

13. *Fructus honoris & honeſtatis*. 24, Eccl. 23.

TIberius Siluæ Candidæ Epiſcopus Cardinalis, Anno 593. priuilegio ſubſcribit Eccleſiæ S. Medardi : Inter honeſtos vir honeſtiſſimus verbo ſuo nunquàm deſecit, & a iuſtitia nunquàm receſſit.

14. *Accipe locum miniſterij & Apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum* 1. Act. 25,

HOnoratus I. Archidiac. Card. S. R. E. Apocriſa- A
rius S, Gregorij apud Imperatorem, vt ex *Ep*, 47. *l.* 1, eiuſdem Gregorij, ſubrogatus in locum depoſiti Laurentij, *regiſtrum Epiſtol. Greg, l.* 2,

15. *Inuocate nomina deorum veſtrorum; & ego inuocabo nomen Domini Dei mei: & Deus qui exaudierit per ignem: ipſe ſit Deus*, 3. *Reg*, 18, *n.* 24,

PEtrus Diac, Card, S, R. E. collector patrimonij Apoſtolici in Sicilia vt ex S. Gregorij *Ep.* 39. *l.* 1. *Ep.* 15, *l.* 3, *ep.* 71. *l.* 4. hic a pueritia Gregorio familiaris vt in exordio dialogij deſuper cum vidiſſet B
columbã deſcendentem ad aures Gregorij, teſte Io: Diacono *c.* 69. *l.* 4. Doctrinam magiſtri defendit viriliter aduersùs calumnias Sabiniani Papæ qui volebat libros cremare Gregorij, *Onuphrius Platina. Sigebertus. Anaſtaſius*, inuidoſq; prouocauit ad experimentum, vt ſi quod dixerat, iureiurando confirmans mori continuo meruiſſet, ipſi a librorum exuſtione deſiſterent; Sin verò ſuperſtes ſuo teſtimonio extitiſſet, ipſe quoque combuſtioni manuſdaret. Itaq; cum Euangelijs ambonem conſcendens inter verba veræ confeſſionis ſpiritum eſlauit 12. Martij. Anno 605. non longè à Sabiniano, iuxta Pyrgi ſepultus ideſt, C
Baſim cuiuſdam turris,

16. *Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei*. 1. Petri, 4. n. 10.

CYprianus Archidiac. Card. S. R. E. collector Apoſtolici patrimonij, in Sicilia, *Ep.* 94. *l.* 2. *Ep.* 50. 63. 72. *l.* 4. *Ep*, 104. 113. 120. 138, *l*, 5. *Ep*, 202. 205. 183. *l.* 6. *Ep.* 13. *l*, 12. *S. Gregorij*.

17. *Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam*. 24. Math. 45,

CAſtoreus Diac, Card, S. R. E. cuſtos patrimonij D
Apoſtolici in Vmbria., (*ep.* 68. *l.* 4. *S. Greg.*) rationem reddidit vſq; ad vltimum quadrantem,

18. *Qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat: quod egeſtas ſuperueniet &c.* 28. Prouer, 22,

SAbinianus Diac. Card. S. R. E, aporciſarius S. Gregorij ad Imperatorem *Ep.* 1, *l.* 7. *Ep.* 38. 39. *l.* 4. poſtea Papa, & Gregorij M, ſucceſſor, & inuidus calumniator auarus. Lege eius vitam,

19. *Hęc paſſus ſum abſq, iniquitate manus mea, cum haberem mundas ad Deum preces* 26. Iob. 18.

ANatolius S. R. E, Diac. Card. Sabiniani ſucceſſor in Officio Apocriſarij miſſus a S. Gregorio Byzantium, ibidẽ obijt, *Baron. Anno* 597. *n.* 5. & *l.* 7. *Ep.* 58, *S. Gregorij*. ſucceſſorem non habuit viuente Mauritio Imperatore, cuius ſæuitiem timentibus clericis Romanis, non eſt inuentus, qui munus ſubiret, vt ex *Ep*, M. *Gregor, ad Phocam Imperatorem*.

20. *Honorificati ſunt amici tui Deus: Nimis confortatus eſt principatus eorum*. 138. Pſal. 17.

PEtrus ex Monacho S. Andreę de Vrbe, Diaconus Cardinalis S. R. E. creatus a S. Gregorio Magno, Eccleſiæ Doctori chariſſimus & familiaris, mira vitæ Sanctitate clariſſimus, inuitus ad Cardinalatum euectus Eccleſiam iuuit conſilio, & exemplo, cęnobio nunquam deſerto. Mortuus eſt vir Sanctiſſimus 12. Martij anniuerſaria tranſitus magni doctoris, qui in ſuis Dialogis amicum cum voluiſſet interlocutorem, nunc in Cęlis impetrauit Socium. *Menologium Benedictinum. Vion. l.* 2. *ligni Vitę c*, 8.

21. *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra gaudium Domini tui*. 25. Matth. 21.

EVgenius Card. Diac. S. R. E. prouinciæ patrimonij pręfectus a S. Gregorio PP. *Ep.* 52. *l*, 10. *S. Greg. edit*, *Lugdun.*

22. *Afferte Domino gloriam nomini eius*, 28. Pſal, 2.

BOnifacius Card. Diac, S. R. E. S. Gregorij apocriſarius apud Phocam Imperatorem. vt ex *Ep*, 43. *l.* 11, *edit, Lugdun.* poſtea Papa nomine Bonifacij. III. plura impetrauit ab Imperatore ad gloriam Eccleſiæ Romanæ, Grecis ipſis reclamantibus,

Cancellarij S. R. E.

PEtrus Diaconus S. R. P.

SABINIANVS PP. LXVI.

SAbinianus Kal, Septemb, 604. creatus vſque ad XI. Kal. Martij, quo mortuus, creauit Epiſcopos 26.

BONI-

BONIFACIVS IIJ. PP. LXVII.

BOnifacius IIJ. Kal. XV. Martij Ann. *606.* electus vſque ad XII. Nouemb. creauit Epiſcopos XXI.

BONIFACIVS IV. PP. LXVIIJ.

BOnifacius IV. die 18. Septemb. *606.* electus, vſq. ad diem 7. Maij *614.* creauit Epiſcopos 35. Diaconos 8.

S. DEVSDEDIT PP. LXIX.

S. Deuſdedit XIIJ. Nouemb. *614.* electus, vſq. ad 8. Nouemb. *617.* quo mortuus creauit Epiſcopos 29. Diaconos 5. Presbyteros 9.

BONIFACIVS V. PP. LXX.

BOnifacius V. Kal. XIV. Decemb. *617.* electus vſq. ad 25. Octob. *625.* qua obijt, creauit epiſcopos 29. Presb. 27. Diaconos 4.

HONORIVS I. PP. LXXJ.

HOnorius I. die XIII. Maij *626.* electus, vſq ad 4. Idib. Octob. *638.* creauit epiſcopos 81. presbyteros 31. Diaconos 12.

SEVERINVS PP. LXXIJ.

SEuerinus Anno Sal. *638.* electus vſq. ad 4. Non. Aug. die tamen tam mortis, quàm electionis incerto; ſi verumquod notat Anaſtaſius, ab obitu Honorij, Sedem vacaſſe Anno 1. Menſibus 7. Diebus XVII. Anno moreretur Seuerinus quadrageſimo ſupra ſexcenteſimum: vnde ad libitum corriges chronologiam noſtram *in vita Honorij, & Seuerini*, Creauit Seuerinus Epiſcopos 4. presbyteros ..... Diaconos ......

Cardinales quorum nomina recurrunt ſub Seuerino.

1. *Eſto manſuetus ad audiendum verbum, vt intelligas: & cum ſapientia proferas reſponſum verum.* 5. Eccl. 13.

A

HIlarius Archiep. Card. qui interregno Seuerini, reſpondit Scotorum Legatis, reſte Beda *lib. 2. c. 19.* habes *to. 5. Concil. edit, Paris. Ep. 1. Io: Papa. IV.* de tempore Paſchatis celebrandi; atq. de abiuranda hæreſi Pelagiana.

2. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis concepit me mater mea,* Pſal. 50.

B

HOc argumento vſus eſt *Ioannes Scholaſticus* Diaconus S. R. E. Papa futurus aduerſus Scotos blaſphemantes cum Pelagio, *poſſe ſine peccato hominem exiſtere ex propria voluntate, non ex gratia Dei.* Ep. citata.

3. *Reſponſum acceperat à Spiritu Sancto.* 2. *Luc.* 26.

IOannes .... S. R. E. Primicerius deputatus ad regimem Eccleſiæ vniuerſæ, ſede vacante ob obitum Seuerini, ſolutionem dubiorum poſcétibus Scotorum Legatis reſpondit, vnà cum ſupraſcriptis Cardinalibus, dictante Spiritu Sancto, ne gens illa cum Quartadecimanis aberraret in celebratione Paſchatis: & eum Pelagianis crederet præter Chriſtum Dei & Hominum Mediatorem; hominem concipi ſine peccato. *Beda lib, 2, c, 19.*

4. *Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? ſi ad huc hominibus placerem: Chriſti ſeruus non eſſem.* 1. *Galetas* 10.

IOannes *Serenus Dei* Diaconus Card. S. R. E. Conſiliarius Sedis Apoſtolicæ; vnus ex eis, qui Scotorum Legatis errores diſſuaſerunt Pelagianorum. *Beda lib. 2. c. 19.*

IOANNES IV. PP. LXXIIJ.

IOannes IV. vltimo Die Anni *639.* electus, vſq; ad 4. Idus Octob. creauit Epiſcopos 18. Diaconos 5. Presbyterum. 1.

THEO-

THEODORVS P. LXXIV.

THeodorus electus Die 25. Nouemb. 641. obijt pridie Idus Maij. 649. creatis Epiſcopis 46 Presbyteris 21. Diaconis, 4.

Cardinales ſub Theodoro.

1……… } S. R. E. Diaconi Cardinales, & Apo-
2……… } criſarij ad Coſtantem Imperarorem vt ex *literis Pauli Ep. Conſtantinop. ad Theodorum. P.P.* quas habes *in Secretario 4. Synodi Romanæ* ſub Martino I. Cardinales fuiſſe diaconos patet, quia huius claſſis erant, quos Byzantium Roma mittebat Apocriſarios. *Sancimus* ait Iuſtinianus Imperator Nouella, 6, cap. 2. Quomodo oporteat Epiſcopos *aut*

A *per eos, qui res agunt Eccleſiarum, quos* Apocriſarios *vocant, aut per aliquos Clericos huc deſtinatos, notam imperio facere aut noſtris adminiſtratoribus, vt impetrent quod competens eſt.* Lege Hincmarum Rhemenſem c. 13. & 16. *de Ordine Palatij*: quo teſte; Apocriſarij miniſterium tunc primo inſtitutum eſt; cum Chriſti fidem Conſtantinus magnus amplexus eſt. *Bulengerus* de Imperio Romano lib. 4. c. 21.

S. MARTINVS M. P. LXXV.

S. Martinus electus Die prima Iulij, 649. vſque ad 12. Nouemb. 654. creauit Epiſcopos. 33. Presbyteros. 5. Diaconos. 5.

Cardinales viuentes ſub Martino I.

1. *Apers os tuu:::, & ego replebò illud.* Pſal. 80.

IOannes Vicus S. R. E. Card. Epiſcopus *Sabinus* Concilio adfuit Lateranenſi in quo cum 105. Epiſcopis, Typo proſcripto Conſtantis Imperatoris, Monothelitarum hæreſim, eiuſq; promotores Cyrum, Alexandrum; Sergium, Paulum, & Pyrrhum Conſtantinopol. condemnarunt Sal. Anno 642, auctore Martino. 1. Synodo in Laterano congregata.

2. *Audiens Sapiens ſapientior erit · & intelligens gubernacula poſſidebit.* 1. Prouer. 6.

EPiphanius S.R.E. Cardinalis *Ep. Albanenſis* Concilio adeſt Lateranenſi cum Martino. 1. contra Monothelitas.

3. *Dominum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe.* 1. *Petri.* 3. *n.* 15.

ALbinus Card, S. R. E. *Ep. Portuenſis* Con-
B cilio Lateranenſi adeſt ſupradicto cum Martino. 1.

4. *Canite tuba in Sion, vlulate in monte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ; quia venit dies Domini.*
Ioel. 2.

MArtianus S. R. E. Card. Epiſcopus *Preneſtinus* iudicium profert cum Martino. 1. in Syno-
C do Lateranenſi, aduerſus Monothelitas.

5. *Congregamini ſuper montem Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius.*
3. Ioel. 9.

AMabilis Card. S. R. E. Epiſcopus *Oſtienſis* inſanias damnat cum Martino. 1. Monothelitarum, in Concilio Lateranenſi, cui ſubſcripſit:
D eiuſq; mentio recurrit in *Cenſultat.* 4.

S. VITALIANVS P. LXXVII.

S. Vitalianus electus Die vltima Auguſti, An. 654. vſq; ad diem 27. Iauuarij. creauit Epiſcopos 97. Presbyteros 22. Diaconum. 1.

S. ADEODATVS P. LXXVIII.

S. Adeodatus electus 9. Aprilis An. 669. vſq; ad 6. Kal. Iulij. An. 676. creauit Epiſcopos 46. Presbyteros. 14. Diaconos. 2.

DONVS P. LXXIX.

DOnus electus Kal. Nouembris 676. vſq; ad Annum Salutis 678. creauit Presbyteros 10. Diaconos, 5. Epiſcopos. 6.

S. AGA-

S. AGATHO P. LXXX.

SAgatho electus Menſe Auguſti, 678. ad diem. 9. Ianuarij, 682. ordinauit Epiſcopos XVIII. Presbyteros 10. Diaconos. 3.

Epiſcopi Cardinales in Romano Concilio ſub Agathone. Sal. Anno 680.

1. *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus; confitebor & ego illum coram Patre meo, qui in Cælis eſt*. Matth. 10

IOannes S. R. E. Card. Epiſcopus *Portuenſis* non tàm Agathonis R. P. quàm Synodi Romanæ Legatus ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos pro Synodo congregandâ Æcumenica, teſte Anaſtaſio *in vita Hormiſdę*, qui Byzantium ingreditur die 10. Nouembris. Indictione 9. Anno ſalutis. 680. vnà cum Abundantio Ep. Paternenſi, honorificè ſuſceptus in domo, quę *Placidia* appellatur, alimentis à regià munificentià donatus, equis etiam ſubmiſſis de regio ſtabulo. Die 18. Nouembris, aduocatus ad proceſſionē S. Marię in Blachernis. poſtea die 22. Nouemb. in Baſilica, quæ *Trullus* appellatur, intra palatium ſub cultu Regali, oblata Synodali epiſtola, quam Agatho direxerat, initium dedit Concilio: præmonente Conſtantino Aug. ne per ſchiſma, aut furorem, ſed pacificam diſpoſitionem remittentes philoſophicas aſſertiones, puram ſanctarum ſcripturarum, Patrumqꝫ & probatam fidem per Synodalia decreta ſatisfacerent: quod fideliter exequentes, omni timore poſthabito, duas naturas, duas voluntates, duas operationes in Chriſto Ieſu exponentes, & confitentes, damnatis Monothelitis, vnitatem reſtituerunt Eccleſię. Ordinauit iſte Leonem 11. R. P. teſte *Anaſtaſio in Leone*. 11. Sub Sergio Byzantium obtorto collo traductus, Gręcam tyrannidem ſubijt.

2. *Qui me negauerit coram hominibus: negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Cęlis eſt*. 10. Matth.

PHoberius *Andreas* S. R. E. Cardinalis, Ep. Oſtienſis Romano adeſt Concilio pro inſtructione eccleſię Britannæ: ſuggeſtioni primus poſt Agathonem R. P. ſubſcribit, pro celebranda VI. Synodo ęcumenica. Quam ſuggeſtionem leges *Act. 4. Sextę Synodi*: cum ſequenti ſubcriptione *Andreas gratia Dei Epiſcopus Sanctæ Oſtienſis Eccleſiæ*. Conſecrauit in Romanum Pontificem Leonem 11. teſte *Anaſtaſio*. *in hanc ſugeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi*.

3. *Nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum*. 2. Coloſſ. 5.

IVuenalis S. R. E. Cardinalis Ep. *Albanus* Concilio adeſt Romano celebrato pro eccleſia Brittanna. Suggeſtioni Subſcripſit datæ Romanis Legatis Byzantium pergentibus, pro celebranda Sextâ Synodo,

A ſequenti methodo. *Iuuenalis humilis Epiſcopus S. Albanenſis Eccleſiæ in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi*. Act. 4. Sextę Synodi. Paulo poſt obijt Iuuenalis, quia teſte Anaſtaſio 1. Sal. Anno 683. Eccleſia vacabat Albana.

4. *Propter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolis; & miſimus Sinopheum fratrem noſtrum, & miniſtrum in Euangelio Chriſti ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra 1. Theſalon. 3. n. 2.*

B PLacitus vel *Placentius* aut *Potentius* S. R. E. Cardinalis Ep. *Veliternus* Romano adeſt Concilio Romæ celebrato, ſedente Agathone, Sal. Anno 680: vel vt alij legunt loco Planitij Barbatus, vt in Act. 4. Sextæ Synodi, cum ſupradictis ſubſcribit Epiſcopis, formula ſequenti, *Barbatus humilis Epiſcopus S. Veliternenſis Eccleſiæ, prouinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi*.

5. *In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt: tempus redimentes. ſermo veſter ſemper gratia ſale ſit conditus, ut ſciatis, quomodo oporteat uos unicuiqꝫ reſpondere*. 4. Coloſſ. 6.

C NOnita, vel *Vitus* ab alijs *Vits* loco Vrſus legitur S. R. E. Card. Epiſcopus *Sylua Candida*, in Romano Concilio, cum Agathone Papa, in ordine Epiſcoporum vigeſimus quintus, inſtructioni datę Legatis Romanis ita ſubſcribit. *Vitus humilis Epiſcopus Sanctę Syluę Candidæ eccleſiæ, in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi*. Act. 4. Sextæ Synodi.

6. *Exhortatio noſtra non de errore, neqꝫ de immunditia neqꝫ in dolo. Sed ſicut probati ſumus à Deo, vt crederetur nobis Euangelium*. 1. *Theſſalon*. 2. n. 4.

D STephanus S. R. E. Card. Epiſcopus *Praneſtinus* ſimili ſubſcriptione ſignat inſtructionem ſupradictam Legatis Romanis. *Stephanus humilis Epiſcopus S. Praneſtinæ Eccleſiæ in hanc ſuggeſtionem, quàm pro Apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi*.

7. *Si quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem*. 2. *Theſſalon*. 3. n. 14.

VItalianus Card. S. R. E. Epiſcopus *Tuſculanus*

cum

cum Agathone R. P. conciliariter inſtruit Legatos Romanos Byzantium dirigendos ad Sextam Synodum, & ſcripto ſubſcribit in ordine Epiſcoporum, octauageſimus tertius poſt Agathonem. *Vitalianus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Tuſculanenſis in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi.* Act. 4. Sextæ Synodi: vt ibi contra Hæreticos, & Schiſmaticos turbam agentes, veritatem manutenerent Euangelij; pacificè tamen, eosq; veluti fratres ſermone & doctrina corrigendo.

Presbyteri Cardinales.

8. *Ego dedi te in ciuitatem munitam, in columnam ferream in murum æneum, ſuper omnem terram Regibus Iuda, principibus eius, ſacerdotibus & populo terræ. Bellabunt aduerſum te, & non præualebunt quia ego tecum ſum; ait Dominus.* Ieremiæ. 1.

T*Heodorus* Presb. Card. S. R. E. quem cum Georgio Presb. Cardinali, Ioanne Diacono, & Conſtantino Subdiacono Agatho Papa nomine ſuo Byzantium legauit pro Synodo celebrandâ æcumenica. Aliam Theodorus legationem ſubierat ad Brittannos, vbi degens eccleſiaſticæ diſciplinæ rigidus obſeruator Euangelium promouebat. Inde euocatus ab Agathone epiſtola accepta priuatâ, ſolius Agathonis nomine ad Imperatorem conſcriptâ, Conſtantinopolim aſcendit. Duplex enim legatio; B & gemina epiſtola diſpoſita fuit ad Imperatorem, & ad Concilium; Romanæ Synodi vna; Agathonis altera. Ioannes Ep. Portuenſis Concilio ad fuit nomine Synodi Romanæ, propterea formula ſubſcripſit ſequente: *Ioannes indignus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Portuenſis, Legatus totius Concilii Sanctæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Apoſtolicæ Sedis vrbis Romæ pro me ſimiliter ſubſignaui*, Actione 18. Sextæ Synodi. Sic & duo collegati, *Ioannes indignus Epiſcopus vrbis Rhegij, & legatus totius Concilij Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis vrbis Romæ ſimiliter ſubſignaui.*

De Legatis vero Agathonis ita legitur in *Actione ſecunda Sextæ Synodi. Conueniente autem Sancta ac vniuerſali Synodo, quæ ſecundum imperialem ſanctionem congregata eſt in hac à deo conſeruanda Regia Vrbe, ideſt* A *Theodoro & Georgio venerabilibus Presbyteris, & Ioanne venerabili Diacono, locum adimplentibus ſanctiſſimi ac beatiſſimi Archiepiſcopi antiquæ Romæ Agathonis &c.* infra verò, *Ioanne Epiſcopo ciuitatis Portuenſis, Abundantio Epiſcopo ciuitatis Paternenſis Ioanne Epiſcopo ciuitatis Rhegienſis, locum præſentantibus venerabilis Synodi antiquæ Romæ*, 125. *Deo amabilium Epiſcoporum, qui & per proprias ſubſcriptiones declarantur in ſuggeſtione ab eis facta ad Conſtantinum Imper.*

Q*Vantum inſudam erit aduerſus Hæreticorum verſutias in illo Concilio, pro veritate aſſerenda Catholica; ſatis habes ex epigraphe ei appoſitâ ex Hieremia. *cap.* 1.

B Theodorum hunc miſſum ab Agathone Papa ne confundas (aduerte) cum Theodoro presbytero miſſo ad eandem Synodum Sextam, ab Archiepiſcopo Rauennæ: teſte *Anaſtaſio in vita Agathonis.*

9. *Licet nos, aut Angelus de Cœlo euangelizet vobis, præter quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Galat. 1.

L*Eo* nato Siculus, Pauli Medici filius, ex Monaco regulari Presb. Card. S. R. E. Papa futurus Sextæ Synodo ſubſcripſit, dictus Papa eam C confirmauit, duas reſonans in Chriſto naturas, operationes, & voluntates.

Diaconi Cadrdinales.

10. *Diſſipat impios Rex ſapiens: & incuruat ſuper eos fornicem.* 20. Prouer. 26.

I*Oannes* Cyriaci filius, natu Antiochenus Agathonis Papæ Legatus ad Sextam Synodum in Trullo, vt ſupra dedi *n.* 8. *in Theodoro*; Papa futurus huius nominis *Quintus*; teſte *Anaſtaſio*: cuius memoria in *Actione* 11. *Sextæ Synodi*. Epiſtola Leonis 2. ad Coſtantinum Imperat. quæ legitur in *Actione* 18. *eiuſdem Sextæ Synodi*. Conciliatis ſibi Conſtantino, Heraclio, & Tiberio Auguſtis Synodum D direxit œcumenicam Sextam, damnauitq; impios Monothelitas, vnicam in Chriſto aſſtruentes voluntatem.

1. *In virtute tua lætabitur Rex*, 20. Pſal. 2.

B*Enedictus* Ioannis filius, natu Romanus, Canonicus Regularis, moribus Sanctus, doctrina celebris Cardinalis eligitur S. R. E. tit. S. *Laurentij in Lucina*, quem reſtaurauit; Papa tandem huius nominis Benedictus *Secundus*, vt in eius vita, filios naturales legitimos Conſtantini Imperatoris in adoptionem ſuſcepit, ipſo regante Conſtantino Auguſto.

Cardinales in Concilio Romano

Anno Sal. 680. ſub Agathone, pro Britannis.

Auguſtus S. R. E. Presb. C.	Bonifacius	Epiphanius	Georgius Agathonis Legatus ad 6. Sy-	nodum	Habitus
	Coronus			Georgius	Ioannes
Benedictus	Decorus	Euricius		Georgius	Ioannes p. C.
					Ioan-

Ioannes P. C.
Iuuenalis P. C.
Martinus P. C.
Martinus P. C.
Paulus p. C.
Petrus P. C.
Petrus P. C.
Petrus P. C. Pa-
pa electus a
Clero, mortuo
Ioanne 5. vide in
Conone
Probinus Presb. C.
Sergius Presb. C.
Siſinnius P. C.
Siſinnius P. C.
Siſinnius P. C.
Siſinnius p. C.
Siſinnius p. C.
Soleuacius p. C.
Theodoſius P. C.
Theodoſius P. C.
Theodoſius P. C.
Thedorus P. C.
forſam Anti-
Papa ſub Co-
none Papa.
Theopictus P.
Card.
Tribunus P. C.

S. LEO IJ. PP. LXXXJ.

S. Leo electus die XV, Aug. 682, vſq. ad Kal. Iulij An. 684. ordinauit Epiſcopos 23. Diaconos 3. Presbyteros IX.

Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines praualebis. 32. Geneſ. 28.

S*Ergius* Tiberij filius, Panormitanus, clericus Adeodati Pontificis, & a Leone II. Papa Presb. Cardinalis creatus in titulo S. *Suſanna ad duas domos* A poſtea Papa in ferro & haſta præualuit aduerſus Theodorum & Paſchalem Pſeudo Pontifices.

S. BENEDICTVS PP. LXXXII.

S. Benedictus creatus die 20. Auguſti An. 684. vſq. ad 8. Maij 685. ordinauit Presbytero..... Epiſcopos 12. Diaconos..... Cardinalem vnum inuenio.

Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Domino. 1. *Reg.* 29.

C*Onon* presb. Card. S. R. E. tit....., in quo verè aſpectus Angelicus, veneranda canities, ſermo verus, ſimplex animus, quieti mores, religio- B ſa vita totius eccleſiæ dixere Pontificem: *vt in eius vita.*

IOANNES V. PP. LXXXIIJ.

IOannes V. electus die 23. Iulij Sal. Anno 685. vſq: ad diem 2. Aug. An. 686. ordinauit Epiſcopos 13. Presbyteros...... Diaconos......

1. *Quæ eſt iſta transgreſſio? cur reliquiſtis Dominum Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum.* 22. Ioſue 16.

P*Etrus* Archipresbyter Card. S. R. E. mortuo Ioanne V. Papa, in Pontificem eleuatur Romanum à Clero; dum Exercitus *Theodorum* presbyterum S. R. E. acclamaret; dumq; res ſpectaret ad arma & ſeditionē, pro pace tertius eligitur nomine Conon. *Anaſtaſius in vita Cononis.* Petrus iſte vnus forſan ex illis Cardinalibus, qui viuebant ſub Agathone.

1. *Odibilis coram Deo & Hominibus ſuperbia.* Eccl. 10.

T*Heodorus* presb. S. R. E. antipapa bis eleua- D tus ab exercitu Romano aduerſus Petrum Archipresbyterum electum Papam à Clero & is forſan, C qui Cardinalis viuebat ſub Agathone. *Anaſtaſ. in vita Cononis, & Georgij.*

3. *Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis; ponam faciem meam contra eam* 20. Leuit. 6.

P*Aſchalis* Archidiac. S. R. E. Antipapa contra Sergium, *Anaſtaſ. in vita Sergij*, qui in violentia & ſeditione conſtans, lucis & incanrationibus ſtudere detectus, monaſterio traditus veluti in carcerē, poſt quinquennium creditur obijſſe impœnitens.

CONON PP. LXXXIV.

COnon electus Die 20. Octob. Sal. An. 686. ad diem 22. Settemb. Anni Salutis 687. ordinauit Epiſcopos 16. Presbyteros...... Diaconos...... Nullius Cardinalis nomen recurrit ſub Conone.

SERGIVS PP. LXXXV.

SErgius electus die V. Decembris. Anno Salutis, 687. vſq. ad diem 9. Septembris, Anni 701. ordinauit Epiſcopos 97. Presbyteros XVIII. Diaconos IV. Neq. ſub Sergio occurrunt mihi Cardinales.

IOANNES VI. PP, LXXXVI.

IOannes electus die 29. Octobris; Anno Salutis 701. licet vſq. ad X. Ianuarij. 705. ordinauerit Epiſcopos XV. Presbyteros IX. Diaconos 2. neminem eorum audeo dicere Cardinalem.

IOANNES VIJ. PP. LXXXVIJ.

DIc prima Martij electus Ioannes VII. Anno 705. vſq. ad XV. Kal. Nouemb. Anni 707. Epiſcopos ordinauit XVIII. Quorum aliqui Epiſcopi Cardinales.

1. *Anima Ionatha conglutinata eſt anima David: & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam.* 1. Reg. 18.

GRegorius S. R. E. Card. Ep. *Oſtienſis*, & S. Sedis Bibliothecarius ſubſcriptus legitur in priuilegio Ioannis ſeptimi dato Monachis Sublacenſibus. *Vghellus*. Comitatus iſte Conſtantinum Papam Cō- A ſtantinopolim ad Iuſtinianum Imperatorem (teſte *Anaſtaſio in uita Conſtantini*) alter Ionathas latus Dauidis ſui ſemper ſtipauit. Romam reuerſus cum Pontifice Conſtantino, Romano adfuit Concilio cum Gregorio II. Salutis Anno 721.

6 *Quaſtus eſt magnus, pietas cum ſufficientia.* 6. *Timoth.*

PAulus Presb. Card. S. R. E. qui cum Papa Con- B ſtantino nauigauit Byzantium ad Imper. Iuſtinianum (*teſte Anaſtaſio*) comes in peregrinatione fidelis, conſilio promptus, fide conſtans, doctrina firmus, moribus venerabilis, vbi decesſerit? ignoratur.

Diaconi Cardinales ſub Ioanne VII.

7. *Orantes ſimul pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti; propter quod etiam uinctus ſum ut manifeſtem illud, ita ut oportet me loqui.* 4. Coloſen. 4.

PAulus Diaconus Card. S. R. E. Vicarius ſibi ſubrogatus in vrbe Roma a Conſtantino Papa, dum is Byzantium pergeret; Romæ à Ioanne Patritio & Exarcho iugulatus, quia irruenti Tyranno, & iura vſurpanti S. Petri auſus eſſet verbo reſiſtere. Audi Anaſtaſium in vita Conſtantini. *Ioannes Patritius & Exarchus cognomento Rizocopus Romam ueniens, iugulauit Saulum, uel Paulum Diaconum, & Vicedominum, Petrum Arcarium, Sergium Abbatem Presbyterum, & Sergium Ordinatorem: pergensq; Rauennam pro ſuis nefandiſſimis factis, Dei iudicio, illic turpiſſimà morte occubuit.* C

8. *Teſtis eſt mihi Deus, quomodo cupiam omnes uos in uiſceribus Chriſti Ieſu.* 1. Philip. 8.

GEorgius Diaconus Card. S. R. E. qui ad Iuſtinianum Imperatorem Byzantij ſtantem nauigauit cum Papa Conſtantino, teſte *Anaſtaſio*, inde Romam reuerſus quieuit in domino de Catholica Religione ſollicitus.

9. *Cornua peccatorum confringam.* 74. Pſal. 9.

GRegorius natu Romanus, Marcelli filius ex matre Honeſta cum Papa Conſtantino nauigauit Byzantium, inde Romam reuerſus Papa eligitur huius nominis *Secundus*, relatione ad *primum* Gregorium. De eo cum abunde diſſeruerim inter Pontifices eò lectorem remitto.

SISINIVS PP. LXXXVIIJ.

ELectus Siſinius die 12. Kal. Nouemb. Anno Sal. 707. obijt die 8. Idus Decemb. cum ſediſſet dies XXV. Vacat Sedes diebus XX.

2. *Legem pone mihi Domine in uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper.* 26. Pſal. 9.

GEorgius Ep. *Portuenſis* Card. S. R. E. cuius mentio apud Anaſtaſium in *uita Conſtantini* I. Conſcenſa naui Byzantium venit ad Imperatorem Iuſtinianum honorificè acceptus cum Coſtantino R. P. inde cum eodem Papa Romam, reſtitutus Concilio adfuit Romano, ſub Greg. II. Sal. Anno 721. quo damnata illicita coniugia, præcipue cum *Presbytera & Diacona*, ideſt cum vxore illius, qui permittente D vxore, Presbyter vel Diaconus fuerat initiatus; ad caſtitatem vxore ex voto adſtricta.

3. *Periculis ex genere, periculis ex gentibus. periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari.* 2. *Cor.* 9. *n.* 26.

NIcetas S. R. E. Card. Epiſcopus *Syluæ Candidæ* peregrinationis comes Conſtantini I. R. Pont. Siciliam venit, inde Gallipolim, vbi morbo conſumptus perijt: teſte *Anaſtaſio in uita Conſtantini*.

Presby-

Presbyteri Cardinales ſub Siſinio.

4. *Mortificate membra veſtra qua ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem concupiſcentiam malam.* 3. Coloſſen. 5.

GEorgius S.R.E. Presb. Cardinalis Byzantinum Iuſtiniano Imperatore euocante Conſtantinum Papam, Neapolim vſq; proſequitur, vbi incertà cauſa, morbo forſam prohibente relictus, Romam redijt, & ſub Gregorio II. Concilio ſubſcripſit Romano celebrato ad reparandam diſciplinam Canonicam, pręcipue in materia Carnis adiecto ſibi profundæ humilitatis titulo; *Georgius immeritus Presbyter. S. Romanę eccleſia tituli S. Ioannis & Pauli huic* B *Conſtituto nobis promulgato ſubſc.*

A 5. *Hac ſunt pracepta qua facere debetis in terra, quam Deus daturus eſt tibi: ſubuertite loca in quibus coluerunt gentes deos ſuos ſuper montes & colles, & ſuper lignum frondoſum: diſſipate aras, confringite ſtatuas, Idola comminuite, diſperdite nomina illorum.* 12. Deuteron.

MIchaelius presb. Card. S. R. E. qui cum Papa Conſtantino Byzantium nauigauit ad Imperatorem Iuſtinianum, inde Romam cum eodem Pontifice regreſſus, iterumq. Conſtaotinopolim remiſſus ad Anaſtaſium Catholicum Imperatorem, ibiq; titulo Apocriſarij confirmatus à Gregorio II. Conſtantini ſucceſſore, Ioannem Conſtantioopolitanum pſeudopatriarchā è throno deiecit; ſubrogato Germano viro Sanctiſſimo, qui fidem tueretur Catholicam. *Anaſtaſius in Conſtantino.*

CONSTANTINVS I. PP. XIC.

COnſtantinus electus die 2. Decembris. Anno Sal. 707. vſq. ad diem nonam Aprilis. 714. Epiſcopos ordinauit. 64. Presb. X. Diaconos. 2.

GREGORIVS IJ. PP. XC.

ELectus Gregorius die 21. Maij. Anno 714. vſq. ad diem 3. Idus Februarij. An. 731. ordinauit Epiſcopos 150. presbyteros 35. Diaconos 4.

Epiſcopi Cardinales ſub Gregorio II.

1. *Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtra: ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditię & iniquitati & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitia in ſanctificationem.* 6. Rom: 19.

SErgius S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus *Praneſtinus*, qui cum eſſet *Secundicerius*, teſte Anaſtaſio in *vita Conſtantini*, nauigauit Byzantium ad Imperatorem Iuſtinianum, cum Papa Conſtantino; promotus inde in Ep. Præneſtinum, Concilio adfuit Romano, cum Gregorio II. pro reformandis coniugijs, quæ illicite & neſariè celebrabantur: ibiq; ſubſcriptus legitur *Sergius Ep. Eccleſ. Pręneſtinę ſubſcr.* D

2. *Qui ſecundum carnem ſunt: qua carnis ſunt, ſapiunt: qui verò ſecundum ſpiritum ſunt; qua ſunt ſpiritus, ſentiunt.* 8. Rom: 5.

TYberius S.R.E. Cardinalis Epiſcopus *Sylua Candida*, decreto Gregorij. II. ſubſcribit contra illicita coniugia, in Concilio Romano, Sal. Anno 721. *Tiberius Epiſcopus eccleſia Sylua Candida ſubſcripſi.*

3. *Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero: locuti ſunt falſa.* 57. Pſal. 4.

MArtianus S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus *Sabinus* vnà cum Gregorio II. R. P. laſciuiem C profligat ſacrilegam, quæ irrepſerat inter Catholicos nubendi inter cognatos & affines: ducendi Preſbyteram, vel Diaconam: nec non more Gentilium conſulendi Ariolos, Aruſpices, Incantatores. *Martianus* (Concilium Romanum Anno 721.) *Epiſcopus eccleſia Sabinatis ſubſcripſi.*

4. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo neceſſaria: & ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus periurem nomen Dei mei,* 30. Prouet. 9.

D ANdreas S. R. E. Card. Epiſcopus *Albanus* in Romano Concilio. 1. ſub Gregorio. II. ſubſcipſit *Andreas Epiſcopus Eccleſia Albanenſis ſubſcripſi.* Vir ſua ſorte contentus, cui alimenta erant pro vita non vita pro cibo & potu.

5. *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit: iſte & pro bucella panis deſerit veritatem.* 28. Prouer 21.

IOannes S. R. E. Cardinalis, *Ep. Valiternus* in Romano Concilio. I. illicita proſcribit coniugia, cum Gregorio II. ſubſcribens *Ioannes humilis Epiſcopus S. Eccleſia Veliternenſis huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.* Vir tenax veritatis, ſuæq. Epiſcopalis iuriſdictionis ſedulus obſeruator, ijſdem vtitur

verbis, quibus ipſe Papa Gregorius II. ſubſcripſ. rat in Concilio, *Huic conſtituto à nobis promulgato*.

Presbyteri Cardinales ſub Gregorio IJ.

In Romano Concilio, Anno Sal. 721. non ſub Gregorio IIJ. vt decepti adnotarunt Ciaconius, & Pauinius,

6 *Conſtantinus* S. R. E. presb. Card. tit. S. Cyriaci,

7 *Epiphanius* S. R. E. p. C, tit. *S. Laurentij*.

8 *Euſtraſius* S. R. E. P. C. tit. *S. Anaſtaſiæ*.

9 *Georgius* immeritus presb. S. R. E. *tit. S, S. Ioannis & Pauli* huic conſtituto nobis promulgato ſubſcripſi.

10 *Ioannes* Presb. S. R, E. tit. S. *Sixti* ſubſcripſi.

11 *Ioannes* Presb. titulo S. *Marcelli* huic conſtituto nobis promulgato ſubſcripſi.

12 *Ioannes* humilis presb. S. R. E. ſubſc,

13 *Martinus* Presb. S. R. E. tituli S. *Sabinæ* ſubſc.

14 *Marinus* indignus Presb. S. R. E. tituli S. *Apo-*
A *ſtolorum* ſubſc.

15 *Thalaſſius* Presb. S. R. E. tituli S. Dei genitricis, quæ appellatur *Callixti trans Tyberim* ſubſc.

16 *Siſinius* humilis Presb. S. R. E. tituli S. *Laurentij*. qui appellatur *Lucinæ*, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſc.

17 *Siſinnius* Presb. S. R. E. tituli S. *Cęciliæ* ſubſc.

Diaconi Cardinales ſub Gregorio II.

18 B*Enedictus* indignus Diaconns S. Sedis Apoſt. huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi, die Nonarum Aprilium, imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imperatore Anno ſexto: poſt Conſulatum verò eius, Anno XVI. ſed & Conſtantino nouo Imperatore eius filio, Anno ſecundo, Indictione quarta.

19 *Georgius* indignus, & humilis Diaconus Sanctæ Sedis Apoſt. ſubſc.

20 *Muſchus* humilis Diaconus S. Sedis Apo. ſubſc.

21 *Petrus* indignus Archidiaconus S. Sedis Apo. Iſte tanquam Archidiaconus ſubſcripſit primus in ordine Diaconorum, etſi hic poſtpoſitus, quia ordinem ſeruauimus Abecedarium.

9. *Quoniam Reges terrę congregati ſunt conuenerunt in vnum. Ipſi videntes ſic admirati ſunt: tremor apprehendit eos*, 47. Pſal. 7.

G*Eorgius*, de quo ſupra n. 9., Presb. Card. tit, *SS. Ioannes & Pauli* Legatus à Gregorio III,
B R. P. ad Leonem Imperatorem, pro conſeruando S. Imaginum cultu, Byzantium cum veniſſet, timore correptus, literas ipſe concepit ab eis diuerſa, quaſq; a Gregorio III. acceperat, abſcondens, ſuas Imperatori porrexit. Inde Romam inutilis rediens, pænitentia ductus Pontifici culpam aperuit. Hinc iuſto Pontifex Zelo ſuccenſus, cum Ordine Sacerdotali vellet eum degradare, Synodo intercedente, iterum ad Imperatorem remiſit, Salutis Anno 732. vt conſtantia timorem redimeret pręteritum. Veruntamen Leone iubente Auguſto, in Sicilia vinctus, reſcriptis expoliatus. exulare per annum coactus, tandem Romam redijt, teſte
C *Anaſtaſio*.

GREGORIVS IIJ. P. XCJ.

ELectus Gregorius die 16. Februarij, Anni. 731. vſq. ad 4. Kal. Decemb. Anni 741. ordinauit Epiſcopos LXXX. Presbyteros XXIV. Diaconos III.

2. *Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi. Ecce ego, mitte me*, 6. Iſai. 9.

SE*rgius* Presbyter Card. S. R. E. tit. ,.... Gregorij III. R. P. Legatus ad Carolum Martellum,
D Subregulum pro auxilio aduerſus Longobardos, teſte *Anaſtaſio*, qui Eccleſiam expoliauerant S. Petri. Extat gemina Epiſtola Gregorij III. ad Carolum Martellum Francorum Principem, *tomo. 5. Concil, edit. Pariſien.* Vacuam haud fuiſſe legationem. geſta docebunt proxime ſutura.

ZACCHARIAS PP. XCIJ.

ZAccharias electus Kal. Decembris. Anno 741. ad Idus Martij. An. 752. ordinauit Epiſcopos LVXXV. Diaconos. V. Quorum

Epiſcopi Cardinales ſub Zaccharia.

1. *Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus.* 1. *Cor.* 3.

V*Enantius* vel *Valentius* Card. S. R. E. Ep. *Preneſtinus* Concilio adeſt Romano. I. ſub Zaccharia Papa, Sal. Anno 743. pro morum reformatione, quam exordiri voluit SS. Pontifex à Sanctuario Dei, ſcripta lege; vt Epiſcopi Presbyteri, Diaconi cum mulieribus non cohabitent. Adfuit

etiam

Digitized by Google

etiam Concilio Romano. II. celebrato Sal. Anno. 745. in quo Adelbertus natu Gallus, & Clemens Scotus Hæreſiarchæ, qui Galliam erroribus ſuis ſeducebant, condemnati. Ibi autem ita appellatur; *Venantius Prȩneſte*.

2. *Sancti eſtote: quoniam ego Sanctus ſum. Dicit Dominus, Leuit.* 11.

E*Piphanius*, vel *Theophanius* S. R. E. Card. Epiſcopus *Syluȩ Cardidȩ* Romano adeſt Concilio. 1. ſupradicto, ad Cleri reformationem congregato in materia carnis; quod non erubeſcerent cum A Sanctimonialibus habitare. In Concilio Romano II. ſub eodem Papa, *Epiphanias* vocatur *Sylua Candida*.

3. *O Timothee depoſitum caſtodi, deuitans profanas vocum nouitates* 1. Timoth. *6. n.* 20.

T*Heodoras* S. R. E. Card. Ep. *Oſtienſis* reformationem Cleri vrget in Concilio Romano Sal. An. 743. Hæreticos Gallicanos damnat Anno, 744. in altero Concilio Romano, qui ſub nomine Angelorum dȩmones inuocabant, Vriel, Raquel. Tubuel, Adinus, Tubuas, Sabaoc, Sinuel: cum tamen plusquàm trium Angelorum nomina *Michael*, *Gabriel*, *Raphael* non reccurrant in ſacra pagina. B Obijt ſedente Zaccharia; nam electo Stephano III. Epiſcopatum Oſtienſem poſſidere legitur Gregorius qui forſan translatus fuerat ab Epiſcopatu Portuenſi ad Oſtienſem.

4. *Non enim doctas fabulas ſecuti, notam facimus vobis D. N. I.C. virtutem & preſentiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis*, 2. Petri. 1. *n.* 16.

G*Ratioſus* natu Anconitanus S. R. E. Card. Epiſcopus *Veliternus*, Concilijs adeſt Romanis C ſub Zaccharia Papa, Anno Sal. 742. & 743. 744 745. fortis in hȩreticos, rigidus in ſeipſum, cum de eccleſiaſtica ageretur diſciplina. *Gratioſus Villitrias* vocatur in Synodo celebrata Sal. Anno 744.

5. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra*. 4. Heb. 7.

S*Iſſus* vel *Tonſo*, ſeu *Iſſo* S. R. E. Card. Ep. *Sabinus* Concilio adeſt Romano, cum Zaccharia Papa Sal. An. 743. pro Cleri reformatione, quo abſoluto quieuit in Domino; Concilio nāq; celebrato Sal. An. 744. aduerſus hæreticos nō legitur adfuiſſe. Diſciplinam promouendo Eccleſiaſticam, bonus paſtor oues congregauit diſperſas iuxta prȩceptum Domini.

6. *Noli altum Sapȩre,, ſed time.* Rom. 11.

G*Regorius* natu *Tudertinus* S. R. E. Cardinalis, Ep. *Portuenſis* gemino legitur adfuiſſe Concilio, Romȩ celebrato à Zacharia Papa, primo aduerſus Clericorum laſciuiem. Secundo contra Hȩreticos Adelbertum Gallum, & Clementem Scotum, Sal. An. 743. & 744. Promouit etiam Stephanum III. in Papam, eumq; in Gallias pergentem ſequutus titulo Epiſcopi *Oſtienſis* (teſte Anaſtaſio) quem adeptus erat ob mortem Theodori Epiſcopi Oſtienſis.

7. *Nolite conformari huic ſaculo; ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta*. 12. Rom. 2.

T*Iberias*, vel Tiburtinus S. R. E. Card. Epiſcopus *Albanus*: Clericorum reformationem ſollicitans in Synodo Romana, Sal. Anno. 743. cum Papa Zaccharia, Sacerdotis Sancti nomen adeptus, obdormiuit in Domino; Concilio namq; Romano, Sal. An. 744. adfuiſſe non legitur.

Presbyteri Cardinales ſub Zaccharia.

Ex Concilijs Romanis Anno 743. & 744. celebratis

Pro Cleri reformatione, in materia carnis; & contra Hȩreticos Adelbertum Gallum, & Clementem Scotum.

1. *Traditi Satanæ in interitum carnis: vt ſpiritus Saluus ſit in die Domini* 1. Cor. 5.

A*Naſtaſius* Presb. Card. tit. *S. Mariæ*, vtriq; adeſt Concilio.

Anaſtaſius Presb. Card. tit. .... Concilio adeſt D Romano, An. 743.

Andreas presb. Card. tit........ adeſt Concilio Romano 1. ſub Zaccharia.

Dominicus presb. Card. tit. S. Priſcȩ adeſt Concilijs Romanis 1. & 11. ſub Zaccharia.

Epiphanius presb. Card. tit...... adeſt Concilio Rom. 1. cum Zaccharia.

Euſtachius ſiue Euſtochius presb. Card. tit...... adeſt Concilijs Rom. 1. & 11. cum Zaccharia. Subſcribit teſtamento Pauli Papæ de translatione ſuæ Domus in eccleſiam. *to: 6. Concil.*

Gaudentius presb. Card. tit....... adeſt Concilio Romano 1. cum Zaccharia.

Gregorius presb. Card. tit. S. S. Io: & Pauli adeſt Concilijs Romanis I. & II. cum Zaccharia.

Gregorius presb. Card. S. Clementis adeſt duobus Concilijs Romanis cum Zaccharia.

Gregorius presb. Card. S. Balbinæ adeſt Concilio Romano ſecundo cum Zaccharia. Subſcribit teſtamento Pauli Papȩ, de conſecratione domus ſuȩ in Eccleſiam. *to: 6. Concil.*

Georgius presb. Card...... adeſt Concilio Romano primo ſub Zaccharia.

Ioannes

Ioannes Archipresb. Card. tit. S. Suſannæ adeſt Concilijs Rom. ſub Zaccharia.

Ioannes Presb. Card. tit. S. adeſt Concilio Rom. primo Sub Zaccharia.

Iordanes presb. Card...... in Concilio Rom. 1. cum Zaccharia.

Leo presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ adeſt Concilijs Rom. cum Zaccharia *ib.* Stephanum III. in Gallias pergentem contra Longobardos comitatur. *Anaſtaſ.*

Leo presb. Card. S. Damaſi adeſt Concilijs Rom. cum Zaccharia.

Petrus presb. Card...... adeſt Concilio Romano primo, ſub Zaccharia.

Procopius presb. Card. S. Syriaci in Concilijs Romanis ſub Zaccharia.

Sergius presb. Card. S. Pudentianæ in Concilijs Romanis ſub Zaccharia.

Stephanus presb. Card. S. Marci adeſt Concilijs primo & ſecundo Romanis ſub Zaccharia; eiuſdem legatus ad Luithprandum Regem Longobardorum, ſed non admiſſus; poſtea Papa.

Stephanus presb. Card. S. Euſebij adeſt vtriq; Concilio ſub Zaccharia, poſtea Papa.

Stephanus presb. Card. S. Chriſogoni in Concilio Romano ſecundo ſub Zaccharia.

Theophanius presb. Card. SS. IV. Coronatorũ adeſt
A gemino Concilio Rom. cum Zaccharia. *ib.* ſequitur Stephanum III. in Gallias pergentem contra Longobardos, teſte Anaſtaſio in *vita Stephani III.*

Theodorus presb. Card. S. Laurentij in duobus Concilijs Romanis cum Zaccharia.

Diaconi Cardinales in Concilio I. ſub Zaccharia.

T*Heophylactus* Diaconus Card. S. R. E. adſuit Concil. I. Rom. ſub Zaccharia poſtea Antipapa contra Paulum. I.

Aredius Diaconus Card. S. R. E. *ib.*

Gemmulus Diac. Card. S. R. E. huius Epiſtola ad Bonifacium Archiep. de actis in Synodo Romana legitur *to: 6. Concil.* Stephanum III. in Gallias pergentem contra Longobardos comitatur. *Anaſtaſ.*

Theodorus Diac Card. S. R. E.

Stephanus Diac. Card. S. R. E.

Paulus Diac. Card. S. R. E. frater Stephani III.
B Papæ, legatus ad Aiſtulphum Regem Longobardorum cum muneribus; poſtea Papa pacem fratri ſuadet cum Longobardis; teſte *Anaſtaſ.*

STEPHANVS IJ. P. XCIIJ.

STephanus. II. electus die. XXVII. Martij. Anno Sal. 732. ad diem XXX. Martij, eiuſdem Anni 752. neminem ordinaſſe legimus.

STEPHANVS IIJ. P. XCIV.

STephanus III. electus die...... Menſis Aprilis, Anno Sal. 752. obijt die VI. Kal. Maij 757. poſtquàm ordinaſſet Epiſcopos XX. Presbyteros XI. Diaconos II.

Cardinales S. R. E. ſub Stephano III.

1. *Laborem eſt ante me.* 72 Pſal. 16.

P*Hilippus* presb. Card. S. R. E. Stephanum III. comitatur pergentem in Gallias, contra Longobardos. *Anaſtaſ. in Steph. III.* legatus eiuſdem in vrbe Rauenna. vt ex *Ep. 2. Hadriani Papæ ad Carolum M.* caſtra imperterritus pertranſiens inimicorum ſuorum.

2. *Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine ſaluum me fac Deus meus.* 3. *Pſal.* 7.

P*Ardus* S. R. E. Diac. Card. Stephanum. III. in D
C Gallias pergentem contra Longobardos comitatur ex *Anaſtaſio.*

3. *Ab infantia ſacras literas noſti.* 2. Timoth. 3. *n.* 15.

A*Naſtaſius* Monachus Caſinẽſis Cardinalis bibliothecarius S. R. E. creatus à Stephano III. vir Sacra ac prophana literatura inſignis hiſtoriam ſcripſit de tranſlatione partis reliquiarum S. Benedicti, & ſororis eius Scholaſticæ; quę M. S. Caſini extat in Archiuo. *Vuion. l. 2. de ligno Vitæ.* c. 9.

P A V L V S P. XCV.

PAulus die XXVI. Maij 757. electus ad 28. Iunij 767. ordinauit Epiſcopos...... Diaconos 2. Presb. 12.

Epiſcopi Cardinales ſub Paulo Papa XCV.

GRatianus Epiſcop. Card. *Velitrenſis* ſubſcribit Pauli I. conſtituto; *Gratianus* iſte ab Vghello idem dicitur qui Groſſus vel Gratioſus ſub Zacharia.

2. *Domus mea Domus orationis vocabitur.* 21. Matth. 23.

LEo Ep. Card. *Albanus* diſpoſitioni Pauli Papę de ſuis Domibus in Eccleſiam erigendis ſubſcripſit. *to.6. Concil.*

3. *Et cuſtodiant obſeruationem tabernaculi fœderis, & ritum Sanctuarij & obſeruationem filiorum Aaron fratrum ſuorum, ut miniſtrent in domo Domini.* 1. Paralipom. 23. *n.* 32. A

GRegorius *Syluę Candidę* vnus ex ſepem Epiſcopis Cardinalibus adeſt Romano Concilio cum Paulos & ſub Stephano IV. obſeruantiam alterius ſynodi publicat ſub pena anathematis teſte *Anaſtaſio*.

4. *Et ipſe ſicut fęnum aeui.* 101. Pſal. 12.

GRegorius Ep. *Pręneſtinus* Card. cū ſubſcripſiſſet decreto Pauli Papę de ſuis domibus in eccleſiā ſacraris. *to: 6. Concil.* Conſtantinum hominem laicum in pſeudopapam conſecrauit inuitus cogentibus Longobardis. Nec multos poſt conſecrationis dies peſſimo morbo correptus, dextera eius arida, quam ori admouère non valebat, tremens & languens vitam finiuit: teſte *Anaſtaſio in Stephano IV.*

Cardinales Presbyteri ſub Paulo Papa XCV.

ANdreas presb. Card. S. Marię in Calliſto.
Benedictus presb. Card. S. Marcelli.
Chriſtophorus presb. Card. S. Vitalis.
Clemens presb. Car. S. Anaſtaſię.
Conſtantinus presb. Card. SS. IV. Coronatorum. B
Donatus presb. Card. S. Sixti
Euſebius presb. Card. S. Laurentij in Lucina.
Gregorius presb. Card. S. Anaſtaſię.
Hermogenes presb. Card. S. Priſcę.
Leontius presb. Card. S. Suſannæ, vel *Leo* poſtea Papa huius nominis tertius.
Marinus presb. Card. S. Laurentij in Damaſo,
Philipus presb. Card. S. Marci poſtea Papa, ſed non canonice. vt in *vita Stephani IV.*
Saxolus presb. Card. S. Cyriaci.
Stephanus presb. Card. S. Cecilię, legatus Stephani III. Papę ad Rachim Regem Longobardorum, teſte *Anaſtaſio in Steph. III.*
Theophylus presb. Card. S. Sabinæ.
Theopemptus presb. Card. S. Euſebij.
Petrus Archidiaconus S R. E.

STEPHANVS IV. PP. XCVI.

STephanus nonis Auguſti 768. electus, ad Kal. Feb. 772. ordinauit Epiſcopos.... Presb, 5. Diaconos IV. Sub hoc Papa quamuis prima mentio de ſeptem Epiſcopis Cardinalibus recurrere videatur; obſerua tamen, quod teſte Anaſtaſio, *eccleſiaſticæ traditionis obſeruator, priſtinum eccleſię in diuerſis clericatus honoribus renouauit ritum, ſtatuens vt omni die Dominico a ſeptem Epiſcopis Cardinalibus hebdomadarijs, Miſſarum ſolemnia celebrarentur ſuper altare B. Petri.* Vnde Septem Cardinales Epiſcopi hic recenſentur, tanquàm tituli antiqui & noti; eorum propterea nomina & Eccleſię omittuntur.

Cardinales Epiſcopi ſub Stephano IV.

1. *Et timui valde, ac nimis.* 2. *Eſdræ.* 2. *n.*2.

EVſtachius ſiue *Euſtraſius* Epiſcopus Cardinalis *Albanus*, qui Anno 772. timore correptus Longobardorum Conſtantinum hominem laicum in pſeudopapam ordinauit. Synodi Romanę celebratæ a Stephano IV. obſeruantiam ex ambone in eccleſia publicat ſub pœna anathematis. *Anaſtaſ. in Stephano IV.*

2. *Sint omnia noſtra ſub lege tua.* 3. Iudith. 4.

ANdreas Ep. *Pręneſtinus* Card. S.R. E. Prænestinis ius dicit, teſte *Vghello* Anno 772.

3. *Gladius inimici, pauor in circuitu.* 6. Ieremię. 25.

CItonus vel *Citonatus* Cardinalis Epiſcopus *Portuenſis*, vnus ex eis, qui Conſtantinum Nepeſinum ordinarunt in pſeudopapam, Anno 772. C

4. *Putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, fiducia mea.* 31. Iob. 24.

PEtrus S.R.E. presb. Card. legatus ad Francorum Reges ex Ep. Stephani. IV. ad Carolum, & Carolomannum ob nimiam fiduciam ingratus redijt Regi & eccleſiæ.

5. *Interiora mea efferbuerunt abſq; ulla requie, preuenerunt me dies afflictionis* 30. Iob. 17. D

VValdipertus S.R.E.P. Card.... conſpirat in Conſtantinū pſeudo Pontificē. Philippū promouet violenter ſed præualentibus inimicis accuſatus quod *Longobardorum genere ortus conſilium cum Theodoſio Duce Spoletino & aliquantis Romanis iniſſet ad interficiendum Chriſto-*

Chriſtophorum primicerium, & alios Romanos primates, & ciuitatem Romanam genti Longobardorum tradendam, in eum conſpirante Chriſtophoro Vicedomino cum multitudine populi, fugit in eccleſiam S. Mariæ ad Martyres: quem exinde idem Vicedominus abſtraxit, portantem eundem Vualdipertum imaginem ipſius Dei Genitricis, eumq; in teterrimam fecerunt retrudi cuſtodiam, quę vocatur Ferrata in Cellario maiore; vnde poſt modicos dies, eycientes & iuxta tranſcendam campi Lateranen. in terram proycientes, eius effoderunt oculos, & linguam ipſius crudeliter & impiè abſciderunt, dirigenteſq; illum in Xenodochium A *Valerij, ibidem ex eadem oculorum effoſſione vitam finiuit.* Anaſtaſ. *in Stephan. IV.*

6. Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles. 1. Lucę. 52.

HAdrianus Presb. Card. tit...... a Stephano creatus, poſtea Papa, teſte (*Ciaconio, Panuinio*) Deſiderium depoſuit Longobardorum Regem & Carolum M. coronauit.

HADRIANVS PP. XCVIJ.

HAdrianus die 9. Februarij An: 772. electus, ad 7. Kal. Ianuar. 795. ordinauit Epiſcopos 185. Diaconos VII. Presbyteros XXIV.

Cardinales Epiſcopi ſub Hadriano XCVII.

1. *Non eſt in obliuione coram Deo.* 12. Lucę. 6.

THeodorus Veliternus Epiſc. Cardinalis (*Vghello* teſte) cuius geſta antiquitate obruta iacent. B

2. *Propter hoc, legem dabit delinquentibus in via.* 24. Pſal. 8.

GRegorius Epiſcopus Card. *Oſtienſis* vnà cum Theophilaſto Epiſcopo Tudertino legatus Hadriani Papæ. I. in Angliam pro celebrando Concilio Calchutenſi, legationi præſedit Anno 787. de quo Houedenus in *Hiſtor.* & Henricus Spalmenſis to: 1. Concil Britannici Orbis (Vide *Baronium Anno* 743.) pro reparanda Eccleſiaſtica diſciplina.

3. *Non in finem obliuio erit pauperis*, 9. Pſal. 19. C

COnſtantius Ep. *Albanus* Cardinalis S. R. E. viuit Anno 772. (teſte *Vghello*) reliqua periere.

4. *Sculpſit Salomon in tabulatis illis, quæ erant ex ęre, & in angulis Cherubim, Leones* 2. Reg. 74.

PEtrus Archipresb, S. R. E. tit...... legatus Hadriani Papæ ad Carolum M. vt ex *Ep. 1. Hadriani to. 6 Concil.* vicarius eiuſdem & præſidens in Concilio Nicęno. II. pro conſeruando S. Imaginum cultu: cui diligentiſſime incumbens, ſynodum inchoauit, abſoluit. D

5. *Memento dierum antiquorum: cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum; & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi*, 2. Deuter. 7.

S. *Leo III.* presb. Card. S. R. E. tit. S. Suſannæ ad duas domos (teſte *Ciaconio*) poſtea Papa mandauit Symbolum ſculpi in Eccleſia *S.* Petri Gręcè & Latine, ritu ad ſyllabam, antiquitatis ſeruato.

6. In eburneo Solio Salomonis erant duo Leones, & duodecim Leunculi, 2. Paralis. 9.

PEtrus presb. Card. S. R. E. tit..... Abbas monaſterij S. Sabæ, quæ appellatur Cella Noua, vicarius ſedis Romona, & præſidens in Concilio Nicęno II. (teſte *Anaſtaſio*) pro cultu conſeruando Sacrarum Imaginum.

7. Vanitatem & verba mendacia longe fac a me. 30. Prouer. 8.

MEgiſtus Archidiaconus S. R. E. tit...... legatus Hadriani ad Carolum M. vt ex *Ep. I. Hadriani ad Carol. M. to. 6. Concil.* quę incipit, *dum nimis &c.*) magno Regi chariſſimus: quod eius in ore non inueniſſet mendacim. C

8. *Nauigauimus in naue Ælexandrina, cui Inſigne Caſtorum erat.* 28. Art. 10.

HVbaldus Cornelius Lucenſis presb. Card. SS. Quatuor Coronatorum creatus ab Hadriano I. teſte *Ciaconio*: primuſq; cuius Inſignia Gentilitia nobis occurrant. De Antiquitate Inſignium, plura congreſſi opuſculo ſingulari ſacris paginis exornato tam veteris, quam noui Teſtamenti D Auctores ſunt, qui ſuperbiæ inuentum dicant humanæ: præceptum ego aſſero diuinum, quo Hebręorum Tribus ſeggregabantur ſub vexillis & Inſignibus. In nouo autem teſtamento Paulus teſtis accedat, cū Melitam nauigauit in naui Alexandrina cui inſigne erat Caſtorum 28. *Actuum* 11. Propterea & inſignia quæ Cardinalibus apponam, ad neceſſitatem, & familiarum legitima accipias teſtimonia, non pompam.

Ioan-



QVo fundamento inſignia hic
poſita Hubaldo aptentur
Cornelio Lucenſi per Ciaconium?
non habeo. Incertum namq; an
nomen Cornelij *perſona* ſit? vel
familia; Accedit; quodnulla Lu-
cenſium familia hunc ſibi arroget
Cardinalem.

9. Vnicuiq. ſecundam meritum operum ſuorum.
16. Eccli. 15.

IOannes Epiſcopus Ferrariæ Cardinalis S. R. E.
creatus ab Hadriano. I. teſte *M. Antonio Guarino*
in compendio Hiſtoriæ Ferrarienſis, qui priuile-
gium huic Ioanni Cardinali datum in Laterano,
nona Martij, An. 772. ſe vidiſſe teſtatur honotifi-
cum, & oneroſum.

L E O III. PP. XCVIII.

LEo III. electus die 7. Kal. Ianuar. ad prid. Id. Iun. An. Sal. 816, ordinauit Epiſcopos CXXVI.
Diaconos II. Presb. XXX.

Epiſcopi Cardinales ſub Leone III.

1. *Et Teſtis in Cælo fidelis*. 88. Pſal. 38.

PEtrus Ep. *Oſtienſis* Card. S. R. E. priuilegium do-
nationis Caroli M. & Leonis. III. Abbatię triū
Fontium, ad Aquas Saluias indultum ſuberipſit,
Anno 798.

2. *Vos teſtes mei: dicit Dominus*. 10. Iſai. 12.

BErnardus Ep. Card. *Oſtienſis* cuius (teſte Vghel-
lo) recurrit memoria ad Annum 804. adfuit
Canonizationi S. Suuiberti factæ a Leone III. apud
Surium die 1. Martij to. II.

3. *Preparauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum*
& percuſſit hederam & exaruit. 4. Ionę. 5.

GVillelmus Epiſcopus Card. *S. Sabinæ*, priuile-
gium cum firmaſſet donationis à Carolo M. fa-
ctæ, repente occubuit, in luctum conuerſa cithara
felicitatis humanæ; quemadmodum Ionas non be-
ne ceti terrore doctus, inclementię morbo labora-
ret, hedera donatus a Deo, quę veluti expanſum
pratum Prophetæ caput contegebat: Deo iubente
aſcendit vermis, hederamq; corroſit.

4. *Cum intraſſet ante faciem eius; ſtatim captus eſt in ocu-*
lis ſuis Holofernes. 11. Judith. 17.

IOannes Epiſcopus Cardinalis *Portuenſis* cuius mē-
A tio reccurrit in Caroli M. priuilegio dato eccle-
ſiæ S. Saluatoris ciuitatis Leonis. Anno 797. Indi-
ct. VII. apud *Vghellum*. Sedulus caſtitatis cuſtos ad-
uerſus ſęminas fugam veluti vnum & ſolum remedi-
um parauit. Si enim cum ſœmina oculis certes, vi-
ctus ſtatim abſcedes.

5. Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ſum.
1. Jer. 9.

THeodorus Epiſcopus Cardinalis *Sabinus* Anno
vixit 804. teſte *Vghello* adfuit canonizationi
S. Suuiberti factæ a Leone III. ex *Ep. S. Ludgeri apud*
Surium to. 2. 1. Martij. Adoleſcens iſte choro ad ſcrip-
B tus, dignitates ſubijt plures, & legationes pro ec-
cleſia Dei.

6 PEtrus Epiſcopus Cardin: *Tuſculanus* vixit An-
no 803., vt notat *Vghellus* Baronium adducens
Anno ſupradicto, vbi nil legitur de Petro Ep. Tu-
ſculano.

7. *Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppreſum de ma-*
nu calumniantis. 21 Ieremię. 12.

IOannes Ep. Card. *Syluæ Candidę* miſſus ad Impera-
torem Lodouicum Pium, vnà cum Theodoro
C Nomenclatore, & Sergio Duce, vt à calumnijs Pa-
pam purgaret, teſte *Adhemaro*.

Cardinales Presbyteri ſub Leone III.

8. *Surgam & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quę-*
ram, quem diligit anima mea. 3. Cant. 2.

NIcolaus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſa-
lem adfuit canonizationi S. Suuiberti in
Germania factę à Leone III. Papa. *Ep. S. Ludgeri.*
c. 9. apud Surium in Suuiberto die 1. Martij. to. 2. Paſtor
gregis ſollicitus vigilauit pro ſalute ſibi commiſſi.

9. *Inſipienter locutus ſum, & quæ vltra modum excede-*
rent ſcientiam meam. 47. Iob. 3.

EVſtochius presb. Card. S. Praxedis, adfuit ſupra-
dictę Canonizationi S. Suuiberti *ibidem*, &
poſt longam diſputationem, & inquiſitionem ſub-
ſcripſit.

10. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos*
dijudicat. Vſquequo iudicatis iniquitatem & facies pe-
catorum ſumitis? Iudicate egēno & pupillo humilem &
pauperem iuſtificate. 81. Pſal. 1.

D BOnifacius presb. Card. SS. Marcellini & Petri.
adfuit ſupradictæ Canonizationi. *ib.* Pauperum
iſte aduocatus, eorum cauſam fouit impauidus aduer-
ſus potentes.

11. *O Reges populi diligite ſapientiam.*
6. Sap. 22.

E*Vgenius* Card. Archip. S. Sabinæ a Leone III. creatus poſtea Papa. Regem corripuit Ludouicum, in eumq; Conciliumindixit, cui adeſſe prohiitus morte præuentus. *Anaſtaſ. in Eugenio II.*

12. *Dixit pater ad ſeruos ſuos! cito proferte ſtolam primam, & induite illum.*
25. Luc. 21.

P*Aſchalis* presb. Card. S. Praxedis poſtea S. Ceciliæ Trans Tyberim illinc. S. Mariæ in dominica, ex inſignibus ſtemmati appoſitis gentilio; vt notauit Ciaconius *in Steph. V.* Sacerdos clementiſſimus in nullius damnationem vnquàm ſubſcripſit.

13. *Gratias ego Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt in Chriſto Ieſu, quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo.* 1. Cor. n. 4.

S*Tephanus* S. R. E. Diac Card. à Leone III. promotus, teſte Anaſtaſio *in Stephano. V.* Chriſtiani Orbis paci totus intentus, Papa dictus non dubirauit in Galliam deſcendere, vt ibi Principum diſſidia cum Rege Ludouico componeret; quod facile aſſecutus Deo publicas egit gratias.

Regnum a gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias & contumelias. X. Eccli. 8.

A*Dolphus* Saxo Britannus Diaconus, & Legatus Leonis III. Papæ ad Britannos Regem Ardulfo regno & patria pulſum throno reſtituit, auctori-
A tate & maieſtate ſedis Apoſtolicæ. Romam reuerſurus in mari a piratis capitur, vinculis traditur, & a Cenulpho Rege redimitur. *An. Frãcorũ ſub Ludouico.*

STEPHANVS PP. IC.

STephanus V. electus 24. Iunij. Salutis Anno 816. vſque ad diem 27. Ianuatij, ordinauit Epiſcopos. V. Presb. XI. Diaconos VI.

PASCHALIS PP. C.

PAſchalis II. die 26. 26. Feb. Anno 817. Creatus, ad prid. Id. Maij 824. Ordinauit Epiſcopos...... Diaconos 6. Presb.......

Cardinales ſub Paſchali P. C.

2. *Nunc itaq. Rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum: vt non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis; nec prauaricari cuiquam liceat*, 6. Dan. 8.

T*Heodorus* Nomenclator S. R. E. Cardinalis à Paſchali creatus ob præclariſſima ab eo geſta in gratiam Eccleſiæ Romanæ; cum enim ex mandato Ponrificis, Concilio præeſſet Aquiſgranenſi, Anno 817. confirmationem impetrauit à Ludouico donationis antea factæ à Carolo M. teſte *Leone Oſtienſi. lib.* 1. c. 19.

1. *Qui timet Deum, faciet bona, & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam: obuiabit illi quaſi mater honorificata & quaſi mulier à Virginitate ſuſcipiet illam* Eccleſi. 2.

S*Ergius* Presb. Card, S. Silueſtri, poſtea Archipresbyter, tandem Papa, teſte *Anaſtaſio in Ser-*
B *gio. II.*) Virginitatis cuſtos, clementiæ Zelotypus, verè apoſtolus & Chriſti Vicarius.

3. *In ſplendoribus Sanctorum*. 109. Pſal. 3.

G*Regorius* natu Romanus Cardinalis Diaconus poſtea Presbyter. *tit. S. Marci* creatus à Paſchali Papa; tandem ipſe Papa (teſte *Anaſtaſio*) venerationem propugnauit Sanctorum, aduerſus Iconoclaſtas; de quo abunde dedimus in eius vita.

4. *Sobrietatem & prudentiam docet: iuſtitiam & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus.* 8. Sap. 6.

C V*Alentinus* Archidiaconus S. R. E. creatus à Paſchali. I. (ex *Anaſtaſio*) poſtea Papa, atqs ſucceſſor Eugenij II. throno dignitatis, æqualis Eugenio, atq; virtutis. vt in *eius vita.*

EVGENIVS II. PP. CI.

EVgenus II. electus Sal. An. 824. die 19. Iunij ad diem 10. Auguſti 827. Ordinauit Epiſcopos...... Diaconos......

Cardinales Epiſcopi ex Concilio Rom. ſub Eugenio II. apud Baronium.

1 IOannes Ep. Card. Syluæ Candidæ.
2 Stephanus Ep. Card. *Portuenſis*.
3 Benedictus Ep. Card. *Albanus*
D 4 Cæſarius Ep. Card. *Oſtien.*
5 Georgius Ep. Card. *Sabinus*.
6 *Conſtantinus* Prænestinus Ep. Card.

Car-

Cardinales Presb. in Concilio Romano ſub Eugenio II.

7 ANaſtaſius presb. Card.
8 Anaſtaſius presb. Card.
9 *Benedictus* presb. Card.
10 *Benedictus* presb. Card.
11 *Benedictus* presb. Card.
12 *Creſcentius* presb. Card.
13 *Donatus*, vel *Domnus* presb. Card.
14 *Georgius* presb. Card. vel *Sergius*.
15 *Gregorius* presb. Card. tit. *S. Marci* a Paſchali creatus poſtea Papa.
16 *Gegorius* alias *Georgius* presb. Card.
A 17 *Ioannes* Archipresb. Card.
18 *Iouinianus* presb. Card. vel *Iobinianus*.
19 *Marinus* presb. Card.
20 *Simeon* presb. Card.
21 *Simeon* presb. Card.
22 *Vrſus* presb. Card.
23 *Vrſus* Presb. Card.

Diaconi Cardinales in eodem Concilio.

F*auſtus*. *Leontius*. B *Valentinus* Archidiac. poſtea Papa.

Alij Cardinales ſub Eugenio.



1. *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri ſperauimus: ipſi infirmati ſunt & ceciderunt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.* 19. Pſal. 8.

IOannes *Datus* Presb. Card. tit. SS. Sergij & Bacchi creatus ab Eugenio II. Anno 825. ex *Ciaconio*. in ſchiſmate contra Eugenium IJ. dum Apoſtatæ arma pararent; ipſe Deum ac Deiparam orationibus C fatigabat.

Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes. Iudæ. 1.

Z*inZinus* presb. Card. S. R. E. populo adeo gratus Romano, vt aduerſus Eugenium II. Pōtifex fuerit electus, quamuis retrocedere cogeretur, quòd nobiles cum Eugenio conſpirarent; ſchiſma tamen fouit periculoſum, ad cuius extinctionem opus fuit, Lotharium Imperatorem ex Gallijs euocare, *Eginhardus*.

VALENTINVS PP. CIJ.

VAlentinus creatus Papa die 9. Auguſti. Sal. Anno 827. vſque ad 21. Septembris, eiuſdem Anni ordinauit Epiſcopos...... ſub quo nullum Cardinalem inueni.

GREGORIVS IV. PP. CIIJ.

GRegorius IV. in Papam electus die. 24. Septemb. Anno Sal. 827. vſque ad Annum 843. creauit Epiſcopos CLXXXV. Presbyteros...... Diaconos......

1. *In medio populi exaltabitur: & in plenitudine ſancto* D *admirabitur*. 24. Eccli. 2.

IOannes Epiſcopus Card. Albanus. Anno Sal. 828. Anno 1. Gregorij IV. in priuilegio Sublacenſi (*Vghellus*) ſubſcriptus legitur. Cœteros eum doctrina præcelleret, factus eſt S. Sedis Apo. Bibliothecarius.

2. *Librum legis inueni in domo Domini*. 2. Paralipom. 34. n. 14.

A*Malarius Fortunatus* natu Germanus, Monachus Luxouienſis, ord. S, Benedicti, S. R. E. presb. Cardinalis vt notat *Vghellus ad Ciaconium in Greg. 4.*) & Archiep. Treuirenſis, pietate ac doctrina celebris legationem ſubijt ſub Carolo M. vnà cum Petro Nouātulano in Orientem ad Michaelem

Balbum Imperatorem; alteram ſub Ludouico Pio, ad Gregorium. IV.

Librum ſcripſit *de Ordine Antiphonarij* libros quatuor *de Officijs Eccleſiaſticis* teſte Bellarmino *de ſcript. Eccleſ.* Vnde verò deducatur Cardinalis fuiſſe S. R. E.? non video. Eius vitam deſcripſit, typiſque dedit Conſtantinus Caietanus, eamq; dedicauit Scipioni Card. Burgheſio.

3. *Arcus fortium ſuperatus: & infirmi accincti ſunt robore.* 1. Reg. 2. n. 4.

IOannes Archidiaconus S. R. E. qui mortuo Gregorio. IV. ambitu inflatus, in ferro & haſtâ dignitatem tẽtauit vſurpare Pontificiã, ſed incaſſum, Deo prohibente & ad clauum Eccleſiæ, Sergium A euocante. *Anaſtaſ. in Sergio* 11.

SERGIVS IJ. PP. CIV.

SErgius. IJ. electus die 4. Idib. Februarij. Anno Sal. 884. vſque prid. Idus Aprilis. 847. ordinauit Epiſcopos XXIJJ. Diaconos JJJ. Presbyteros VJJJ.

Cardinales ſub Sergio II.

1. *Erubeſcite à Principe, & à Iudice de delicto: à Synagoga & Plebe de iniquitate.* 41. *Eccle.* 22.

BEnedictus natu Romanus frater Sergij. II. R. P. vſurpator Epiſcopatus Albanenſis, de quo Luitprandus Ticinenſis in *vitis Rom. Pontificum.*

2. *Omnis terra adoret te*, 65. Pſal. 4.

LEo natu Romanus ex Rodulphorum familia Presbyter Cardinalis tit. *SS. IV. Coronatorum*, à Sergio creatus, Papa futurus nomine Leonis. IV. B *Anaſtaſius in Leone II.*

S. LEO IV. PP. CV.

S. Leo IV. electus pridie Idus Aprilis, An. Sal. 847. vſque XVJ. Kal. Auguſti 855. ordinauit Epiſcopos 63. Presbyteros XJJX. Diaconos VJJJ.

Cardinales Epiſcopi ſub Leone IV. in Synd. Rom. An. 850.

1. *Audite hoc ſacerdotes & attendite domus Iſrael, & domus Regis auſcultate; quia vobis iuditium eſt. quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationum, & rete expanſum ſuper Thabor.* 5. Oſeæ, 1.

ANaſtaſius presb. Card. tit. *S. Marcelli* creatus à Leone. IV. & ab eodem depoſitus in Concilio Romano, quod parochiam ſuam per annos quinque deſeruiſſet. *Rom Concil ſub Leone IV.* mortuo Leone IV. aſtu Arſenij Ep. Eugubini deceptus Ludouicus Imperator Anaſtaſium de poſitum, & excommunicatum tentauit in Pontificatum intrudere, contra Benedictum III. qui tamen Deo fauente prævaluit Lege vitam Leonis IV. n. 1. & vitã *Benedicti III.* Vſque ad creationem Hadriani II. Papæ in communione laicorum vixit, a quo Eccleſiæ fuit reconciliatus *Anaſtaſ.*

2. *Sunt viri Iudæi quos conſtituiſti ſuper opera Babylonis Sidrach, Miſac. & Abdenago: viri iſti contempſerunt decretum tuum: Deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adorant.* 8. Dan. 9.

MEgiſtus Ep. Card. *Oſtienſis* ex Abbate S. Gregorij ad Cliuum Scauri, atq; S. R. E. bibliothecarius, de quo *Ioannes Diac. in vita S. Greg. l. 4. c. 86.* in ſchiſmate Anaſtaſij contra Benedictum IIJ. Papam legitimum conſtanter tuetur, renuens conſecrare Antipapam. Subſcriptus reperitur tanquam bibliothecarius S. R. E. *in priuilegio S. Dioniſij.*

3. *Et adorauerunt opus manuum ſuarum.* 1. Ierem. 16.

ROdoaldus Ep. Card. *Portuenſis* ſubſcribit Rom. Concilio ſub Leone IV. eo mortuo, ſchiſmaticis iungitur contra Benedictum IIJ. vnde tanquam C excommunicatus prohibetur eum conſecrare. *Anaſtaſ.* Eccleſiæ reconciliatus a Nicolao I. eiuſq; legatus miſſus Byzantium in cauſa S. Ignatij, cum Zacharia Ep. Anagnino, vt Photianę intruſionis cauſas cognoſceret, timore vel pecunia corruptus mandata neglexit Pontificia *Ep. 7. Nicolai, ad Michaelem Imper.* In Italiam reuerſus in Galliam iterum miſſus ab eodem Nicolao ad Metenſe Concilium in cauſa Theutpergę Reginę (quam Rex Lotharius iniuſtè repudiauerat) pecunia corruptus, iuſtitiam poſthabuit. Hine in Romano Concilio dignitate ſpoliatus Epiſcopali, & excommunicatus Succeſſorem Formoſum habuit. *Ep. 10. Nicolai. to: 8. Concil.*

D 4. *Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis ſuffulſit domum & in vita ſua corroborauit templum*, 50. Eccli. 1.

LEo Ep. Card. *Sylua Candidę* ſubſcripſit Concilio Romano ſub Leone JV. cum Donato Oſtienſi, & Petro Cauenſi conſecrat Adrianum Papam, teſte *Anaſtaſio.*

5. *Et perire faciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui: & non adorabis vltra opera manuum tuarum.* 5. Micheæ. 12.

PEtronacius Ep. Card. *Albanenſis*, qui mandante Leone IV. R. P. Anaſtaſium Presb. Card. tit. *S. Mar-*

S. Marcelli vagantem ad reſidentiam reuocauerat, & de huiuſmodi monitionę à ſe facta certiores fecit patres in Romana Synodo, in quà priuatus & excommonicatus fuit Anaſtaſius, contra quem poſtea ſedi incubantem Apoſtolicę; conſtantiſſime Benedictum IIJ. Papā legitimum propugnauit. *Synodus* Romana ſub Leone IV. Anno Sal. 853. A

6. *Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi viri Religioſi ex omni natione, quæ ſub Cœlo eſt*. 2. act. 5.

SErgius Ep. Card. *Sabinus* & ipſe in Romano Concilio conueniens cum patribus, depoſitioni ſubſcripſit Anaſtaſij Card. tit S. Marcelli.

Cardinales Presbyteri ſub Leone IV. in eodem Rom. Concilio.

7 ADrianus presb. S. Marci poſtea Papa.
8 Adrianus presb. S. Vitalis.
9 Benedictus presb. S. Calliſti, poſtea Papa.
10 Georgius presb. S. Laurentij,
13 Ioannes presb. S. Priſcæ.
11 Georgius presb. SS. Io: & Pauli.
12 Gregorius presb. S. Anaſtaſiæ.
14 Ioannes presb. S. Chriſogoni.

Nunc ſine lege, iuſtitia Dei manifeſtata eſt.
3. Rom. 22.

LEo presb. Card. S. Laurentj in damaſo, legatus Nicolai Papę ad Bulgaros cum ad Grecorum perueniſſet confinia, ludibrio habitus tanquàm inutilis Gręco Imperatori; vt illudebant miniſtri, Romam redijt afflictus, teſte *Anaſtaſio in vita Nicolai*. Legatus denuò ab eodem Nicolao ad Michaelē Imperatorem in cauſa S. Ignatij, (teſte *Nicolao Ep. 9.*) iuſtitiam conſtantiſſimè coluit.
21 Leo presb. S. Cyriaci.

15 Iouinianus presb. Sabinæ.
16 Leo presb. S. Cęciliæ.
17 Leo presb. SS. IV. Coronatorum.
81 Martinus presb. S. Marci.
19 Paulus presb. *S.* Balbinę.

25. *Et tu Adiutor fortis*. 70. *Pſal*. 7.

QVirinus presb. S. Euſebii, non *Lucinus*, legit editio Regià Pariſienſis Anno 1671. contra Ciaconium, & Oldoinum, qui *Lucinum* vel *Lucia-*
B *num* appellat Fulginiæ natum, filium *Halli* Trincij Fulginię ciuitatis in Vmbria Principis, diaconum Cardinalem Regionis IX. à Gregorio IV. creatum & a Leone IV. Presbyteris adiunctum, tit. *S. Euſebij*, decori eccleſiaſtico ſemper incubuit.
26 Romanus presb. SS. Io: & Pauli.
27 Romanus Archipresb. S. Pudentianæ.
28 Sergius presb. S. Clementis.
29 Zaccharias presb. S. Chryſogoni.

Cardinales Diaconi.

BEnedictus Diac. Card.
Benedictus Diac. Card.
Ioannes Archid. Card.
Ioannes Diac. Card.
Leontius Diac.

C

S. BENEDICTVS IIJ. Pp. CVJ.

ELectus Benedictus JJJ. 16. Julij 855, ad 26. Jan. 858. ordinauit Epiſcopos LXVJ. Presb. V. Diaconum J. De hoc Pontifice Benedicto JJJ. ſupplenda ſunt quæ in eius vita omiſimus: nempe rugiente *Anaſtaſio* Antipapa, Benedictum ab vrbe profugum Venetias deſcendiſſe, verſutias fugientem inſidiantium, & a Duce, populoq. Venetiarum cum honore ſuſceptum, viſitaſſe eccleſiam S. Marci, quam laudauit, benedixit, ritumq. eccleſiaſticum confirmauit. Viſitauit etiam Monaſterium S. Zacharię, vbi rogatus ab Agnete Maurocęna Abatiſſa, corpora SS. Pancratij M & Sabinæ Virginis conceſſit. Sedatiſq; tandem tumultibus Romam redijt.

NICOLAVS J. PP. CVIJ.

NIcolaus. J. in Pontificem Rom. promotus die 8. Kal. Maij. Anno Sal. 858. vſque Jdus Decembris 867. ordinauit Epiſcopos LXV. Presbyteros VJJ. Diaconos JV.

Cardinales Epiſcopi, & Presbyteri ſub Nicolao I.

1. *Numerus Annorum incertus eſt*. 15. Iob. 20.

LEo Ep. Oſtienſis legitur ſubſcripſiſſe priuilegio dato per Io: XIII. Condulpho Archiep. Beneuentano. 7. Cal. Iulij. 864. Vghello: teſte, ſed tempora non concordaut.

D 2. *Et reſtituet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum munditiam manuum, & in conſpectu oculorum ſuorum*. 2. Reg. 22. *n*. 25.

FOrmoſus Ep. Card. *Portuenſis magnę ſanctitatis* fama miſſus a Nicolao Papa apparebit ad predican-

candum Bulgaris Euangelium, regnum illud lucratus eſt; Poſtulatus à Rege Bulgarorum in Archiep. regni ſui, non eſt permiſſus ne ſedem deſereret ſibi creditam Portuenſem: teſte *Anaſtaſio in vita Nicolai* PP. Romam redit ſub Hadriano IJ. & ſub Io: VIIJ. nouam legationem ſubijt in Gallias, cum Iaderico Veliternenſi, & alijs, vt cum Carolo Rege de rebus grauiſſimis tranſigeret. Ab æmulis duriſſima paſſus, in Pontigonenſi Concilio, à Io. VIIJ., Anno 786. damnatus, & Epiſcopatu ſpoliatus, vt ex Ep. 319. Ioan. VIIJ. A Martino tandem reſtitutus Papa.

3. *Ipſe liberauit me de laqueo venantium*, po. Pſal. 3.



DOnatus Ep. Card. *Oſtienſis* legatus Nicolai Papæ ad prædicandum Bulgaris Euangelium,

in itinere prohibitus à Grecis vltra pergere, ludibrio habitus & virgis percuſſus Romam redijt. *Anaſtaſ.* Conſecrat Hadrianum IJ. *ib.* Legationem tertio ſubijt ad Baſilium Imperatorem nomine Hadriani IJ. & Concilio octauo Occumenico præfuit; conditionatè ſubſcribens, male habetur ab Imperatore, a piratis capitur: diuinitus liberatur. *Anaſtaſ. in Hadriano II.*

4. *Alij vero ludibria & verbera experti inſuper & vincula, & carceres.* XI. Heb. 36.



A LEo presb. Card. S. R. E. tit. S. Laurentij in Damaſo, legatus Nicolai Papæ ad Bulgaros, prohibitus à Grecis vltra pergere, & verberibus afflictus Romam redit. *Anaſtaſ. in vita Nicolai.*

Diaconi Cardinales ſub Nicolao I.

5. *Spes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes quod ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.* 2. Cor. 1. n. 27.

MArinus S. R. E. Diaconus vnà cum Leone presb. ad Bulgaros miſſus, cum ad confinia Græcorum perueniſſet, à Theodoro Marea ludibrio habitus tanquam inutilis Grecis,

B Romam redit. *Anaſtaſ. ib.* Legatus denuò à Nicolao Papa ad Michaelem Imp. in cauſa S. Ignatij, iuſtitiam conſtantiſſime coluit. *Ep. 9. Nicolai* PP. Legationem tertio ſubijt ad Baſilium Imperatorem, nomine Hadriani IJ. & octauo Cõcilio prefuit Oecumenico, conditionatè ſubſcribens, malè habetur cum ſocijs a pitatis capitur *Anaſtaſ. in Hadriano II.* tandem Papa.

HADRIANVS IJ. PP. CVIIJ.

HAdrianus IJ. in Papam creatus die 19. Kal. Iunij. Anno 867. vſque Kal. Nouemb. 872, ordinauit Epiſcopos...... Presbyteros,....., Diaconos.......

Cardinales Epiſcopi ſub Adriano II.

1. *Loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & Sermonibus odij circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis.* 108. Pſal. 3.



GAudericus, vel *Iadericus*, aut *Gaudentius* vel *Galterius* Epiſcopus Cardinalis Velitrenſis, qui ob malignantium calumnias exulcerabat odioſus Imperatori: veritate detecta, Hadriano intercedente, ab Imperatore in vrbem reſtituitur. *Anaſtaſ. in vita Hadriani* IJ. Adeſt Romano Concilio ſub Io: VIIJ. vt ex *Ep. 319. Io: VIII.* & Con-

C cilio Rom. IIJ. Legatus ad Carolum Caluum, vt inuitaret eum Romam ad ſuſcipienda inſignia Imperij.

2. *Cuſtodi innocentiam & vide equitatem; quia ſunt reliquiæ homini pacifico* 36. Pſal. 37.



D

PAulus Epiſc. Card. Albanus Concilio adeſt Romano apud S. Petrum celebrato, ab Hadriano IJ. Anno 871. teſte *Vghello*. contra Iconoclaſtas, & pro reparanda eccleſiaſtica diſciplina.

Cardi-

Cardinales Presbyteri ſub Hadriano. II.

3. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis* 1. Cant. 5.

P*Etrus* presb. Card. S. R. E. tit...... legatus Hadriani IJ. Papæ ad Ludouicum, vt ex *Ep. Hadriani ad Ludouicum* Germaniȩ Regē, in qua legatos comendat Ioannem, Petrum, Ioannem, & Vuib- A bodum Epiſcopos, *nec non Petrum religioſum presbyterum cardinis noſtri, dilectumq; familiarem noſtrum*. Legatus etiam Io: VIIJ. & quaſi cuſtos adiectus Eugenij & Pauli Epiſcoporum, qui vt negligentes redarguuntur in *Ep.* 203. *Io: VIII.*

IOANNES · VIIJ. dictus XJ. PP· CIX·

I*Oannes VIII.* creatus die 19. Kal. *Ianuar.* 872. ad 18. Kal. *Ianuar.* 882. ordinauit Epiſcopos..... Presbyteros..... Diaconos......

Epiſcopi Cardinales ſub Io: VIII.

1. *Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem eius accepiſtis*. 13. Iob. 10.



E*Vgenius* Ep. Car. Oſtienſis nomine Io: VIIJ. legatus ad eccleſiam Conſtantinopolitanam, vt vna cum Paulo Ep. Anconæ, ira vrgente Baſilio Imperatore, illam peruerſis purgaret erroribus. Eodem tempore ad Regem miſſus Bulgarorum, legationem ſuam non egregie perſecit; vt *ex Ep.* 203. Io. VIIJ. quà eos reprehendit, ſocium adiugens Petrum presb. Card. B

3. *Vnicuiq. ſecundum meritum operum ſuorum*, 16. Eccl. 15.

G*Regorius* Ep. Card. *Sylua Candidæ* ſubſcripſit Concilio Romano IIJ. ſub Io. VIIJ. *ib.* anathema conclamans aduerſus Athanaſium Epiſcopum, C & Principem Neapolitanum.

Card. Presbyteri: ex Concilio Rom. IIJ. ſub Io: VIIJ.

Germanus presb. Card. SS. Io: & Pauli.
Benedictus presb. Card. S. Balbinæ.
Hadrianus presb. Card. S. Laurentij.
Ioannes presb. Card. S. Ceciliæ.

2. *Cornua peccatorum confringam*. 74. Pſal. 11.



B V*Valpertus* Ep. Card. *Portuenſis*, Formoſo depoſito ſubrogatus, Concilio ſubſcripſit Romano I. Anno 877. & Concilio Romano IIJ. Anno Sal. 879. ſub Io: VIIJ. De eo mentio recurrit in *epiſtola Io: VIII. ad Landulphum Ep. Capuanum* Omnem Vualpertus cum mouiſſet lapidem, vt Athanaſium Epiſcopum & Principem Neapolitanæ vrbis a fȩdere retraheret Saracenorum, ſed incaſſũ, Io: VIIJ. R. P. excitauit, anathema in contumacem laxare, quo tandem experge ſactus reſcipiſceret.

4. *Irati Bagatham & Thares duo Eunuchi Regis, voluerant occidere Regem. Quod Mardochęum non latuit annunciauit reginæ Eſther: & illa Regi, Quæſitum? inuentum; & appenſus eſt vterq; eorum in patibulo.* C 2. Eſther. 21.

P*Etrus* presb. Card. *S. Chriſogoni*, poſtquam Romano ſubſcripſiſſet Concilio ſub Io: VIIJ. Byzantium miſſus ad Baſilium Imperatorem, pro reconciliatione Photij, ſi iſte pȩnitens accederet, tam ſoccordè ſe geſſit cum alijs Legatis, vt Photij videretur procurator, non Eccleſiæ Romanȩ. Hinc Romam reuerſus, & doloſȩ conſpirationis cum Photio conuinctus, anathemate percuſſus iacuit.

Diaconi Cardinales ex eodem Concilio.

5 P*Aulus* Diaconus Card. S. R. E.

6 L*Eo* Diacon. Card. S. R. E.

Alij Cardiuales.

7. *Egredere de cognatione tua, & de domo patris tui; & faciam te in gentem magnam & benedicam tibi.* 12. Geneſ. 1.

L*Eo* Epiſcopus, Apocriſarius Card. S. R. E. ne- D pos Ioannis VIII. Papȩ, legatus à latere ad Carolum Caluum Imperatorem, vt ſuppetias impetraret aduersùs Saracenos, qui Italiam deuaſtabant: vt ex *Ep* 6. 7. 9. *Io: Papȩ*. In hac legatione plus gloriæ

ethon-

et honoris ſibi parauit, quàm Romę ſedendo, & in purpura imperando.

I 8. *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile* 3.Reg. 3. *n.* 9.

IOannes S. R. E. Diacon. Card., qui vitam S. Gre- A gorij libris quatuor diſtinctam, Ioanni Pontifici dedicauit. Aurum & argentum ad inſtar arenę exiguę parui pendens, ſapientiam ſapientiſſime, Salomonis exemplo, quæſiuit,

MARINVS I. PP. CX.

MArini nomen Ciaconius Familiæ hic dicit, non perſonæ: vndè Papam hunc *Conſtantinum Marinum* appellat, eiuſq. inſignia gentilitia vndis pingit *Marinus*, vt in teſſera Gentilitia ſolent nobiles Marini, qui etiam Venetijs occurrunt inter patritios. Familię nomen eſſe, nō perſonę probat Romanus Marinus in Stephano 6. Pontif. 112.

ELectus 4. Kal. Ianuarij An. 883. die 15. Kal. Februarij. An. 885. ordinauit Presb...... Epiſcopos...... Diaconos......

1. *Neſcitis, quod hi qui in ſtadio currant, omnes quidem currunt: ſed vnus accipit brauium: ſic currite, vt comprehendatis.* 1. Cor. 7. v. 24.

BEnedictus Ep. Card. *Sylua Candidę*, S.R. E. Bibliothecarius Anno 884. priuilegium conceſſum Monaſterio Caſinenſi ſubſcribit & publicat, 12. Kal. Feb. Ind. 2. *vt apud Petrùm Draconem p.* 5. Alacriter Benedictus, non tam virtutem captauit, quàm curſum perfecit.

2. *Fecit Salomon thronum de ebore grandem veſtiuit auro; qui habebat ſex gradus: & dua manus hinc atq; hinc*, 3. Reg. 10. n. 18.

VAlentinus Ep. Card. *Portuenſis* qui Anno 883. tanquam Sedis Apoſtol. Bibliothecarius, Idib. Iunij, priuilegium a Marino Papa datum Monaſterio Sollemniaco Diœceſis Lemouicēſis in Gal- B lia cōceſsum (*Vghello* teſte) inter publica retulit monumenta.

Sub tribus Pōtificibus Bibliothecarius, nonniſi ſedente Marino in throno Petri, Valentinus ad Cardinalatum aſſumitur. Ni enim opportunum patrocinetur auxilium, ad dignitatum lumina ægrè aſcendunt viri virtutibus onuſti. Salomonis enim ſapientia licet ſui ęui omnes homines ſuperaret, opus habuit manibus alienis, quibus innixus thronum ſcanderet facilius,

3. *Omines ergo cum vidiſſent, quòd Ieſus fecerat ſignum dicebant: quia hi eſt verè Propheta*: 6. Io: 14.

C BAſilius Card. S.S. Quatuor Coronatorum, filius Hadriani de regione vię Latę, poſtea Papa nomine Stephani VI. ſucceſſit Hadriano III. teſte *Anaſtaſio*: & clarus miraculis.

ADRIANVS IIJ. PP. CXJ.

ADrianus *IIJ*. electus die 13. Kal. Februarij 884. ad diem 6. *Idus* Maij 885. ordinauit Epiſcopos......, Presb......, Diaconos......

STEPHANVS VJ. PP. CXIJ.

STephanus ante Pontificatum *Baſilius* dictus, ſi Oldoino fides, Anno electus 885. ad Annum 891. creauit Epiſcopos......

Cardinales ſub Stephano IV.

ROmanus *Marinus Faliſcus* Cardinalis S. R. E. teſte *Anaſtaſio*.

D SErgius S. R. E. Diaconus mortuo Stephano 6. in Papam eligitur: ſed dum in altari conſecrandus celebrat, verſis in ſeditionem Romanis ab altari extra hitur: & Formoſum eleuant. *Luitprand.*

FORMOSVS PP. CXIIJ.

FOrmoſus electus Anno 891. ad diem 19. Kal. Ianuar. 896. ordinauit Epiſcopos.....Presb..... Diaconos......vt in c. 4. *Romani Concilij*, *ſub: Io:* 9.

Cardi-

Cardin: Presbyteri qui cum Stephano VII. ſubſcripſerunt contra Formoſum defunctum.

Benedictus)
Marinus) Presb. Card. S.R.E. vt in c. 8. Sy-
vel) nodi Romane ſub Io: *9*.
Martinus)
Sergius)

A

Ioannes) Diaconi S. R. E. qui vt cap. 8. & *9*. Sy-
Leo) nodi Romanæ, ſub Jo: *9*. vnà cum ſu-
Paſchalis) pradictis presbyteris, ſub Stephano
Ioannes) VII. cadauer Formoſi Rom. Pōtificis,
) ſacrilegè extrahentes de ſepulchro
) in Tyberim proiecerunt; propterea
) a Jo: *9*. excommunicati, & depoſiti
) fuere. *Concil. Rom. ſub Io: 9.*

BONIFACIVS VJ. PP. CXIV.

Bonifacius *Intruſus* Anno Sal. *896*. Menſe Decembri, ſedem tenuit diebus XV.

STEPHANVS VIJ. PP. CXV.

Stephanus *VII*. electus Sal. An. *897*. Menſe Ianuario, Strangulatur Anno *900*. Nullum ſub eo Cardinalem inuenio.

ROMANVS PP. CXVJ.

Romauus electus Salutis Anno *900*. Sedit per menſes IV. Dies XX. Sub quo Cardinales mihi non occurunt.

THEODORVS PP. CXVIJ.

Theodorus intruſus Salutis Anno *901*. Sedem premit diebus XX.

IOANNES IX. PP. CXVIIJ.

Ioannes IX. Electus V. Idib. Septemb. Sal. An. *901*. ad Annum *905*. ordinauit Epiſcopos......... Presb............ Diaconos........

Gvido Ep. Oſtienſis ſubſcriptus reperitur in priuilegio Ioannis IX. dato Eccleſiæ Lucanæ: teſte Lancelloto *pag. 62*.

B

BENEDICTVS IV. PP. CXIX.

Benedictus IV. Electus An. Sal. *905*. obijt Anno *907*. ordinauit Epiſcopos...... Presbyteros..... Diaconos......., de Cardinalibus nec verbum apud Hiſtoricos.

LEO V. PP. CXX.

Leo V. Sedit Anno *907*. per dies XXXX. De ordinatione Epiſcoporum, ſilentium. De Cardinalibus occurrunt,

Fiant dies eius pauci; & Epiſcopatum eius accipiat alter. Pſal, 108.

C

Abominantur iuſti virum impium: & abominantur impij eos. qui in recta ſunt via 29. Prouer. 27.

Christopharus presb. Card. S. R. E...... futurus AntiPapa Leonem V. Papam detruſit in carcerem; vt in eius *vita*: vnde & ipſe breui miſerè perijt.

Sergius presb. Card. S. R. E...., futurus Antipapa nec tumulo Formoſi pepercit Pontificis. Lege vitam Sergij. IIJ.

G CHRI-

CHRISTOPHORVS P. CXXJ.

CHriſtophorus electus Sal. An. 908. ſedem tenuit Menſibus VII. ſub quo, Cardinalium nulla memoria.

SERGIVS IIJ. P. CXXIJ.

SErgius. III. Electus Salutis Anno 908. vſq: ad Annum 910. ordinauit Epiſcopos........ Preſbyteros...... Diaconos......

Cardinales ſub Sergio III.

Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium: quod nec auferre quid poſſumus. 1. Timoth. 6. n. 7.

H*Ildebrandus* Epiſcopus Card. *Syluę Candidę* Anno 910. priuilegium ſibi & ſucceſſoribus impetrat. a Sergio. IIJ. *Maſſę Cęſareę*, vt legitur apud *Vghellum*.

C*Hriſtophorus* Primicerius Romanus S. R. E. Cardinalis teſte Oldoino, nullo tamen fundamento, & pater Leonis VJ. Rom Pontif.

ANASTASIVS IIJ. P. CXXIIJ.

ANaſtaſius. IJJ. electus Salutis Anno 910. per Annos duos ordinauit Epiſcopos........ Presbyteros...... Diaconos........ Cardinales......

LANDO P. CXXIV.

LAndo electus Salutis Anno 912. Sedem tenuit menſibus quatuor: ſub quo Cardinalium nulla memoria.

IOANNES X. P. CXXV.

IOannes X. intruſus in Sedem Romanem Salutis Anno. 912. in carcerem truditur Anno 928 obijtq; Salutis Anno. 929.

LEO VJ. CXXVJ.

LEo VJ. electus Salutis Anno. 928. ſedit Menſibus 6. diebus 15. creauit Epiſcopos....... Filius iſte (teſte Oldoino nullo tamen fundamento) Chriſtophori Primicetij Card. S.R.E. creati à Sergio IIJ. ibidem habes inſignia.

Cardinales ſub Leone VI.

B*Obo* Romanus recenſetur ab Oldoino Diaconus Card. S. R. E. cuius inſignia. Vnde verò inter Cardinales aſſeratur? non video.



EAdem ratione, qua ab Oldoino inter Cardinales Diaconos includitur *Sergius* Romanus ex Comitibus Tuſculanis Signię, etiam excluditur,

STE-

STEPHANVS VIIJ. P. CXXVIJ.

STephanus VIIJ. Elgitur Anno *929.* ſedit An. 2. Menſ. 1. dieb. XV.

IOANNES IJ. dictus XIJ. CXXVIIJ.

IOannes IJ. Intruditur Anno *931.* ſedit fere annos ſex ,

L E O VIJ. P. CXXIX.

LEo VIJ. Eligitur Anno *936.* ad Annum *839.* ordinauit ....

STEPHANVS IX. P. CXXX.

STephanus . IX. Electus Anno *939*, ad Annum *943*, ordinauit Epiſcopos......

Cardinales ſub Stephano IX.



V*Gobaldus Obitius* S.R.E. Car- dinalis creatus à A Stephano IX. dicto VIIJ. teſte *Ciacon.o* ex archiuo Reipub. Lucenſis. Obijt morbo conſumptus. Cœliaco.

MARINVS IJ. P. CXXXI.

MArinus IJ. Anno Electus *943.* ſedit annos circiter tres: paucoſq; Menſes teſte Ranulpho, Platina, Bergomenſi. Secundum verò Sigebertum & Martinum, Annos 4. Menſes 6. dies 14.



B*Onifacius* filius Deuſdedit ex Comitibus Tuſculanis Signiæ, Epiſcopus Sutrinus. Cardinalis S.R.E. abſq; ullo fundamento hiſtoriæ, aſſertus ab Oldoino.

B EAdem linea collocatur *Octauianus* Alberici Romani Principis filius, ex Comitibus Tuſculanis Signiæ, habentq; inſignia communia Papa iſte futurus nomine Ioannis XIJ. Cardinalis iſte ante Pontificatum gratis aſſeritur; cum teſte *Frodoardo* in *Chronico*, clericus ſolumodo eſſet, & *puer* cum in Pontificem aſſumptus eſt, teſte *Luitprando*.

AGAPETVS IJ. P. CXXXIJ.

AGapetus II. Elactus 18. Maij *946.* Kal. Ian. *955.* ordinauit. Epiſcopos,.....

Cardinales ſub Agapeto II.

Ineptas & aniles fabulas deuita? exerce autem teipſum ad pietatem. 1. Timoth. 4. 7.

1 H*Adamarus* natione Germanus Abbas Fuldenſis & S. R. E. Cardinalis ex *Chron.* M. S. Sancti Vdalrici Auguſtani. Vir pietate & doctrina clarus, Principibus, præcipue Othoni M. charus, Romam ad Agapetum Papam miſſus pro impetratione pallij à S.



à S. Brunone Archiep. Colon. redijt ingenti populi Agrippinenſis gratulatione, pallio non ſolùm impetrato, ſed reliquijs de corpore S, Pantaleonis M. teſte *Rogerio in eius vita*. Reuerſus in Germaniam, peſte obijt Anno 956, ſepultus in choro occidentali Fuldenſi, ſupra cryptam S. Bonifacij, cum ſequenti epitaphio, teſte *Chriſtophoro Brouuero l. 1. Fulden. Antiquit. c. 9.*

Ceſſit naturę vir laudis non obiturę
Hadamar ille decens, perpetuoq; recens.
Inter primores, ſtellas quaſi Luna minores
Iſte Decus nimium, Sidus & eximium.
Hoc decorante Viro, fulſit per Fulda ſapphiro;
Tunc ſpeculanda Sion nunc miſeranda Sidon.
Ergo Vir hic talis tibi Fulda pater ſpecialis.
Nunc Noemi clara nunc ſed amara Mara.
Non tibi decedat, rarò vel ab ore recedat:
Quod fuit ipſi tibi, Sit Deus ipſe ſibi.

Inſignia hic appono ex M. S. Cornellio: fides penès auctorem.

A

IOANNES P. XIJ. CXXXIIJ.

IOannes 12. intruſus Saluti Anno 955. Obijt pridie Idus Maij. 964. ordinauit Epiſcopos...... Presbyteros.......

Cardinales Epiſcopi ex Romano Conuentu in quo eſt depoſitus Io: XII. Anno Sal. 963.

1. *Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua Domine intellexi: omnis conſumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.* Pſal. 118.



S*Ico* Ep. Card. *Oſtienſis* cum depoſuiſſet Io. XIJ. pręſente Othone M. in conuentu Romano, in Synodo poſtea Romæ cōgregata ab eodem Io:XIJ. fuit in pęnnam Epiſcopatu ſpoliatus. De eo mentio apud Luitprandum Ticinenſem. *l. 6. c. 6.* Ad Epiſcopatum reſtitutum fuiſſe apparet ex Romano Concilio coacto à Io: XIII. An. 969. in quo Sedes Beneuentana Archiepiſcopatus eſt declarata; cui ſubſcripſiſſe legitur *to. 9. Concil. in append. pag.* 1239. veruntamen cum in eodem Concilio alter Ep. Card. Oſtienſis, *Leo* nomine reperiatur ſubſcriptus; concordare non valeo. Nam Leo iſte reperitur ſubſcriptus Anno 983. ſub Benedicto VIJ. priuilegio indulto Eccleſiæ Sublacenſi.

2. *Et adorauerunt ſculptile.* Pſal. 105. *n.* 19.

B*Enedictus* Ep. Card. Portuenſis qui Leonem Antipapam ordinauit. Inter Romanos patres poſtea repetitur ſub Ioan: XIIJ. in Synodo Rauennati. An idem & vnus? dubiū m.

B 3. *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulacris ſuis 96.* Pſal. 7.



G*Regorius* Ep. Card. *Albanus* adeſt Romano conuentui deponens Jo: XIJ. & etiam Synodo Romanæ, in qua Io: XIJ. excommunicauit Leonem Antipapam; & reus peragitur ob manuum impoſitionem collatam Leoni.

C

4. *Leo rugiens & vrſus eſuriens: princeps impius ſuper populum pauperem.* 28. Prouer 15.

GRegorius Ep. C. Oſtienſis, qui in Conciliabulo Leonis Antipapæ & Otthonis. IJ. An. 964. conſedit contra Io: XIJ. ſubſcribens priuilegia, quæ omnia cum ſuſpectæ ſint fidei; etiam de nomine huius Gregorij dubitatur.

D

5. *Quàm bonum eſt, correptum manifeſtare pęnitentiam: ſic enim effugies voluntarium peccatum.* 20. Eccli. *n.* 4.

T*Heophilactus Prœneſtinus* Ep. Card. Ioannem XIJ. depoſuit in Romano conuentu; nec vltra aliquid de eo inuenire, vel eius pęnitētiam pro Io. XJJ. depoſitione, oſtendere valeo; vt fama exigit peccatoris.

6. Dedit

Digitized by Google

6. Dedit ei Dominus locum penitentiæ.
24. Job.



VVido Ep. Card. Sylue Candidæ adfuit non ſolum Romano conuentui. In quo depoſitus eſt Jo: XJJ. ſed etiam Synodo, in quo Joannes ipſe XIJ. damnauit Leonem Antipapam & reus declaratur quia Leonem ordinaſſet. De eo mētio apud Luitprandum Ticinenſem *l. 6. c. 6.* Adeſt Synodo Rauennati ſub Io: XIIJ. vt in to: *9. Concil.* Adeſt Concilio Romano, Anno *969.* & ſubſcripſit erectioni Archiepiſcopatus Beneuentani, *to: 9. Concil.*

7. Deus dat illis pœnitentiam, ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à laqueis Diaboli, a quo captiui tenentur. 2. Timoth. 2. *n.* 26.

IOannes Ep. Card. *Sabinus* adeſt cum Gregorio Albano & Vuidone Syluæ Candidæ vtriq; conuentui, in quibus depoſitus primo Io: XIJ. poſtea reſtitutus; damnatuſq: Leo Antipapa. *ib.*

8. Initiatus eſt Iſrael Beelphegor: & iratus eſt Dominus.
A 15. Numer. 3.

LEo Ep. Card. *Velitrenſis* adeſt depoſitioni XII. in Romano conuentu, præſente Othone M. Anno *963.* Vixit etiam ſub Marino II. Papa Anno *943.* deditq; facultatem duci Demetrio & Conſuli Veliternenſium, oppidum ædificandi, in territorio Veliternenſi vt ex archiuo eiuſdem Eccleſiæ.

Cardinales Presbyteri in eodem conuentu.

9. Vniuerſus Iſrael valde doluit & egit pœnitentiam ſuper interfectione vnius tribus, 21. Iud. 15.

HAdrianus presb. Card. S. Calliſti cum literas citatorias vnà cum Benedicto Diacono Cardinali, nomine Romanę Synodi detuliſſet ad Joannem XIJ. ab vrbe profugum, eumq. in eodem damnaſſet conuentu; in alio poſtea eumdem reſtituit dolens populum exemplo ſuo ad errorem prouocaſſe.

10 HAdrianus presb. Card. tit. Lucinę, adeſt depoſitioni, & reſtitutioni Io: XIJ.

11 BEnedictus presb. Card. S. Sixti adfuit bino cōuentui, depoſitioni, & reſtitutioni Io: XIJ.

.... presb. Card. SS. Quatuor Coronatorum: Suplent nomen deficiens pro *Theophilacto.*

12 DOminicus vel *Domnus* presb. Card. S. Anaſtaſiæ, depoſitioni & reſtitutioni adeſt Ioannis XIJ.

31 IOannes presb. Card. tit. Equitij ſubſcribit depoſitioni, poſtea in alio conuentu, reſtitutioni Ioannis XIJ.

14 IOannes presb. Card. S. Suſanæ.

15 IOannes presb. Card. S. Cecilię, adeſt tam depoſitioni, quàm reſtitutioni in gemino conuentu factę Io: XIJ.

16. Dominus ſcit cogitationes hominum.
93. Pſal. 11.

B PEtrus presb. Card. S. Laurentij in Damaſo, qui in Romano conuentu Io: XIJ. accuſauit teſtando, ſe illum vidiſſe Miſſam celebrare, ſacrificio non abſoluto, Communione pręterita. *Luitprand.* an vera protulerit? Deus ſcit.

17 PEtrus presb. Card. tit. Pammachij.

18. Synagoga potentium quæſierunt animam meam,
85. Pſal. 14.

C 

STephanus Archip. Card. depoſitioni Io: XIJ. in Romano conuentu, præſente Othone M. ſubſcribit: quamuis in altero conuentu eum reſtituerit. Error in hoc Cardinale obrepſit in titulo; in primo namq; conuentu, tit. dicitur *S. Balbinæ* in ſecundo *SS. Nerrei & Achillei* niſi titulum mutauerit. Malè etiam hunc Cardinalem non *Stephanum*, ſed *Leonem* Oldoinus appellat; vt videre eſt in exemplari Conciliorum Pariſienſi.

D

19 STephanus presb. Card. S. Sabinę, Io: XIJ. deponi primo, poſtea reſtituit.

20 THeophilactus presb. Card. S. Chryſogoni depoſitioni adeſt & reſtitutioni Io: XIJ.

Inue-

Inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam: caput autem Dragon, & duę palmę manuum eius abſciſſę erant ſuper limen. 1. Reg. 5. n. 4.



JOannes Diaconus Catd. S. R. E. quod in Io: XIJ. depoſitione non ſolùm conſenſiſſet, ſed eum etiam publicè accuſaſſet, vidiſſe ab eo ordinari Diaconum in equorum ſtabulo, tempore irregulari, captus confeſſus, manus dexterę amputatione punitur, & velut Dagon in terra iacuit. Ex manus natq; amputatione, ſpiritum exhalauit. Luitprandus.



Homo peritus confundetùr a perſona potentis. 21. Eccl. 25.

BEnedictus Car. Archidiaconus miſſus a Io: XIJ. Papa, vt quoquo modo impediret Othonis Imperatoris aduentum in vrbem; hoc adueniẽte, timore correptus Ioannem XIJ. accuſauit, aliorum querelas collegit, deſctipſit, & publicè recitauit in Romano conuentu, coram Imperatore, *quod ordinationes Epiſcoporum faceret pretio; quod Annorum decem Epiſcopum in Tudertina ciuitate ordinaſſet, de ſacrilegio non eſſe precunctandum; quia plus videndo, quàm audiendo ſcire potuiſſent. Pro certo ſcire, viduam Rainary, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte ſua abuſum eſſe: Sanctum palatium lupanar, & proſtibulum feciſſe. Venationem publicè exercuiſſe. Benedictum ſpiritualem patrem ſuum lumine priuaſſe, qui mox obyt. Ioannem Cardinalem Subdiaconum, virilibus amputatis eccidiſſe: incendia feciſſe: enſe accintum galea,* A *lorica indutum, diaboli in amorem bibiſſe: In ludo alec Iouis, Veneris, ceterorumq; Demonum auxilium popoſciſſe: Matutinas horas celebraſſe, nec ſigno Crucis ſe muniuiſſe.* His non obſtantibus, in alio conuentu eumdem Io: XIJ. throno reſtituit in Romano Concilio, Anno *969.* erectioni ſubſcribit Epiſcopatus Beneuentani in Archiepiſcopatum; vt in *to: 9. Concil. in appendice.*

Qui rectus eſt, corrigit viam ſuam. 22. Prouer. 29.

BOnfilius Diac. Card. Primicerius Subſcribit depoſitioni & teſtitutioni Io: XIJ.

Alij Cardinales ſub Io: XII. ex diplomate Leonis Antipapę. apud KrantZium. 4. *Saxoniæ.* c. 10.

Occultus autem propter metum Iudęorum. 19. Jo. 38.

EVſtachius Ep. Catd. *Albanus* diplomati Leonis Antipapę ſubſcribit de regalibus Cęſari reſtituendis. Hunc forſan Leo Antipapa *Gregorio* Albanenſi Epiſcopo legitimo ſubrogauit; quia Gregorius quamuis ſubſcripſiſſet in damnatione Io: Papæ, cum hoc clam conſpirabat.

B *Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt.* 92. Pſal. 21.

26 GRatioſus Ep. Card. *Prȩneſtinus ib.* Theophilacto ſubrogatus eadem ratione, qua *Euſtachius Albanenſis* ab Antipapa Leone; vt eum ſibi conciliaret, & beneuolum faceret.

Cardinales Presbyteri.

27 GBorgius presb. Card. *ad vincula.*
28 *Benedictus* presb. Card. *S. Mariæ de Præſepio.*
29 *Leo* presb. Card. *S. Hieruſalem.*
30 *Ianuarius* presb. Card. *S. Cęcilia.*
31 *Andreas* Patriarcha Lateranenſis.
C 32 *Fauſtinus* presb. Card. *S. Petri.*

Vera, an ficta fuerint hæc nomina? lege quæ dedimus in *vita Io: XII. n. 2.*

Cardinales Presbyteri ex Synodo Romana, in qua Io: damnauit depoſitionem ſuam.

LEo presb. Card. *S. Balbina* ſubſcribit damnationi Leonis Antipapæ.

Petrus presb. Card. *S. Laurentij* ſubſcripſit cum Io: D XII. damnationi Leonis Antipapæ.

Benedictus Diaconus Card. S. R. E. ſubſcripſit cum Io: XIJ. damnationi Leonis Antipapę.

BENEDICTVS V. P. CXXXIV.

BEnedictus electus Salutis Anno *964.* vſque in Annum *965.* ordinauit Epiſcopos......... Presb. .... Diaconos...... Cardinalium nulla mentio.

IOANNES XIIJ. P. CXXXV.

IOannes XIIJ. Electus Anno Salutis *965.*, ad VIIJ. Idus Septemb. *972.*, ordinauit Epiſcopos .... Presb........ Diaconos.......

Epiſco-

Epiſcopi Cardinales ſub Io: XIII.

LEo Ep. *Oſtienſis* de quo ſupra vide in Nicolao Pontifice.

1. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* 16. Marci 14.

2 EGidius Ep. Cardinalis *Tuſculanus* à Ioan. XIIJ. legatus in Poloniam, ad prædicandum Euangelium, id enixè poſtulantibus Sarmatis, corumq; duce *Meſcone*, quem pia fœmina Dobbera eius vxor A ad Chriſti fidem perduxerat. *Cromerus l. 3. Polon.*

3 *Dominus* Archipresb. Card. S. R. E. in Romano Concilio, Anno 969, ſubſcripſit erectioni Epiſcopatus Beneuentani in Archiepiſcopatum *to. 9. Concil. in append.*

4 *Creſcentius* presb. Card. S. R. E. in Concilio ſupradicto.

5 *Theophylactus* presb. Card. in Concilio ſupradicto.

6 *Bonifacius* Diaconus Card. in Concilio ſupradicto.

7 *Leo* Diaconus Card. S. R. E. in eodem Concilio.

DONVS IJ. P. CXXXVJ.

DOnus Eligitur 12. Kal. Octob. Sal. Anno 972. ad 14. Kal. Ian. ordinauit Epiſcopos .... Presb...... Diaconos......

BENEDICTVS VI. P. CXXXVIJ.

BEnedictus VI. Electus 13. Kal. Ianuar. 972. ad Annum Salutis 975. ordinauit Epiſcopos......

In laqueo iſto, quem abſconderunt; comprehenſus eſt per eorum. 9. Pſal. 16.

B Romani ciuis, qui libertatis auidus, & Sacerdotij cupidus, manu *Cincij* Romani, Papam Benedictum VI. ſtrangulauit.

BOnifacius Card. S. R. E. Diaconus filius Ferrucij

BENEDICTVS VI. P. CXXXVIIJ.

BEnedictus VIJ. Electus Anno Salutis 975. ad diem 10. Julij 984. ordinauit Epiſcopos .... Presb........ Diaconos......

Cardinales.

VVerhnerus Abbas Fuldenſis cœnobij, ordinis C Sancti Benedicti, conſanguineus S. Vdalrici, Othoni II. apprimè charus, & à ſecretis, lætam ipſius triſtemq; fortunam ſequutus, Calabricæ expeditioni contra Græcos, & Saracenos interfuit, immixtuſq; pugnantium agminibus, in acie cecidit, Anno 983. Id Iunij, teſte *Lamberto*. Fuit *Vuerhnerus* S. R. E. presb. Cardinalis, vt in *Chron. M. S. Augustano S. Vdalrici*. De eo plura Bouuerius *l. 1. Antiquit. Fulden. c. 19.*

2 LEo Ep. Cardinalis *Oſtienſis* Anno 983. priuilegium ſubſcripſit indultum à Bened. VIJ. Papa, Eccleſiæ Sublacenſi.

3 *Marcus* P. C. tit. *S. Stephani* ſubſcripſit priuilegio dato per Benedictum VII. Abbatiæ S. Ruphilli, apud Vghellum *to: 2. p. 644.* in Epiſcopis Bertinorij.

4 *Ioannes* P. C. tit. *S. Crucis in Hieruſalem* ſubſcripſit eidem priuilegio ſupradicto.

5 *Leo* P. C. tit. *S. Io: & Pauli* ſubſcriptus legitur in priuilegio ſupradicto exarato à Iuliano Subdia- D cono, & Cancellario.

IOANNES XIV. Dictus XV. P. CXXXIX.

IOannes XIV. dictus XV. Electus Anno 984. Salutis vſq; ad diem 20. Auguſti 985. ordinauit Epiſcopos .... Presbyteros........ Diaconos........

Bibliothecarij S. R. E.

Io: Ep. Nepeſinus teſte *Baronio*. An. 993.

IOANNES XV. Dictus XVI. P. CXL.

IOannes XV. electus Salutis Anno 985. ad Nonas Maij, 996., ordinauit Epiſcopos .... Presbyteros .... Diaconos........

Cardi-

Cardinales ſub Io: XV. Anno 993. In Romano Concilio pro Canonizatione S. Vdalrici.

1 CRefcentius Ep. Card. *Sylue Candida*, canonizationi ſubſcripſit S. Vdalrici, Anno 993.

2 *Bonizo* Archipresb. Cardin. *S. Luce*,

3 *Benedictus* presb. Card. *S. Stephani* ſubſcripſit in Rom. Concilio, Anno 969. ſub. Io: XIIJ. *to: 9. Concil.*

4 *Creſcentius* presb. Card. *S. Calliſti* ſubſcripſit in Concilio Romano ſupradicto. Anno 969.

5 *Ioannes* presb. Card. *S. Damaſi*.

6 *Ioannes* presb. *SS. Apoſtolorum*.

7 *Ioannes* presb. Card. *SS. Quatuor Coronatorum*.

8 *Ioannes* presb. Card. *S. Clementis*.

9 *Leo* presb. Card. *S. Nerei*.

10 *Leo* presb. Card. *S. Sixti*.

11 *Benedictus* Archid. Card. S. R. E. ſubſcripſit etiam in alio Concilio Romano, Anno 969. *to. 9.*
A *Concil.*

12 *Benedictus* Diac. Card. S. R. E.

13 *Ioannes* Diac. Card. S. R. E., & oblationarius.

14 *Ioannes* Diac. Card. S. R. E.

Alij Cardinales extra Concilium ſupradictum.

Fructus honoris & honeſtatis. 24. Eccli. 23.

15 THeobaldus vel *Tetbaldus* Ep. Card. *Veliternenſis*, de quo mentio apud *Vghellum* Anno 996. adeſt Romano Concilio Anno 998. pro diſſolutione nuptiarum Regi Roberti ſub Gregorio V. Priuilegio ſubſcribit pro Monachis Amiatinis contra Arialdum, ſiue Eſualdum Epiſcopum Cluſinum Anno 996.

Tu meo vtere priuilegio. 4. Ruth. 6.

16 GRegorius Ep. Cardinalis *Portuenſis* S. R. E. bibliothecarius confirmationem recipit priuilegiorum ſuę Eccleſſę, clementia Io: XV. vt habes apud *Vghelubn*, quamuis iſte ſub Io: XIII. dicat hoc contigiſſe.

Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in Zonis veſtris; non peram in via neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgam. 10. *Matthęi*. 9.

17 STephanus Epiſcopus Cardinalis *Pręneſtinus* eccleſias confirmauit S. Mariæ, & SS. Stephani, & Laurentij, in territorio Præneſtino, in fun-
B do Quadranguli, Abbati, & Monachis Sublacenſibus: ita *ex regeſto eiuſdem Abbatiæ. Vitæ premouetur Monaſtica, quam priuilegijs fouit & areuauit, lingua propugnauit aduerſus eos qui Monachos irridebant, quaſi Philoſophos. Lege Tertullianum* de Pallio.

18 THeobaldus Epiſcopus Cardinalis *Albanus* Anno floruit 995. teſte *Vghello*.

GREGORIVS V. P. CXLI.

GRegorius V. electus Salutis Anno 996. ad 12. Kal. Martij 999. ordinauit Epiſcopos......; Diaconos......

Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. 50. Eccli. 10.

1 Actius Ep. Card. *Oſtienſis* priuilegium ſubſcripſit indultum Abbatiæ S. Saluatoris, montis Amiati, in Territorio Senenſi, Anno 996. apud Vghellum Eccleſiam Oſtienſem reparauit lapide, ornauit moribus ſanctis.

2 GRegorius Ep. Card. *Oſtienſis* adeſt Romano Concilio Anno 998. pro nuptiarum diſſolatione Roberti Regis.

Feci iudicium & iuſtitiam domine: non calumnientur mihi ſuperbi ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui: 118. Pſal.

3 PEtrus Ep. Card. *Prąneſtinus* Anno 998. in Romano Concilio damnat nuptias Regis Roberti cum Conſanguinea. Priuilegio ſubſcribit Gregorij V. pro Abbatia S. Saluatoris de monte Amiato. Miſſus à Philagato pſeudopapa ad conſa-
C crandam Eccleſiam erectam in diæceſi Turonenſi erecta à Fulcone Comite Andegauenſe inuaſore bonorum eccleſię, die conſecrationis, templum corruit reſpuente Deo mandata Papæ ſchiſmatici, & numera donatoris ſacrilegi. Sub Benedicto VIIJ. adeſt Romano Concilio, An. 1015. Sub Sergio IV. & Benedicto VIIJ. munere fungitur bibliothecarij. duo diplomata à Petro tanquàm bibliothecario ſubſcripta refert Vghellus vnum Sergij datum Hilario Abbati S. Vincentij de Vulturno: alterum Bened. VIIJ. ad Michaelem Archiep. Salernitanum.

D *Conuerſę ſunt nuptiæ in luctum: vt vox muſicorum ipſorum in lamentum*. 1. Macchab. 9. n. 41.

4 BEnedictus. Ep. Card. Portuenſis cum Gregorio V. Anno Sal. 998. adeſt Concilio Romano pro nuptiarum diſſolutione Regis Roberti.

Conuenerunt in vnum 47. Pſal. 5.

5 BEnedictus Laincanenſis Epiſcopus S.R.E. Cardinalis arguitur, quòd in Romano Conci-
lio

lio Anno 998. ita ſubſcripſerit, *Pro ſe, & prò omnibus Cardinalibus Epiſcopis* to: 9. Concil.

Melior eſt mors quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perſeuerans. 29. Eccli.

6 **I***Oannes* Ep. Card. *Albanus* S. R. E. bibliothecarius priuilegio conceſſo Abbatiæ S. Saluatoris de monte Amiato, Anno *996.* à Gregorio V. de quo Rubeus *l. 5. hiſtor. Rauen.* Anno vero *997.* & *998.* diplomati Gregorij V. ſubſcripſit dato Monaſterio S. Ambroſij Mediolani. 4. Kal. Iunij. Duo alia occurrunt diplomata eiuſdem Gregorij V. ſubſcripta à Io: Albano Ep. Vnum ad Joannẽ Rauennæ Archiep. alterum ad Gerbertum pariter Rauennæ Archiep. *to. 9. Concil.* Comes aſſiduus Gregorij V. eiuſq; ſucceſſor futurus, ni morte præuentus ſedem conſcendiſſet meliorem..

Si cuſtodiam meam cuſtodieris, tu quoq; iudicabis domum meam & cuſtodies atria mea dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic aſſiſſunt 3. Zachatiæ.

7 **I***Oannes* Ep. Card. *Veliternenſis* (Vghello teſte) Anno 1000. religioſa ſedulitate Reliquias Sanctorum, ac pretioſa Eccleſiarum vaſa occultauit, ne Saracenis litora Italię infeſtantibus in prędam cederent.

A

Amico fideli nulla eſt comparatio. 6. Eccli. 14.

8 **A***Micus* Presb. Card. S. R. E. diplomati Gregorij V. dato Monachis Amiatinis ſubſcribit: Fide & conſtantia erga amicos ſingularis dubium reliquit an *Amici* nomen in lauacro retulerit regenerationis, vel ab homine.

SILVESTER IJ. P. CXLIJ.

SIlueſter IJ. electus Sal. Anno *999.* ad XIJ. Maij 1003. ordinauit Epiſcopos.......

B

Putredini dij pater meus es? mater mea, ſoror mea vermibus. 17. Iob.

O*Do* Ep. Cardinalis *Veliternus* Anno 1002. ſedit *Vghello teſte*; mortem ferens in oculis lectionem patientis Iob voluit ſibi diurnam.

Sint lumbi veſtri præcincti & Lucernę ardentes in manibus veſtris. 12. Lucę 35.

J*Oannes* Comes Tuſculanus Epiſcopus Cardin. *Portuenſis*, humanis, diuinis literis diſertiſſimus, Anno 1001. poſtea Papa nomine Benedicti VIIJ.

IOANNES XVJ. dictus XVIIJ. P. CXLIIJ.

IOannes XVI. electus Sal. Anno 1003, ad Menſes quinq: ordinauit Epiſcopos.......

C

Factum eſt verbum Domini in manu Aggei Prophetę. 1. *Aggei*. 1.

R*Omanus* Epiſcopus Cardinalis S. R. E. legatus Io: XVI. in Germaniam ad conſacrandum *Tagmonem* Epiſcopum Magdeburgenſem, teſte *Ditmaro l. 5.* odore virtutis ſuauiſſimo Prouinciam impleuit, opere implens, quod ore docebat. Fruſtra enim lingua loquitur: niſi manus comitetur: vnde Aggæo teſte Lingua & manus confunduntur & promiſcuè accipiuntur.

IOANNES XVIJ. dictus XX. P. CXLIV.

JOannes XVJJJ. electus die XJJ. Kal. Decemb. Sal. An. 1003. ad XV. Kal. Aug. 1009. ordinauit Epiſcopos.......

Cardinales ſub Io: XVII.

D

1. *Honorabile nomen eorum coram ipſo.* 71. *Pſal.* 14.

P*Etrus* cognomento *Bucca Porci*, Epiſcopus Cardinalis *Albanus*. poſtea Papa nomine Sergij IV. nomen inhoneſtum *Bucca Porci* Sanctiſſimis moribus honeſtauit: vt in eius vita.

2. *Os meum loquetur Sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.* 48. *Pſal.* 4.

P*Etrus* Ep. Card. *Oſtienſis* ſubſcribit diplomati, quod Io: XVIJ. indulſit Eccleſię Vaticanę, Anno Sal. 1003. ſubſcribit Romano Concilio, Anno *969*, ſub Benedicto VIII. *to: 9. Concil. in append.* Sapiens, & prudens plures legationes ſubijt pro Sede Romana.

3. *Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* 48. Pſal. 5.

G*Regorius* Ep. Cardinal. *Oſtienſis* S. R. E. biblio-

thecarius ſubſcripſit diplomati Io: XVIIJ. Papę, Anno 1005. dato Eccleſiæ S. Coſmę, & Damiani ad Micam auream. *Vghellus*. Plura ſcripſit ſoluta atq; ligata oratione, vt ex epigraphe.

SERGIVS IV. P. CXLV.

SErgius JV. Pridie Kal. Septemb. 1009. electus, ad XJJ. Maij 1012. ordinauit Epiſcopos......

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum. 47. Pſal. 9.

1 BEnedictus Epiſcopus Cardinalis *Syluę Candidæ* priuilegio ſubſcripſit tanquam bibliothecarius ſedis Apoſtolicæ, dato Guidoni Abbati Farfenſi 8. Kal. Maiji anno 1. Pontificatus Benedicti VIII. *Vghello* teſte. Dignitatem Sedis Romanæ promouit cuſtodiuit, ſummà veneratione coluit.

BENEDICTVS VIIJ. P. CXLVJ.

BEnedictus electus Salutis Anno 1013, ad 3. Kal. Martij 1024. plures habet Cardinales, vt ex Romano Concilo Sal. An. 1015. qui ſunt.

1. *Stellio manibus nititur, & moratur in ędibus Regis*, 30. Prouer. 28.

THeobaldus Epiſcopus Cardinalis *Albanus* in Romano Concilio ſub Bened. VIII. Anno Sal. 1015. priuilegium firmat Abbatis Fructuarienſis *to. 9. Concil. p.* 836. Idem in Synodo Romana cum Io: XX. priuilegia firmat eccleſię Syluę Candidę, Anno Sal. 1026. & 1028. apud *Vghellum*. Concilio adeſt Romano, Anno 1037. in quo Andreas Epiſcopus Peruſinus cedit iure Abbatiæ in Monaſterio S. Petri, S. Saluatoris, & S. Mariæ *to: 9. Concil. in appendice*.

2. *Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli*, 6. Art. 15.

B

BEnedictus *de Pontio* Ep. Card. *Portuenſis* ſedis Apoſtolicę bibliothecarius diplomati Benedicti VIII. dato ad Amatum Archiep. Salernitan. ſubſcribit. Ob mores Angelicos ſucceſſor aſſumptus à Benedicto VIJJ. in Epiſcopatu Portuenſi priuilegium ſuſcipit pro ſua Eccleſia, quod habes apud *Vghellum* & aliud priuilegium à Io: XX. *ibidem*.

Cardinales Presbyteri ex eodem Romano Concilio.

1 CRescentius presb. Card. S. Stephani in Celerina.

2 *Ioannes* presb. Card. S. Suſannæ, qui anno Sal.

C 1015. in Synodo Romana ſub Benedicto VIIJ. ſubſcripſit ante Landulphum Epiſcopum Genuenſem.

3 *Ioannes* presb. Card. S. Marcelli ſubſcribit An. 1015. pro Abbate.

IOANNES XVIIJ. P. CXLVIJ.

IOannes XIIX. Electus Salutis Anno 1024. ad 6. Id. Nouemb. 1033. ordinauit Ep......

LEon Ep. Card. *Oſtienſis* priuilegio ſubſcribit dato eccleſiæ Syluę Candidę à Io: XX. vt apud *Vghellum*. p. 116. dato die 19. Kal. Jan.

GRegorius Epiſcopus Cardinalis *Syluę Candidę* vita excedit, ſedente Io: XX. teſte *Vghello*.

PEtrus Ep. Card. *Oſtien.* ſubſcripſit priuilegio Io: XX. dato Eccleſiæ Syluæ Candidæ 16. Kal. Ian. & ſcripto Menſe Decemb. vt apud Vghellum p. 113, & 114.

IOannes Ep. Card. *Portuenſis*, qui Animam Benedicti VIII. igne vidit excruciari Purgatorij, propterea ab eodem defuncto legatus ad fratrem Io: XX. Papam, proeleemoſinis, & ſacrificijs, quę

D eum a Purgatorio liberarent, vt refert *S. Petrus Damiani, in vita S. Odilonis Abbatis Cluniacen.* Subſcripſit Ioannes priuilegio dato Eccleſiæ Florentinę, à Benedicto IX.

PEtrus Ep. Cardinal. *Præneſtinus* diplomati Io: XX. ſubſcribit pro eccleſijs Portuenſi, & Syluæ Candidę, Anno 1026. apud Vghellum.

GAlterius Ep. Card. *Albanus*, legatus Eccleſiæ Romanæ ad Gallos priuilegijs ſubſcribit Monaſte-

naſterij Riuipullenſis , Auſonenſis diœceſis , teſte *Petro de Martato: 9. Concil.* Anno 1032. *p. 935.*

7 L*Aurentius* Ep. Card. *Sabinus*, qui infula depoſita, Farſenſe condidit Monaſterium ibiq; Monachus effectus diem obijt teſte Petro Damiani *l. 1. ep. 9. ad Nicolaum 2.*

8 J*Oannes* S. R. E. Cardinalis S. Agathæ in Suburra deinde à Bened. IX. creatus Epiſcopus *Preneſtinus* vices geſſit Petri Diaconi & Cancellarij S. R. E. exarando priuilegium datum a Io: XX. Papa, Popponi Patriarchę Aquileienſi ; vt apud Vghellum *to. 5. Italia Sacra.* Roma diſceſſit Io: Papam ſequutus pro conſecratione templi Patriarchalis Aquileienſis ſuoq; nomine donationem a Popone factam Eccleſiæ Aquileienſi firmauit. Altare S, Agathæ in ſuo titulo Cardinalitio dedicauit, vt ex marmore ibidem reparato refert *Florauantes Martinellus in deſcript. eiuſdem Eccleſia.*

Ad honorem D.N.I.C. Ioannes Ep. Praneſtinenſis Eccleſia hoc Altare dedicauit.

Anno 1037. cum Benedicto Papa Romano adeſt Concilio *to. 9. Concil. in Append.* Fato functus imaturo An. Sal. 1040. Ætatis ſuæ XXXIIX. in eadem S. Agathę Diaconia, apud Germanos fratres Petrum & Andream, cum hoc epithaphio conditus eſt.

Acta licet ſpatijs , heu , nec compluribus acta
Sed ſatis iſta domus fratribus vnà ſibi.
Congelatus leto pater complectere fratres
Nec ſibi tu caris hoſpita tecta nega.
Vt caro vulua ſator , ſic vobis ſpiritus idem
Quo tu diſtabas vitu pudoris erat.
Te idus medium duxit naſcendi flore Ordo
Sed prius adduxit mors Aquilone fero.
Qua plus te iuuit , quod ſpiritus aſtra ſubiuit ,
Quod roſeis campis carcere liber ouat.
Mira dies fructum res monſtrat viuere ſurſum
Nam moriens iſte raptus ad vſque Deum.
Vnde redux multis myſteria multa retexens
Ardebas huius pondere carnis onus.
Anxius & vita , ſitiebas pramia vitę
Ceruus vt ad fontis viua fluenta ſitit.
Hoc erat ephebus , quod inde ſorte carebat
Qui ſacra diuino lumine corda replet.
Hoc erat intacta quod virginitate viſebas
Quod fragili mundo tam grauis hoſtis eras.
Hoc erat , hoc alma , quod in aula Virginis alma
Sparſiſti in omne ſemina caſta noua.
O dolor ! inuidit rebus fortuna ſecundis
Hinc niſi ſex menſes non tibi vita fuit
Et mox Antiſtes Praneſtis factus obiſti ,
Anno ſex ortus circiter octo quater.
Sic atate ſua te Chriſtus in alta leuatum
Hunc iterum viuas ſurgere carne dabit.
O ſi te ..:... diuinum tunc viuat care Ioannes
Petrus & Andreas , frater vterque tuus.
Petrus & Andreas leuites atque ſecundi ,
Clarius ad fratres ſuauiter oſſa iacent.
Conſtat aui erecto Siconis ſanguine Papę ,
Clara nihil , ſed nihil altius honor.
Stemmata hos tuos Virgo tutos Agatha ſalua
Semper & a cunctis cauſa tuere malis.
Fac tecum viuant Chriſtoque perenniter aſtent
Et valeant Domino tres ſine fine Deo.

Deceſſit XVIII. Kalendas Ianuarij
Anno Domini MXL. Indictione VIII.
Vale in Chriſto bone Præſul, Ioannes.

A P*Etrus* Ep. Cardinalis *Silua Candida* a Ioanne XX. Papa Anno Sal. 1026. priuilegia plura cum impetraſſet eccleſiæ ſuę, quæ leguntur apud *Vghellum* confirmata etiã à Benedicto IX. (ex quibus notitiam habemus plurium Cardinalium S. R. E.) obijt Anno 1035. ſepultus in eccleſia S. Alexij, in monte Auentino, propè Marotiam matrem, cum ſequenti epitaphio in tabula marmorea.

Lector ad hunc tumulum , lacrymantia lumina ſolue
Natus cum cara matre ſepultus vbi.
Infelix planctu , non poſſum dicere totum
Illa Marozza ſolo nomine Petrus ego.
B *Petrus ego Sancta non dignus ſede Rufina*
Quem ſine matre mea viuere tadet eheu !
Iſthic cura domus rerum tumulatior auctus
In hac gaudebam , mox vbi triſtis ero.
Semper triſtifero iam nunc dum carne manebo
Quando mihi matris mors redit in animum
Quinquagies caſtos euoluit ſexies annos
Turtur poſt vnum facta pudica virum.
Pauper habet quod corde gemat , quod voce requirat
Victum , veſtitum non modo pauca dabat.
Cum ſis mortalis ſibi natum conſociabis ,
Vt ſibi ſic vnum , vindicet vna locum
Audeat haud quiſquam miſcere licentius vnquam.
C *Sit anathema Deo ſi temerator erit F. F. F.*
Reſpiuite o Sancti , quos eligimus , duo ſerui
Horum tu , precibus nos miſerere Deus.
Hic requieſcit Marozza expectans filium ſuum
Petrum Epiſcopum S. Rufinæ , quę obyt temporibus
Domini Benedicti Papa , Kalendis Iulij , Feria tertia
Indictione 3. Anno Domini 1035. Obyt Dominus
Petrus
Epiſcopus menſe Octobri , die 6. Anno Domini 1035.

Huic Cardinali vel inuito Decimas Galerianas contuliſſe Jo: XX. habes in Romano Concilio celebrato in eccleſia S. Silueſtri. *Vghellus to. 1. Italia p.*
D 114.

D*Odo* S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Joannem XX. Papam ſequutus, conſecrationi adfuit Eccleſię Aquileienſis erectę a Poppone Patriarcha; vt ex ſubſcriptione Donarionis a Poppone factæ apparet, cui teſtis interfuit. *Ego Dodo ſimiliter S. R. E. Cardinalis Epiſcopus ſubſcripſi.*

Cardinales Presbyteri & Diaconi qui ſubſcripti leguntur in priuilegio Ioannis XX., dato XVI. Kal. Ian. Eccleſiæ Syluæ Candidæ, vt apud Vghellum to. 1. pag. 114.

1 S*Tephanus* presb. Cardin. tituli S. Ceciliæ priuilegio ſubſcribit dato 16. Kal. Jan.
2 *Petrus* Cardinalis tit. S. Damaſi ſubſcribit
3 *Ioannes* Cardinalis tit. S. Marci.
4 *Ioannes* presb. Cardinalis tit. S. Griſogoni.
5 *Ioannes* presb. tit. S. Calixti in Tranſtyberim.

Alij Cardinales in priuilegio dato XIX. Kal. Ianuar.

1 P*Etrus* Cardinal. tit. S. Marci.
A
2 *Franco* Cardin. S. Sixti.
3 *Ioannes* Card. S. Marcelli.

BENEDICTVS IX. P. CXLVIIJ.

INtruſus Benedictus IX. Anno Sal. 1033. vſq. ad diem 6. Idus Nouembris 1045. creauit Epiſcopos Cardinales......

Epiſcopi Cardinales ſub Benedicto IX.

1. *A quibus oberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant*. 1. Timo. 6.

IOannes Ep. Card. *Sabinus* qui ſedente eodem Benedicto IX. intruſus in ſedem Apoſtolicam, Patriarchatum tenuit Lateranenſem nomine *Silueſtri* vnde eiectus ad ſuam rediit eccleſiam.

2 PEtrus Ep. Card. *Syluæ Candida* ſubſcribit diplomati dato Eccleſiæ Florentinæ a Benedicto IX. menſe Nouemdri 1036. *Vghellus*.

3. *Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum*. 25. Matthæi. 20.

B*Gregorio* Ep. Card. *Oſtien.* ex Abbate S. Coſmi & Damiani ad Micam Auream, Anno 1034. Ep. Card. & bibliothecarius S. R. E. ſanctitatis odore refulgens præcipuè in regno Nauarræ, quò miſſus à Benedicto IX. ſub quo cum denſa locuſtarum agmina prouinciam illam deuaſtarent, humano deſtituti ſubſidio legatos miſerant ad Rom. Pontificem opem poſcentes diuinam. Ibi trium dierum orationē cū ieiunio indixiſſet, locuſtarū agmina vſq; ad internetionem deleuit. Diuino inde inſtinctu, S. Dominico vulgo della Calzeda verbum Dei enunciantі ſocius adiunctus, Sacerdotem initiauit, multiſq; clarus miraculis vitam compleuit, Lucerini ſepul- D tus, quod oppidum eſt ditionis Nauarrenſis, vbi annualem populi memoriam celebrant. Jo: Maldon *in vita Sanctorum* Hiſpaniæ. Luciuſq; Morineus *l.* 5. B *de reb. Hiſpaniæ*. Thomas de Trugillo *to.* 2. *Theſaur. Concin.* Huius vitam ſcripſit & Romæ edidit Conſtantin. Caietan. Abbas S. Barontij.

Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile 105. Pſal.

IO*annes Gratianus* Archipresb. Card. S. R. E. tit S. Ioannis ante portam Latinam, filius Petri Leonis, poſtea Papa vel Antipapa nomine *Gregorij*, vt in eius vita, *to.* 2. *Geſtorum Pontificum*.

C B*Enedictus* Cardinalis tit. Equitij priuilegio dato Eccleſiæ Syluæ Candidæ, ſedente Benedicto IX. Papa ſubſcribit, apud *Vghellum* Menſe Nouembri. *p.* 125. *to:* 1. *Italia*.

IO*annes* Card. Beuen. Archid. cum alijs S. R. E. Diaconibus adeſt Romano Concilio, Anno 1037, cum Benedicto IX. vt in *to.* 9. *Concil. in Append. p.* 1251.

L*Eo* Diaconus Card. S. R. E. priuilegio ſubſcribit dato Eccleſiæ Syluæ Candidæ Menſe Nouemb. Ind 6. a Benedicto IX. PP. apud Vghellum p. 125.

GREGORIVS VI. P. CIL.

GRegorius VI. Electus Anno Sal. 1044. vſq. ad ..... Decembrem 1046. creauit Epiſcopo Cardinales: inter quos.

G*Eorgius* Ep. Card. Portuenſis priuilegio ſubſcripſit Leonis IX. indulto Monaſterio S. Gatæ de Bergomo *l.* 22. *Hiſtor. Bergom. pag.* 3. Anno 1045. vt refert *Vghellus*: quod falſum: nam Leo IX. ſedere cœpit Anno ſolumodo An. 1049.

C L E-

CLEMENS IJ. P. CL.

CLemens. II. Electus menſe Decembri Sal. Ann. 1046. ad Annum 1047. creauit......

DAMASVS IJ. P. CLJ.

DAmaſus, II. electus Sal. Anno 1048. per dies 23, nullum creauit Cardinalem.

LEO IX. P. CLIJ.

LEo. IX. Idibus Februarij 1049. electus ad 13. Kal. Maij 1055. creauit Cardinales Epiſcopos 4. Presbyteros 5. Diaconos 2. ſecundum Panuinium. Secundum verò Ciaconium, creauit Cardinales viginti, ſcilicet Epiſcopos 6. Presbyteros. 9. Diaconos 5. ſed vterq; deficit, nam 23. creauit & fuere.

Cardinales Epiſcopi.

IOannes *Mincius* natione Romanus, Epiſcopus Cardinalis *Veliternus*, Vidonis filius, è Comitibus A Tuſculanis, poſtea Antipapa nomine Benedicti X. Eius Vitia & inſignia habes in *vita Nicolai* II.

2 *Solo nomine fulget*,

2 DEodatus Ep. Card. *Oſtienſis* reperitur ſubſcriptus priuilegio Leonis IX. conceſſo Monaſterio S. Gratæ de Bergomo; vnde ſupplendi Panui- B nius, & Ciaconius.

Ioannes eſt nomen eius 1. Lucę 63.



3 IOannes ex presb Cardinali S. ..... primo Epiſcopus *Tuſcanus* poſtea Epiſcopus Cardinalis *Portuenſis* cuius tranſlationis cauſa in Synodo Romana Anno 1049. examini expoſita, ac iuſta reperta tum propter neceſſitatem, tum propter vtilitatem Eccleſię, ac merita electi, qui pacis ſequeſter inter Cæſares, & Pontifices conciliator acceſſerat, confirmationem accepit (vt ex *Bulla Leonis IX.* apud *Vghellum*) cum liminum deſignatione ſui Epiſcopij, aduerſus Creſcentium Epiſcopum Syluę Candidę, qui in Romano Concilio, in Eccleſia S. Saluatoris congregato litem mouerat. Huic Cardinali Oldoinus in additionibus ad Ciaconium ſuprapoſitum appoſuit ſtemma Gentilium ſibi commodatū à Franciſco Maria Phębeo vnde habuerit? cum nomen deſideretur genitoris, & familiæ? latet.

4 CReſcentius Epiſcopus; Cardinalis *Syluæ Candidæ*, qui ſub Leone: IX. in Romano Concilio litē mouit de Eccleſia S. Paulini, in inſula Licaonia, aduerſus Ioannem Epiſcop. Portuenſem) ſed incaſſum; nam Eccleſia adiudicata fuit Portuenſi. *Bulla Leonis IX. apud Vghellum*. deceſſit Creſcentius. Anno 1051.

Auri Sacra fames.

IOannes Ep. Card. *Sabinus* electus à Leone IX.



5 Concilio interfuit Romano ſub Nicolao II. deceſſitq; ſedente Alexādro II. Is (teſte Anonijmo Vaticani Codicis, de *deſtructione Farfenſis Monaſterij, Anno III. Leonis IX.*) eum ſacrilegè Eccleſiam S. Angeli in Tōſa expoliaſſet ęquato altari, aſportatis reliquijs, Cælū fremuit, vindictā exigēs ab eodē Epiſcopo, grandine, fulgure, plaga corporis; quibus excitatus tremens, & dolens reliquias reſtituit; vt legere fuſius eſt apud *Vghellum*. Inſignia ſupra poſita apud Oldoinum p. 798. nullo tamen fundamento. C Auri ſacram famem pro rubrica ſcripſimus: quod Clerici ea magis laborent, quàm Laici.



Iuſtitia neſcia ſum flecti; nec moueor pretio.

6 PEtrus Epiſcopus Cardinalis *Tuſculanus* à Leone IX. ad purpuram vocatus circa Annum 1050. Mortuo iſte Stephano IX. omnem lapidem mouit, vt deturbato *Ioanne Mincio* pſeudopapa, Senis *Nicolaus II.* Legitimè eligeretur, ſub quo diem clauſit extremum; teſte Leone Oſtienſi *l.* 2. *c.* D 102. *& l.* 3. *c.* 8. Inſignia idem Oldoinus poſuit in Ciaconio p. 794.



Dant Lumina voces.

7 BOnifacius Ep. Cardinalis *Albanus*, è nobili Comitum gente natus à Leone IX. creatus, Victori II. R. P. Florētiæ adſuit cum morte luctanti, Anno 1057. primuſq; ſcriptis literis Clerum Romanū certionem

ciorem fecit de obitu Pontificis, *Leo Hoſtien. l.* 2. *c.*
98. adfuit cum Nicolao Papa in Romano Concilio
Anno 1059. vt *to: 9. Concil. p.* 1259. ſubſcripſit bullæ
Alexandri II. in gratiam Caſſinenſium *6.* Idus Maij
1067. & Nicolai II. pro Monaſterio Florentino S.
Felicitatis. Fuit iſte vir pius ecclesiaſtici ritus rigi-
dus obſeruator; errantium corrector, vanitatis ſę-
cularis, & luxus hoſtis acerrimus, vt ex epiſtola Pe-
tri Damiani 3. *lib* 2. ad eum directa, in quà Cleri-
cos carpit, qui ambitu Eccleſiaſticæ dignitatis, ſæ-
cul arium Principum famulatui ſe addicunt. Indire-
ctè reprehenſus eſt aliquando ab eodem Petro Da-
A miani *ep. 4. l.* 2. nimię ſeucritatis, aduersùs Abba-
tem Monaſterij S. Apollinaris. Ex peruetuſto codice
M. S. in bibliotheca Cornelia Piſcopia, Venetijs,
inſigna ſupraposui Gentilitia,

8. *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* 9. Pſal 8.

G*Eorgius* Epiſcopus Cardinal. *Portuenſis* priuile-
gio Leonis IX. ſubſcribit iudulto Monachis
S. Gratiæ de Bergomo Anno 1045. teſte hiſtorico mo-
derno *l.* 22. *p.* 22. *p.* 3. *hiſtor. Bergom.* apud *Vghellum*,
ſed decipitur; quia Leonis IX. exaltatio Anno con-
B tigit ſolum 1049.

A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Io: 1.



9 H*umbertus*, vel *Hubertus* Ep.
Card. *Syluę Candidę* natu
Burgundus ordinis Benedictini
Monachus in D. Manſueti primi
Leucorum Antiſtitis cęnobio,
in Tulli ſuburbijs ſito, Hebrai-
cè, Græcè, Latinè doctiſſimus
à Leone IX. Papa Romam ducitur, cum is eſſet eiuſ-
dem ciuitatis Leucorum Epiſcopus, Anno 1049.
C Paucos poſt menſes miſſus in Siciliam verbi diuini
annunciandi causa magna fruge auditus, Epiſcopus
eſt electus, & Cardinalis S. R. E. deinde Epiſcopus
Syluę Candida. Eius virtutes ad poſteros retulit Lan-
francus Clauſtralis Prior Abbatiæ Helluini in Neu-
ſtria, ac primus Cænobiarcha D. Stephani Cado-
menſis, tandem Archiep. Contuarien. *lib.* contra
Berengarium Hęreſiarcham *de Euchar.* Humber-
tum fuiſſe virum Religioſum fide Chriſtiana, &
Sanctiſſimus operibus praſtantiſſimè decoratum, ſcientia
diuinarum, & ſæcularium literarum apprimè conditum,
vt teſtantur omnes qui, vel propria experientia eum noue-
runt, vel ab alijs qui eum experti ſunt, eius cognitionem
D *acceperunt. Hunc non de Burgundia, ſed de Lotharingia*
S. Leo Romam traduxit, & ad prædicandum Siculis ver-
bum Dei Archiepiſcopum ordinauit; poſtea verò S. R. E.
Præſulem ſibi Cardinalem conſtituit: quo in loco poſitus ta-
liter vixit, taliter docuit, vt de fide, vel doctrina eius
nec ſiniſtra ſuſpicionis fama aliquando exorta ſit. Huius
rei teſtis eſt tota ferè Latinitas, qua pro excellentia Apo-
ſtolica ſedis, cuius Conſilijs, & Concilijs ſemper aderat,
& præerat, eum ignorare non potuit: Hinc Lanfrancus
libro illo alloquens Berengario. *Venerabilis* (inquit)
Humbertus (*quem quaſi exprobrando* Burgundum *nomi-*
nas, quaſi non poſſit Deus in Burgundia ſeruos habere)
(vti de Nazareth. dicebant aduerſus Chriſtum) *ni-*
hil aliud fecit, niſi quod ſcripturam ipſam, præcipiente
Synodo, manu in manum porrexit. Hic loquitur Lãfran-
cus de decreto Synodali contra Berengarium ema-
nato,

Ex tantis quę laudabiliter geſſit, Templum con-
ſecrauit Vallis Vmbroſę vt legitur in *vita S. Io. Gual-*
berti. A Leone Papa Monaſterio pręfectus Sublacenſi
diſciplinam penè mortuam excitauit.

Epiſtolam cum accepiſſet græcè exaratam Mi-
A chaelis Cęrularij Patriarchę Byzantini, & Leonis
Acridani Archiep. Bulgarorum cum titulo arrogan-
tię pleno, *Michael vniuerſalis Patriarcha nouę Romæ* la-
tinitate donauit, tranſmiſitq; ad Leonem Papam,
qui Græcis plenè ſatisfecit, erroresq. confutauit da-
ta Epiſtola *n.* 1. *ad eundem Michaelem.* Miſſus inde An-
no 1054. Conſtantinopolim vnà cum *Federico Lotha-*
ringo Archidiacono Cardinale S. R. E. Cancellario,
& Petro Archiep. Amalphitano ad Conſtantinum
Monachum Imperatorem, conciliandę gratia Ec-
cleſię Gręcę cum Latina (*teſte Ruperto Abbate Tui-*
tienſi) & auxilium implorandi contra Normanno-
rum ſæuitiem, honorificè exceptus adfuit condem-
B nationi, quam publicè exarauit Niceras Monachus
(die Io: Baptiſtæ ſacra) cuiuſdem libelli Attico li-
uore compoſiti aduersùs Romanam Eccleſiam ſub
titulo, *de Azymis, de Sabbatho, & de Nuptijs Sacer-*
dotum, quem Imperator orthodoxus iuſſit flammà
comburi. Reuerſus inde cum Collegis, XV. Kal.
Aug. cum eò callidè reuocaretur à Michaele Patri-
archa, vt Synodi prætextu exſibillaretur à Populo;
admonente verò Imperatore, (receſſum vrgeret fe-
ſtinans) virus Cerularius euomuit Legatos, accu-
ſando, & iniurijs afficiendo apud Petrum Patriar-
cham Antiochię, datis literis ſub titulo; *Michael.*
Sanctiſſimus, & Æcumenicus Patriarcha cognomento Ce-
C rularius. In itinere cognita morte Leonis Rom. Pon-
tificis, Romam petijt, muneribus Auguſti onuſtus
& donis Monaſterio Caſſinenſi conſignandis (*teſte*
Leone Oſtienſi) binas enim libras quotannis è Regio
ærario numerandas Imperator decreuerat ex Lega-
torum Conſilio; ſed in itinere à Traſimundo Co:
Theatino, omnibus expoliatus, penè nudus Ro-
mam venit; vbi à Victore II. Rom. Pontifice Caſſi-
num miſſus Petrum intruſum Abbatem depoſuit
cum Secretarijs, & cum vnanimi Monachorum con-
ſenſu, Anno 1057. Federicum Lotharingia S. R. E.
Cardinalem, poſtea Papam, in Abbatem prępo-
ſuit. Anno 1058. Florentię agens cum in ſedem Pe-
D tri audiſſet intruſum *Ioannem* nomine *Benedicti* aſcẽ-
dit, & prò Orthodoxis inſudauit, coronationi ad-
ſtans Victoris II. Stephani IX. Nicolai II, Alexan-
dri II. quo ſedente in Pontificatu, *Humbertus* lega-
tus in Angliam, coacto Concilio, *6.* Idus Aprilis
1072. litem compoſuit inter Epiſcopos Cantuari-
enſem, & Eboracenſem, vt primatus Cantuarien-
ſi cederet, Rege præſente Gulielmo *to: 9. Concil. p.*
1212. adfuit etiam Romano Concilio cum Nicolao
Papa Anno 1059. *to. 9. Concil. p.* 1259.

Tranſlatus ad ſuperos meritis coronatus. IJ. Non.
Maij

Maij poſt obitum Alex. II. ſepulturam ſubijt in Baſilica Conſtantiana prope exuuias SS. Virginum, & Martyrum Maternæ, ac Secundinę.

Plura ob labores priuilegia ſortitus à Romanis Pontificibus, præcipuè ſub Victore II. illud poſteris Epiſcopis Syluę Candidæ tranſmiſit, vt in Sabbatho Sancto pro cæna, Epiſcopus S. Ruffinę, duodecim ſolidos denariorum de S. Petri Confeſſione reciperet, & quinq; pro vno quoque Sabbatho quatuor Temporum, & in vnaquaque feſtiuitate, in qua pernoctandum eſſet in Eccleſia S. Petri, duos ſolidos cum Candela olei, ac cereo: in feſtiuitate verò S. Petri, & in octaua, & in Dominica *Gaudete*, in feſtiuitate S. Audreę in Epiphania, in Aſcenſione, in Pentecoſte, & in feſto S. Ruffinę, triginta libras ceræ, duo congia olei, & duas libras de Olibano ex eadem Confeſſione reciperet: Candelas etiam pendentes cum clamaritarijs ad ſufficientiam iuxta conſuetudinem. Inſuper in feria 2. Paſchatis cum ad Baſilicam Vaticanam pro ſtatione ibi celebranda ſolemniter equitat Papa, & S. Ruffinę, ſiuè Syluę Candidę Epiſcopus pro tempore exiſtens, Pontificem M. de equo deſcendentem ad ſtaphile ſemper recipere debet; cui in memoriam tanti obſequij Pontifex M. chirothecas cum quibus illa die celebrauerit, teneatur largiri, & hoc in perpetuum, Eumdem Humbertum cum ſuis ſucceſſoribus in perpetuum idem Victor Papa bibliothecarium conſtituit ſedis Apoſtolicę. Lege priuilegium apud Vghellum, *to. 1. Italiæ ſacræ*;

Plura ſcripſit Humbertus (quem ne confundas cum Humberto Subdiacono S.R.E. qui Alex. II. legatus Conſtitutioni ſubſcripſit in Anglia editę, de quo etiam Vrbanus II. mentionem facit, in *Ep. ad. S. Anſelmum*. caue) pręcipuè.

Commentarium in Regulas S. Auguſtini.

Diuerſarum Hiſtoriarum librum,

Apologiam contra Leonem *Acridanum Metropolit. Bulgarorum*.

Dialogum de Azymis in Græcos;

Dialogum Apocriſariatus ſui temporis, iuſſu Conſtantini Monachi Imper. ſub nomine Conſtantinopolitani, & Romani. Contradictionem in Nicetam Pectoratum, qui coram Imperatore Conſtantino coactus eſt flammis dare librum ſuum.

Mandato Nicolai Papę, & Synodi Lateranenſis ſcripſit verba Fidei pronuntianda à Berengario, in ipſo Concilio; licet iſte hęreſiarcha abſoluta Synodo, ad vomitum rediens, ſtilum exacuerit contra ipſum Humbertum, vt *Burgundum* exprobans. Hic ille Humbertus, qui (teſte Petro Frizonio, in *Gallia Purpurata*) Petro Damiani viſum aliquando narrauit portentoſum Benedicti Antipapæ præmortui: Monſtrum ſcilicet Aſinnum cauda, & auribus; cętera ſus; ad Benedicti luxuriam, in cuius cęno volutabatur, denotandam. *to. 3. opuſc. 19. ad Nicol. II. P.P.* Plura alia refert pietatis exẽpla ab ipſius Humberti ore relata, in quibus cum lectiora quędam eſſent intermixta de Animabus defunctorum; quę quolibet die Dominico, pęnarum refrigerium ſentire, & in forma auicularum, de lacu Auerni exire videbantur, Deſiderius Abbas Caſſinen. poſtea Papa Victor IIJ. tanquam fabuloſa repudiauit: illico ſubiecit Humbertus, *Ego quidem huius allegationis teſtimonium non defendo. Veruntamen hoc ſimpliciter retuli, quod ab accolis loci illius audiui*. Humilitatis, & pietatis argumentum, ex incerta etiam narratione certam deducens vtilitatem.

De eo Vuion *l. 1. Ligni vitæ c. 8.* cui *Donati* nomen præponit: & neſcio cauſam. Baron. An. 1055. Rocch. Pyr. in *notis Ep. Sicil.* Vghellus. Sigibertus. Trithemius. Franc. Maria Turrigius. Petrus Damiani *l. 1. Ep. 7.* breui ſed grandi exornans elogio *acutiſſimum, & perſpicuum oculum ſummi Pontificis* vocat: & alibi *ſummę auctoritatis virum*, Lanfrancus Archiep. Cantuarien. de Humberto ſequentia reliquit. *Humbertum virum religioſum, fide Chriſtiana, & ſanctiſſ. operibus perſeuerantiſſimè decoratum, ſcientia diuinarum, & ſecularium literarum optimè eruditum teſtantur omnes, qui vel propria experientia eum nouerunt vel ab alijs, qui ipſum experti ſunt, eius cognitionem acceperunt. Hunc non de Burgundia, ſed de Lotharingia S. Leo Romam traduxit; & ad prędicandum Siculis Dei verbum, Archiepiſcopum ordinauit. Poſtea verò S. Rom. Eccleſiæ præſulem ſibi Cardinalem conſtituit. Quo in loco poſitus taliter vixit, taliter docuit, vt de fide vel doctrina eius, nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis fama aliquando exorta ſit. Huius rei teſtis tota eſt ferè Latinitas, quæ pro excellentia Apoſtolicę ſedis, cuius Concilijs ſemper aderat & præerat, eum ignorare non potuit.* to. 6. Biblioth. Patrum.

Lege Baronium, Panuinium, Rupertum Abbatem Tuitienſem *lib. 1. Diuin. offic. c. 22.* Sixtum Senenſem *lib. 6. Biblioth.* S. Hyeronimum Plato *De bono ſtatus Religioſi lib. 2. c. 30.* Genebrardum *lib. 4. Chronographię*. Aubertum Miræum *Biblioth. Eccleſ.* Antonium Sandetum in *elogijs Cardinal*, Andream Sauſſeum *par. 1. c. 8. Panoplię Clerical.* Lodouicum Domũ d'Attichij in *floribus Cardinalium*. Antonium Yepes in Chronicis S. Benedicti Hiſpanicè *Sanctum* abſolutè vocaus.

Apud Ciaconium nulla huius Cardinalis recurrunt inſignia: in M.S. Cornelio Piſcopia ſuprapoſita habes.

10 *Veniunt in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*. 7. Matthęi. 15.



HVgo *Candidus*, vel *Blancus* natu Tridentinus, Cardinalis S. R. E. tit. S. Clementis creatus à Leone IX, deinde Archipresbyter, & Epiſcopus *Prænestinus* ab Vrbano IJ. teſte *Nicolao Aragonenſi in actis Rom. Pontif.*: vel potius à Clemente IIJ. Antipapa, vt teſtatur *Vghellus*, dè *Ep. Prænestinis. to: 1. Italia* Mortuo Stephano X. legitimo Papa, *Candidus* illico Schiſmaticis ſe adiunxit, in fauorem Jo: Mincij Cardinalis Epiſcopi Veliterni Antipapæ, aduerſus Nicolaum IJ. Pontificem legitimum. Qũ ta Candidus mala fecerit in Eccleſia? *difficile eſt referre*, reſpondet Aragonenſis. Pœnituiſſe credimus

ſub

ſub Nicolao, ſed non ex corde; nam ſub Alex. II. iterum cum *Cadaloo Pallauicino* Epiſcopo Parmenſi Antipapa, nomine *Honorij II.* contra Alexandrum II. Rom Pontificem conſpirauit: donec noua ſimulata Pœnitentia, & condigna ſatisfactione ſoluta, in communionem receptus ab Alex. II. ab eodem legatus in Hiſpaniam, Concilium Barcinone celebrauit, vbi damnato *Cadaloo*, nomine Alexandri II. legitimi Pontificis, leges Gothicas abrogauit, ritus autem Gothicos abrogare non valuit, quod tanquàm Catholicos eos adprobaſſet Concilium Mantuanum *to. 9. Concil. p.* 1180. Romam reuerſus, electioni adfuit Gregorij Septimi, (ita acta teſtantur A Vaticana) *cumq; cognouit Hugo* Candidus omnium vota conueniſſe in Hildebrandum Archidiaconum, *Clerum, & Populum Romanum hoc modo eſt allocutus. Ecce chariſſimi fratres ſcitis, & indubitanter agnoſcitis, quòd à diebus B. Leonis Papæ hic Archidiaconus tanquàm vir prudens, atque probatus hanc ſacroſanctam Rom. Eccleſiam plurimam exaltauit, & Ciuitatem ipſam ab imminentibus periculis liberauit. Vndè quia idoneorem ad eccleſia regimen inuenire nequiuimus, nos Epiſcopi Cardinales vnanimiter ipſum nobis, & vobis in Paſtorem, & Epiſcopum animarum noſtrarum eligimus; & continuo vniuerſitate populi, & Cleri acclamante Dominum Gregorium Papam Sanctus Petrus elegit, indutus rubra Clamide, vti mos eſt, & Pontificali mitra redimitus, mærens in B. Petri cathedram fuit deductus.* Ita quieuit vir B callidus, & verſutus donec aduersùs Gregorium VII. furente Henrico IV. Imperatore (cuius gladio *Guibertus de Corrigia* Epiſcopus Parmenſis eleuatus in Antipapam) *Hugo Candidus* ad ſchiſmaticos redijt, propterea à Gregorio Papa depoſitus Vuormatiam venit, vbi Henricus comitia contra Papam deſignauerat, *deferens ſecum* (teſte Lamberto Schaſnaburg) *de vita, & inſtitutione Papæ, ſcenicis figmentis conſimilem tragediam: ſcilicet, vndè oriundus, qualiter ab ineunte ætate conuerſatus, quàm peruerſo ordine ſedem C Apoſtolicam occupáuerit, quæ ante Epiſcopatum, quæ poſt acceptum Epiſcopatum, memoratu quoque incredibilia flagitia commiſerit. Huius auctoritatem tanquàm diuinitùs ſibi deſtinatam gratiſſimè amplexati, & promptiſſimè ſecuti ſententiam promulgarunt; quòd Papa eſſe non poſſit.* Hinc anno Pontificatus ſexto Gregorius in Synodo Romana Candidum excommunicauit forma ſequenti: *Hugonem Cardinalem tit. S. Clementis tertio ab Apoſtolicà ſede damnatum, & quòd aſpirator, & ſocius factus hæreſis Cadaloi Parmenſis Epiſcopi, & iterum conſtitutus Legatus ſedis Apoſtolicæ Hæreticis, & Simoniacis, & ab Apoſtolica ſede damnatis ſe coniunxit, & tertio factus Apoſtata, & Hæreſiarcha ſchiſmata, & diuiſiones, D atq; ſciſſuras in Eccleſia Dei tentans eam ſcindere facit; ab omni Sacerdotali officio priuamus, & tam ab ingreſſu, & honore prædictæ Eccleſiæ, quàm omnium Eccleſiarum, ſub perpetua, & irreuocabili ſententia, ſubmouemus, & vſq; ad ſatisfactionem anathemate percutimus* Concordat D. Anſelmus Presbyter Pœnitentiarius *l. de rebus ab Anſelmo præclarè geſtis. Vnus fuit Hugo nomine Candidus facie, nigerrimus mente, olim Cardinalis, ſed dudum pro ſuis ſceleribus iuſtè excommunicatus, & abiectus, hic damnatus damnatum, periurus periurum, parricida laudat parricidam: in loco ſi quidem horrido, & aſperrimo, in medijs niualibus Alpinis (vbi fames aſſidua) frigus penè ſempiternum (locus iſte vicus eſt prò Ciuitate, qui Brixinorium vocatur) altiſſimis circumdatum ſcopulis, vbi vix etiam nomen obtinetur Chriſtianitatis promouetur Hic principalia Eccleſiæ priuilegia, hic ſummi ſacerdotij iura, hic ſanctorum Patrum inſtituta, hic omnia euacuantur Canonica decreta; nimirum ſi qui rogaſſent, vt aliud Cælis imponerent Deum, quantum, in ipſo erat, exiſtimo, feciſſet, & Confirmaſſet.*

In Epiſtola ſolummodo Synodali, Anno 1098. die VII. Idus Auguſti à Conciliabulo compoſita ſchiſmaticorum, Romæ celebrato contra Catholicos, cum nominetur Epiſcopus Præneſtinus, arguitur à Clemente Antipapa electus fuiſſe. Aduerſus Hugonem Candidum Schiſmaticum librum ſcripſit *Bonizo*, vel *Boniſius de Romanis Pontificib.* cuius exemplar extat in bibliotheca Cæſarea Viennenſi, teſte *Lambecio p. 798. l. 2.* Scripſit & ipſe Apologiam, cauſas exponens, ob quas Clementi III. Antipapæ ſe adiunxerat. Animam efflauit miſer in ſchiſmate perſeuerans ſub finem Pontificatus Vrbani II. cum annos penè quinquaginta tranſegiſſet in Pontificatu,

Rogaui te, ut remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, ut denunciares quibuſdam, ne aliter docerent: neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis; quæ quæſtionem præſtant magis, quàm edificationem Dei 1. Timo. 1, *n.* 4.



11 S*Tephanus* .... ex Monacho, & Abbate Monaſterij SS. Andreæ, & Gregorij in Cliuo Scauri de Vrbe, presbyter Cardinalis tit. S... à Leone IX. creatus, conſecrationi adſuit Eccleſiæ Caſinenſis, vt ex *tabulis dedicationis, in Archiuo eiuſdem Monaſterij.* Scripſit in laudem B. Virginis oratione ſoluta; cuius memoria in *Bibliotheca S. Benedicti Venetiarum*, ſi vera profert Bibliothecarius. Vir ſolidæ fidei, & ſenilis ſapientiæ: vt ex eius M. S.

12. *Dat dexteram atquè animum præſenti pignore firmat*, Virgil.



DE *Ioannes* Archip. C. Baſilicæ S. Petri in Vaticano (vt ex S. Archiuio Vaticanæ Baſilicæ) dicerem; ſi perſonæ, non familiæ teſſera eſſet gentilitia.

13 *Au-*

13. *Audiens Sapiens, Sapientior erit: & intelligens gubernacula poſſidebit.* 1. Prouer. 5.



RAynerius Presbyt. Card, S.R.E. tit. S...... ex Bulla Leonis IX. & tabulis conſecrationis Eccleſiæ Caſinenſis factæ ab Alex. IJ. in quibus primus ſubſcriptus legitur. Studioſus Raynerius, cum Platonis æmulus humilis profiteretur, ſe hoc vnum ſcire, quòd nihil ſciret: in colloquijs Sapientum, quæ frequentiſſimè colligebat, licet ſapientiſſimus eſſet, Auditor ſedebat potius aliorum ediſcendo Prouerbia; quàm ſuas diſſerendo ſententias.

14 *Deleatur de libro Viuentium, & cum iuſtis non ſcribatur*, Pſal. 68.



LEo........presb. Card. S. R. E. tit. *S. Laurentij in Lucina*, poſtea Archipresb. vnus ex tredecim Schiſmaticis, qui relicto Gregorio VII, Clementem elegerunt Pſeudopōtificem: proinde à Gregorio, dignitate ſpoliatus, an impænitens obierit? ſcit Deus. Inter ſchiſmaticos ſenex iam factus, ſub Vrbano II., vt ex *antiquo marmoreo lapide tituli ſui*. & ex *Benone* Cardinali Schiſmatico in *vita Hiltebrandi*: & *tabulis dedicationis Eccleſiæ Caſinenſis factæ ab Alex. II.* Si tamen Benoni fides, in quo nulla fides.

15. *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia.* Heb. 7.



IOannes......presb. Card. tit. *S. Marci*, cuius mentio in vetuſtiſſimo Abbatiæ Farſenſis libro. Bullis Pontificum huius temporis ſubſcripſit. Concilio adſuit Lateranenſi ſub Nicolao II. Papa. *to: 9. Concil. p.* 1259.

16. *Venerabilis quia vetuſtus*. Plinius *lib.* 5. *Ep. nec.*



LEo........, presb. Card. *S. Laurentij in Damaſo* adfuit Concilio Lateranenſi cum Papa Nicolao II. vt ex *actis ſupradicti Concilij*. Conſecrationi interfuit Eccleſiæ *Caſinenſi* vt *ex tabulis ſupracitatis*.

17 *Deus meus impoluta uia eius.* 17. Pſal. 31.



GVido........presb. Card. *SS. Caliſti, & Iulij*, aliàs *S. Mariæ Transtyberim tit. Calliſti*, vt in *actis Concilij Lateran. ſub Nicolao*; *ex libro Farfenſi*. Sacerdos innocens & impollutus, cuius memoria in benedictione eſt.

A 18 *Vos autem Dominus multiplicet & abundare faciat charitatem neſtram in inuicem, & in omnes; quemadmodum & nos in uobis: ad confirmanda corda neſtra in Sanctitate ſine querela*. Theſſalon. 3. 15.



STephanus S.R.E. Presb. Card. tit. S........ ex Monacho S. Benedicti in Cænobio Cluniacenſi ad Gronam fluuium, ſub Odilone Abbate, pro Eccleſia Romana plures exantlauit labores in Concilijs, & legationibus. A Stephano X. namq; vnà cum Deſiderio Monacho Byzantium legatus pro reconB cilianda Eccleſia Græca, morte Pontificis interueniente cum jam itineri ſe dediſſet Romam redijt vbi Io: Nicolai II. creationi Senis interfuit, eiq; conſtantiſſimè ad hæſit; Mincij Tuſculani intruſioni, ſub nomine Benedicti IX. fortiter reſtitit. Iterum legatus ad Gallos, Concilium aperuit Turonis celebrandum, ad reconciliandos ſchiſmaticos, præcipuè .... Archiepiſcopum *Dolenſem*, quem datis literis (extant *to. 9. Concil. p.* 1111. *ſub Nicolao II.*) vocauit ad ſupradictum Concilium, vel ad Synodum Lateranenſem Romæ celebrandam ab ipſo Nicolao Pontifice. Huius legationis meminit etiam *Goffridus Vindocinenſis*. Eadem leC gatione functus ſub Alexan. IJ. *Goffridum Barbatum* Comitem Andegauenſem excommunicauit. Legatus tandem a ſacro Cardinalium Collegio ad *Henricum II.* Imper. cognomine *Nigrum*, iuuenem ad huc quamuis literas afferret Apoſtolicas, non eſt auditus, quinque dierum ſpatio otioſus fores pulſans, aulicis impedientibus, ne audiretur, non ſine Apoſtolicæ ſedis iniuria. Hinc Romæ reſtitutus, comitijs Alexandri IJ. Romę habitis, interfuit ea Conſtantia pro fide, & concordia Catholica, vt meritò à *Petro Damiani* appellaretur *Defenſor Eccleſiæ Romanæ*. Obijt dierum plenus ſed morte repentina, in D Monaſterio Caſſinenſi, quò ſępè liberius Deo vacaturus ſecedebat, ibi monaſticis exercitijs, & ſacræ Pſalmodiæ, tanquam vnus de grege Monachorum intendens. Cumque die quodam S. Scholaſticæ ſacro, ad præces ſurrexiſſet nocturnas vna cum germano fratre ſuo, repentina morte præreptus eſt. *Et credi forſan* (inquit Petrus Damiani lib. 2. ep. 6.) *dignè poteſt, hoc fuiſſe diuina moderatione diſpoſitum; vt Venerab. ille frater, in eius potiſſimum Virginis die, iudicium Improuiſæ mortis incurreret, contra cuius monaſterium, incautum ſermonem protuliſſet: quatenus ob hanc*

culpam, animam illius nulla læſio contingeret, pro qua momentaneæ mortis pœnam caro eius tam ſubito corruens pertuliſſet. Sepe namque ſic diuinę iuſtitiæ miſericordia permiſcetur; vt in hac vita peccator dignam perpetrati ſceleris recipiat vocem, quatenus illic ęternę damnationis fugiat vltionem, & hic cum finiendi ſupplicij pœna percellat, vt illic vltionem, quæ nunquam finitur euadat. Sepultus ſequens habuit epithaphium ei poſitum ab Alphano Epiſcopo Salernitano.

Stephano qualis in æde Petri, quantuſq; ſacerdos
Extiteris, nouit Gallia cum Latio.
Edidit illa, & nutriuit timuitq; iſtud amauit,
Et te dilexit, compſit, & auxit idem
Iudicio Canonum horas terrere nocentes
Et ſine lege reos legibus erigere.
Nobilitas, grauitas, probitas, & mentis acumen,
Et virtus animi magna fuere tibi
Quinque manere dies cum ſol deberet; in vrna
Clauſus es hac; requiem det tibi Chriſtus. Amen.

HVic literas ſcripſit Petrus Damiani *n. 4. & 5. 6. lib.* 1, cuius in tertia, eius pietatem, & miſericordiam laudat, vel potius ca rpit, quia eius timore quidam Abbas S. Apollinaris coactus fuiſſet prærupta montium ſe conſcendere, In ſexta rogat operam dare, vt ſibi liber reſtituatur ab Alex. II. Rom. Pontifice, fraude ſubreptus. Inſignia huius *Cardinalis* gemina apponuntur, vel vt ſupra: vel cum
A *Petro Frizonio in Gallia purpurata*, Claues dabis argenteas decuſſim traiectas medio enſe: De eo Leo Oſtienſi: *l. 3. c. 8. 9. Hiſtor Caſinen.* Vuion *l. 2. ligni vitę c. 9.* Panuinius. Ludouicus Donius d'Attichi *in floríb. Cardinal.*

Diaconi Cardinales.

Ego & domus mea ſeruiemus domino 24. Ioſues. 15.



FRidericus, ſeu *Federicus* Lotharingius Gozelonis filius Lothiſredi JV. M. Ducis frater, ex Canonico Regulari, Diaconus Card. S. Mariæ in Dominica. Papa futurus nomine *Stephans X.* vt in eius vita a me conſcripta; ex domo naſcitur Lotharingia; cuius gladio tot Chriſto Regna redempta.

16 *Numquid iam completi ſunt filij, adhuc reliquus & paruulus eſt, & paſcit oues. Mitte & adduc eum. Miſit ergo & adduxit eum. Erat autem Rufus & pulcher. & ait Dominus: ſurge, vnge eum, ipſe eſt enim.* 1. Reg. 16. *n.* 12.



DAuferius, vel *Deſiderius* natu Italus Principis filius Beneuentani, Monachus congregationis S. Trinitatis Cauenſis, Diaconus Cardinalis S. Cæciliæ, Papa futurus nomine *Victoris III.* ſed inuitus, Orbe cogente. Adfuit Concilio Lateranenſi, Anno 1059. *to. 9. Concil. p.* 1259. vt in eius vita a me conſcripta; vbi & inſignia.

21. *Nomen eorum viuit in ęternum.* Eccleſ. 44.



A*Ribo*...... Primiſcrinius, Diaconus S. R. E. à Leone IX. creatus, deinde Archidiaconus à Stephano X, obijt ſub Nicolao II. cum interfuiſſet Concilio Lateranenſi, aduerſus Berengarium.

B



C*Reſcentius*.......... Diac, Card. S. R. E, adſuit Lateranenſi Concilio ſub Nicolao IJ. vna cum.

C



A*mantio*, vel Mancino Diacono Cardinali S. R. E. vt ex libro *Farfenſi*, & actis Lateranen: Concilij congregati a Nicolao II. Hunc à Panuinio *Mancium* vocatum ſcribit Oldoinus, quod tamen in exemplari legitimo Panuinij, Venetijs edito impenſis Jacobi ſtradæ Mantuani, Anno 1557, ſub titulo *Epitome Pontificum Rom.* non legitur. Inſignia Amantij ſi cum Oldoino ſentias, qui *Amantium* ex Comitibus Marſorum deducit, ſunt ſuprapoſita. Si verò eum Ciaconio ſequentia inſpice.

D



Biblio-

Bibliothecarij, & Cancellarij Apoſtolicę Sedis.

PEtrus Diac. S. Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius, & Cancellarius Anno Leonis IX. primo.

HErmanus Colonienſis Archiep. Archicancellarius Sedis Apoſtol. Anno V. Leonis Papæ.

A

FRidericus Diaconus Cardinalis Sedis Apoſtolicę bibliothecarius, & Cancellarius vice Hermanni Archicancellarij ab Anno II. Leonis vſq; ad finem.

Signum PP. Leonis IX.
Miſericordia Domini plena eſt terra.

VICTOR II. P. CLIIJ.

VIctor. IJ. Electus Salutis Anno 1054. conſecratus in die Cenæ Domini, Anno 1055. ad 28 Julij 1057. creauit Cardinales plures, ſed ſequentia tantumodo nomina occurrunt.

Prima Creatio Cardinalium.

1. *Ite, Baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritu Sancti.* 28. Matth. 19.



FRidericus *Lotharingus* Ex Diacono Cardinali *S. Mariæ in Dominica*, creato per Leonem IX. PP. eligitur presbyter Cardinalis tit. *S. Chryſogoni* à Victore IJ. ſecundum

B

Panuinium, in Sabbatho quatuor Temporum Pentecoſtes. Byzantium miſſus pro reintegranda concordia inter Latinos, & Gręcos ſpiritum Sanctum docuit, quem ignorabant. Papa poſtea futurus, nomine *Stephanus* X. Sanctitate thronum ornauit: vt in eius vita, vbi ſymbolum habes & inſignia, cum varietate, & explicatione.

Creatio Cardinalium.

2. *Nolite gaudere, quia Spiritus uobis ſubijciuntur: ſed quod nomina ueſtra ſcripta ſunt in Cęlis.* Lucæ 4.



PEtrus .... Epiſcopus Labicanus Dominici Epiſcopi Labicani Succeſſor, Cardinalis S. R. E. in priuilegio Nicolai IJ. P.P. dato Monaſterio S. Felicitatis Florentiæ, poſt Epiſcopum Portuenſem, ante Epiſcopum Præneſtinum Lauicanus ſubſcribit his verbis, *Ego Petrus Lauicanenſis Epiſcopus.* Eiuſdem recurrit mentio in libro Farfenſi, & in actis Synodalibus Concilij Lateranenſis, cui interfuit, & ſubſcripſit ſub Nicolao IJ. Eius ſtemma Gentilium Oldoinus ſupplere præſumit, ex M. S. Franciſci Mariæ Phæbei, tribus ſtellis ornatum in Zona, quæ parmam ſecat. Nos vnicam Stellam pingimus ex M. S. Cornelio.

C

3



JOannes .... Epiſcopus Tiburtinus, Cardinalis S. R. E. adfuit, & ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſupradicto. Eius inſignia ex eodem Phebeo Oldoinus ſupplet, tribus floribus, quos Itali *Moſchetta* appellant.

4 PEtrus ...... Epiſcopus Cardinalis *Oſtienſis* facto fungitur ſub Stephano X. PP. Anno 1058. teſte *Vghello*. Plura de iſtis Cardinalibus ſub ruderibus ſepulta iacent antiquitatis: ſat tamen, quod eorum nomina ſcripta ſint in Cœlis.

Bibliothecarij, Cancellarij, Primiſcrinij S. R. E. ſub Victore II.

FRidericus *Lotharingius* Archidiaconus S. R. E. bibliothecarius, & Cancellarius Sedis Apoſtolicæ.

HIldebrandus *Ioannes* Tuſcus, Monachus, S. R. E Subdiaconns Cardinal. Procancellarius S. R. E.

D

HVmbertus Tullenſis monachus, Epiſc. Card. *Sylua Candida* adfuit Romano Concilio cum Nicolao Papa Anno 1059. *to. 9. Concil. p.* 1280.

ARibo S. R. E. Diaconus Card., & Primiſcrinius. Ex *bullis Victoris II. datis Eccleſiæ Bononienſi, Portuenſi, Sylua Candidę Monaſterio Caſinati, & S. Benedicti de Mantua.*

STEPHANVS X. P. CLIV.

STephanus X. Electus die Salutis Anno 1957. vſque ad 4. Kal. Aprilis An. Aug., 1058. creauit Epiſcopos........

Epiſcopi Cardinales ſub Stephano X.

1. *Tanquàm prodigium factas ſum multis: & tu Adiutor fortis. Pſal. 70.*

PErrs Damiani de *Honeſtis* Epiſcopus Cardinalis *Oſtienſis* cuius vitam cum abundè ſcripſerit Ioannes Monachus eius Diſcipulus, & Ioannes Antonius Flaminius Foro Cornelienſis Auguſtinus Fortunius Monachus Camaldulenſis *l. 5. Hiſtor. Camald. à capite 6, vſq; ad* 14. Hieronymus Rubeus *l. 5. Hiſtor Rauen.* Plura de eodem Damiani reliquit S. Leo IX. Papa *ep. ſcripta ad Damianum* quæ habetur *Opuſcul. 7. to, 3. operum S. Petri Damiani*; Alex. II. PP, in ſuo diplomate. Deſiderius Abbas Caſinen. A alias Victor III. Papa *l. 2. Dialog:* Leo Marſicanus. *l. 2. Chron. Caſinen.* Lambertus Schaſnaburgenſis. *Anno* 1069. Bertoldus in *Arenario ad Hermanum Contractum Anno* 1061. Sigibertus *c. 163. lib. de viris illuſtribus*. Honorius Auguſtodenſis. *l. de luminaribus Eccleſiæ*. Helinandus Monachus in *ſua Hiſtoria*. cuius verba apud Vincentium Beluacenſem in *ſpeculo Hiſtoriali l. 25. c. 52.* Franciſcus Petrarcha *l. 2. de vita ſolitaria c. 17.* S. Antoninus *Chron. par. 2. c. 8. tit.* 16. Vuernerus Roleuuinck in *faſciculo temporum anno* 1058. Ioannes Trithemius *lib. de ſcriptor. Eccleſ.* & *l. 2. c. 93. de Viris Illuſtribus Ord. S. Benedicti* & *l. 4. c. 35.* Ludouicus Donius d' Attichi. Iacobus Philippus Bergom. *l. 12. ſupplem. Chron.* B Anonymus Monachus S. Crucis ex ſonte Auellanę, *tractatu de eod. Monaſterio*. Aloyſius Lippomanus, Tẽpor. *par. 4. to. 8. Vit. Sanct.* Onuphrius Panuin. in *Chron. Eccleſ. An.* 1056, Ioannes Rioche *l. 4. c. 5. Com.* Petrus Ricordatus *Dratio 4. Hiſtor Monaſt.* Arnoldus Vuion *l. 2. 5. 9. ligni Vitę*, & *l. 3. die 8. Kal. Mar.* & *l. 5. ligni Vitæ. c. 31.* Hartmanus Schedelius in *Hiſtor. vniuerſali An.* 1068. Hos omnes ad verbum tranſcriptos, & typis datos in *operibus S. Petri Damiani An. 1664. Pariſijs ſumptibus Edmundi Couterot*, habes cum actis fideliter adaductis: vnde nè actum agamus agria tam vaſti, mappam exhibeo. C

Petrus Damiani.

Gratitudinis nomen, non familiæ, ſanctum exhibet;
Qui, vt ſoli Deo vitam referret,
Nec vbera impetrare valuit materna
Fame periſſet, & ſiti,
Ni aliena nutrix lac præbuiſſet morienti.
A fatre maiori pœnis præfectus
Cum nummum reperiſſet Argenteum,
Sacerdoti obtulit ad Patris ſuffragium.
A Damiano denique fratre
Cuius vt patroni nomen in Cognomen aſſumpſit,
Literis admotus breui diſcit, & docuit.
Iniuriarum memor, quibus laceſſitus à Mundo,
Summis honoribus blandienti valedixit,
Ad Anachoretas confugiens,
Vbi Sanctiorem vitam miraculis Illuſtrauit.
Purpura redimitus à Stephano X.
Terpoſuit, nunquam cilicium.

In ieiunijs obijt, & pſalmis horarijs
Quos Deipara, illud Redemptoris redemerat,
Ferias ſanctificando ſextam, & ſeptimam.
Viuens cum docuiſſet, bene mori
Docet mortuus bene viuere rithmo ſequenti.
Viue memor mortis quo ſemper viuere poſſis
Quidquid adeſt, tranſit: quod manet, ecce venit,
Quam bene prouidit, qui te male Munde reliquit
Mente prius carni, quàm tibi carne mori.

FAuentiæ, vbi obijt, ad huius Sancti tumulum ſequens inſcriptio luminum uſu abolita eius Corporis tranſlationem in memoriam reuocat.

A.D. M.CCCLIV. die III. Aprilis

*T*Ranſlatum fuit Corpus* S. Petri Damiani *Rauen. In S. ſcriptura D., & Oſtien. Epiſcopi, ac Apo. Sedis Legati ord. S. Crucis Fontis Auellanæ, in præſentem arcam à Rev. P. D. Matthæo de Callio hic Abb.*

Sub Arca verſus leguntur ſequentes.

Quinque denis mille tercentis, & quatuor annis
Tertius Aprilis cum à decimo fluxerat ortus
Tranſtulit te Clerus doctum in pagina ſacra
Oſtienſis Præſul, quem dotat Cardinalatus.
O Petre Damiane, te Crux in ordine fontis.
Auellanę beat, tu legatus quoque tandem
Sedis Apoſtolicæ, petra nunc clauderis iſta
Inſtat nunc Abbas Matthęus de Callio natus.

PLura dicti Sancti ex diuerſis bibliothecis in vnũ congeſſit, & typis dedit Conſtantinus Caietanus Abbas Caſinenſis, quę hic deſcribere ſuperfluum; cum quatuor voluminibus incluſa Lectori pateant. Veruntamen maiora extare in bibliothecis Caſinenſi, & ea quæ fuit Ducis Vrbini, ac Cęſarea, refert Antonius Poſſeuinus in *Apparatu ſacro*.

Deficere etiam aduertas editionem Pariſienſẽ à Conſtantino Caietano procuratam Anno 1664. in pluribus, & pręcipuè in *Epiſtola ad Dominicum Loricatum*, ex rot apud Caietanum *to. 3. Opuſculo* 53. tredecim deſiderari capitula, ſorſan omiſſa, quod in his anima Benedicti Romani Pontificis cruciaribus non tamen ęternis referatur expoſira; vel quod in *cap. 3.* viſio referatur cuiuſdam Monci aſſerentis in Puteolis inter aquas nigras, die Dominico euolarę quaſdam Animas Purgatorij ſub ſpecie auicularum quaſi ad ſolatium; quæ cum fabulis ſimiliora ſint, D quàm hiſtoriæ, hac de cauſa expungi notat Oldoinus *to. 1. in notis ad Ciaconium ſub Stephano X. in Petro Damiani*. Sanctius tamen calamum tractaſſent, ſi venerabili peperciſſent antiquitati, nec ferrum appoſuiſſent laboribus viri ſancti. Quid prohibet, in lacu, vel loco particulari animas purgari Chriſtianorum, & ibidem Deo indulgente, refrigerio ſtatis diebus leuari? Relatio inſuper Damiani nec ponit, nec tollit hiſtoriam, audita refert; & legen-

ribus

tibus iudicanda relinquit.

Deficit etiam in citata editione epiſtola ad *Firminum Ep.* omiſſa, quòd in ea Leonem IX. reprehendat Pontificem Rom. quia arma tractauerit contra Nortmannos. Illicitum ergo viris Sanctis, dicere quæ ſentiunt? oh homines ad ſeruitutem parati!

Carpitur etiam ab Oldoino, quod in epiſtola ad *Henricum Rauennat. Ep.* inſulsè aſſeratur Chriſtus Sacerdos factus Anno ætatis ſuæ XXX. cum in Iordane baptizatus eſt; conſtat enim, quod Chriſtus ſacerdos eſt in Æternum, ſi reſpiciamus futura; ſi vero præterita in inſtanti Verbi Incarnati accepiſſe Chriſtum omnem gratiam, & dignitatem: propterea à viris doctis aſſertum hoc reprobari. Melius tamen Intuenti patebit; non incognitum S. Petro Damiani, Chriſtum eſſe Sacerdotem natum, quamuis *Sacerdotij Miniſterium* ſuſceperit ſolum Anno ætatis XXX. in Baptiſmate; quæ longè diuerſa; dicere *Chriſtum Sacerdotem factum in Baptiſmo*, abſurdum: *miniſterium ſuſcepiſſe Sacerdotij*; legitimum. *Probatur autem* (accipe Damiani verba) *Redemptor noſter cum Baptiſmo, ſimul & ſacerdotij ſuſcepiſſe miniſterium; quia baptizatus, mox prædicare, Diſcipulos eligere, miracula coruſcare &c.*

Mordent etiam, & expungunt, quia in ead. ep. ad *Henricum Ep. Rauen.* Liberium Papam dixerit hæreticum. Huic iudicio ſi legitimo, ſubiaceat Hieronymus de *ſcriptor. Eccleſ. in vita Fortunatiani.* Athanaſius *Apolog. 2. & in Ep. ad ſolitariam vitam agentes.* Quod ſi iſti interpretatione, tolerantur, vel vrgente veritate non reſpuuntur: cur Petrus Damiani eorum ſtudioſus reprobatur?

A



VBertus de Podijs, nunc de *Poggio* natu Lucenſis, Epiſcopus Cardinalis *Praneſtinus* teſte Ciaconio, quamuis ab Vghello in Epiſcopis Præneſtinis non admiſſus; quia *Petrus* Epiſcopus Præneſtinus ex eodem Ciaconio, ſub Nicolao II. viueret, qui iam ſubſcripſerat ſub Io: XX. in diplomatibus Pontificijs, pro Eccleſijs Portuenſi, & Syluæ Candidæ, Anno 1026. vnde Petro viuente ſub Io: X. & ſub Nicolao II; alius non eſt interponendus ſub Stephano X. qui Nicolaum II. præcedit. Supputatio hæc, vt legitima curreret, niſi ſchiſmate inter Benedictum Pa-

B

pam, Siluetrum & Gregorium pſeudopapas ſubuerteretur: quibus vigentibus duo quandoque viſi ſunt eidem Eccleſiæ, & Archiepiſcopatui præeſſe, quemadmodum, & Pontificatui.

Presbyteri Cardinales ſub Stephano X.

3. *Et nomen eius non memoretur amplius.* *Ieremiæ 11.*



BRuno, vel *Beno* presb. Card. *S. Sabinæ*, poſtea Archipresbyter, natu Germanus, literatura ornatus non mediocri, in ſchiſmate Clementis III. Antipapæ contra Gregorium VII. ſchiſmaticorum pertinaciſſimus fautor, famam Gregorij Papæ, verbo, & ſcripto iniquè calumniatus, Conciliabula procurauit, in quibus omnem mouit lapidem, quo Pontificem Sanctum probroſis mendacijs, ſede deturbaret. Opuſcula legimus ab eo conſarcinata ſub titulo, *Vita, & geſta Hiltebrandi qui dictus Gregorius VII. deſcripta per Bennonem Cardinalem Archipresb. Eccleſiæ Romanæ, qui eo tempore vixit* Prodijt Francofurti, *Anno 1681. apud Andream Vuechelum, vnà cum Hiſtoria de Vita Imper. Cæſ. Henrici IV.*

4. *Core Dathan & Abiron ſurrexerunt contra Moyſem.* Num. 16.



HVgobaldus Fliſcus de Obicijs natu Lucenſis presb. Card. tit... tertius ſchiſmate contra Gregoriū XII, comes perpetuus Bennonis Cardinalis mori maluit, quam reſipiſcere ſub Vrbano II. Clarus literarum ſtudijs (eodem Bennone teſte) calumnijs contra Pontificem verum atq; legitimum, ſe ipſum obſcurauit. Naralibus namq; clarus, ſplendore mutuo purpuram decorauit, donec à Chriſti vicario, & à ſe ipſo receſſit. Tres faſciæ virides, totidemq; flauæ, quas ſupra vides ſtemma ſunt familiæ *Fliſce*, Duo

C

enim filij fuere........ *Fliſco*: quorum alter nomen familiæ retinuit, alter de *Obicijs* eſt appellatus, vt teſtatur ſepulchrum in S. Maria Auentina Prioris Hieroſolymitani dictum.

5. *Externo lumine creſcit.*

IOannes S.R.E. Cardinal. tit. S.... cuius Stēma gētilitium ſupplere audet Oldoinus, cum eodem tēpore nomen ignoret familiæ, Obijt Ioannes ſub eodē Stephano X. Papa. Externo dicitur lumine creſcere, cum excepta dignitate, cætera ſileant.

6. *Virtute Munita.*

D



PEtrus Albertinus Monachus Caſinenſis Ordinis S. Benedicti Presb. Card. S........ vir planè doctiſſimus, ac vitæ longeuæ, nam Card. presb. S. R. E. creatus à Stephano X. Anno 1057. vitam protraxit vſq: ad Paſchalem. II. creatum An. 1100. Turrim habet in parma, virtutibus fortem, atq. munitam.

Diaco.

Diaconi Cardinales.

7. *Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.*



A*Lbericus* ex Monacho Caſinenſi Cardinalis S. R. E. Diaconus, vir ætate ſua literarum Princeps, Librum enim ſcripſit ad verſus Berengarium hæreſiarcham de *Corpore Domini*, quo prauas aſsertiones ſubuertit, vt tanti Sacramenti *defenſor* dici promeruerit. Alia ſcripſit, quorum præcipua,

De Virginitate S. Mariæ lib. 1.
De Electione Romani Pontificis. lib. 1.
Contra Henricum Imperatorem lib. 1.
De Muſica Dialogum.
De Diuerſis dictaminibus, & ſalutationibus librum.
Paſſiones SS. Modeſti, & Cęſarij
De Viſione ſua lib. 1. qui extabat M. S. apud Timotheum Monachum S. Placidi, Meſſanę.
De Vita S. Dominici Abbatis.
B *De Vita S, Scholaſticę Virg.* Extabat M. S. apud Arnoldum VVionem Benedictinum, ſicut *Homilia* de eadem, quę incipit. *Audiſtis Fratres Chariſſimi.*
Hymnos de Paſchate
De Aſcenſione. De Cruce,
De die Iudicij. De pœnis inferni
De Aſſumptione B. Mariæ, ſermones tres,
De S. Paulo. *de S. Appollinare*
De S. Scolaſtica, de qua & verſus.
De Monachis ad Petrum Oſtienſem. Epiſtolarum librum.

Scripſere de eo Petrus Oſtienſis in *Chron. Caſinen. l.* 3. *c.* 35. Arnoldus Vuion. in *ligno Vitæ*. Petrus Diaconus de *viris Illuſtribus montis Caſini c.* 21. refert ad Synodum euocatum Albericum contra Berengarium adſtruentem, ſacrificium Corporis, & Sanguinis Domini figuram eſse; cum veniſset, nec in longa diſceptatione pars parti cederet. *Accepta Albericus vnius hebdomadę licentia, librum ſcripſit de Corpore Domini, Sanctorum Patrum teſtimonijs roboratum, in quo omnes aſſertiones eius deſtruxit, ęternęq; tradidit obliuio-* A *ni*. His victus Berengarius, peregrinatione ſuſcepta, toto vitę curſu errorem defleuit. Nonnagenarius obijt die Epiphanię, 1088., apud Turones in Templo S. Coſmę, ſepultus, teſte *Claudio Roberto in ſua Gallia Chriſtiana.*

Eius lucubrationes habentur omnes M. S. in bibliotheca Fratrum Minorum Conuentualium, Florentiæ.

Ad eum plures ſcripſit epiſtolas S. Petrus Damiani, quarum duæ 20. & 21., habentur *to.* 2. *Epiſtol.*

Obijt Albericus Romę, ſepultus in Eccleſia SS. Quatuor Coronatorum, cui Eccleſiæ eum præfuiſse B teſtatur Io: Baptiſta Marri in notis ad Petrum Diaconum, illumq. Cardinalem *SS. Quatuor Coronatorum* appellat. Habuit breue epithaphium. *Albericus.* gloria forſan nominis clarus; quemadmodum ſi quis Sampſonem, vel Paulum nominaret.

Petra autem erat Chriſtus 1. Cor. X.V,I,

P*Etrus* ex Monaco Caſinenſi, ord: S. Benedicti, Diaconus Cardinal. S. R. E. Cancellarius, *teſte Panuinio*. Satis huic, quòd Petrus obierit in petra C Chriſti.

NICOLAVS. II. P. CLV.

NIcolaus. II. Electus die,.......Ann. 1058. ad Annum 1061. ſedit, Creatiq; ſub eo.

Epiſcopi Cardinales.

1. *Nomina eorum viuent in ſęculum ſęculi,* 42. Eccl. 24.



B*Runo* .... Epiſcopus. Cardinalis *Preneſtinus* qui Anno 1059. priuilegio ſubſcripſit dato Monaſterio Florentino S. Felicitatis, quod habes *to.* 9. *Concil.* deceſſit ſub Alex. II., & ſucceſsorem habuit in Epiſcopatu Præneſtino Leopertum. Inſignia, quæ ſuſpicis, ex M. S. Cornelio deduximus. Sacerdos humilis & deuotus, cuius exemplo excitati ſubditi religionem promouebant.

2. *Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam* 115. Pſal. 9.

D

G*Vilbertus* Ep. Card. *Tuſculanus*, qui *Vghello* teſte, Synodo interfuit Romanæ, Anno 1059. per Nicolaum celebratę; vt patet (non ex eadem Synodo typis data, in qua licet nomina aliorum legantur Epiſcoporum, Gilberti deficit) ex *vetuſto Abbatię Farfenſis libro 1 actis Synodalibus Nicolai II.*, quibus ſubſcripſit, teſte *Ciaconio*; & ex *Bulla Canonicis Florentinis conceſſa.* His narratio reſiſtit Panuinij, à quò *Ioannes* non *Gilbertus* Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus dicitur creatus die..... Martij, Sabbatho quatuor Temporum Quadrageſimę. Sacerdos innocens, qui ſolam quæreret gloriam Dei.

Presby-

Presbyteri Cardinales ſub Nicolao II.

3. *Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles.* Lucæ. 1.



D*Hiltprandus*, vel *Hildebrandus*, aut *Hilteprandus*, Bonifacij filius Ioannẽſis, Tuſcus, olim Prior Cluniacenſis, ex Abbate S. Pauli extra vrbem, via Oſtienſi, & S. R. E. Cardinali Subdiacono, A
& Oeconomo ſedis Apoſtolicę, Card. Archidiaconus *S. Marię in Dominica*, Papa futurus nomine Gregorij VIJ. excomunicauit Henricum IV, Imperatorem, vnde vrbæ, & ſchiſmata in Eccleſia Dei.

5. *Sanctificauit Salomon medium atrij, ante templum Domini.* 7. Paralipom.

I*Oannes*....presb. Card. tit. S......adfuit eidem Conſecrationi Eccleſiæ Caſinatis.

4. *Turris fortiſſima nomen Domini* Prouer. 28.



L*Andulphus* presb. Card. tit. S.........creatus à Nicolao. II. vixit vſq; ad tempera Alex, II. cum quo, conſecrationi adſuit Eccleſiæ Caſinatis, vt ex tabulis conſecrationis, in quibus ita ſubſcripſit, *Landulphus Card. Presb.* Turris apponitur pro ſtemmate ab Hiſtoricis: cauſa verò ignoratur.

6. *Altaria tua Domine virtutum: Rex meus & Deus meus.* Pſal. 83.

M*Aynardus* natione Campanus ex Monacho Caſinenſi presb. Cardin. S........ poſtea Epiſcopus Syluę Candidæ creatus ab Alex. II. vt infra dicam,

Cardinales Diaconi ſub Nicolao II.

7. *De altiſſimis Montibus* Eccho, Sap. 17.





D*Oderiſius* Oderiſij filius Comitis Marſorum, Campanus, Monachus Caſinas, eiuſdem Monaſterij Abbas, Diaconus Card. S. Agathę impubes adhuc contempto ſæculo, Monacis addictus ſcientia, morum probitate fulgere cępit Illuſtrior. A *Richerio* Abbate cucullа donatus, tanta rerum celeſtium meditatione, & regulæ obſeruantia certauit, vt à monachorum Archangelo Deſiderio Abbate quamuis puer Abbas prædicaretur futurus. Abbas factus, & Deſiderij ſucceſſor eà animi demiſſione imperium decorauit, vt non ſine rubore! Monachi exemplo magis mouerentur Rectoris, quam lege. A Nicolao. II. P. M. inter Cardinales adſcriptus nihil de priſtina viuendi conſuetudine detraxit. Hinc à Cænobio non diſceſſum, non omiſsæ communis Diſciplinæ functiones, non antiqua humilitatis contentio, non ardor proficiendi imminutus, eamdem diſciplinæ obſeruantiam, exemplo demon- D
ſtratam, à monachis requirebat. Mortuo Victore III. olim Deſiderio, qui Caſinenſis Abbatis nomen, & munus, ne quidem in Orbis Pontificatu depoſuerat, nolens, ac reluctans, ſubſtitutus vniuerſis fratrum ſuffragijs, Annos ſeptemdecim ſanctiſſime adminiſtrauit, frugali, ac domeſtica conſuetudine ſemper retenta. Monaſterij ædificia à Deſiderio ſplendidè incœpta fœliciſſimè abſoluit bona eiuſdem multis Annis deperdita, ſua induſtria redemit, & nonnullas Eccleſias, ac Monaſteria Con-
B gregationi adiunxit. Principibus Charus, ab ipſo Orientis Imperatore, Alexio Comneno literis exambitus, dona plurima ex regia liberalitate lucratus eſt monaſterio. Henricus ipſe IV. Occidentis Imperator, quamuis iuratus Eccleſiæ hoſtis Oderiſium, qui in Schiſmate Guibertino, Gregorium VII. tuebatur, ſedemq; Romanam plurimum reueritus dilexit, & fouit. Ab Vrbano II. & Paſchali II. plura cum pro Monaſterij dignitate obtinuiſſet priuilegia, de Eccleſia, ac Monaſtica Diſciplina meritus, Caſini obijt, IV, Non. decemb. 1105. ſepultus in Eccleſia S. Benedicti. *Petrus Diac, Mar. Antonius Scipio:*
C *Hugo Menard. in Annal. Bucellinus die 11. Decemb. in Annalib. Benedictin.* titulo colunt *Beati*, In Eccleſia Ioannis in Venere in agro Lucianenſis, lapis antiquus memoriam exhibet verbis ſequentibus.

Oderiſius S. R. E. Cardinal. Anno 1065. Cardinalatum tenuit Annis 45. Pro Inſignibus Vndas Marinas Oderiſio Oldoinus appoſuit: Montes Ciaconius; quibus illud Prouerbiorum quadrat, *De altiſſimis montibus Ecco*: ob famam virtutis.

8. *Diaconos pudicos, non bilingues, non vino deditos, non turpe lucrum ſectantes.* 1. *ad* Timoth. 3.

A*Marigus* S. R. E. Diaconus Card. adeſt cum Nicolao IJ. Concilio Lateranenſi Anno 1059., vt *to. 9. Concil. p.* 1259.


9. *Dominus à dextris tuis: confregit in die irę ſuę, Reges* Pſal. 109.

B Ernardus.......... Papienſis Diac. Cardinalis S. R. E. à Nicolao II. creatus, teſte *Humberto*



ſem cōſecrauit. Subſcriptus legitur in quodam iudicio Beatricis Comitiſſæ. VIII. Idus Iulij, ad fauorem Archidiaconi Lucēſis; idemq; ſubſcripſit Bullæ eiuſdem Alexandri datæ Monachis Caſinenſibus, ſexto Idus Maij, Anno 1067. obijt ſub Gregorio VII. *Leo Oſtienſis l. 3. c. 30.* in vnitate eccleſię Romanę.

5. *Vna eſt Columba mea.* Cart. 4.



I*Oannes* ...... Epiſcopus Cardinal. *Portuenſis* alteri Ioanni Cardinali Portuenſi ſubrogatus ab Alex. II. conſecrationi adfuit Eccleſiæ Caſinenſis, vt in eiuſdem tabulario legitur. Schiſmatis Gibertini hoſtis acerrimus Gregorium VII. Pontificem Sanctum atq; legitimum ad Sanguinem propugnauit, non ſine vitę diſcrimine. Defuncto namq; Victore III. Gregorij VII., legitimo ſucceſſore, cum nouus Eccleſiæ Paſtor quæreretur, & caput. Clemens verò III. pſeudopapa comitia Cardinalium gladio Cęſaris perturbaret. Ioannes Portuenſis vocat is Taracinam ſtudioſis partis Catholicæ literas eorum aperuit, qui Romæ ſubſtiterant, quibus excitabantur, vt ad creationem Pontificis conuenirent: quibus auditis, Ioanne Othonem promouente Oſtiēſem Epiſcopum, in Pontificem ſuſceperunt nomine Vrbani ſecundi; ſub quo optime de Eccleſia meritus vitam poſuit. *Petrus Diaconus Caſinen. c. 2. l. 4. Chron. Caſinen. Leonis Oſtienſis.* Huius Ioannis mentionem cum laude habuiſſe *Benno in vita Gregorij VII.* refertur à Ciaconio, Vghello, & Oldoino; ſed tantorum virorum pace, ſi Bennoni credimus, non eſt laus ſed infamia, cum Schiſmaticorum Caput, & antesignanus accuſator Gregorij VII. deſcribatur à Bennone, verbis ſequentibus. *Ioannes Portuenſis Epiſcopus, qui intimus fuerat, & à ſecretis Hiltebrandi, aſcendit in ambonem B. Petri & inter multa, audiente Clero, & Populo ait: Tale quid fecit Hiltebrandus, & nos: unde debemus viui incendi; ſignificans de Sacramento Corporis Domini, quod Hiltebrandus, reſponſa Diuina quærens contra Imperatorem, fertur iniecisse igni, contradicentibus Cardinalibus, qui aſſiſtebant ei,* Ioannis mentio habetur *to. 10. Concil. p.* 20. in compoſitione facta inter *Greg. VII. & Landulphum Beneuentanum.*

6. *Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* 4. Epheſ. 3.



L*Eobertus* .... Epiſcopus Card. *Praneſtinus* ab Alex. II. creatus ſubſcribit eiuſdem diplomati dato monachis Caſinenſibus, 6. Idus Maij, 1067. Ind. 5. ſub eodem obijt Alexandro, in cōmunione Eccleſiæ Catholicæ, auidus pacis cōtra Schiſmaticos.

7. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ,* Pſal. 25.



V*Bertus*, mortuo *Leoperto* Ep. Card. *Praneſtino* ſubrogatur in Ep. Cardin. Præneſtinum, ab eodem Alex. II. legatuſq; cum Gerardo Ep. Card. Oſtien. ad Henricum Imperatorem Anno 1074. cum quo communicare recuſauit priuſquam ille de Simo-

A niaca labe ſe apud ſedem purgaret Apoſtolicam. Volens portò Synodum congregare in partibus Galliarum non eſt permiſſus, Epiſcopis prohibentibus, & ipſo Cęſare. Honorificè tamen dimiſſus ab Henrico Imper. cum muneribus & honoribus Romam redijt. *Lamber. Schaſnaburg.* & *Petrus Bibliothecarius.* Interfuit poſtea Canuſino conuentui, vbi Gregorius VII. Henricum ab anathemate abſoluit Imperatorem, recepitq; in communionem fidelium. Eius memoria recurrit non tam in conſecratione Altaris S. Andreę ſacro, Romæ in Eccleſia S. Cecilię pridie Kal. Aprilis 1073. factæ; quàm in Conſtituto Landulphi Principis Beneuentani, & Grego-

B rij VII. cui ſubſcripſit *to. 10. Concil. p. 19.*

8. *Qui habitare facit vnanimes in Domo.* Pſal. 67.



B*Aſilius* .... natu Græcus Bonifacij Ep. Card. *Albani* ſucceſſor ab Alex. IJ. promotus, circa annum Domini 1073. moriens ſub Gregorio VIJ. ſucceſſorem habuit *Petrum Igneum*. Eius memoria recurrit in *diplomatibus*

C *Alex. II. conceſſis Monaſterio Mantuano S. Benedicti* Obijtq; fidelis Eccleſię Romanæ.

9. *Gaudentes ibant a conſpectu Concilij: Quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Act. 5.



B*Gerardus*, vel *Giraldus* Ep. Card. *Oſtienſis* in locum Petri Damiani, natione Germanus, patria Ratisbonenſis, Monachus, & Prior maior Cluniacenſium, doctrina, & prudentia ad dignitates conſcendit Eccleſiaſticas. Legatus

D ab Alex. II. cum Rambaldo Subdiacono S. R. E. ad Gallos coacta Synodo, collapſos Clericorum mores reformauit. Mortuo Alexandro certior factus à Gregorio VII. de ſua Electione, per Legatum Hugonem Candidum Cardin. hoc voto miſſum à Gregorio (vt ex *ep. 6. Greg. VII. to.* 10. *Concil.*) Hiſpaniam petijt, vbi coacta Synodo plures Epiſcopos dignitate priuauit, alios extrà communionem poſuit, quibus concitati ad ſedem appellarunt Apoſtolicam, vt ex *ep. 16. Greg. VII. to.* 10. *Con-*

cil. quà Gerardũ arguit, de geſtis Synodalibus certiorem ab eo factum minime fuiſſe. Hoſtis acerrimus ambitus, & Simoniæ, inter Epiſc. quos depoſuit, Lancelinus fulget indicio annuente ſuperno depoſitus in Concilio Cabilonenſi, Anno ſal. 1073. Gerardo preſidente Legato Apoſtolico, ſubrogatusq; Hugo Lugdunenſis Camerarius in Epiſcopum Dienſem, Deo Electionem promouente luce immiſſa in modum Sphere per aliquot horas in gremio Eccleſiæ, vbi Legatus cum Clero & Populo conuenerat. *Chron. Virdunenſe Hugonis Abbatis Flammiacenſis to.* 10. *Con-* A
cil. p. 308. Ex Hiſpania Romam reſtitutus Gerardus tertiam Legationem ſubijt, nomine Gregorij VIJ. ad Henricum Imperatorem, vt eumdem Simoniaca labe infectum moneret, ne in poſterum Sacerdotia venderet; quod cum religioſè abſoluiſſet Gerardus tamquam Cęſari importunus, & oneroſus, iniurijs affectus, & Contumelijs, re infecta Romam remiſſus Papam aduerſus Cęſarem concitauit. Cæterum poſt longum diſſidium, pace haud diuturnius duratura, compoſita, conuentui adfuit Canuſino, in quo Eccleſię Henricum Papa reſtituit. Diſſoluto Conuentu, quartam legationem Gerardus ſubijt in Germaniam, pręcipuè ad Saxones. Redeuntem (teſte *Ber-* B
tholdo Conſtantienſi in append. ad Herman. An. 1077.) contrà præſtitum iuramẽtum Henricus intercepit & carceri tradidit vna cum Anſelmo Lucenſi, ac Epiſcopatu priuauit, quia Gregorium VIJ. deſerere, & Clementi III. pſeudopapæ adhærere recuſaret, ſubſtituto in epiſcopatu, *Ioanne* Schiſmatico; vnde Gerardus præ dolore quaſi contabuit; IX. *namq. Idus Decemb.* 1078. *Mundo Crucifixus, de huius vitæ ergaſtulo liberatus eſt*, teſte *Bertholdo*. vide *Lambertum Schafnaburg. Arnol. Vuion l. 2. dè ligno Vitæ*. Frizoniũ Domnizum *in vita Mathildis*, Matthæum Ruderum: in *Bauaria Sancta*. Chronicum Cluniacenſe. Quanti eum faceret Gregorius VII. lege huius epiſtolas *to.* 10. *Conciliorum*,

Oſtia te Tiberina vocant, donatq; tiaram;
Gratior ante tibi nonne cucullus erat?
Purpura virtute, ſed poſteą texit eandem
Menſq; Gerarde, tibi manſit, vt ante fuit.
Purpuraq; erubuit, cum tantos ſenſit honores,
Et creuit virtus, cum tibi creuit honor.
Saluus honor, ſalua tibi cum virtute manebit,
Et maiora feret præmia, maior honos.

10. *Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus nec memorero nominum eorum per labia mea.*
16. Pſal. 4.


O*Tho* Caſtillionęus Gallus ex Monacho Cluniac. presb. Card. tit. S. . . . ., & poſt obitum Gerardi, *Oſtienſis* Epiſcopus renuntiatus, electo prius Ioanne Schiſmatico, quem Henricus intruſerat, tandem Papa futurus nomine Vrbani II. aduerſus Schiſmaticorum conuentus, plura congregauit Concilia, vt in eius vita.

Cardinales Presbyteri ſub Alexandro II.

11 *Ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum ante Deum vſq; in hodiernum diem.* 23. Act. 1.

G*Audentius* presb. Card. tit. *S. Anaſtaſiæ* teſtis adfuit donationi factæ Monaſterio Caſinenſi Anno 5. Alex. II. Papę obijt proferendo verba Pauli contra Schiſmaticos ſupraposita.

12. *Qui ſurrexerunt contra Moyſem & Aaron in ſeditione Corem*, 26. Num. 9.



I*Oannes Minatus* Presb. Card. tit. S. *Mariæ Transtiberinæ*, cuius mentio in antiquo diplomate Monaſterij Caſinenſis, *Ioannes* presb. Card. S. . . . . . Bini recurrunt *Ioannes*; quorum alter adfuit cum Maynardo Ep. Syluę Cãdidæ, in Synodo Mediolanẽſi contra Simoniacos congregata, & concubinarios, in quos opus fuit gladium materialem euaginare; Duce *Erlembardo Cotta*, vt dedimus in *vita Alex. II. p.* 340. *n.* 4. In Angliam poſtea legatus cum Petro Cardinali, in Synodo Vvintonienſi, quam habuit die octauo Paſchatis, *Stigandum* inuaſorem Epiſcopatus *Cantuar.* (ſubſcripſit iſte chartę Regis Eduardi) *to.* 9. *Concil.* & *Agelmarum Eſtanglenſem* depoſuit, cum alijs Abbatibus Simoniacis, teſte *Rogero in Annal.* vt in *to.* 9. *Concil.* Cuius autem Ioannis? primi, vel ſecundi hæc intelligenda? latet. vnus ex his in C
Schiſmate Gibertino, Gregorio VII. Papa relicto ſeceſſit ad Schiſmaticos, teſte *Bennone in vita Hiltebrandi*.

13. *In Lumine tuo videbimus lumen.*
Pſal. 35.

H*Vgo* Dienſis nepos Hugonis, filij *Odonis* Primi Burgundorum Ducis, profeſſione Monachus, Prioratu Donatus Monaſterij S. Marcelli Cabilonenſis Cardinalis creatus S. R. E. tit. . . . . ab Alex. IJ. poſtea Epiſcopus Dienſis inauguratus à Gregorio VII. vndec. Kal. April. 1083. vt ex *ep. Gregorij VII. ad Guillelmum Comitem Dienſem*, cum comminatione anathematis ad ipſum Comitem, ſi in C
extirpatione Simoniæ, Epiſcopo non obediret. In eius electione tantum lumen fertur Cęlitus deſcendiſſe, vt diem vinceret: argumentum aduenientis ſpiritus Sancti in plauſum electionis, teſte *Paulo Berarſedenſi in vita Gregorij VII.* Translatus dein ad Lugdunenſem Archiep. Romam venit cum Clero ſuo ad Concilium in fauorem Gregorij VII. contra Clementem III. Antipapam, eiq; ſemper adhęſit Apoſtolicę ſedis legati perſonam ſuſtinens. In Gallia Comitem Fulconem Andegauenſem abſoluit, Synodum celebrauit ad prohibendas laicorum inueſtituras. In Britannia minori, vnà cum Huberto Eccleſiæ Romanę Subdiacono, nomine Gregorij VII.
cauſam

cauſam cognouit Dolenſis Epiſcopi Anno 1080. in Lugdunenſi Concilio (& fuit Sextum ab eo Celebratum) *Manaſſem* Archipręſulem Rhemenſem depoſuit, quod Romam iſte vocatus ſepius venire renuiſſet, ſpreto auro, quod Hugoni Legato offerebat Manaſſes. *Chron. Virdunenſe Hugonis Abb. Flauiniacenſis. to.* 10. *Concil. p.* 390. Celebrauit dein Septimum Concilium apud Auenionem, in quo depoſitus eſt Achardus Arelatenſis inuaſor, & electus Gibilinus in Arelatenſem Archiep. Lantelmus in Ebredunenſem Archiep. Hugoin Gratianopolitanum Epiſcopum, Deſiderius in Caualicenſem, quos expleto Concilio ſecum Romam duxit, & Papa eos conſe- A crauit ibidem. Eodem An. 1080. Concilio præfuiſſe Lingonenſi eumdem Hugonem ſcribunt aliqui, vt in *to.* 10. *Concil. p.* 397. Celebrauit etiam Synodum Santonenſem, in quà Floriacenſibus Monachis adiudicatum eſt Cęnobium Vaſatenſe ſanguine olim S. Abbonis dedicatum, contrà Raymundum Ep. Vaſatenſem. Eodem *to.* 10. *Concil. p.* 398. Congregauit Meldenſem, in qua S. Arnulphus creatus eſt Ep. Sueſſionenſis (Sigeber. in *Chron. & ep.* 34. *l.* 9. *Greg. VII. to.* 10. *Concil.*) & depoſitus Lambertus Taruanenſis. Anno 1081. celebrauit Concilium Exoldunenſe in Biturigibus XV. Kal. April. vt in *to.* 10. *Concil. p.* 399. Anno 1082. congregauit Synodum B Meldenſem II. in qua ordinauit Epiſcopum Niuernenſem Rotbertum Abbatem Eccleſiæ Resbacenſis: ſed quia hoc factum abſq; præſentia, & aſſenſu Richerij Archiep. Senonenſis, & Coepiſcoporum, excommunicauerunt eum. Ex *Chron. S. Petri Viui Senonenſis auctore Clario O. B. to.* 2. *Spicilegij. p.* 747. refertur *to.* 10. *Concil. p.* 401. Gregorio VII. vità functo, Legatus iterum ad Gallos ab Vrbano II. ſigno Crucis, & fide, Monialium Marcinianenſium graſſantes flammas cohibuit. Moriente Gregorio VII. Salerni interrogatus ab Epiſcopis, & Cardinalibus quem crederet eligendum in eius ſucceſſorem? *Eligite* (inquit) *ex his tribus vnum, aut Deſiderium Cardi-* C *nalem, aut Hugonem Lugdunenſem, aut Othonem Hoſtienſem*: ex quibus omnium votis electus Deſiderius nomine *Victoris III.* Hugonem concitauit; qui faſtu ductus, & ambitione (ſedi enim inhiabat Apoſtolicæ) ęgrè ferens Victorem ſibi prælatum, licet ab eodem Victore III. Gallica Legatione honoratus fuiſſet, declinauit iratus ad *Clementem III.* Antipapam. Hinc Beneuentana Synodo à Victore vnà, & Richardus Abbas S. Victoris damnati, & depoſiti donec pœnitentia exhibita reſtitutus, Legatus adfuit Sedis Apoſtolicę in Concilio Claramontano, in quo ad redimendam Hieruſalem è manibus Barbarorum, Chriſtiani conclamarunt ad arma. Cla- D romonte ſtans querimonias accepit Iuonis Carnotenſis *ep.* 122. contra Ioannem puerum Eccleſiæ Archidiaconum Aurelianenſis, quod puer promotus fuiſſet in Epiſcopum eiuſdem Eccleſiæ, Rege aſſentiente Philippo, in gratiam Rodulphi Archiepiſcopi Turonenſis, qui prò illo probroſo adoleſcente præſulatum Aurelianenſem dono acceperat. Lege vltimam Iuonis Epiſtolam; quam ſcripſit ad Vrbanum II. In feſto S. Innocentium cum promotus fuiſſet ille adoleſcens; quidam dicitur Aureliæ Canonicus carmine iocatus ſequenti.

Eligimus puerum, Puerorum feſta colentes,
Non noſtrum morem, ſed Regis iuſſa ſequuti.

Querela tandem orta inter eum, & Iuonem Carnotenſem ſuper conſecratione Daimberti Archiep. Senonenſis, quem ſuo ſolum tempore proximi ieiunij conſecrandum aiebat, non autem Dominica poſt Electionem, obiurgatus abijt, Turonenſi Concilio, coram Vrbano Papa, quod audacter multa exigeret, & Petri abuſus auctoritate doctrinā eiuſdem obliuiſceretur. *Neque ut dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* Vir tamen religione, prudentia, & auctoritate mirabilis ab eodem Iuone in Epiſtolis Salutatur. Salaminæ, ſeu Famaguſtæ in Inſula Cypri, Anno deceſſit 1103. cum ad Turcicam expeditionem progreſſus, ibidem aliquibus Annis remanſiſſet. Felicior, ſi ambitionem vicisſet. Inſigne ei ab Oldoino apponitur quod Lugdunenſis Archiepiſcopatus, non familiæ.

15. *Sicuti Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita hi reſiſtunt veritati homines corrupti, mente reprobi circa fidem.* 2. ad Timotheum. 4.

B*enno* natu Germanus, Cardinalis presb. S.R.E. creatus ab Alex. II. qui in ſchiſmate Gibertino, à Papa declinauit ad Antipapam, huicquè perpetuo adhęſit (teſte alio Bennone Cardinali, in *vita Hiltebrandi*) Proindè depoſitus & excommunicatus abijt.

16. *Pſeudoapoſtoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.* 2. Cor. 11.



H*Vgobaldus* presb. Card. S. R. E. creatus ab Alex. II. tit. S......., inter eos recenſetur, qui à Gregorio VII. deſecerunt ad Antipapam Clementem, vt Henrico adularentur Imperatori. *Benno ib.*

17. *Qui habitare facit unanimes in Domo.* 121. Pſal.



P*ono* presb. Card. S. R. E. tit. *S. Anaſtaſiæ*, creatus ab Alex. II. Gregorium VII. Papam legitimum conſtantiſſimè propugnauit contra Gibertum Antipapam. Adſuit, & ſubſcripſit Iuramento Roberti Carnotenſis Epiſcopi facto in Baſilica S. Petri in Vaticano; cuius mentio fit in *regiſtro Gregorij VII.*



JOannes ...., presb. Card. S. R. E. tit. .... in ſchiſmate Gibertino deſecit à Gregorio VII. ad Clementem Antipapam vt dedimus ſupra *n.* 11.

19. In laboribus plurimis, 2. Cor. 11.



BErnardus natu Gallus Monachus, & Abbas S. Victoris Maſſiliç, presb. Card. S. R. E. ab Alex. II. creatus, legationem ſubijt cum Bernardo Papienſi Diacono Cardinali, ad Imperij Principes in Forchein congregatos, vbi ſpoliato Henrico IV: corona Imperij (*Rudolphum* elegerunt Sueuiæ Ducem præſentibus Legatis Pontificis; quorum alterum, Bernardum Maſſilienſem, Henrici aſſeclæ detinuerunt, quòd ad tollenda diſſidia miſſus, vt aiebant, fouiſſet. Vinculis poſtea abſolutus, ex Germania in Hiſpaniam legatus à Gregorio VII. honorem procurauit ſedis Apoſtolicæ, ibiq; obijt cum laude etiam inimicorum. 13. Kal. Aug. 1079. *In hac ætate* (ſcribit Bertholdus Conſtantien.) *venerabilis Abbas Maſſilienſis Bernardus, vir plenus charitate requieuit in pace XIII. Kal. Aug.* Concordat Trithemius. *Bernardus Abbas Maſſilienſis. & S. R. E. poſtea Cardinalis, vir vndequaq; doctiſſimus, vita, & conuerſatione valdè Religioſus in Cauſis Eccleſiaſticis ſepè Legatus induſtriam ſuã oſtendit*. Ad hunc Cardinalem Epiſtolam ſcripſit Gregorius VII. cuius initium, *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Bernardo S. R. E. Diacono, ac Maſſilienſi Abbati ſalutem in Domino*. Eidem ſcripſit Yuo Carnotenſis contra Gauterium olim Bonæ Vallis Abbatem, qui reliquerat Eccleſiam ſuam & eſt *quarta* in ordine Epiſtolarum. Aliam ad eumdem miſit, *De ordinatione Pontificis, & Benedictione Abbatis*.

20. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram. Lucç. 14.

RIcchardus natu Gallus dicti Bernardi frater (non Abbas S. Victoris Pariſienſis; quia hçc Abbatia inſtituta à Ludouico VII. Françorum Rege cognomento Craſſo, Anno Sal. 1113. cuius primus Abbas Gilduinus qui obijt Anno 1155. non dum erat inſtituta.) Cardinalis creatur ab Alex. II. tit. S..... poſtea à Paſchali II. Ep. Car. *Albanus*, bis in Hiſpaniam abijt: Anno primum 1076. teſtç Mariana *l. 9. Hiſtor. Hiſpan. c.* 11. ita exigente Alphonſo Rege, ad reſtituendam diſciplinam Eccleſiaſticam, & Sacerdotum cçlibatum. Priſci namq; moris Clerus oblitus, & illecebris ſuperatus vxorem habere conſueuerat. Alteram legationem Ricchardus ad Hiſpanos ſubijt Anno Sal. 1079. teſte Gregorio VII. *l. 7. ep. 6.* & in itinere Abbatiam Maſſilienſem commendatam accepit; vt ex *ep. 7. & 8. l. 7.* teſtatur ipſe Gregorius VII. Papa, *to. 10. Concil.* Congregauit inde Burgenſe Concilium Anno Sal. 1080. vt ex *ep. 3. l. 8. Greg. VII.* in quo Romanum publicauit, & impoſuit miniſterium; non tamen Gotthicum ritum abrogauit. Negat Rodericus Toletanus Burgenſe
A Concilium à Ricchardo congregatum; quod vix miſſus in Hiſpaniam cum cçpiſſet ſe irregularius habere, prohibitus eſt vltra progredi. Veruntamen cum Pelagius Ouetenſis, qui annis fermè ducentis Roderico eſt vetuſtior, Marianam fulciat; ab hoc diſſentire non licet. Ricchardum hunc *Gregorius VII.* Cardinalis dignitate priuauit, tamquam fautorem *Gilberti de Corrigia* Antipapç. Pçnitentem tamen paulò poſt dignitati reſtituit. Clam etiam Romano inhiauit Pontificatui; vndè cum Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi, tempore Victoris III. ſchiſma excitaſſet, in pçnam à Victore III. in Synodo Beneuentana ab Eccleſiaſtica communione reiectus, *Leo*
B *Oſtienſis l. 3. c. 70.* Vinculo tandẽ anathematis ſolutus, & à Paſchali II. ad abſoluendum Philippum I. Galliç Regem legatus miſſus ab Eccleſia ſegregatum, literarum mutuo commertio, ſuper negotio difficili certauit cum Iuone Carnotenſi; Conuentum habuit in oppido Belgentiaco Aurelianenſis agri ad Ligerim, & Trecis Synodum, in quà Rex Philippus cum pellicem Bertradam abiuraſſet, eſt abſolutus *to. 10. Concil. p. 658.* Iuo Carnarenſis *ep. ad Ricchardum* Goffridus Vindocinenſis *ep.* 18. Concilium celebrauit Claromontanum Anno Sal. 1110. in quo excõmunicari mandauit Monachos Mauriacenſes. *to. 10. Concil. p. 765.* Cõuentui etiam ad fuit Moguntino, in
C quò Henricus IV. filio ſuo Henrico V. imperium abrogauit. Extant ad eundem Ricchardum literç Ioannis Epiſcopi Tuſculani, qui vices Paſchalis Pontificis gerebat in Vrbe. Vide *to. 10. Concil. p. 751.* Anno 1116. priuilegio ſubſcripſit dato Eccleſiç Marſorum in Laterano, V. Kal. Mar. Obijt Anno exeunte 1116. cum Anno 1115. ſubſcripiſſet prò Ep. Marſicano *to. 1. Italiç p. 964.* Vghellus.

21. Beati qui habitant in Domo tua Domine. Pſalm. 83.

D **A**Tto presb. Card. tit. S..... conſtantiſſimus propugnator iuris Gregorij VII. contra Pſeudopontifices. Creatus eſt poſtea Epiſcopus Prçneſtinus: ſi Panuinio fides.

22. Erunt homines habentes Spetiem pietatis, virtutem autem abnegantes. 2. ad Tim.

CVnio presb. Card. *S. Vitalis*, *tit. Veſtinæ* (iuxta Panuinium) Conciliabulo interfuit Romano contra Vrbanum II. Anno 1089. vt apud Bennonem *in vita Hiltebrandi*; *& to. 10. Concil. p.* 1823.

23 *Brune*

23 B*runo* presb. Card. S.... poſtea Archipresbyter Sub Vrbano II.

24. *In carceribus abundatius*, 2. Cor. 11.



HErmanus, vel *Herimannus* presb. Card. tit. 5. Quatuor Coronatorum adſuit cum Paſcali II. ad exarandum priuilegium in fauorem Monaſterij Cauenſis erecti in honorem SS. Trinitatis: ſubſcripſit literis Vrbani II. datis eidem Monaſterio. Panuinius Cardinalem dicit *S. Vitalis, tit. Veſtinæ*, Adijciunt alij ex familia *Ciborum* fuiſſe Legatus Gregorij VII, in Corſicam plura ſubijt incomoda, vnde ab eodem monitus patienter ſe gerere pro Chriſti nomine, & iuſtitiam defendere: *ep. 27. lib. 9.* Greg. VII. *to. 10. Concil. p. 295.*

25. *Et inter Sanctos Sors illorum eſt*, Sap. 5.



H*Aldemarius* Capuanus, Capuanę olim Eccleſię clericus, & à Secretis Ricchardi Capuani Principis, poſtea Monachus Caſinenſis diù ibidem ſanctiſſimè vixit, pietate, & doctrina iuuenem inſtruxit Leonem Oſtienſem, vt in *prol. lib. 3. Chron. Caſin.* Illinc à Deſiderio Abbate in Sardiniam miſſus cum duodecim monachis, vt diſciplinam monaſticam erigeret, in itinere à Piſanis captus inimicis, tunc temporis, Regis, Sardinię, boniſq; ſpoliatus, nudus penè Caſſinum redijt. Eius virtutes cum audiſſet Alex. II. Pontif. Rom. ſuadente *Hiltebrando* Archidiacono, Romam adſciuit, & Abbatem Monaſterij S. S. Stephani, & Laurentij extra muros, deinde Presbyterum Cardinalem creauit. Sub Gregorio VII. deceſſit, teſte Leone Oſtienſi in *Chron. Caſinen. Circa hęc ferè tempora, vir Domini Aldemarius huius Cęnobij Monachus, & miraculorum patrator egregius apud Bocelanicum vita deceſſit: de cuius miraculis, quia id ratio exigit, aliquanta opuſculo iſto ad ſuccedentium memoriam perſtringenda ſunt. Hic dum quodam tempore Bouianum pertranſiret; vnus è ſupradictis loci habitantibus eum interficere cupiens, vibrato telo ita lacertum eius obriguit, vt brachium flectere nullo modo paſſet. Tunc vbi ſe tali correptum pœna perſpexit eumdem Aldemarium rogare cœpit, vt ſui miſereri dignaretur: vir autem Domini orationem pro ipſo fundens, perſequentem ſe confeſtim ſanum reddidit. Nec hoc ſilendum videtur; quod ſi quis languidus aquam viri Domini manibus benedictam in potum accepiſſet, ſaluti priſtinę citiſſimè reſtituebatur*, l. 3. c. 55. & c. 26. vbi *Magiſtrum ſuum appellat in conuerſione. De eo Panuinius. Aubery. Vuion. lib. 2. ligni Vitę. Ludouicus Donius d'Attichij in floribus Cardinalium.*

26. *Et eſt mirabile in oculis noſtris.* Marci. 12.

A*Nſelmus* Mantuanus Presb. Card. S.R.E. creatus ab Alex. II. Anno Sal. 1072. poſtea Anno vitę vltimo in Ep. Lucenſem ſibi ſubrogatus, & ad Henricum Imperatorem pro inueſtitura directus, reiectus primo, deinde inueſtitura impetrata; eum
A poſtea monitus nefas eſse, eccleſiaſticam dignitatem recipere, è manu laica: facti penitens, Epiſcopatu relicto, in monaſterium ſe abdidit S. Benedicti Padolyronis in agro Mantuano vbi conſideratione vitę ſanctiſſimę Gregorij VII. R. P. qui Alexandro II. ſucceſſerat, fame & ſiti corpus macerare aggreſſus; illinc à Pontifice ad Epiſcopatum reuocatus, ea conditione acquieuit, vt cucullo numquàm depoſito, ſtatutis temporibus, baculo permitteretur abſtinere paſtorali; vt eo tempore errorem lugeret commiſſum impetratę inueſtiturę ab Imperatore. Inſulę reſtitutus Canonicos ad vitam reuocauit communem, iuxta Leonis IX. decreta. Eodem tempore Apologeticum ſcripſit contra Guibertum pſeudo
B Papam pro Gregorij VII. tutela: propterea Henrico odioſus, a ſede pulſus, profugus abijt, & quo minus Synodo adeſſet Romanę contra Lucenſes Canonicos congregatę, Anno 1074. Cęſar obſtitit. Ea in Synodo, cauſa Lucentium diſcuſſa Canonicorum: Curię illi cum traditi ſęculari fuiſſent, ferociores facti, non ſolum Epiſcopum eiecerunt, ſed vrbem ipſam Lucenſem aduerſus Mathildem, in partes Ceſaris traduxerunt, duce Petro Canonico, qui in Epiſcopatum intruſus, & Guiberti Antipapę defenſor, omnia, quę erant Epiſcopatus, occupauit; vt vnicum Anſelmo caſtrum ſupereſſet. Extorris itaq. Anſelmus ad Papam confugit, à quo in Longobardiam le-
C gatus *cum Gerardo* Ep. Oſtienſi, ad Mediolanenſes ſchiſmaticos, vt poſt penitentiam & abſolutionem Henrici Regis, eos ad eccleſiam reducerēt; at Henrico ad vomitum reduente, non ſolum inutiles acceſſere Legati; ſed alter eorum *Geraldus* ſcilicet contra iuſiurandi fidem captus; *Anſelmus* liber dimiſſus quod indigena eſſet nobiliſq. proſapię. At ille dolens, quod *Gerardo* ſocius honoris fuiſſet, non paſſionis, vltro ſe carceri mancipandum ingerens inſtabat vehementer, aut illum libere abire ſinerent, aut ſe vinctum pro illo tenerent. Neutrum cum impetraſſet, Gregorium verbo, calamo aduerſus Guibertinos, Henriciq. furorem pro virili defendit, à quo
D proinde ad Romanum Concilium Anno 1083. indictum venire prohibitus, quaſi dexterum bracchium Pontifici amputaretur per abſentiam Anſelmi. Vbi autem Henricus ab Italia receſſit; reſumptis viribus Orthodoxi Anſelmo iterum ad eos Legato obuiauere, acceptaq. benedictione fulciti mouerunt aduerſus Schiſmaticos, cum quibus conſerto prelio victoriam reportarunt memorabilem, tribus tantum è ſuis amiſſis. Hunc Mathildis Comitiſſa ob vitę ſanctitatem cum à Confeſſionibus delegiſſet, & vitę magiſtrum, eoq. ſuadente Lucenſem Eccleſiam, &

Man-

Mantuanum S. Benedicti Monaſterium plurimis ornauit priuilegijs, auxitq. beneficijs.

Scripſit Anſelmus *Canonum collectionẽ*, quam deinde Gratianus abſoluit *Commentaria in lamentationes Hieremię Prophetę* rogante Mathilde & *Pſalmos* vſque ad verſiculum, *Benediximus vobis in nomine Domini*. *Apologeticum contra Guibertum Antipapam*.

De geſtis, & paſſione Chriſti mijthicè.

Meditationes in orationem Dominicam, incipit, ô *Immenſa Clementia*: & *ſalutationem Angelicam Aue Maria, & Salue Regina*. *Epiſtolas plures*.

Anſelmi dicitur pia illa oratio, *Domine Deus ſi feci, vt eſſem reus tuus*,

Moriens Gregorius VII. dignum ſibi ſucceſſorem Anſelmum annuerat ſed Mantuę, Anno Sal. 1086. quinto Kal. April. Sede vacante Romana, migrauit felix ad ęternitatis coronam, & propugnatorum Eccleſię pręmia. Eius ſacrum Corpus, in monaſterio primum ſuo S. Benedicti conditum, poſtea Mantuam translatum, ſummo eum honore, & ciuium gratulatione in cathedrali Eccleſia reconditum, ęterna eum hęreticorum confuſione, dormienti ſimilius quàm mortuo, in hodiernum vſque diem cernitur integerrimum, incorruptum, fulgidumq; miraculis. Eius meminit *Romanum Martyrologium*; Bellarminus de *ſcriptor. Eccleſ.* Sigibertus in *Chron.* Vſpergenſis. Trithemius: Dominicus Epiſcopus Sabinenſis lege ſubuerſa teſtatoris, monachis corpus eripuit, & in cathedralem tranſtulit Mantuanam. Octoginta recenſentur miracula à die obitus tertio, vſque ad quinquageſimum. Vbaldi Epiſcopi Mantuani epiſtolam refert ſequentem Baronius *to.* 11. *Annal. ad Mathildem Comitiſſam*, de miraculis viſis, in vigilia Aſcenſionis Dominicę.

Anno Iannuar. C.N.I.C. 1086. Ep. verò ſui. 13. Ind. IX. finitis iam Annis, 7. excommunicationis Henrici quondam Regis, poſt tranſitum autem feliciſſimi S.S. Gregorij VII. Menſe. 9. die 23. obdormiuit in Domino Venerab. D. & pater noſter Anſelmus Lucen. Ep. 20. Kal. April. in ciuitate Mantuana pręſidente Reuerendiſſ. Ep. Vbaldo, atq. dominante ibidem nobiliſſima Duce, atq. Marchioniſſa D. Mathilda: Et eum concedentibus, Epiſcopo, atq. Comitiſſa, cæteriſq. omnibus iam deferentibus ad monaſterium corpus, afluit ſubito RR. Sabinen. Ep. D. DomniZo, quem & Spiritus S. ſuſcitauit, vt clamaret dignum eſſe, vt in Epiſcopi Epiſcopus ſepeliretur. Tanta (inquit) lucerna non decet vt abſcondatur. Ipſe adhuc viuens tanquàm indignum ſe humiliauit: nos autem vt vere dignum exaltare oportuit hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum. Acclamatum eſt item ſtatim ab vniuerſis, rapiturq. à Monachorum exequijs, in Epiſcoporum defertur, ibiq. venerabiliter ſepelitur. Mirabamur hoc quaſi magnum primo miraculum, neſcientes quid deinceps mirabilius erat futurum. Nam & id quoq. primo notauimus, quod multi Epiſcopi & Cardinales, magna etiam multitudo militum die obitus ſui, eadem in ciuitate conuenerant, & ipſius tranſitum, & clara miracula viderunt poſt obitum. Tertia itaq. nocte, quædam contracta, quæ vna ſemper manu, & poſterioribus ſerpebat potius, quàm gradiebatur, quæ etiam in domo nepotis Epiſcopi Annum 1. & 2. menſes ac dimidium manſerat, apud prædicti patris tumbam, meritis ipſius ſana erecta eſt in prima noctis vigilia. Sequenti die circa horam tertiam, quædam à natiuitate cæca ibidem fuit illuminata; quam Brixienſis Comitatus incolam tunc audiuimus. Breuitatis vero cauſa, 80. inſignia miracula vſq. ad diem 50. ab eius obitu patrata omittimus, quę Auctor deſcribit. Epiſtola accedat Vbaldi Ep. Mantuani ad Mathildem, de miraculis vna die viſis.

D. Mathildę Vbaldus Mantuanus Ep. gaudiũ & lętitiã.

Immenſo deſiderio veſtro deſideratam ſcribimus lætitiam. Fuit quędam de Capriana, quæ velut animal mani- A *bus & pedibus incedebat, quam Deus O. per merita SS. patris noſtri erexit, & ad iter tantum, officio pedum, ſicut natura hominis expetit, ſiui conceſſit. Simile etiam remedium cuidam de inſula Parmenſi, quæ eſt iuxta caput Parmula, ſimiliter inouiuato conferre dignatus eſt. Præterea puer de Monteclaro manum & pedem contractum habebat, cui Deus vtrumq. precibus B. Pręſulis ad certum vſum reſtituit. Mulieri cuidam de Iuſula egeni, quæ manum aridam habebat, per eiuſdem interceſſionem optata ſalus aduenit. Cuidam puero de Riualta viſum reddidit. Quadam de Epiſcopatu Veronenſi, oculorum charitatem recepit. Quidam de PlouiZano, cui calcanei natibus indiſſolubiliter adhærebant, priſtina reſtitutus eſt Sanitati. Hæc omnia in* B *vigilia Aſcenſionis Domini & nocte ſequenti facta ſunt*

Conſonat Bertholdus Conſtantienſis in Chronico. *B. Anſelmus quondam Lucenſis Ep. eodem ſuæ depoſitionis Anno ſed multo plus poſt obitum ſuum innumerabilibus cępit miraculis corruſcare.* Subſcribit Domnizo in vità Mathildis.

Artus Anſelmi condiuit Mantua terris.
De quo quod gliſcit monſtraſti, Chriſte, Mathildi
Nam virtute ſua fecit miracula plura;
Seruulus ipſe tuus de Sanctis extitit vnus.

Concordat Vſpergenſis, Sixtus Senenſis, Baronius, Paulus Bernriedenſis de geſtis Gregorij VII. quę habes in opuſculis Iacobi Gretſeri. Introducen- C dus huc pręcipuus virtutum eius ſectator & hęres B. Anſelmus *Lucenſis Antiſtes, qui ante omnia eum habuit; vt imitaretur eum in omnibus, adeo vt diſcrepare abeo in aliquo nollet Gregorius veluti fons erat. Anſelmus quaſi riuus fluebat & arida irrigabat. Ille quaſi caput totum corpus gubernabat: ille ſicut Sol omnia illuminabat: iſte velut ſplendor declarauit ſingula. Olim Elias ex mortalium cohabitatione tranſiturus dimiſit Eliſea pallium ſuum Propheticì muneris inſtrumentum. Similiter & Gregorius ex vita migraturus tranſmiſit Anſelmo Pontificalis inſigne poteſtatis, videlicet mitram capitis ſui, Deo cooperante; vt ſicut ille Prophetię, per pallium hęreditauit prerogatiuam; ita iſte Sacerdotalem, per Mitram, obtineret eminentiam.*

D De eo Domnizo, qui fideliſſimè Mathildis acta carmine cecinit:

Inter quos fulſit Reuerendus Epiſcopus Vrbis
Lucenſis, lucens Anſelmus, *maxime prudens*
Lege Dei doctus, monachus bene religioſus.
Gregorius Pręſul Romanus, ut egit Ieſus,
In Cruce, qui moriens dat diſcipulo genitricem;
Commiſit dominam ſic Anſelmo Comitiſſam:
Quam docuit dictis, regit exempliſq. benignis
Peruerſę ſectę monuit reſiſtere ſemper,

Con-

Conſilij magni: cui hic Angelus his fuit Annis
Conſilium cuius ſequitur Comitiſſa venuſtum
Nam quos ipſa valet prauos conuertere mater
Quantiſcumq. modis quit, agit in omnibus horis
Multos cum Feudo, mult os munus tribuendo
Pugnando plures

In Faſtos Eccleſiaſticos relatus eſt S. Anſelmus ad diem Martij 12. in Romano Martyrologio, ac Benedictino,

De eo lege Sigonium *lib. 9. Regni Italiæ*. Sigebertum *in Chron.* Trithemium, Bellarminum: Hugonem Menardum *lib. 1. Mar. Monaſtici* Galeſinum qui per A
errorem Anſelmum Lucenſem cum Cantuarienſi confundit, Poſſeuinum *H. Mantuana*. Hipppolythum Doneſmondum. De eius Cardinalatu ne dubites; obſerua cum Ludouico Donio; ex decreto Stephani IV. R. P. neminem poſuiſſe aſsumi in Papam, qui prius Diac. Card. vel Presb, non fuiſset: vnde Gregorius VII. ſucceſſorē ſibi haud deſignaſset Anſelmum; ſi iſte Cardinalis non fuiſset.

Eius vita ab auctore incerto exarata extat M. S. in cenobio Benedictino agri Mantuani. Lege Chronicon Benedicti Luchini Italicè ſcriptum, Mantuę editum Anno 1592. Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibliothecę*
S. duos conſtituit Anſelmos, Lucenſem vnum, Man- B
tuanum alterum Epiſcopos; cum tamen in Catalogo Epiſcoporum Mantuę, nullus reperiatur, qui tempore Comitiſsę Mathildis *Anſelmus* appelletur.

27. *Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis*, *Pſal.* 44.



PEtrus .... presb. Card. S ...., Bibliothecarius ſedis Apoſtolicę, & Cancellarius diplomatibus ſubſcripſit Alex. II. datis
Eccleſię Bohemę, Bononienſi, C
Piſanę, Florentinæ, & Monaſterio Caſinenſi, Mantuano, & S. Fridiani Lucēſis. Ineunte Pōtificatū Alex. II. Petrus prępoſitus dicitur S. Gregorij, ſeù Georgij in Patriarchio Lateranenſi, & vices gerens Bibliothecarij. Biennio poſt ſubdiaconus nominatur S. R. E. & Bibliothecarius; aliquot annis elapſis Presb. Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius. Anno 1070. in Concilio Vuintonienſi vna cum Io: Cardinali Legato Apoſtolico Stigandum depoſuit inuaſorem Eccleſiæ Cantuarienſis. *to. 9. Concil. p.* 1202. Obitum præceſſit Alexandri II. &
ſucceſſorem habuit in officio Bibliothecarij, alium D
Petrum Diaconum Cardinalem S. R. E.

28. *Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo & inuentus eſt iuſtus.*

PEtrus Capuanus Cameanus, Monachus Caſinas, Abbas monaſterij S. Benedicti, Salerni, presb. Cardinalis tit...... ab Alex. II. creatus, qui generis nobilitati virtutem adijciens, verè Cardinalis modulam exhibuit. *Baptiſta Bertonenſis Abbas Caſinas in ſuo libro Monaſtico.*

GErardus Gallus presb. Card. tit ..... ex Ciaconio,

30. *Et initiati ſunt Beelphegorę, & comederunt ſacrificia mortuorum*. 105. Pſal.

RIcardus natu Gallus (ſecundum *Panuinium*) Monachus Cluniacenſis, Abbas Monaſterij S. Victoris, diæceſis Maſſilienſis, presb. Cardinalis *tit. S......*, priuatus à Gregorio VII. tanquam fautor ſchiſmatis Gibertini.

ROmanus presb. Cardinalis S. *Clementis* (teſte *Panuinio*) vnus ex ſchiſmaticis, & fautoribus Guiberti Antipapæ, qui Conciliabulo Romæ habito contra Vrbanum II. epiſtolam ſcripſere Synodicam contra Catholicos. *Benno in vita Hiltebrandi.*

OCtauianus natu Romanus (teſte *Panuinio*) presb. Cardinalis S..... qui contra Vrbanum II. Conciliabulo adfuit Romano, atq. ſubſcripſit: in quo poſt obitum Gregorij VII. præualentes in Vrbe Henriciani, Antipapam Clementem intruſerunt, & trina habita ſeſſione per Synodicam Catholicos ad eorum Concilium citari fecerunt; vt legitur apud Benonem *in vita Hiltebrandi*. Diuerſum tamen Octauianum hunc ab eo contendit, qui contra Vrbanum II. Concilio interfuit ſchiſmaticorum; quòd iſte apud Panuinium *Presbyter Cardinalis* dicatur; ille in Conciliabulo, *Presbyter Cardinalis* deſignatus. Benno *loco cit.* & *to.* 10. *Concil. p.* 1823.

GVido Presbyter Cardinalis tit. S. *Silueſtri*, & *Martini* in Montibus (teſte *Panuinio*) vnus ex ſchiſmaticis, qui ad Clementem Antipapam defecit, & Romano adfuit Conciliabulo, Anno 1089. contra Vrbanum II. Benno *in vita Hiltebrandi*.

34. *Eſto firmus in via Domini*. 5. Eccl. 12.

FIrminus S. R. E. presb. Card. creatus ab Alex. II. cum quo adfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis, Anno 1071. & primus Presbyterorum Cardinalium ſubſcripſit: *Ego Firminus Card. S. R E.*

35. *Victoria paratur merito fides, non gladio.* c. ſi non 34. q. 4.

RIdolphus, vel *Rodolphus*, S. R. E. presbyter Cardinalis legatus Alexandri II. ad Boemos Anno 1073. vt Ioramiri alias Gebherardi Pragenſis Epiſcopi cauſam cognoſceret contra Ioannem I. Epiſcopum Olmucenſem (*Longinus in Annal.*) armatuſq.

tuſq. fide & virtute, mandata implens Apoſtolica, barbaros homines habuit audientes, & obſequentes,

Diaconi Cardinales.

36. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Geneſ. 3.



PEtrus cognomento Vvilhelmus Diaconus Card. S.R.E. qui in bullis Alex. II. vices primum obijt Petri S. R. E. Subdiaconi, ac bibliotecarii, Poſteà S. R. E. Subdiaconus vicem geſſit D. Annonis Archiep. Colon. & Bibliotecarij. Tandem S. R. E. Diaconus Cardinalis, & Bibliotecarius extremis annis Alexandri II. & longo tempore ſub Gregorio VII à quo etiam presbyter Cardinalis tit. *S. Chryſogoni* eſt renuntiatus Anno Salutis 1073. qui fuit Gregorij primus, conuentioni ſubſcripſit factę inter Gregorium VII. & Landulphum Principem Beneuentanum his verbis. *Ego Petrus presbyter Cardin. & Bibliothecarius S. R. E. interfui & ſubſcripſi*, *to.* 10. *Concil. p.* 29. Cum eodem Gregorio, conuentui adſuit Canuſino, eiuſque partes primo ſecutus, eiuſdem Gregorij reſcriptum Lamberto conceſſum Epiſcopo Bononienſi ſignauit tanquam Bibliotecarius Sedis Apoſtolicæ X. Kal. April. Anno primo Pontif. Gregorij. Incarnationis 1070. Deindè vt Henricum palparet Imperatorem deceptus ille cebris Mundi in partes deſcendit Pſeudo Pontificis. Vitas ſcripſit Rom. Pontificum Nicola primi ſcilicet, vſque ad Paſchalem. Gelaſij II. electioni cum interfuiſſet, obijſſe creditur: quod eius memoria non amplius occurrat.

37. *Litigabant Iudæi dicentes: quomodo hic poteſt dare nobis Carnem ſuam ad manducandum.* Io. 6



ALbericus .... Monachus Caſinas, natione Campanus ex oppido Septem fratrum, Diaconus Cardin. S. R. E. pietate, ac doctrina Illuſtris, qui in gratiam Eccleſiæ Romanę plura ſcripſit aduerſus Henricum Imperatorem, & Berengarium, *de ueritate Sacramenti ſ Euchariſtici*. Lege ſub Stephano X. vbi reponitur uprà.

38. *Ingrati ſpes tanquàm hybernalis glacies tabeſcet.* Sap. 16.

D. Theodinus Berardi Comitis Marſorum filius natione Campanus, ex Monacho Caſinenſi Diaconus Cardinalis S. R.E. creatus ab Alex. II. poſteà Archidiaconus S. Mariæ in Dominica ſibi ſubrogatus à *Gregorio VII.* ſuorum natalium immemor, & benefactori ingratiſſimus, à Gregorio VII. quo intercedente ad Diaconiam Lateranenſem ex cęnobio euocatus fuerat, poſtquam eum coronaſſet ſchiſmaticis ſe adiunxit, Propterea purpura expoliatus, Ioannem in Archidiaconatù ſucceſſorem relinquēs verbo & ſcripto contrà Gregorium Schiſmaticus obijt *Benno in uitam Hiltebrandi*. Leo Oſtienſis *l.* 3. *c.* 26.

De Inſignibus ſupradicti Thedini, lege quæ ſu-
A pra dedimus n. 7. in Oderiſio contra Oldoinum; *nam teſte Petra Sancta in Teſſeris Gentilitijs*, Colles praſini quinque cum roſa punicea, in aruo argenteì metalli, fuere olim teſſera Marſorum Comitum.

39. *Etiam ſi oportuerit memori tecum, non te negabo.* Matt. 26.



LEo .... S. R. E. Diaconus Cardinalis primus fuit qui Archidiaconus munere fungeretur *Camerarij* nouiter excogi-
B tati. In diplomate conceſſo Monachis Mantuanis S. Benedicti ſubſcriptus habetur. Ad Clementem Antipapam defeciſſe Leonē notat Oldoinus, ſed falsò; nam qui ad Clementem contrà Gregorium deſcendit, ordinatus fuerat à Gregorio VII. non Alex. II. *teſte Bennone in uita Hiltebrandi*.

4. *Non confundetur, cum loquetur Inimicis ſuis in porta.* 126. Pſal. 6.

C ALbertus .... Diaconus Cardinalis S. ..... Teſte *Ciaconio ex regiſtris Gregorij VII.* Legatus Apoſtolicus cum Vberto Clerico, ad quas partes? ignoratur. Coniungitur iſte Albertus ab aliquibus cum eo, qui ſub Vrbano II. presbyter Cardinalis, & Archiep. Sipontinus Concilio adſuit Turonenſi cum eodem Vrbano, diuerſus ab altero Alberto pſeudo Cardinali Epiſcopo Nepeſino, qui contrà Vrbanum II. Conciliabulo interſuit Romano; Anno Sal. 1098. *to.* 10. *Concil. in append.*

41. *Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma.* Epheſ. 4.

D



HVdebertus ſiuè Hildebertus Diaconus Card. S. R. E. ſchiſmate adhuc vigente Guiberti Parmenſis, tanquam vice Cancellarius S. R. E. Bullis ſubſcripſit Alexandri II. nec a communione vnquàm defecit Catholica, floci faciens munera, minas Schiſmaticorum.

42. *Facta*

42. *Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior?* Lucæ 22.



P*Aulus* ,......... Primicerius Eccleſiæ Romanę teſte *Panuinio* S. R. E. Diaconus Cardinalis, qui teſte *Bennone in vita Hiltebrandi* ſede vacante Romana propter obitum Gregorij VII. A vna cum alijs Schiſmaticis, Romę conuenerè contra Catholicos.

43. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*, 14. Apocalip.



P*Aulus Boſchetus* Nobilis Mutinenſis, vel Bononienſis, Gherardi filius, maxima ſibi laude in litteris comparata, ſacris initiatus, dignitatem obtinuit B Primiceriatus in Eccleſia Mutinenſi; Indè inter Diaconos Cardinales tit. *S. Hadriani* ab Alex. II. ob virtutis merita cooptatus, vix Romam tenuit quod viuere deſijt. Vide Gaſparum Silingardum *in Catalogo Epiſcop. Mutinen. in vita Hereberti*; Hieronimum Henninges in *Theatro Geneal.* Franciſcum Sanſouinum *de familijs Italię*. Antonium Maſinium *de rebus Bononien.* Differt Paulus Roſchettus ab altero Paulo; quem ſuprà diximus Primicerium Eccleſiæ Romanę; nam iſte Primicerius fuit mutinenſis. Is obijt ſub Alex. II. Ille vitam produxit vſque ad Vrbanum II. De eo cum Seneca cogita: *qualis vita, fuerit, non quanta. Ep. to.*

44. *Surgent multi pſeudopropheta & ſeducent multos.* Maith. 24.



N*Icolaus* .... Monachus & Abbas S. Silueſtri de Vrbe Diaconus Card. S. R. E. tit. .... ab Alex. II. creatus teſte *Panuinio in Epitome Rom. Pontif.* declinauit ad Schiſmaticos, & contra Vrbanum II. Conciliabulo adfuit Romano, Anno S. L. 1098. vt apud *Bennonem loco cit. & to. 10. Concil. in append.*

45. *Intrauit autem Satanas in Iudam.* Lucę. 22.



N*Icolaus* ,....... Monachus & Abbas Monaſterij S. Pāeratij de Vrbe Diacon. Cardin. S. R. E. tit. .... teſte *Panuinio* & ipſe adfuit cum Schiſmaticis ſupradictis. *ibidem*

46. *Labore niteſcit.*



H*Ubertus* S. R. E. lector Alex. II. legatus in Angliam ad Regem Vvillelmum, Concilium congregauit in cauſa primatus Cantuarienſis ſuper Eboracenſem, Anno Sal. 1072. eiq. ſubſcripſit, vt in *to. 9. Concil. p.* 1211. ſub Gregorio VII. Britanniam pro cognoſcenda dolenſis Epiſcopi cauſa iterum adijt, & Epiſcopos Romam conuitauit ad Synodum qui Rege vetante venire diſtulerant. Inter Cardi- C nale Diaconos Alex. II. an recenſeatur? dubium.

Bibliothecarij & Cancellarij S. R. E. ſub Alex. II.

H*Ildebertus* Diaconus Card. S. R. E. Vicecancellarius anno Pontif. 1.

M*Aynardus* Epiſcopus Syluę Candidę, Bibliotecarius ſedis Apoſtolicę, anno Pontif. II.

P*Etrus* primò præpoſitus S. Georgij in Patriarchio Lateranenſi, deindè S. R. E. Subdiaconus, poſteà Diaconus, demum presbit. Cardin. & Bibliotecarius Sedis Apoſtolicæ ab Anno Pontificatus quarto, vſq; ad decimum.

P*Etrus* Clericus vices ſubijt Petri Subdiaconi, ac Bibliotecarij: deindè Cancellarius vice D. Annonis Colonien. Archiepiſcopi & Bibliotecarij, tandem Diaconus Cardin. & Apoſtolicæ Sedis Bibliotecarius. Vnus ex his duobus Petris excomunicatus eſt in Synodo Quintileneburgenſi. *to.* 10. *Concil.*

A*Ribo* Diaconus Cardin. & Primicerius S. R. E. *vt ex bullis Eccleſiarum Lucenſis, Piſanę, Florentinę, Bononien. Boemię, & Monaſteriorum Caſinatis Man-* D *tuani, S. Fridiani, Lucenſis, & aliorum.*

GREGORIVS VIJ. P. CLVIJ.

G*Regorius* VII. Eligitur Anno Sal. 1073. die 22. Aprilis, vſq; ad 8. Kal. Iunij An. 1085. creauit Cardinales vt infrà.

Cardinales Epiſcopi ſub Gregorio VII.

1. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis paſſq; poſtquàm in aures multitudinis, vox ſonituſq. increpuit; Muri illico corruerunt*, 6. Ioſues 20.



ODo vel Otho Epiſcopus Card. *Veliternus*, & poſt Gerardi obitum, *Oſtienſis*, Papa futurus nomine *Vrbani* II. de quo marmorea occurrit inſcriptio, in Eccleſia S. Silueſtri, ab eo Velitris dedicata An. 1085. cuius orationibus expugnata Hieruſalem, arma dirigente, *Bullionio*.

Anno Dom. 1085. *Ind. V. menſ. Iulij, die* 20. *Odo Epiſcopus dedicauit Eccleſiam B. Silueſtri, ad honorem & laudem Dei Omnipotentis, omni anno aſſeruit* 40. *dies, & hæ ſunt reliquiæ, quæ requieſcunt in Eccleſia S. Silueſtri. S. G. C. Hieronymi, Stephani Papæ, Laurentij Mart. S. Xiſti, Cornelij, & Cipriani, & S. S. Ioannis & Pauli, S. Agneis Praxetis, & Anaſtaſię,*

De eo lege n. 10. in Alex. II.

2. *Fuerunt carmina eius quinque & mille.*
3. Reg. 4. n. 32.

DOmnizo, *vel Regizo* Ep. Cardinalis *Sabinus* anno 1086. interfuit exequijs S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis Anno 1073. tranſactione inita cum Bernardo Abbate Farſenſi, huic renuntiauit Eccleſiam S. Viti in Tonica cum omnibus ſuis pertinentijs; accepit verò Eccleſiam S. Nicolai de Murca, vt *in Chronico Abbatiæ Farſenſis* Vndè declaratur anno primo Gregorij, creatum fuiſſe Cardinalem. Sub eodem Gregorio obijſſe contendit Vghellus ea ratione, quod Gregorium Gregorius Vbaldo ſubrogauerit in Sabinenſi Epiſcopatu. Sed fallitur, ſi verum quod Domnizo funeri adfuerit S. Anſelmi, & cauſa potiſſima fuerit, quominus Cadauer ſepeliretur in Capitulo Monaſterij S. Benedicti, ſed in Cathedrali Mantuana. Vixit ergo vſq; ad Vrbanum II. & inter Domnizonem & Gregorium alius Epiſcopus interponi debet Sabinenſis. Iſte forſan Domnizo, qui carmine cecinit geſta Mathildis.

3. *Igne me probaſti; & non eſt inuenta in me iniquitas.* Pſal. 16.



D. *Petrus Igneus* Florentinus ex Monacho Epiſcopus Cardinalis *Albanus*. Hic nobili genere Aldobrandinę gentis (nõ nulli adijciunt moderni,) adhuc puer in Monaſterio Vallis Vmbroſæ à S. Io: Gualberto, primo eiuſdem ordinis & Monaſterij conditore in diſciplinam ſuſceptus cuculla indutus diù in eo vitæ genere Sanctiſſimè vixit. Humilitati adeò ſtuduit, vt Cęnobij aſellos, & pecudum gregem curare non erubeſceret. Ex viliſſimo ergo miniſterio Prior primum Monaſterij Paſſiniani, deindè ſeptimi, Abbas poſteà Cęnobij Fucentienſis, demum virtutibus, & vitę ſanctitate vbiq; cognitus, Epiſcopus Cardinalis creatur *Albanus*. Viuentem claruiſſe prodigijs hoc maximum enaratur. Quidam Petrus Ticinenſis labe infectus Simoniaca cũ in ſedẽ irrepſiſſet Florentinam, iamque in coronis populorum ex ſibillaretur, quamuis & ei Patroni non deeſſent, cum & crimina maiora ſuos habeant fautores; gliſcebat ſeditio, cuius auctores Monachi accuſabantur Vallis vmbroſę, quorum Pater Ioannes ſi de medio tolleretur, nemini Ciuium animum futurum
A blaterandi contrà Epiſcopum credebatur. In Abbatia S. Saluij conſedebat ſanctus, cum repentè clientes Epiſcopi noctu conuenientes ad dictum Monaſterium irrepſere confractis ianuarum cardinibus, dum matutinum in Eccleſia Monachi celebrarent. Eò cum perueniſſent latrones Sanctum Ioannem quærentes, qui occulto Dei conſilio ad Vallumbroſam abierat pridie, nec inuenientes, in Monacho, irruerunt plagis afficientes igneq; coniecto in tecta Monaſterij, omnia diſſiparunt. Diſperſis Monachis, cauſam ſuam firmaſſe Epiſcopus credidit; quorum certior factus Alexander Pontifex Romanus, ad eum Legato Petro Paſſiniani monaſterij Priore.
B Florentiam deſcendit; coram quo, cum Monachi probationem rogi ardentis proponerent aduerſus Epiſcopum, nec Pontifex conſentiret; creuit tumultus, nec quieuit populus donec Monachorum oblatione recepta, Petrus iubente S. Ioanne Abbate, crucem manibus geſtans firma ſide alacri vultù inter debacchantes flammas lento gradu, oculiſq; in cęlum conuerſis progreditur ſtupentibus cunctis, ignem ſui caloris oblitum non modo progredientem non offendiſſe, ſed ne leuiſſimum corripuiſſe capillum. Horum certior factus Alexander grauiſſima Populi Florentini epiſtola, Petrum Ticinenſem Epiſcopatu Florentino depoſuit, & Ro-
C dulphum miræ ſanctitatis virum præfecit. Locus in quo certamen contigit admirandum, ſequentibus carminibus eſt adnotatus.

Hunc lapidem ſi quis conſpexerit eſſe locatum
Hoc à ſacrata Religione loco
Indicat hic paries depictus imagine tanta
Quid fuit, cur ſit candidus iſte lapis.
Lis erat, & magno ſurgebant prælia bello,
Hinc atq; hinc pariter maxima turba cadit.
At Monachi noſtri, Vmbroſaq; e Valle Ioannis
Exploratores conſtituere focos.
D *Tunc Monachus iuſſu medium ſe mittit Abbatis,*
Et potuit nulla parte nocere focus.
Aſt ille electus Petrus fuit illicò ab omni
Sede ſua ſacra, Pontificiſq; loco
Cauſaq; nam fuit hęc ſcelerata, quod ille malignus
Tunc erat hęreticus, Simoniacus erat.
Ergo nunc notum eſt lapis hic quod fixus habetur
In terra cunctis ſic venerandus erit.

Incendio ſuperato, *Ignei* cognomen ſortitus eſt,

Petrus

Petrus, magiſq; illuſtrata ſanctimonia à Greg. VII. R. P. Romam euocatus, renuens & inuitus dictus eſt Cardinalis, & contrà labem Simoniacam legatus per Italiam deſtinatus. Aliam deinde in Germaniam temporibus difficilimis, cum ſilicet Henricus & Rodulphus de imperio decertarent; in Galliã poſteà ſubijt, vbi ardua conſultiſſimè explicauit; Anno deceſſit 1087. ſepultus in celebri Monaſterio Vallis Vmbroſę. Tempore Clementis VIII. fuit qui Petrum igneum ex gente deduceret Aldobrandina, vndè in noua Clementis Aula, cum Aldobrandinę gentis inſignibus ſub eleganti epigrammate Ioannis Matthęi Cariophili Archiep. Iconenſis A
exibetur effigies. De Petro plura ſcripſit *Degus de Franchis Abbas Ripolanus in vita S. Io. Gualberti*. Martyrologium Benedectinum inter Beatos Petrum Igneum recenſet.

4. *Alij ludibria & verbera experti, quibus Mundus non erat dignus*. Heb. 11.



GRegorius .... Epiſcopus Cardinalis Sabinus, qui ex Ciaconio, ſucceſſit Vbaldo; ex Vghello ſucceſſit Domnizoni. Legatus à Gregorio VII. ad Henricum Imperatorem vt ad iurati fœderis obſeruantiam excitaret, indecorè habitus ab Imperatore, & re infecta ad Curiam redire iuſſus, Romam venit tenax obſeruator Gregorij VII. aduersùs Henricianos. Creationi adſuit Clementis III. Victoris III. Vrbani II. Sub quo obijt, de eo *Lamber. Schaſnaburgen. Regiſtrum Gregorij VII.* Trifolium Oldoinus Gregorio pro inſignibus pinxit: ego vero ex M. S. Cornelio, quę, ſupra vides.

Presbyteri Cardinales ſub Gregorio VII.

5. *Bona vita numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in aeternum* 41. Eccli. 25.

IOannes,.....natu Gallus Monachus & Abbas Dolenſis P. C. S. *Siluestri & Martini; tit. Equitij* B
factus, poſteà Archiep. Dolenſis, cuius mentio honorifica *in Bulla Innocentij III. Anno 1. Pontif.*

6. *Poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio doctores*. 1. Cor. 12.



DEuſdedit presb. Card. *S. Petri ad Vincula tit. Eudoxię*, legum ac Canonum peritiſſimus, plura ſcripſit præcipuè, *Non licere laicis in Sacerdotiorum collatione, quæ Cleri & Monachorum iura ſunt; auctoritatem* C
ſuam interponere.

Opus hoc Victori III. R. P. dedicauit, & in eo Henricum Imperatorem; & Clementem III. Antipapam aſperè perſtrinxit. Hunc librum varia, & valida doctrina conſperſum apud ſe habuiſſe teſtatur Ciaconius: illum Pandulphus Piſanus in vita *Victoris III.* commemorat, & quadripartitum fuiſſe docet.

Liber. 1. priuilegia continet Eccleſię Romanę: & quia non datur Eccleſia ſinè Clero, nec Clerus ſinè bonis & alimentis, quibus ſubſiſtat; librum adiecit D
ſecundum de Clero; tertium *de rebus eiuſdem Eccleſiæ*. Et quia Principes & Poteſtates ſęculi Eccleſiam ſibi ſubiugare contendunt; in tertio & quarto *de Eccleſiæ libertate* ſubiungit. Scripſit etiam.

Contra *Inuaſores Simoniacos rerum Eccleſiaſticarum, & Schiſmaticos*.

Cannonum Eccleſiaſticorum compendium, ea methodo, qua poſteà Gratianus decretum conſcripſit; Vndè apud eundem paſſim nomen occurrit Cardinalis *Deuſdedit*.

Catholicę partis propugnator acerimus, & iuris Gregoriani aduerſus Schiſmaticos, vbiq; Antipapam Clementem III. ſtilo notauit, præcipuè in Hiſpania, vbi legatione functus nomine Gregorij VII.

7. *Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam, propter aquas diluuij*. 7. Geneſ. 6.



GRatianus presbiter Card. S........ præcipuus Gregorij VII. fautor, eo mortuo ſolus inſtetit, ne alius eligeretur in Papam, quàm *Deſiderius*; quem *Victorem III.* appellarunt. *Io Oſtien. lib. 3. c. 63. & 64.* Is ille Gratianus, qui alter Noe Eccleſiam ſolus cuſtodiuit in arca.

8. *Tibi offerent Reges munera*. Pſal. 67.



GEbizzo .... Monachus & Abbas S. S. Bonifatij & Alexij in Monte Auentino Presb. Car. .... promotus à Greg. VII. ex Epiſ. Cęſenatenſi creato An. 1083. legatus cũ Soleuino ſeù Ioleuino Epiſcopo Foroſempronienſi ad Dalmatas, & Illyricos pro Clero reſtaurando, Salonis Synodum congregauit, in quà *Demetrium* earum Prouinciarum Ducem corona, & titulo Regis donauit nomine ſedis Apoſtolicę, cui Regnum illud penſionarium ſubiecit, cum annuo tributo 200. Bizantiorum, & fidei iuramento ſequenti.

Ego Demetrius, qui & Suinmar, Dei gratia & Apo-

Digitized by Google

ſtolicę ſedis dono Rex ab hac hora in anteà S. Petro, & Domino meo Papæ Gregorio, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus ero fidelis, & vt ipſe, ſiuè poſt eum futuri Pontifices, ſiuè legati eorum, vitam aut membra perdant capiantur, neq; in conſilio, neq; in facto ero; & conſilium quod mihi crediderint ad illorum damnum ſcienter nulli intimabo. Regnum autem quod mihi per manum tuam, Domine Gebizo, traditur, fideliter retinebo, & illud ſuumq; ius Apoſtolicæ ſedi aliquo ingenio aliquandò non ſubtraham. Dominum meum Papam Gregorium & ſuos ſucceſſores atq; legatos ſi in meam poteſtatem venerint honorificè ſuſcipiam, & honore tractabo, & remittam, & vndecumq. me inuitauerint, pro vt potero, eis ſimpliciter ſeruiam. Hæc ex *Rom. Eccleſ. Archiuis; Bibliotheca Palatina, & Regiſtro Greg:* 7. Vna etiam cum Mauro S. Sabæ Abbate, iubente Gregorio, Italię plutes viſitauit Eccleſias. *Baronius to:* 10. *Annal.*

9. *Numquid perdes iuſtum cum impio?* Geneſ. 18.



CVno vel Cono natu Germanus Presb: Cardin. S. *Anaſtaſiæ* Concilio interſuit Canuſino cum Gregorio VII. eiuſq; præcibus victus Papa Henricum Imperatorem, anathemate ſoluit.

10. *Vt ędificentur muri Ieruſalem*, Pſal. 50.

BEnedictus Presbiter Card. S. *Pudentianæ titulo Paſtoris*, quem reparauit vetuſtate collapſum vt ex carminibus ibidem inciſis.

Tempore Gregorij Septeni Pręſulis almi
Presbiter eximius pręclarus vir Benedictus
Moribus, Eccleſiam renouauit funditus iſtam;
Quam conſecrari Sacer idem Cardiquenalit
Eiuſdem Sanè fecit ſub tempore Papę
Auguſti menſis ſeptem nouemq. Kalendis
Nomine Paſtoris Pręcurſoriſq, Ioannis.

Vitam protraxit vſq. ad Vrbanum II. cum quo Baſilicam conſecrauit S. S. Trinitatis ad Canam Metellianam, ſubſcripſitq. diplomati dato monachis eiuſdem Baſilicę vt in *tom.* 10. *Concil. p.* 435.

11. *Ieruſalem quę ędificatur vt ciuitas.* Pſal. 121.



BEnedictus Cao vel Caius natu Calaritanus Anaſtaſij filius Presb. Cardin. tit. *S. Praxedis* qui eius cryptam reſtaurauit, exornauit, vt ex ſequenti Epitaphio.

Benedictus Cao Calaritanus Anaſtaſij filius Presb. Card. Tit huius fieri fecit ſub Pontificatu D. Gregorij P. VII.

Clauſtrum etiam ibidem erexit, vt ex tabula marmorea peryſtilij, in clauſtro eiuſdem S. Praxedis.

Benedictus Presb. Card. Tit. huius fieri fecit ſub Pontificatu Gregorij P.P. VII.

Priuſquam crearetur Cardinalis, & Romę eſſet, Hilari, Conſtantini, & Anaſtaſij maiorum ſuorum memoriam in ęde S. Chryſogoni exprimi voluit inſcriptione ſequenti, quam vetuſtate conſumptam

A propè aram maximam eiuſdem Eccleſię Franciſcus Caius reſtituit.

Hic Sepultus eſt Conſtantinus Cao Calaritanus cū Hilaro Patre, & Anaſtaſio fratre; qui Hoſpitale prò Sardiniæ pauperibus fundauit, cui ędes attribuit, & cenſus applicauit. Hilari precibus Sardiniam à Saracenis Papa liberari curauit. Anaſtaſius fuit litterarum peritiſſimus, Pontificibus charus & pietate clarus.

Benedictus Caius Anaſtaſij filius poſuit MLXVIII. Lapidem hunc vetuſtate abſumptum Franciſcus Caius Calaritanus Alex. VI. cubicularius Gentilibus ſuis renouauit Anno 1051.

Benedictus ſupradictus fuit à Gregorio VII. creatus
B *Presbiter Card. S. Praxed.*

Hoſpitale ſupradictum pauperibus Sardinię à Conſtantino Cao extructum propè Septimij Seueri Portam, quæ Septimiana dicitur, & annuis dotatum redditibus Borbonius Vrbem irruens æquauit ſolo, teſte *Florauante Martinello.*

Obijt Benedictus ſub Victore III. P. P. humum habuit iuxtà cryptam ſupradictam ſub tabula marmorea, eius effigie & inſignibus exornata cum ſequenti epitaphio.

✠ *Hic requieſcit Benedictus Caius Calaritanus, Anaſtaſij filius Presb. Card. tit. S. Praxedis, creatus à Gregorio VII. Obijt An. Dom. MLXXXVII. Quintilius & Anni-*
C *bal de Cuijs, qui prò Regibus Aragoniæ in Sardinia clariſſimas victorias contrà Piſanos glorioſè reportarunt, ſepulchrum hoc Gentili ſuo inſtaurarunt, MCCCXXXIIJ.*

Eiuſdem familiæ Hilarum fuiſſe Pontificem Ciaconius arguit, cum Caiorum inſignia, quæ in tabula ſupradicta conſpiciuntur Sepulchrali, & Hilari Papæ fuiſſe deducat; quia idem Hilarus argenteam turrim cum Delphinis, & auream Columbam Baptiſterio Conſtantini, & S. Laurentio M. Turrim argenteam cum Delphinis obtulerit, reſte Anaſtaſio. Veruntamen cum etiam alij Pontifices eaſdem propemodum oblationes donauerint ſub ijſdem inſignibus (vt conſtat ex eodem Anaſtaſio) ex oblatis
D ornamentis; nil ſolidi habemus ad releuanda inſignia gentilitia.

12. *Et conuerſus Ioſias vidit ibi ſepulchra, quæ erant in monte, tulit oſſa de ſepulchris, & combuſſit ea.* 4. Reg. 23. v. 16.

RAinerius..... Creſcentij filius Bleranus Tuſcus, ex Comitatu Galliatæ, ex Canonico Regulari Lateranẽſi Monachus Cluniacenſis, Abbas S. Laurentij & Stephani extrà muros Vrbis, Presb. Card.

Card. tit. *S. Clem.* demum Papa nomine *Paſchalis* II. Ioſia æmulatus Iudæorum Regem, oſſa Gilberti Antipapæ effodit, cremauit. Vide de hoc Raynerio, in alio Raynerio ſub Vrbano II.

O ſtulti, & tardi corde ad credendum, 24. Lucę. 25.



NAtro . . . . . Presb. Card. S. . . . creatus à Gregorio VII. ingratus tecalcitrauit in auctorem ſuum deficiens ad Clementem Antipapam contrà ipſum Gregorium, teſte *Bennone in vita Hiltebrandi*, qui eum inter Sapientiores Cardinales commemorat.



INnocentius . . . . . Presb. Card. S . . . . creatus à Gregorio VII. in gratiam Henrici Imperatoris prodito legitimo Papa, ad Schiſmaticos declinauit; Vndè ſpeculum reſpiciens ingratitudinis erubeſcet laudans & laudatus in ſua nequitia.



LEo . . . . Presb. Card. *S. Laurentij in Damaſo* creatus à Greg. VII. cum Natro & Innocentio, in caſtra ſe contulit inimicorum Eccleſiæ (*Benno ib.*) & inter Schiſmaticos obijt.

16. *A perſequentibus me libera me* Pſal. 30.



GVitmundus filius . . . . Presbiteri, monachus venerabilis Monaſterij, quod *Crux Heltonis* dicitur, vbi Leudfredus glorioſus Chriſti profeſſor, ſub Regibus Hildeberto, & Hilperico annis 48. feliciter miniſtrauit, Regis iuſſu accerſitus Pontum transfretauit, & oblatum ſibi repudiauit Epiſcopatum libello oblato Proceribus Regni, quem habes *to: 6. Biblioth, Vet. Petrum* in quo priſca libertate, Regni & Regis vitia redarguens, paupertatem prætulit mundi diuitijs. Admiratus Rex cum proceribus ſuis Monachi conſtantiam, deuotus ac ſupplex decenter honoratum remiſit in ad ſuum Monaſterium. Fama vulgata quod Monachalem paupertatem diuitijs præpoſuerit Epiſcoporum, & Angliæ redditus coram Rege & Optimatibus exprobraſſet tanquam rapinam ac omnes Epiſcopos & Abbates rapacitatis redarguiſſet, pluresad inuidiam concitauit & vindictam. Hinc defuncto Ioanne Rotomagenſium Epiſcopo: Rex Guitmundum Archiepiſcopum elegit ſtrepentibus ęmulis dicentibus & obijcientibus, eſſe Presbiteri filium, quorum timore non auſit accedere. Ab omni tamen auaritia purgari deſiderans, & inter exteros paupertate premi, Abbate conſentiente Romam venit honorificè ſuſceptus à Gregorio VII. qui eum Cardinalem S.R.E. creauit; & Vrbanus Papa II. Metropolitanum Aduerſis præpoſuit. Comiſſam Eccleſiã Guitmundus diù rexit, & Apoſtolicis priuilegijs munitam cuſtodiuit; Plebem docendo, oratione protegendo, & virtutum exercitijs inſtruendo. Plura ſcripſit præcipuè.

Lib. tres de Corpore, & ſanguine Domini in Euchariſtia.

Confeſſiones de S. Trinitate, Chriſti humanitate & veritate Corporis Domini.

Vnum eſt, teſte Bellarmino *De ſcriptor. Eccleſ.* in quo Guitmundus reprehendi ſolet, quod libro 2. timuerit concedere *ſpecies ſacramentales verè poſſe corrumpi & putreſieri*; quod concedendum abſq; vlla iniuria Corporis Sacratiſſimi.

Eius memoria apud Guillelmum Malmesburienſem in vita Guillelmi. 1. *l.* 3. *de geſtis Anglorum*. Et Petrum Cluniacen. *libro de ſacrif.* Vbi Guitmundus Lãfranco præfertur Archiep. Cantuarienſi his verbis. *Lantfrancus ſcripſit de Sacrificio Euchariſtiæ benè, plenè, perfectè, Guitmundus melius, plenius, perfectius. Algerus optimè, pleniſſimè, perfectiſſimè.* Vixit tempore Gregorij VIJ. vt ipſe teſtatur *l.* 1. *de Euchar.* Cardinalem fuiſſe teſtatur Panuinius in Epitome, & in *6. to. Bibliothecæ V. Petrum*, eius ſcripta titulo Guitmundi Cardinalis inſignita leguntur. Hunc Nomenclator inter Cardinalium numerum ingerit; Cum quo concordat Petrus Pictauienſis Apologia, quam in D. Bernardum conſcripſit.

Diaconi Cardinales ſub Gregorio VII.

17. *Nolite præmeditari, quemadmodum reſpondeatis: ego enim dabo vobis os, & ſapientiam.* Lucę 21.



GRegorius . . . . Diaconus Cardinalis, qui cum Gregorio VII. Canuſino adfuit conuentui, poſteà eius nomine legatus in Germaniam deſcendit cum Bernardo Papienſi ad Ducem Bohemiæ; à quo vt benignè ſuſcepti, teſte *Gregorio l.* 1. *ep.* 17. *ad Vratiſlaum Bohemiæ Ducem* ità contumelioſè à Ioramiro Epiſcopo Pragenſi, coacti fuere Epiſcopum excommunicatione rependere. De his tamen Baronius *to:* 11. *Annal. Quod pertinet ad legationes hoc anno in diuerſas prouincias ab eodem Gregorio miſſas, inter alias fuit ad Vratiſlaum Ducem Bohemiæ. Fuerant ad hoc opus delecti Bernardus. atq; Gregorius, cuius autem ordinis vel dignitatis fuerint? ignoratur*; Quo poſito, Gregorij nutat Cardinalatus.

18. *Hæc deuita, qui penetrant Domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis*, 2. Timo. 3.



IOannes..... Diaconus Card, S.R.E. deindè Archidiaconus, relicto Gregorio VII. in Caſtra declinauit inimicorum. *Benno in vita Hiltebrandi*. Poſt eum ceſſaſſe in Romana Eccleſia Archidiaconatum affirmat Ciaconius ſed malè. Ioannis obitus quamuis lateat; vitam tamen nō ignoramus ſeditioſam, per domos excurrentis, vt mulierculas traherat ad idolum abominationis, A

19. *Pro Chriſto legatione fungimur; Deo exhortante per nos: Reconciliamini Deo*. 2. Cor. 5.



GRegorius,.... S.R.E. Diaconus Cardinalis Legatus ad Longobardos, præcipuè ad Venetos, vt eos ab excommunicatione abſolueret, quà notabantur ob participationem cum excommunicatis, vt ex *ep. ad Dominicum Patriarcham Gradenſem, & cęteros Epiſcopos Venetiarum* & *ep. 27. ad Dominicum Siluium Ducem, & populum Venetiarum to. 10. Concil.* Anno Sal. 1077. Venetijs quid egerit? nil legitur in Annalibus. Veneti oppidò Gregorij VII. defenſores accerrimi cum excommunicatis communicantes ſolius pacis voto, & vt eos ad obſequium Sedis retraherent, nulla tenebantur excommunicatione. B

20. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea*, Matt. 27.



CReſcentius..,;;;.. Diaconus Cardinalis S.R.E. creatus à Cregorio VII. transfuga ad Schiſmaticos ſchiſma fouit, reconciliationem & indulgentiam ſpernens oblatam à Gregorio, vt inhabitaret in tabernaculis peccatorum (Bennone teſte.) D

21. *Sicut Luna perfecta in æternum; & teſtis in Cælo fidelis*, Pſal. 88.



I*Oannes* Monachus & Abbas vigeſimus ſecundus Sublacēſis, Ordinis Sancti Benedicti, & ſacri Palatij Diac. Card. *S. Maria in Dominica* teſte Ciaconio in M.S. *de perpetuo Eccleſiæ Pontificatù*. Arnoldo Vion *l. 2. Ligni vitæ*.

22. *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte*. 16. Pſal. 3.



L*icinus Sabellus* natu Romanus Diac. Card. S.R.E. dictus à Gregorio VII. vt probant eiuſdem familiæ antiqua monumenta, quæ ſi marmorea, mentiri haud ſolent. Contra Licinum cum nullum proferant Schiſmatici teſtimonium; in communione pręſumitur obijſſe Catholica.

23. *Liberaſti corpus meum à perditione, a laqueo linguæ iniquæ, a labijs operantium mendacium*. 51. Eccli. 3.

C 

Y*Vo* apud Armoricos natus. S. Melanij Rhedouenſis Monaſterij à Salomone Armericæ Brittaniæ Rege, Cęnobiarcha; à Gregorio VII. (teſte *Frizonio in Gallia purpurata*) Diaconus electus Cardinalis S. R. E. poſteà Archidiaconus, demùm Præsbyter Card. *S. Silueſtri & Martini in montibus*. Hunc Epiſcopum fuiſſe Dolenſem Gilduino renuntiante, & ad Clementem Antipapam defeciſſe contrà Gregorium VII. Oldoinus ſcribit, Bennonis auctoritate, quem vel ipſe non vidit; vel ego negligens Yuonis nomen in Bennone inuenire non valui.

24. *Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus*. 1. Cor. 4.

H*Ermanus*...... Diac. Card. S..... teſte Panuinio, vel forſan Herimanus, ad quem Gregorius VII. ſcripſit epiſtolam 27. *lib. 9. Ep. to. 10. Concil. p. 295.* quem ego Hermanum dixi ſub Alex. II. De eo ibidem lege.

CLEMENS IIJ. ANTIPAPA XXIIJ.

PRomotus in Schiſmate XXIII. Salutis Anno 1080. cum antea *Gilbertus* appellaretur, vel *Guibertus* aut *Gibertus* natu Parmenſis *de Corrigia* familia nobili; Archiepiſcopus cum eſſet Rauennæ, Henrico IV. vrgente Imperatore in conuentu ſchiſmaticorum, Brixini apud Noticos congregato, ab Epiſcopis triginta die VII. Kal. Iunij 1680. in Antipapam eleuatur aduerſus Gregorium VII. R. P. poſtea Romę coronatus ad S. Petrum, die 9. Kal. Aprilis 1684. in Dominica Palmarum, vbi poſt pedum oſcula, ab eo Henricus coronam accepit: vt fuſius tradidi in *vita Gregorij VII. n. 9.* Vixit Clemens vſq; ad Kal. Septemb. 1101. creauitq; Pſeudo Cardinales plures, quorum hæc ſuperſunt nomina,

Epiſcopi Pſeudo Cardinales ſub Clem. III. Antipapa.

Prębete aures vos qui continentis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino vobis poteſtas qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitię, neq. ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. 6. Sap.

IOannes Ep. Card. *Oſtienſis* intruſus, ab Henrico IV. Imper. ſimulatione conſpicuus, viſus eſt fauere Gregorio VII. ſed Clementis Antipapæ Coriphęus in Romano Conciliabulo cum Collegis Schiſmaticis ſynodalem ſcripſit epiſtolam contra Catholicos. *Benno*, & *Hiſtor. Caſin. lib. 3. c. 49.*

ADalbertus Ep. Card. *Syluæ Candidę* intruſus à Clemente III. Antipapa, Anno 1098. in Romano Conciliabulo & ipſe cum alijs Schiſmaticis epiſtolam ſcripſit *Omnibus Deum timentibus, & ſalutem Romanæ Reipublicæ diligentibus.* Benno.

HVgo *Candidus*; re & geſtis *nigerrimus* (de quo diximus ſub Leone IX.) Cardinalis à Leone IX. creatus tyrannide Clementis Antipapæ, Epiſcopatum Cardinalem *Praneſtinum* inuaſit.

A PEtrus .... (teſte Ciaconio) Epiſcopus Cardin. *Portuenſis*, & Cancellarius, intruſus à Clem. III. Antipapa damnatus eſt in Cõcilio Quintilineburgenſi: veruntamen in eodem Concilio, de Petro hęc legimus. *In fine ſynodi Sententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata eſt in Guibertum hæreſiarcham ſedis Apoſtolicę peruaſorem, & in Apoſtatas S. Petri, Vgonem Album cognominatum, Ioannem Portuenſem Epiſcopos, Petrum excancellarium erant hi pſeudo Cardinales Guiberti Antipapæ ſectatores, & acerrimi defenſores.* Verba hec diuerſo ibidem notantur charactere. Ex quibus patet Petrum minimè Epiſcopum fuiſſe Portuenſem.

B

IOannes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis intruſus à Clemente III. Antipapa, & tanquàm eius factor excommunicatus in Synodo Quintilineburgenſi, Anno 1078. *to.* 10. *Concil. p.* 406.

Presbyteri Pſeudo Cardinales ſub Clem. III. Antipapa.

P*Etrus* .... Presb. Cardinalis.

R*Vbertus* Card. S. Marci adeſt conciliabulo Rauennati; in quo Anno 1086. Clem. III. Antipapa confirmauit priuilegia Eccleſię Rauennatis & in quo *Clementem* ſe appellauit cum extra Epiſcoporum conuentum, Vvibertum Archiepiſcopum ſe nominaret, to. 10. Concil. p. 1818. in Appendice.

A*Naſtaſius* ...... Presb. Cardin. S. Anaſtaſię cum Clem. III. conciliabulo adeſt Rauennati. *to.* 10. *Concil.* vt ſupra.

ROmanus Presb. Card. tit. S... teſte Ciaconio.

G*Varinus* ...... Presb. Cardin.

G*Vido*. Presb. Cardin. Clementis III. Antipapæ, in Romano Conciliabulo citari mandat Catholicos. *Benno*.

O*Ctauianus* .... Presb. Card. deſignatus à Clem. III. Antipapa, teſte *Bennone*.

C THeodoricus Monachus, Diaconus Cardinalis intruſus a Clem. III. pſeudopapa, poſtea & ipſe contra Paſchalem II. legitimum Pontificem, pſeudo Pontifex a Cauenſibus *Vernero Duce*, eleuatus in territorio Prępeſtino, quò ſe receperat ſolo deportatus Romano, vbi quatro intruſionis menſe, vinctus in Cauenſe Monaſterium S. Trinitatis detruſus teſte *Vſpergenſi*, vitam finiuit. Hinc Callixtus II. imaginem Paſchalis II. Papæ ornauit his verſibus.

Eccleſię decus Paſchalis ſecundus
Albertum damnat, Magnulphum Theodoricum.

D NIcolaus Monachus & Abbas S. Silueſtri de vrbe Presbyter Cardinalis Clementis III. Antipapę, in Romano Conciliabulo epiſtolam ſubſcripſit Synodicam contra Catholicos. *Benno*.

NIcolaus Abbas S. Pancratij de vrbe Presb. Card. in eodem Conciliabulo cum alijs Schiſmaticis. *Benno*.

Dia-

Digitized by Google

Diaconi Pſeudo Cardinales ſub Clem. III. Antipapa.

SEcundus ex Subdiacono Sacri Palatij Diaconus Cardinalis,& Procancellarius à Clemente Antipapa creatus.

PAulus ex Primicerio Romanæ Eccleſię Diaconus Cardinalis Clementis III. Antipapæ, in Romano Conciliabulo ſubſcribit contra Catholicos. *Benno*,

A *Lbertus Attellanus Auerſanus*(ciuitas eſt Campaniæ, octauo a Neapoli lapide ſita) ortus, Diaconus Cardinalis creatus a Clem. Antipapa, poſt huius obitum, a Riccardo Capuano Aquini Principe, in gratiam Henrici Imperatoris, Pontifex ſalutatus, cum exactis quinque menſibus, incautè ad vrbem vexandam accederet, a militia Paſchalis Papæ captus, Aueſam relegatus, miſerè vitam ſoluit in Monaſterio S. Laurentij. *Pandulph. Piſan. in vita Paſchalis*.

M *Aginulphus*,..... Romanus natu, Rauennæ educatus ſub diſciplina Guiberti Archiep. ab hoc in Antipapam eleuato Cardinalis dicitur; tandem Guiberto mortuo, Pſeudo Papa creatus a Longobardis, nomine *Silueſtri III.* de quo in vita Paſchalis abundè diximus.

BEno Preſb. Card. tit. S....., teſte Ciaconio.

VICTOR III. P. CLVIIJ.

VIctor III. Sal. Anno 1086. die Pentecoſtes electus, vſq. ad 7. Idus Maij 1087. plures creauit Cardinales, quorum.

Epiſcopi Cardinales ſub Victore III.

GRegorius Epiſcopus Card. *Sabinus* Domnizonis ſucceſſor, electus non à Gregorio VII. ſiuerum, quòd Domnizo exequijs interfuerit S. Anſelmi Anno 1086. & Papa Gregorius VII. fato functus fuerit Anno 1085. Deceſſit Gregorius Sabinus Cardinalis ſub Vrbano II. ſucceſſorem habens Vbaldum.

Frater Leo cognomine, Marſicanus, Monachus Caſinas, Diaconus Card. & Cancellarius S.R.E.

Signum Victoris III. Papę,

Domine Deus meus, in te ſperaui.

VRBANVS IJ. P. CLIX.

VRbanus. II. Electus 4. Idus Martij, An. Sal. 1088. ad 4. Kal. Aug. 1099. promouit Cardinales plures, quorum,

Cardinales Epiſcopi ſub Vrbano II.

1. *Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius* 1. Reg. 10.

ODo ſiue *Otho* Caſtilloneus, nepos Vrbani II. natu Gallus, filius Guidonis fratris Vrbani II. Papæ, profeſſione Monachus Cluniacenſis, patrui ſucceſſor in *Oſtienſem* Epiſcopatum, conſecrauit Paſchalem II. Rom. Pontificem, ſub quo deceſſit Anno 1101. De eo Baldricus Abbas Burgulenſis apud Franciſcum Ducheſnium, *to. 4. Hiſtor. Franc.* ſequentia cecinit,

Odas, ò vtinam cui mittuntur placituras;
Odoni magno dirigo paruus ego,
Odo Pontificum decus, & ſpecialis honeſtas;
Conſilium Papæ, & regula iuſtitiæ.
Eccleſiæ robur, non concutienda columna,
Mittit, quod placeat Burgulianus aue.
Burgulianus aue magno dicit Patriarchę;
Quod mihi notitiam Præſulis obtineat.
Odo Vuido mea mihi te celebrauit in aure,
Pluribus indicijs te mihi ſignificans.
Guido tuum nomen noſtrum deuexit in Orbem;
Vtque viri tanti præco vir ille mihi,
Te mihi procerum ſtatura ſignificauit,
Quæ non excedat effigiat a modum.
Mores iocundos Vuido tibi dixit ineſſe,
Et quod conueniat moribus alloquium.

Vtque

Vtque mihi dixit, ditas te littera diues,
Et Vatum Muſas delitioſus amas.
Si Cantare velis, cantas, modulamine dulci,
His ſupereſt vultus, & facies hilaris.
Affatu ſuauis, communis, & omnibus omnis.
Exhilaris meſtos, & ſtolidos reprimis.
Os Oratorum modò viuis Tullius alter,
Callidus in verbis viuis Ariſtoteles.
Tempora, quæ modò ſunt, quæ ſunt ſine remige nauis
Rectorem ſtatui te voluere ſibi.
Qui te fecerunt Odo velut Hoſtia Romę,

In modico Romæ te facient Dominum.
Hic iam expetunt ordiri prouida fata.
Hic intelligimus, iamque fauemus eis.
Odonis factus hæres in Pontificatum,
Mox in Papatum ſubſtituendus eris,
Hoc laus, hoc nomen, hoc ſignat copia linguæ,
Hoc alit ſenſus, præcinit integritas.
Innuit hoc habitus tunicatę Religionis
Vos ambos idem Cluniacus genuit
Ambo vos fouit, vos Hoſtia ſuſtulit ambos,
Alter Papa fouit, nec minus alter erit.
O ſi tunc merear florere ſuperſtite vita,
Vt tunc te toto pallidus Ore canam.
Tunc Orpheus noſtram nequeat ſuperare Camœnam.
Si pleno flatu buccina noſtra ſonet.
Velis &c.


Item de eodem Odone idem Baldricus Abbas.

Odonem ſaluere meum, ſine fine præopto
Odo mi ſalue, Papa futurus aue.
Quod te dico meum, prœſumptio dicere cogit
Tantum tantillus Pontificem Monachus.
Quem nunquam vidi, quem ſolis auribus hauſi,
Dicere præ nimio cogar amore meum.
Viſceribus totum te noſtris inſinuaui,
Te ſiquidem noui carmina diligere.
Et laudas Vates, & præmia Vatibus offers,
Iocundus prudens, felle columba carens.
Compatiens miſeris, peregrinis auxiliator,
Morum pi cunctis aſperitate cares.
Maximus Orator, Vatum ſpecialis amator,
Inuitas noſtros ad ſtudium calamos.
Talem te cupio, mihi te deſiderio talem,
Qualis es, & qualem te volo promereor,
Quæſo mihi debe quod debet amicus amico,
Quos indiſcuſſus conſolidauit amor.
Inter quos vnquam non eſt alterna voluntas,
Qui rapiunt viuunt, & moriuntur idem.
Ecce tibi talem, me ſi dignare poſcor,
O vtinam votis fauaeris Odo meis.
Si mihi te dederis, ſi te dignabere noſtrum
Inter cantores Orpheus alter ero.
Iam quoque de veſtro nimium confiſus amore
Audeo pro caris inſinuare meis.
Burchundum commendo meum, quem diligo multùm,
Tutelęque tuæ, conſilioque ſuo.
Vrit Guidonis penuria multa penates,
Odo conferas, cui plus diuitias.

Eius memoria recurrit in Priuilegio Cluniacenſium dato à Paſchali II. *to.* 10. *Concil. p.* 683. & Ep. Troiano An. 1100. apud Vghellū *to.* 7. *Italię. p.* 1377.

Teſſera gentilitia eadem illi quæ Vrbano II. R.P. de eo lege Petrum Frizonium *in Gallia Purpurata*. In Priuilegijs Vrbani II. & Paſchalis II. eius nomen recurrit.

2. *Reſtiti in faciem Petri, quia reprehenſibilis erat.* Galat. 2.

A 

IOannes *Marſicanus* ex Comitibus Marſorum, Borelli maioris, & Rutę Comitum Petrę Abondantis filius, Epiſcopus Cardinalis *Tuſculanus*, teſte Petro Diacono *l.* 4. *c.* 8. *Chron. Caſinen.* Synodo interfuit Vaſtallenſi Anno 1106. deinde cum Henricus Imperator à Paſchali II. quem cuſtodię tradidit, extorſiſſet renunciationem iuris ciuilis, & Inueſtituræ priuilegium, ipſę emerito habitu cum Leone Cardinali Vercellenſi, in Vrbem profugiens Romanum populum concitauit aduersùs Henricum;
B Riccardo etiam Epiſcopo Cardinali ſcripſit Albano [teſte *Papyrio Maſſono*] miſerum ei ſtatum aperiens Eccleſiæ; Cardinales excitauit in Papam tanquàm ſegnem, & timidum: propterea ab eo Terracinæ ſtante recepit epiſtolam cum excuſatione eorum, quæ pro liberandis Cardinalibus captiuis geſta fuerant, & Imperatori conceſſa; adiecta graui reprehenſione contra eum, & Leonem Cardinalem, tanquàm obiurgatores Pontificis. *Ep.* 23. *to.* 10. *Concil.* Obijt ſub eodem Paſchali, Diuitium, vel Dionyſium ſucceſſorem habens in Cardinalatu. *Petrus Diac. l.* 4. *c.* 8. *Hiſtor. Caſin.*

C 3. *Deficiens mortuus eſt in ſenectute bona.* Geneſ. 25.

VBaldus Ep. Card. *Sabinus* poſt Gregorium electus ab Vrbano II. circa Annum 1090. ſubſcripſit Bullę Vrbani II. Monaſterio Cauenſi, Anno 1092. Pontif. 4. vt in *to.* 10. *Concil. p.* 435. & ſub eodem Pontifice vitam poſuit.

4. *Vę mihi, quia tacui: quia vir pollutus labijs ego ſum.* 6. Iſai. 5.



D CRescentius Ep. Card. *Sabinus* Vbaldo ſubrogatus ab Vrbano II. Dictus eſt etiam correpto nomine *Cencius* in Concilio Lateranenſi II. ſub Paſchali Papa Anno 1112. vbi cuſtodię traditus ab Henrico priuilegium, & amicitiam Henrico Imperatori conceſſum ſacramento confirmauit: niſi cum Ciaconio, & Vghello *Creſcentium* diuerſum ponamus à Cencio. Ille Paſchalis adfuit creationi, & ſub eo moritur, Cencium ſucceſſorem habens. *Bulla Paſchalis II. Eccleſię Florentinæ. An.* 1102. Creſcentius ſubſcriptus reperitur cum eodem Paſchali, Anno 1103. pro Epiſcopo Feſulano. *to.* 3. *Italiæ apud Vghellum,*

M

Digitized by Google

lum. An verò vnus & idem? vel duo fuerint? res valdè difficilis.

5. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, Iudeæ, Samaria, & vſq; ad vltimum terræ*. Act. 1.

ODdo Epiſcopus Cardinalis *Albanus* ſuccedit *Petro Igneo*, non Vvalterus, vt ſcribunt Ciaconius, Vghellus, & Oldoinus; nam *Oddo* Ep. Card. Albanus ſubſcribit priuilegio Vrbani II. dato Monachis Cauenſibus, Anno Sal. 1092. in *to.* 10. *Concil. p.* 435. vt Ep. Card. Albanus. Vvalterus autem Ep. Card. Albanus ſubſcribit regnante Paſchali II. A Anno Sal. 1100. priuilegio dato Monachis Cluniacenſibus. Oddo ergo Vvalterum præcedit. Nec obſtat, quod Vvalterus legatus fuerit Vrbani II. ad Vvilhelmum Anglorum Regem, huncque expugnauerit, vt in Anglia nomen reciperetur Vrbani Rom. Pontificis. Potuit namque eſſe Legatus ſub Vrbano, viuente *Oddone* Card. Ep. Albano, & poſtea huic ſubrogatus. Volunt aliqui Vvalterum interſuiſſe creationi Paſchalis II. nec implicat, ſi viuente Vrbano Oddo deceſſit.

6. *In tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, 44. Eccl. 17.

VValterus, ſeù *Gualterus* Ep. Card. *Albanus* Oddoni ſubrogatus, creationi interfuit Paſcha- B lis II. teſte *Pandulpho Piſano*, Priuſquam Albanus crearetur Epiſcopus, Legatus abijt Vrbani II. ad Anglos, quibus nomen reconciliauit Vrbani, vt Pontifex ſalutaretur Romanus; palliumque detulit Archiep. Cantuarienſi.

7. *Super aſpidem & Baſiliſcum ambulaui, conculcaui Leonem & Draconem*. Pſal. 90.

BErnardus vel Berardus Epiſcopus Card. *Preneſtinus* priuilegio dato Monachis Cauenſibus, An. Sal. 1092. Pontific. Vrbani II. Anno quinto ſubſcribit; vt in *to.* 10. *Concil. p.* 435. ſub Eodem Vrbano II. Romæ obijt; nam eidem Bernardo ſubrogatus legitur Milo. Legatus ad Orientales Ebremanum, qui Patriarchatum Hieroſolymitanum inuaſerat, ſede deturbauit. Hinc ab Alphano Archiep. Salernitano, elogio donatur ſequenti.

Berardus nomen, Beneuentum patria, ſedes
Preneſtis, celebris laus mihi Roma fuit.
Hoſtes Eccleſiæ contriui, cuncta relinquens
Qui Hieruſalem ſoluere et inen idem.

Iamque dies menſis retinebat quinque December
Cum rediens illinc, mortuus hoſpitor hic.

Lege in Paſchali R. P. 160.

8. *Obturauerunt ora Leonem*. Heb. 11.



MIlo natu Gallus, Ep. Card. *Preneſtinus* contra Hugonem Cardinalem Tridentinum cognomento *Candidum*, adfuitque creationi Paſchalis II. (teſte *Pandulpho Piſano*) ſub eodē ſubſcripſit priuilegio dato Abbatibus Cluniacenſibus, An. Sal. 1100. Pontif. Paſchalis II. ſecundo, vt *in to.* 10. *Concil. p.* 683. & pro Epiſcopo Troiano apud Vghellum *to.* 7. *p.* 1377. Anno deceſſiſſe Milonem 1112. ſcribit Oldoinus ex auctoritate Ferdin. Vghelli, quem non vidiſſe, vel in nominibus cęcutiſſe dices, ſi Vghellum legeris. Verum quidem, Anno 1112. non amplius à Milone, ſed à Corone vel Churado Eccleſiam regi Prenęſtinam *to.* 10. *Concil. p.* 769. Inſignia ſuprapoſita Oldoinus adiecit. Quo fundamento? latet.

9. *Exarſit ignis in Synagoga*. Pſal. 105.

B MAuritius Ep. Card. *Portuenſis* Ioanni ſuffectus ab Vrbano II. interfuit creationi Paſchalis II. teſte *Pandulpho Piſano*, cuius verba: *Die altera Menſis Auguſti, videlicet 14. Anni M. C. conſecrandus in Pontificem Paſchalis II. conſecraturi Pontificem Pontifices, cum frequentia populi, plebiſque Baſilicam B. Petri adeunt, quorum nomina ſunt, Odo Oſtienſis, Mauritius Portuenſis, Gualterius Albanenſis, Boſo Lauicanus, Milo Preneſtinus*. Legatus à latere Sedis Apoſtolicę, apud.... Hieroſolymorum Regem, dum in templo Hieroſolymitano cum Daberto Patriarcha effuſus in preces aduersùs Turcas, in quos militaris expeditio parabatur, ad excitandos milites à Deo impetrauit, vt ignis dilaberetur è Celo, qui lampades Tem- C pli extinctas, flamma concepta, repente accenderet. Quod cum diuinitùs contigiſſet; Orientales populi Legatum, Sedēque Apoſtolicam cęperunt cultu venerari majori. In Italiam reuerſus Altare conſecrauit S. Maymetis, in Eccleſia S. Cecilię Anno 1098. 6. Kal. Martij, nec longè poſt vitam poſuit. Ciaconius *eex Pandulpho Piſano: & Io: Auguſtino Iuſtiniano Ord. Pradic. Ep. Hebrienſi. Hiſtoria Genuen.*

Presbyteri Cardinales ſub Vrbano II.

10. *Honorabile nomen eorum coram illo*. Pſal. 71.

BObo..... Epiſcopus Labicanus, S. R. E. Cardinalis creatus ab Vrbano II. (teſte *Panuinio de Rom. Pontif. & S. R. E. Cardinal. à Leone IX. vſq: ad Paulum IV.*)

11. *Similitudo vultus eorum: facies hominis, & facies Leonis a dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis, a ſiniſtris ipſorum quatuor; & facies aquila deſuper ipſorum quatuor*. 1. Ezechielis 10.

OFfo ſeù Otto Epiſcopus Nepeſinus Cardin. S. R. E. creatus ab Vrbano II. teſte Panuinio *libro citato*; interſuit coronationi Paſchalis II. in eccleſia S. Petri, teſte *Baronio to.* 12. tanquàm melior ex optimatibus, qui currum traheret Eccleſiæ. Nō enim D Cycnos aut Pauones currui regiminis ſuppoſuit Ezechiel; ſed fortiſſimos Leones, Boues, Aquilas, Homines.

12. *Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alę vni, ſex ale alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant*. 6. Iſaiæ. 1.

ODeriſius Oderiſij Comitis Marſorum filius, natione Campanus, Monachus Caſinenſis, ex Diacono Cardinali S. *Agathę*, Nicolai II. Presb. Car. S..... ab Vrbano II. promotus. Pluribus legationibus functus pro Eccleſia Romana ad æmulationem Seraphim miniſtrorum Dei, ad cuius thronum ſtabant, & volabant. Huic Cardinali eadem inſignia Ciaconius apponit, quæ Theodino, vt *infra n.* 42.

12. *Lo-*

13. *Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar*. Pſal. 118.



R*Obertus Capiſuccus* Romanus Presb. Card. *S. Clementis*. diuerſus à Roberto Capiſucco ſub Honorio II. priuilegium reuocauit de *Inueſtituris* conceſſum Henrico Imper. *to.* 10. *Concil. p.* 769. in Later. Concilio.

14. *Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos*. Lucę 10.

ALbertus ... Presb. Card. S. .... poſtea Archiep. Sipontiuus, donationi ſubſcribit factę in Concilio Nemauſenſi à Raymundo Comite Toloſano, terræ S. Egidij, Odiloni Abbati Cluniacenſi *to.* 10. *Concil. p.* 610. In Concilio etiam Turonenſi ſubſcripſit iudicio definitiuo Vrbani II. inter Canonicos S. Martini, & Monachos Cormeriacenſes. *p.* 603. *to.* 10. *Concil.*

15. *Et in lege eius meditabitur die, ac nocte* Pſal. 1.

R*Ainerius* Presb. Card. *S. S. Marcellini, & Petri to.* 10. *Concil. p.* 779. Legatus Vrbani II. ad Hiſpanos quaſi ſuſpectus redarguitur ab eodem Vrbano *ep.* 23. *to.* 10. *Concil.* à iuſtitię tramite receſſiſſe contra Barcinoſenſem, & Narbonenſem Epiſcopos, quia in *domo commoraretur aduerſarij*. Lege etiam *ep.* 28. 30. 31. 32. *ibid.* Congregauit iſte vnà cum Bernardo Toletano Primate Legionenſe Concilium pro reſtitueudis ritibus Eccleſiaſticis, teſte Roderico Toletano *l.* 6. *cap.* 30. *de reb. Hiſpan.* extat *to.* 10. *Concil. p.* 482. Veruntamen vt in eodem *to.* 10. *Conciliorũ*, legitur; Raynerius iſte idẽ ille videtur, de quo ſupra eſt mentio ſub Gregorio VII. qui & Papa futurus nomine *Paſchalis II.* ſed diuerſus elucet in Lateranen. Concilio, Anno 1112. in quo Raynerius Cardinalis *S. S. Petri, & Marcellini* priuilegia reſcindit conceſſa Henrico V. Imper. *to.* 10. *Concil. p.* 769. poſtquam cum eodem Paſchali timore correptus eadem confirmaſſet *to.* 10. *Concil. p.* 779. ſubſcribit cum Paſchali II. An: 1115. *to.* 1. *Italię p.* 964. apud Vghellum pro Ep. Marſicano. Cum Calliſto II. pro Ep. Corſicæ. An. 1121. *to.* 4. *Italiæ Sacræ p.* 1179.

16. *Pauor his, qui operantur malum*. 10. Prouer. 29.

R*Angerius* Presb. Card. poſt a Rhegie Archiep. in Calabria priuilegio ſubſcripſit dato Monaſterio Cauenſi *to.* 10. *Concil. p.* 435. & ſemper impauidus Schiſmaticos abhorruit.

17. *Euge ſerue bone, & fidelis*. 21. Matth. 25.

ALbericus .... Presb. Card. *S. Petri ad Vincula, tit. Eudoxiæ*, poſtea Archiepiſcopus ..... vt apparet ex eius ſubſcriptione ad priuilegia conceſſa Cluniacenſibus à Paſchali II. *to.* 10. *Concil. p.* 683. Vrbano ſemper fidelis.

18. *Etiam ſi oportuerit me mori tecum non negabo*. Matth. 27.

A



PEtrus Presb. Card. S. S. Silueſtri, & Martini in Montibus, tit. Equitij, poſtea S. R. E. Archiep, & Vrbis Vicarius ſub Paſchali II. & Gelaſio II. ſubſcripſit Synodo Vuaſtallenſi, ſub Paſchali II. Anno 1106. Bullæ etiam eiuſdem Paſchalis datę eccleſiæ Lateranenſi. Eius memoria apud Panuinium in *Epitomę Rom. Pontif.* & apud Ciaconium.

19. *Cuius cor eſt quaſi Leonis pauore ſoluetur*. 2. Reg. 17. v. 10.

B



A*Micus* ex Monacho & Abbate S. Vincentij Presb. Card. *S. Crucis in Hieruſalem*, poſtea ſub Paſchali II. Gelaſio II. & Callixto II. S. R. E. Archipresbyter comitijs interfuit prò creatione Gelaſij II. Pridie Non. Ianuarij, Caſini obijs, poſt electionem Calliſti: nam alius *Amichus Iunior* dictus Monachus pariter in prima creatione Cardinalium à Calliſto facta Menſe Decembri, Anno Pontif. II. ex Diacono Cardinali *S. S. Viti & Modeſti*, Presbyter Cardinalis *S. Crucis in Hieruſalem* creatur, & cum eo ſubſcribit Anno 1122. Vniuerſis, *to.* 9. *Vghell. p.* 502. eidemq. à ſecretis regimini humeros ſubiecit, quamuis ab Anatholicis impetitus ſemper impauidus.

C 20. *Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatus: operatus eſt mihi inter Gentes*. 2. ad Gal.

P*Aulus Gentilis* natu Lucenſis, Presb. Card. *S. S. Xisti*, adfuit, & ſubſcripſit Concilio Vuaſtallenſi ad Padum, Anno Sal. 1106. Bullæ Eccleſ. Lateran. *Ciaconius Panuinius*. Plures legationes ſubijt Vrbani nomine etiam ad Orientales. Crucem Ciaconius Paulo appoſuit duabus lineis ex trãſuerſo interciſam pro inſignibus; quæ cum niteat, omictitur.

21. *Nemo mictens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei*: Lucę. 9.

D



B*Onifacius* .... Presb. Card. *S. Marci* ab Vrbano II. promotus, deinde ab Honorio II. Archipresbyter creatus Concilio adfuit Vuaſtallenſi cum Paſchali II. vt ex actis eiuſdem Concilij. Priuilegium retractauit de Inueſtituris datum Henrico Imper. *to.* 10. *Concil. p.* 769.

 Bullæ

Bullæ ſubſcripſit Calliſti II. Anno 1121. Epitium Taber. *to. 9. p. 499.* An. 1121. Ad Ep. Corſicę, apud Vghellum, *to. 4. p.* 1178. & An. 1122. Vniuerſis, *to. 9. Vghel. p.* 502. & pro Lucen. S. Fridiani. Anno 1124. Bullę Honorij II. Later. An. 1126. pro Gualtero Archiep. Rauennæ, apud Vghellum *to. 2. Italiæ p.* 367. Anno 1126. pro Archiep. Piſano, *to. 3. Italia, p.* 444. & An. 1128, De eo mentio apud Pandulphum Piſanum in electione Gelaſij II. Donationi ſubſcripſit factæ à Guillelmo Archiep. Calaritano, Eccleſiæ Ianuenſi, confirmatæ à Calliſto II. & in diplomate Honorij II. in gratiam Eccleſia Rauennatis, & Piſanæ. In Schiſmate poſtea Anacleti II. contra Innocentium II. iunctus Pſeudopontifici (litteras dedit ad Lotharium Imperatorem, quas habes. *l.* 20. *c.* 2. *Monarchiæ noſtrę Occidental.* Synodos celebrauit, eique cum ceteris Schiſmaticis conſtanter adhæſit.

22. *Scribantur hęc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.* Pſal. 101.



IOannes Presb, Card. S. Anaſtaſiæ ab Vrbano II. promotus, fuit natu Italus, ciuis Eugubinus, Legatus Paſchalis II. per Vmbriam Anno 1105. teſte *Ludouico Iacobillo Fulgitanenſi,* ex M. S. antiquo, quod adhue ſeruatur in cęnobio Fratrum Minorum, in oppido Gualdi Nucerini, in Epiſcopum Eugubinum conſecrauit S. Ioannem, quo mortuo, iuſſu Romani Pontificis, illius vitam, ac miraculorum ſeriem à ſe conſcriptam, Romam tranſmiſit: teſte *Vincentio Armando in hiſtor. Eugub. & Defendente in vita S. Io: Ep. Eugub.*

23. *Deus ſtetit in Synagoga deorum: in medio autem Deos diiudicat.* Pſal, 81.



GObertus natu Gallus, Patiſienſis ſecundum Ciaconium ex Petro vero Diacono, *l. 4. c. 42. Chron. Caſinen.* Paſienſis Presb. Card. *S. Euſebij* iuramento firmauit cum Paſchali II. priuilegium de Inueſtituris, Henrico V. Imperatori; at paulò poſt vnà cum Brunnone Abbate Caſinenſi auctor fuit, vt Papa conceſſa reſcinderet in Concilio Lateranen. *Petro Diacono loco cit. & to.* 10. *Concil. p.* 769. Adfuit præterea Concilio Vvaſtallenſi ad Padum; ſubſcripſit Bullæ Paſchalis II. Anno 1100. *S. Benedicti de Mantua. Anno* 1105. & diplomati Calliſti II. dato Eccleſiæ Ianuenſi, ait Oldoinus, ſed fallitur. Quia Anno 1121. cum Callixto II. ſubſcribit Ionnnes Presb. Card. S. Euſebij, teſte Vghello *to. 4. p.* 1179. & poſt Ioannem Anno 1125. ſubſcribit cum eodem Callixto alius Robertus, teſte eodem Vghello *to. 4. p.* 1182.

24. *Et ridebit in die nouiſſimo,* Prouerb, 31.



GIſus .... Presb, Card. *S. Laurentij, & Damaſi* cuius memoria recurrit in Bullis datis à Paſchali II. Monaſterio Mantuano S. Benedicti. Priuilegia firmauit data Henrico Imper. à Paſchali II. *p. 779. ex ep. Io: Ep. Tuſculani ad Richardum Ep. Albanum: to.* 10. *Concil,* Adfuit etiam cum eodem Paſchali, Synodo Vvaſtallenſi ad Padum, Anno 1106. & ſub eodem obijt.

25. *Valles abundabunt frumento* Pſal. 64.



BErnardus filius Hugonis, *Vbertorum* ſtirpe, matte *Aldobranda* ex antiqua Aldobrandinorum familia, Florentiæ naſcitur, adhucque puer orbatus patre, à matre, ac Reparata ſorore ſuperſtitibus litterarum ſtudio traditus non inutiliter, ciuilem coluit politiam, arteſque nobiles. Nuptijs cum deſignaretur à conſanguineis cum virgine nobili, noctu diſſuaſus in ſomnijs à viro graui, qui Præſulis morem gerebat, vitam promiſit Monaſticam. Excitatus cępit Virginem Matrem in tutricem expoſcere, vt facto compleret, quæ in ſomnijs promiſerat. Inde ad Dominicum Abbatem Vallumbroſæ, qui ſub inuocatione S. Saluij cęnobiarchas cuſtodiebat B. Ioannis inſtitutoris accedens, ad eius pedes prouolutus ſui acceſſus cauſam expoſuit. Excuſauit Abbas, iuuenem deterrens Inſtituti rigore propoſito; quo minimè territus, ſed fortior inſiſtens animum expugnauit Abbatis, clauſtra ſubijt, patrimonioque competenter Matri ac Sorori diſtributo, muneribus donata familia, reliquum Deo obtulit & Cęnobio. Horum inſcia mater ęgrè ferens abſentiam filij, cum fruſtrà eum perquiſijſſet inter cognatos, & notos, fama vulgata, inter Monachos eum pernoctare, acceſſit anxia ad cænobium cum filia, & agnatis vt lacrymis expugnarent, & domum reuocarent paternam, ſed fruſtrà: nam Bernardus intentus cilicio, vigilijs, ieiunio corpus macerare, breui matrem remiſit, decreto conſtans, & in orationibus, ac laudibus Deiparæ totus attentus. Bernardi pacem vnus de conſanguineis turbare conatus, Monachos conuenit, prædia repetens, quæ ſibi iure ſanguinis debita, Cęnobio iniuſtè tradita aſſerebat; Bernardumque irridebat à propoſito deterrentem; donec admirabili Dei iudicio percuſſus obmutuit, nec vocem redemit, priuſquam publicis monumentis teſtaretur iure cadere, & actione: propterea donationem à Bernardo factam firmare, nec vnquam cęnobio ſe ampliùs fore moleſtum. Paulò poſt Dominico Abbate defuncto, vnanimi conſenſu in Abbatem ſubgrogatus inuitus, eam ſibi normam impoſuit viuendi,

Digitized by Google

uēdi qua pater genitos fouet, dirigit, atq. gubernat. Infirmos namque atque languentes ea ſollicitudine viſitabat; Peregrinos Hoſpitibus eà beneuolentia occurebat; Familiam ea prudentia, ac prouidentia curabat, vt omnibus opportunè, & abunde pręſto eſſet. His excitati totius ordinis Abbates in vnum collecti, vt defuncto Almario Abbati Vallis Vmbroſę, virum grauem, & tanto regimini parem ſublegerent, Bernardum præſecere. Coactus iſtę onus ſubijt, miſericordia confiſus ſuperna, quā errantes non ſolum in ſemitam reuocauit iuſtitiæ, ſed plures grauibus morbis oppreſſos priſtinæ reſtituit ſanitati. Voce miraculorum Romam ad Vrbanum A delata, litteris euocatus humiliter ſe excuſauit, pompam faſtidiens dignitatū. Bis, terque proptereà monitus cum adhuc, tergiuerſaretur, cēſura coactus Romam aſcendit aſcitis tribus comitibus. In itinere incidit in Latrones; & graſſatores viarū, quos tamen verbo Dei ità mulciuit, vt exuta immanate non tam fregerit, quàm obſequentes habuerit vſque ad Portam Romanam. Romam ingreſſus, & pedibus Vrbani Pontificis aduolutus in Cardinalem tit. *S. Chryſogoni* promotus, in id vnum incubuit, vt peccatores ad pęnitentiam prouocaret, Hęreticos, Schiſmaticos in gremium Eccleſię compelleret oris facūdia, virtutis exemplo, dono lacrymarum, præcipuè cum Euchariſtiæ Sacramentum celebraret, quę B vſque ad pedes deſluebant, Acerrimus Simoniacæ Hæreſeos hoſtis, ad cuius euerſionem operam nauauit inſignem, ab Vrbano, eiuſque ſucceſſore Paſchali Rom. Pontificibus ad diuerſa loca deſtinatus, æternum meruit de Lombardia, & primum Parmenſibus, à quibus rogatus concionem habere in populo, dum ſacra celebraturus in templo orationes exorditur inter frequētiſſimam populi multitudinem, quę non ſolùm ex ciuitate Parmenſi, ſed toto conuenerant Epiſcopatu, manipulo oppreſſus Hæreticorum, qui diſtrictis gladijs furioſi vagabantur in templo, inde violenter ereptus in ſpecum C obſcurum ferro vinctum, nocte, & die iacuit incluſus, donec pœnitentia ducti indè eduxere Bernardum, miſſiſque ad Paſchalem Papam Legatis in Epiſcopum, & Paſtorem popoſcerunt, ſanctè iurantes ſe non ampliùs fore rebelles. Annuit plenus lætitię Papa, qui tunc Vaſtallæ Concilium celebrabat; ſummoque Parmenſium applauſu Bernardus Epiſcopus conſecratus, Eccleſiam illam Sanctiſſimè adminiſtrauit. Soli burgi S. Domnini accolæ cum Bernardum reſpuerent, & furore concitati veſano ſępè in Parmenſes irruerent, prædicente Bernardo & orationibus arma ciuium iuuante tandem repulſi, & fracti quieuerunt. Eiſdem precibus ſeruata Par- D ma aduerſus Cremonenſes, qui ad eius euerſionem irruerant.

Coronationi cum adfuiſſet Henrici IV. Imperatoris Romæ, vbi Cardinales omnes vincula ſubiere nefaria, in ſomnis recedere monitus, ad Padum venit [qui aggere ſuperato inundauerat] Deiparam rogauit, vt in alueum aquas retraheret. Abſoluta oratione, tota illa furentiū vndarūmoles quaſi Diui pręſentiā verita, ſe ſe in alucum recipiens detumuit protinùs. Diem vitę vltimum eum ſibi appropinquare ex Diuina reuelatione cognoſceret, Monachis, quos apud ſe perpetuò retinebat, & conſuetis Ordinis exercitijs cum ijs vacabat, prędixit; ſacriſque munitus, inter pſallentium manus, ſanctam Deo reddidit animam, Anno Sal. 1133. in Eccleſia Cathedrali, non abſque Cleri, pauperum, & viduarum planctu, quorum curam præcipuè geſſerat ſepultus, multis poſt mortem ad eius tumulum illuſtratus miraculis, quorum rigida inquiſitione pręmiſſa, meritiſſimus de Eccleſia Cardinalis, ſumma cum eius ordinis, tum vniuerſę Vrbis, atque Italiæ gratulatione, Sanctorum albo adſcriptus eſt, ſi fides inſcriptioni ſequentis.

Inſcriptio Sepulchralis.

Venerab. Pater D. Lanfrancus Parmenſis Epiſcopus in area iſta plumbea poſuit corpus S. Bernardi Parmenſis Epiſcopi Anno M.C.XXXIII. die 3. Decembris.

Ex hac inſcriptione dubitat Oldoinus errorem irrepſiſſe in numeris, quia 11. Decembris 1133. ibidem dicitur repoſitus à B. Lanfranco cum iſte 4. Decembris 1133. obierit; vt teſtatur Atho Ep. Piſtorienſis *in vita Lanfranci*. Annorum numerus certè diſſonat, non tamen dicrum. Nam die 3. poſitus in ſepulchro Bernardus; & 4. Decemb. moritur Lanfrancus, Anno tamen non eodem, ſed diuerſo.

Tempore Pauli III. Rom. P. inuenti cineres in locum aſportati venerabiliorem, ſequens habuere epitaphium.

Diuus Bernardus Florentinus ex nobili Vbertorum familia in Collegium Cardinalium ab Vrbano II. cooptatus, à Paſchale II. ratam Parmenſium electionem faciente, creatus Epiſcopus; ex veteri ſepulchro, vbi per quadringentos, & ampliùs annos iacuerat in proximam aram tranſlatus eſt An. Sal. M.D.XLIII. die 8. Iuly Paulo III. ſedente P. M.

Eius memoria in Romano Martyrologio annuatim recurrit die 4. Decemb. verbis ſequentibus. *Parmæ S. Bernardi Cardinalis, & eiuſdem ciuitatis Epiſcopi.*

Cui titulo Cardinalis pręfuerit? dubium, Hinc Panuinius, ſi vera profert Oldoinus, ita deſcribit. *Dominus Bernardus Vbertus, Florentinus, Tuſcus, Monachus, & maximus Abbas Vallis Vmbroſæ, diœceſis Florentinę, Presb. Cardinalis tit. S........ poſtea Epiſcopus Parmenſis à Paſchali II. Papa conſecratus.* Fallitur tamen Oldoinus, nam Onophrius Panuinius In *Epithome Pontificum Roman.* à S. Petro vſque ad Paulum IV. typis dato Venetijs 1557. nec verbum habet de Bernardo. Fallitur etiam Oldoinus idem cum adijcit: *Paulò poſt in eadem ſerie Cardinalium creatorum ab Vrbano idem Panuinius alium nominat Bernardum Presbyterum Cardinalem tit. S. Chryſogoni.* Hęc omnia commentitia; niſi eiuſdem Panuinij alia *de Epithome Romanorum Pontificum* occurrat impreſſio, non mihi tantùm, ſed & Antonio Poſſeuino in *apparatu ſacro*, verbo *Onuphrius Panuinius* incognita.

Inter miracula, quæ viuens patrauit, refertur: cum ad cænobium Aquæ Nigrę perueniſſet rogatus à Monachis, morientis animam benedicere, cum preci-

Digitized by Google

precibus eorum tunc ſatisfacere prohiberetur, graui occupatus negotio, iuſſit; vt ægroti animæ in nomine Dei præciperent è corpore non diſcedere, priuſquam ab eo ſalutari Benedictione confirmaretur. Paruit anima donec benedictione recepta, protinùs aſcendit ad ſuperos, Mediolani etiam cum Legatus pacis ſequeſter acceſſiſſet, cupidus venerandi corpus B. Ambroſij, acceſſit noctu, candellam accenſam clerico prægeſtante; qua fortè extincta, lumen cælitus impetrauit, & corpus inſpexit ſacroſanctum.

Scripſit Bernardus *Sermones*.

Hiſtorias ſua Congregationis.

Scripſere de eo Pocciatius *in catalogo ſcriptorum ſcriptorum Florent*. Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*. Ciaconius, Ferrarius. Annal. Benedictini. Ranuccius Pius *in Theatro S. S. Parmen*. Ludouicus Donius. Raphael Volateranus.

26. *Et concluſi ſunt ab eo in turribus, & anathematizauit eos*. 1. Mac. 5.

THeodoricus natu Germanus Presb. Card. S. S. *Io: & Pauli*, *tit. Pammachij* promotus ab Vrbano II. & à Paſchali II. legatus in Vngariam, Regi perſuaſit liberas Epiſcoporum, & Abbatum electiones relinquere, teſte Abbate *Vſpergenſi*. Inde in Saxoniam euocatus ab hoſtibus Henrici Imperatoris, anathema primus promulgauit contra Imperatorem apud Germanos; conuentui interfuit Colonienſi, vbi quantum in eo fuit, Principes cum ad obedientiam excitaſſet Sedis Apoſtolicæ, in eadem legatione obijt, & Coloniæ ſepelitur. Ciaconius inſigna prætereunte, Oldoinus ſupplere audet ſed nullo fundamento.

27. *Perijt memoria eorum cum ſonitu*. Pſal. 9.

LAndulphus Presb. Card. tit. *S. Laurentij in Lucina* ab Vrbano II. promotus. Huius memoria recurrit in diplomate Paſchalis II. dato Monaſterio Mantuano S. Benedicti, An. Sal. 1107. nec vltra de Landulpho legitur.

28. *Inueſtiga Patrum memoriam*. Iob. 8.



GRegorius Presb. Card. *S. Priſcæ* in monte Auentino ſubſcripſit diplomati Vrbani II. dato Monacis Cauenſibus, vt in *to.* 10. *Concil. p.* 435. necnon priuilegijs conceſſis Monaſterio S. Mattini, Anno 1096. vt in *to.* 10. *Concil. p.* 603. ſubſcripſit etiam priuilegijs, & donationi factæ Abbati Cluniacenſi, ſub nomine *Cardinalis Papienſis to.* 10. *Concil. p.* 610. Obijt ſub Paſchali, ſub quo in Lateranenſi Concilio, Anno 1112. titulum Cardinalem S. Priſcæ occupabat *Romanus* non *Gregorius to.* 10. *Concil. p.* 769. Plura iſte collegiſſe antiquorum Patrum; quorum breuis catalogus in M. S. Bibliothecæ Patauinæ cum inſignibus ſupradictis.

29. *Collegite primum Zizania*. 3. Matth. 30.

A HErmannus Presb. Card. S . . . . ab Vrbano II. promotus, reperitur ſubſcriptus in priuilegio dato Monacis Cauenſibus *to.* 10. *Concil. p.* 435. cum ageret de pace reintegranda cum Henricianis, Schiſmaticos primò debellandos ſuadebat.

30. *Non eſt priorum memoria*. Eccleſ. 1.

BEnedictus . . . Presb. Card. S . . . . ab Vrbano II. promotus, vt in ſupracitato priuilegio. Cætera ſilent.

31. *Memoria iuſti cum laudibus*. Prouer. 1.

B HEuzo vel Teuto Presb. Card. S. R. E. tit. *S. S. Io: & Pauli* adfuit Concilio Turonenſi cum Vrbano II. *to.* 10. *Concil. p.* 603. vnde corrige Oldoinum, qui de Heuzone negat inueniri memoriam. Firmauit etiam ſub Paſchali II. priuilegium *de Inueſtituris* datum Henrico Imperatori, vt in *to.* 10. *Concil. p.* 779. Anno 1100. ſignat litteras Paſchalis II. ad Ep. Troianum, teſte Vghello, *to.* 7. *Italiæ*. *p.* 13.

32. *Præcedebat caſtra Iſrael*. Exod. 14.

C 

ALbertus . . Cardinalis Presb. S. R. E. tit. . . . . . adfuit Concilio Turonenſi pro Hieroſolymitana expeditione, Anno Sal. 1096. vt *in to.* 10. *Conciliorum. p.* 603. ſubſcripſit donationi factæ Abbati Cluniacenſi à Raimundo Comite Toloſano. Anno Sal. 1096. *to.* 10. *Concil. p.* 610.

33. *Accipiet armaturam Zelus illius*. 5. Sap. 18.

D DAimbertus . . . . Archiep. Piſanus, & Cardinalis S. R. E. tit. . . . . ſubſcribit donationi ſupradictæ factæ Cluniacenſibus. *ibid.* Vrbanum II. comitatus aduerſus Schiſmaticos.

Diaconi Cardinales ſub Vrbano II.

34. *Qui ſupra pectus Domini in cæna recubuit*.

IOannes . . . . Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin* Cancellarius Apoſtolicus priuilegio ſubſcribit dato ab Vrbano II. Epiſcopis Attrebatenſibus Anno Sal. 1093. *to.* 10. *Concil. p.* 447. extat huius Ioannis Card. Diaconi S. R. E. & Cancellarij epiſtola ad Abbatem Moliſmenſem, de Melfitano Concilio.

lio. *to,* 10. *Concil.p.* 479. Iudicio ſubſcripſit Vrbani II. de Cormaricenſi cænobio, inter Canonicos S. Martini, & Monachos eiuſdem loci. *to.* 10. *Concil. p.* 603. Mandato ſubſcripſit Paſchalis II, ad Epiſcopos Prouinciarum Rhemenſis, Senonenſis, ac Turonenſis, vt Regem Philippum abſoluerent. *to.* 10. *Concil.p.* 658. Priuilegia Paſchalis II. *ad Norigaudum Ep. Auguſtodonenſem.* *to.* 10. *Concil.p.* 660. Priuilegia conceſſa Stephano Ep. Auguſtodonenſi. *p.* 662. *ib.* Iura Eccleſiæ Narbonenſis. *ib.p.* 669. vbi *Bibliothecarius* Ioannes dicitur S. R. E. Iura Beſuenſis Abbatiæ *ib.p.* 679. Cluniacenſium iura ſub Vrbano II. *to.* 10. *Concil.p.* 610. ſub Paſchali IJ. *ib.p.* 683. *&* 684. A
& 685. *&* 686. *&* 687. ſubſcribit decreto abrogatorio Paſchalis II, contra Velletranos *ib.p.* 693. Diplomati ad Eccleſiam Beatinam *to.* 10. *Concil.p.* 810. Item apud Vghellum *to.* 8. *p.* 684. An. 1102. Iſte idem videtur cum Ioanne infrapoſito n. 50. demum Papa fuit nomine Gelaſij IJ. ſed perdifficile, veritatem aſſequi,

35. *Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tantùm & ait illi. Nunquam, ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et arefacta eſt continuo ficulnea.* 21. Matthęi. 19.



B*Ernardi* .... Diaconi Cardinalis S. R. E. mentio recurrit in Bulla Paſchalis II. pro Monachis S. Benedicti de Mantua Anno Sal. 1107. *Ciacon.* Sciſmaticos ducens lenitate expugnandos, Ficum infrugiferam à Chriſto anathemate percuſſam habuit in ſymbolum, quum illæſo peccatore, iracundiæ fulmina iecit aduerſus expertem criminis ficulneam.

36. *In Concilio iuſtorum.* Pſal. 110.

G*Regorius* Monachus, & Abbas Monaſterij S. Benedicti Sublacenſis Diacon. Card. *S. Luciæ ad Septemſolia*, vt in Bulla Vrbani II. data Monaſter. Caſinen. & in Concilio Vuaſtallenſi nec non apud Baptiſtam Dertonenſem Abbatem *in Chron. Vniuerſali Monaſtico*, Huic alij geminam Gruem pro inſignibus pingunt: alij geminam Crucem.

37. *Furore Domini plenus ſum, laboraui ſuſtinens.* 6. Iſaię, 11.

D*Amianus* Diaconus Cardinalis S. R. E. tit ...., cui ſat pro laudę, tempore ſchiſmatis, in communione diem clauſiſſe Catholica.

38. *Peccaui quia pręuaricatus ſum.* 1. Reg. 15.

I*Oannes* Diaconus Cardinalis S.R.E, tit.... priuilegio ſubſcribit, & donationi factę Monachis Cluniacenſibus, *to.* 10. *Concil.p.* 610. Hic ille forſan, qui priuilegio de Inueſtituris Epiſcoporum dato Henrico V. Imperatori à Paſchali II. Sacramento firmauit, & dicitur *Ioannes Diaconus S. Mariæ in Scola Græca*: vt in noſtra *Aquila Franca l.* 19. *c.* 2. *p.* 285.

39. *Errauimus à via veritatis*, Sap. 5.


A*Zo* ex Subdiacono S. R. E. Diaconus Card. ab Vrbano II. promotus Concilio interfuit Vuaſtallēſi ad Padum celebrato à Paſchali II. Subſcribit diplomatibus Vrbani II. pro Caſinenſibus, & Eccleſia Salernitana. Is forſan alio nomine dictus *Abbo Diaconus S. S. Sergij, & Pauli* ſubſcripſit priuilegio de Inueſtituris, vt ſupra.

40. *Ipſe Scriba velox in lege.* 1. Eſdrę 7.

A L*Eo* Marſicanus Monachus Caſinas, S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. *S. Vitalis Martyris*, litteris & eloquentia inſignis, plures ſcripſit epiſtolas nomine Vrbani II. eiuſdemque regiſtrum ordinauit, non tamen ſub eodem obijt, vt vult Ciaconius, quia priuilegio de Inueſtituris ſubſcripſit dato à Paſchali II. vt in *Aquila Franca pag. cit.* niſi Leonem illum diuerſum dicamus à Leone Marſicano. Is etiam ſub Victore III. non ſub Vrbano II. videtur promotus.

41. *Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ David.* 1. Reg. 18.

B



I*Onathas*, natu Romanus Diaconus Cardinalis *S. S. Coſmę, & Damiani* ab Vrbano II. promotus. Eius mentio in Bulla Paſchalis data Canonicis Lateranenſibus, An. Sal. 1100. ſubſcripſit etiam diplomatibus datis Anno II. & V. Calliſti, Anno 1121. & 1123. in gratiam Eccleſię Ianuenſis. Alij diuerſum volunt, & eum, qui ſub Calliſto II. vixit, *Iuniorem* appellant.

42. *Deus iudex, fortis, & patiens, nunquid iraſcitur per ſingulos dies?* 7. Pſal. 12.

C



T*Heodinus* Campanus, ex Comitibus Marſorum, Monachus Caſinas Diacon. Card. *S. Marię in Portica*, cuius mētio in ſupracitata Bulla. Vir multæ miſericordiæ, ſtudioſus clementiæ. Apud Ciaconium & Panuinium; ſolum nomen recurrit.

43. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* 100. Pſal. 8.

D T*Heobaldus* ... Diacon. Card. S. *Mariæ Nouæ* interfuit; & ſubſcripſit Concilio Vuaſtallenſi ad Padum: diplomati Callixti II. pro Eccleſia Lateran. Anno 1122. Adfuit creationi Gelaſij II. Vir puro corde, & virtutis ſectator, animo repetens Regij Pſaltis documentum, in ipſo lucis exordio, exorientes armatorum dęmonum impetus, & matutinas cordis cogitationes. cum primo naſcuntur vt tenebrarum caligine mentem offundant, matutino gratię fulgore pręuentus ſatagebat effugare.

45. Om-

44. *Omnes videntes me, deriſerunt me*, Pſal, 21,



COmes Mediolanenſis Diaconus Cardin. S, *Mariæ in Aquiro*, ab Vrbano II. promotus vitam protraxit vſque ad Innocentium IJ, Creationi adſuit Paſchalis II. Promouit Callixtum II. cuius litteris ad Ep. Corſicæ, An. 1123, ſubſcripſit, vt apud Vghellum *to.* 4. *p.* 1282.

Promouit Honoricum II, à quo translatus ad Presb. Card. S. *Sabinæ*; cum eo ſubſcripſit, Anno 1125. Archiep. Rauen, *to.* 2, *Vghel, p.* 366. Adhæſit Anacleto IJ, pſeudo Papæ, & cum Schiſmaticis litteras firmauit ad Lotharium Imperatorem, qui cum reliquis à Cæſare ſpretus iacuit, In his litteris, quas habes in noſtra *Aquila Franca l.* 20. *c*, 2. quidam Gregorius creatus Archidiaconus Cardinalis S. *Mariæ in Aquiro* ab Anacleto Antipapa, ſecundùm aliquos ſcriptores coincidit cum præſenti; ſed falsò, Nam Comes Mediolanen. in epiſtola Pſeudopapæ ſubſcribit vt Presbyter Cardinal. S. *Sabinę*; non vt D. C. S. *Mariæ in Aquiro*. Qui ſubſcripſit tanquàm D. C. S. *Mariæ in Aquiro*, Gregorius eſt, non Comes; & creatus fuit D. C. S. *Marię* ab Antipapa Anacleto. In Bulla eiuſdem Anacleti data Beneuenti pro Francone Abbate Beneuentano S. Sophiæ, apud Vghellum, *to.* 10. *Italia Sacra p.* 694. Cardinalis, qui ibi ſubſcribit tanquàm Presbyter S. *Sabinæ*, appellatur *Amandus*, forſan Amandus Comes Mediolanenſis.

45. *Brachio ſancto ſuo defendet illum.* 5. Sap. 17.

GRegorius de *Papa* ſeu *Papareſchis*, nūc de *Matthæis* natu Romanus filius Ioannis, de regione Trāſtyberim, Canonicus Regularis Lateranenſis, Diacon. Cardin. S. *Angeli*, Papa futurus nomine Innocentij II. Sanctos habuit in partibus ſuis contra Anacletum Pſeudopapam. Inſignia habes in eius vita.

46. *Vere Iſraelita, in quo dolus non eſt*, Io: 1.

JOannes Diacon. Card. S, *Hadriani*, de quo memoria in Bulla Paſchalis II. data Eccleſiæ Lateran. An. Sal. 1106, Eius memoria apud Ciaconium & Panuinium, Legatum abijſſe ad Longobardos legimus in M. S. C, citato, Schiſmaticis ipſis non ingratum ob ſuam manſuetudinem.

47. *Hic patientia ſanctorum eſt* 14. Apoc. 12.

JOannes natu Campanus, familia *Caietanus* Creſcētij filius, genere nobilis, vt ex ſacello peruetuſto in Eccleſia S. Frācīſci de Monte in oppido Caietę, & nunc Neapoli inter nobiles ſedilis Portus, cucullo indutus Monaſtico S. Benedicti, ex S. R. E. Subdiacono, & Præſignatore Vrbani II. Diacon. Cardinalis S. *Mariæ in Coſmedin*, demum Papa nomine Gelaſij II. (& cum Ioanne forſan ſupra poſito n. 34. coincidit prima electionis die Cathedram ſuo ſāguine purpurauit à Frāgipanis calcibus obtritus, tanta patientia, vt parricidam nec ſupplicem permiſerit, quaſi Fraugipanes non peccaſſet Inſignia habes in eius vita.

48. *Cuius memoria in benedictione eſt*. 45. Ecli. 1.

GOffridus Andegauenſis, nobili gnatus progenie, à Guarnerio Archidiac. Andegauenſi educatus Guillelmo vſus eſt præceptore, quem ipſe meminit in libris ſuis, Abbas fuit quintus Vindocinenſis. Romam cum veniſſet, ſacris initiatur
A ab Vrbano II. cuius gratiam promeruit auro larga manu ſoluto, quo Papa aduerſus Antipapam Guibertum, Turrim Creſcentiam, & Lateranum redemit, vbi Goffridus omnium primus pedes Pontificis in ſolio ſedentis eſt oſculatus. Anno Sal. 1094. inter Cardinales aſſumptus (*teſte Frizonio in Gallia Purpurata* (titulum habuit S. *Priſcę*. Inſuper Calliſtus P.P. II. *ep.* 9. 10. *to.* 10. *Concil. p.* 832. Abbatem eum dicit Vindocinenſem, non Cardinalem, vnde eis ſubſcribo, qui inter Cardinales non enumerant. Concilijs dicitur interfuiſſe Salmurienſi, & Aruernenſi. Arbiter; delegatus à Ludouico VI. Gallorum Rege controuerſiam iudicauit de Maioratu, & Se-
B neſcalia Francię contrà Fulconem Andegauorum Comitem. Vrbanum, & Paſchalem Rom. Pontifices hoſpitio dicitur in ſuo cœnobio excepiſſe, quod opibus, & prouentibus locupletauit, graui tamen moleſtia, & contentionibus cum Epiſcopis vicinis. Alpes pro vtilitate Eccleſię Romanę duodecies tranſcendit: ter etiam ab hoſtibus captus. Ingenio acri ſacras litteras, & canones perquiſiuit; ſcripſit.

Epiſtolarum libros. 5.

Opuſcula. 15.

Sermones. 12. quę omnia excuſſa Lutetię, Anno 1610. Qui Goffridum Cardinalem dicunt S. Priſcæ,
C priuilegio innituntur Alexandri II. cuius verba ad Odericum Abbatem Vindocinenſem, teſte Frizonio in *Gallia Purpurata*, *in Goffrido*, *p.* 113. *Concedimus omnibus huius loci Abbatibus Eccleſiam B. Priſcæ, cum dignitate Cardinalitia S. Spiritus iudicio decernentes, vt nulla deinceps Eccleſiaſtica, ſecularíſue perſona, prædictam B. Priſcæ Eccleſiam, ſeù Eccleſię dignitatem eis auferre, qualibet occaſione præſumat*. Eidem Oderico Abbati beneficium confirmauit Gregorius VII. Anno 1079. Vrbanus II. Goffrido noſtro, & Honorius II. diplomate Romæ dato, 9. Kal. April. 1109. Poſſeſſionem hanc intermiſſam fuiſſe refert idem Frizonius, vſquè ad tempora Innocentij III. qui eam re-
D ſtituit.

Profeſſum ſuum Goffridum vocat Yuo Carnotenſis. Iure namque antiquo, Abbates omnes in Epiſcoporum erant poteſtate; ſed Sedis Apoſtolicę priuilegio exempti erant Vindocinenſes; vnde profeſſionem illam non debebat Goffridus, quam extorſit Epiſcopus: Et Yuonis Epiſcopi factum improbauit Vrbanus, vt teſtatur idem Goffridus *lib.* 2. *ep.* 27. Cuius in ſcribendo libertatem vnica ad Paſchalem de Inueſtituris ab eo conceſſis declarat epiſtola.

P A-

Digitized by Google

PASCHALIS II. P. R. CLX.

Paſchalis II. Anno Sal. 1100. die 12. Aug. electus vſque ad diem obitus XV. Kal. Feb. 1118. creauit Cardinales Epiſcopos...... Presbyteros.... Diaconos, quorum præcipui fuere.

Cardinales Epiſcopi ſub Paſchalis II.

1. *Exemit gladium, & percutiens, ſeruum Principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius,* Matt. 26.



Leo *Marſicanus* natu Campanus, Monachus Caſinas, ibi à puero litteris imbutus atque pietate, Bibliothecę Caſinenſi præpoſitus plura ſcripſit. Hinc fama virtutis notus Paſchali II. Rom. Pontiſ. inter Cardinales cooptatur, teſte Petro Diacono *cap.* 31. *Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Caſinenſis cœnobij monachus, inſignis ſtudio, ac eloquentia ſcripſit ex nomine Vrbani Papę quamplures epiſtolas, fecit & regiſtrum.* Dubium an Epiſcopus fuerit Oſtienſis? negant Antonius Poſſeuinus in *Apparatu ſacro*, & ante eum Arnoldus Vvion in ſuo *Ligno Vitę* aſſerentes Epiſcopum fuiſſe non Oſtienſem, ſed *ſueſſanum in Regno Neapolitano*: propterea Chronicon corrigendum Caſinenſe, in quo Oſtienſis nominatur Epiſcopus. Veruntamen non tam facile recedendum crederem à Caſinenſibus monumentis, in quibus Leo ipſe, eiuſque contemporanei non creduntur mentiri. Omnia namque exemplaria hanc in fronte præferunt inſcriptionem *Chronicon. Antiquum S. Monaſterij Caſinenſis olim à Leone Cardinali, & Epiſcopo Oſtienſi conſcriptum.* Inſuper *lib.* 3. *c.* 42. *Chronici* Leo de ſeipſo loquens. *Per idem tempus ſupradicto Papa Gregorio, Romæ Synodum celebrante, Leo huius loci bibliothecarius, qui poſt Oſtienſis, eſt Epiſcopus factus, ex iuſſione patris Deſiderij proclamationem fecit de cella S. Sophię in Beneuento, quam rupem Beneuentani violenter abſtraxerant.* Petrus verò Diaconus, qui librum quartum Chronico adiecit ſupradicto, in c. 38. de Leone hęc habet. *Ioannes Tuſculanenſis Epiſcopus, & Leo Oſtienſis Papam in vinculis tentum vt perſpexere, habitu plebio induti, in vrbem ſe receperunt* Idem in c. 42. *Fratribus etiam per Leonem Oſtienſem Epiſcopum, & huius cœnobij Monachum litteras miſit:* Idem tandem in c. 80. loquens de Lamberto Oſtienſi Epiſcopo Leonis ſucceſſores ſcribit. *Lambertus Oſtienſis Epiſcopus (poſteà Papa Honorius) tunc temporis adhoc Monaſterium veniens, eundem Abbatem rogare cepit, vt hoſpitium ſibi, & ſuis in Monaſterio S. Mariæ in Palladio concederet, quemadmodum Leo prędeceſſor ſuus habuerunt.*

Creatus itaque Leo Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis à Paſchali II. non ab Vrbano II, (nam ſub Paſchali II. Anno Sal. 1100. viuebat Odo Cardinalis Oſtienſis) venienti Romam occurrit Henrico V. Imperatori, & in porta argentea vicem gerens Epiſcopi
A Cardinalis Albani abſentis orationem ſolitam cecinit. *to.* 10. *Concil. p.* 780. Cum autem audiſſet Paſchalem Pontificem vinctum ab Imperatore vnà cum Ioanne Ep. Tuſculano habitu perſonatus plebeo in vrbem aufugit, vbi populum concitauit Romanum aduersùs Imperatorem, teſte Petro Diacono *lib.* 4. *c.* 38. *Chron. Caſin.* Adfuit poſtea Synodo Vuaſtallenſi cum Paſchali II. ad Padum. Concilio adfuit, & ſubſcripſit Lateranenſi priuilegia reſcindēs cōceſſa Henrico Imperatori. *to.* 10. *Concil. p.* 769. Anno Sal. 1112. Brunonem Abbatem Caſinenſem depoſuit mandato Paſchalis II. teſte *Petro Diacono l.* 4. *c.* 42. Aram maximam in titulo S. Laurentij, in
B Lucina conſecrauit die XV. Octob. Anno Sal. 1112. vt ex tabula marmorea, quę in eadem ſeruatur Eccleſia.

Anno Domini M. C. XII. Indict. V. Kal. Feb. dedicatum eſt hoc altare per manus Leonis Oſtiēſis Ep. *Reliquiæ Sanctorum M. in hoc venerabili loco reconditę ſunt, S. Cornelij Papæ, S. Dionyſij Papa, Epiphanij Archiep. Paterniani Ep. Concordiæ Ep. Stephani Protomar. Leonardi, Siſinij, Laurentij, Potentiani, Euſebij Vincentij, Peregrini Romani, Marci, Marcelliani, Geruaſij, Protaſij, Euſtachij, Agathę, Cyriaca, Martinæ, Sophia, Piſtis, Elpis, Agapes.*

Plura ſcripſit, pręcipuè *Chronicon Caſinen. Cœ-*
C *nobij* libris tribus in quibus perperàm Formoſum Papam collocat immediatè poſt Hadrianum ante Stephanum, cum Stephano ſucceſſerit Formoſus, non præceſſerit. Malè etiam in eodem Chronico ſacrilegium Sergij tribuit Stephano Pontiſici Sancto.

Sermones de Natiuitate Domini, & Paſchate.

Hiſtoriam Peregrinorum.

Vitam S. Mennatis.

Vitam S. Ianuarij Monachi Caſinen.

Dialogum ſcripſit de Græcorum ſchiſmate, ſolidè, & Theologicè, teſte Poſſeuino in *Apparatu ſacro.*

Anno Sal. deceſſit 1115. quo diplomati Paſchalis
D II. ſubſcripſit dato Eccleſiæ Marſorum. Vghellus *to.* 1. *Italiæ. p.* 964. de eo Sigonius. Ludouic. Donius.

2. *A facie exprobrantis & obloquentis: inimici & perſequentis.* Pſal. 43.

Leo Epiſcopus Card. *Veliternus*, ad quem Paſchalis II. Terracinæ ſedens ſcripſit rationem reddens eorum, quæ cum Henrico geſſerat Imperatore; increpatque quòd ęmulatione, non ex charitate obloquerentur aduersùs Pontificem, *Ep.* 23. *to.* 10. *Concil. p.* 651. quam tamen Baronius Eminen-

tiſſimus, & cum eo Binius *to:* 10. *Concil. p. eit.* Epiſcopo dicunt inſcriptam *Vercellenſi* non *Veliterno*. Ex aduerſo Ciaconius, & Ferdin. Vghellus Leonem Epiſcopum Cardinalem dicunt Veliternum, immò vltimum. qui inſulas Veliternas rexerit diſtinctas ab Oſtienſi; Inſignia hic Oldoinus ſupplere præſumit ſed nullo fundamento.

3. *Quis eſt hic, & laudimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua* 31. Eccli.



L*Ambertus de Fagnano*, aliàs de *Scanabecis* ciuis Bononienſis, Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ Canonicus Regularis Lateranenſis, primum Presb. Card. *S. Praxedis*, poſtea Epiſcopus *Oſtienſis*, tandem Papa nomine *Honorij II.* Cui Oldoinus inſignia apponit ſupra poſita ab ijs diuerſa, quæ pinxit Ciaconius, & nos adiecimus in eius vita.

R*Ichardus* Ep. Card. *Albanus*, vide ſub. Alex. II,

5. *Alijs ludibria & verbera experti, inſuper vincula & carceres* Heb. 2.

C*Ynthius*, vel *Cenſius* natu Romanus Ep. Cardinal. *Sabinus* Creſcentij ſucceſſor, alium Creſcentium ſucceſſorem habuit: cum Paſchali II. Concilio interfuit Vuaſtallenſi; ex præcepto Paſchalis P. P. priuilegium, & amicitiam cum Sacramento firmaſſet cum Henrico V. Imperatore *to.* 10. *Concil. p.* 779. in vincula abijt, teſte Petro Diacono *l. 4. c. 39. Chron. Caſin.* poſtea in Lateranenſi Concilio reſcidit *ib. p.* 769. priuilegia conceſſa *Lib. antiquus Biblioth. Palatinæ*, quem adducit Ciaconius. *Pandulphus Piſanus*. Bullæ Paſchal. II. Anno Sal. 1106. Obijt ſub eodem Paſchali, nam Anno Sal. 1116. in Lateranenſi Concilio alius Ep. Card. Sabinus nomine *Creſcentius* priuilegio ſubſcribit Eccleſię Biſontinæ *to.* 10. *Concil. p.* 810. & Anno 1126. ſignat litteras Honorij II. ad Rogerium Ep. Piſanum; teſte Vghello *to. 3. Italia p.* 444. Idem Vghellus vult Cynthium confundi cum Creſcentio: qui teſte eodem Vghello *to. 4. p.* 1178. cum Calixto II. ſignat litteras ad Ep. Corſicę An. 1121. & An. 1123. *p.* 1182. *to. 4.* & *to. 9. p.* 502. D

6. *Intrantes in domum ſalutate eam dicentes*: Pax. *huic Domus*, Matt. 10.

D*Iuizo*........ Ep. Card. *Tuſculanus* promotus à Paſchali II. à quo antea dictus fuerat Cardi-



nalis Presb. S.S. Siluestri, & Martini tit. Equitij ſubſcribit vt Presb. Card. Bullis datis Monaſterio S. Martini de Mantua, Anno Sal. 1107. nec non prilegijs Eccleſiæ Biſontinę *to.* 10. *Concil. p.* 810. Epiſcopus poſtea *Tuſculanus* dictus vitam protraxit vſque ad Callixtum II. ſub quo Anno Sal. 1122. cuidam diplomati ſubſcripſit. Is alio nomine a Panuinio *Diuizzo* ab alijs *Diuitius* à Falcone Beneuentano *Dionyſius*; ab Andrea Victo-
A rello *Denigo* iudex electus à Callixto. II. ad tranſigendas lites vertentes inter Abbates S. Petri, & S. Mariæ Beneuenti feliciter abſoluit.

7. *Eiecit Salomon. Abiathar., ne eſſet ſacerdos Domini.* 3. Reg. 2.

B*Erardus*........ Ep. Card. *Præneſtinus*, natu Beneuentanus Miloni ſucceſſit, ſi vera profert Vghellus, à Paſchali II. promotus vir famę illuſtris, ac religione præclarus, non ab Vrbano II. vt contendit Oldoinus, quia Milo Bullis ſubſcripſit Paſchalis II. Legatus in Orientem, Ebremanum Patriarcham inrruſum ſede deturbauit Hieroſolymitana, vt an-
B nuit Alphanus Archiep. Salernitanus in elogio quod ei exornauit. De quo lege ſupra n. 7. in Vrbano IJ. P. 159.

Berardus nomen, Beneuentum patria, ſedes
Præneſtis, celebris laus mihi Roma fuit.
Hoſtes Eccleſiæ contriui, cuncta relinquens.
Qui Hieruſalem ſoluere crimen idem.
Iamque dies menſis retinebat quinque December
Cum rediens illinc, mortuus hoſpitor hic.

Huius Cardinalis mentio in quodam priuilegio Vrbani IJ. indulto Cluniacenſibus, cuius meminit
C Gibellinus *ep. ad Arelaten.* quod ſi legitimum; Berardus iſte idem eſſet cum Bernardo, qui ſedit ante Milonem in ſede Prænestina.

8. *Nonne qui oderunt te domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam.* Pſal. 138.



C*Haradus* vel *Curo* Ep. Card. *Præneſtinus*, cuius mentio in Lateranenſi Concilio, *to.* 10. *Concil. p.* 769. *Anno Sal.* 1112. ille idem eſt qui An. Sal. 1111. dum Hieroſolymis ſtaret Legatus ſedis Apoſtolicæ (teſte Vſpergenſi) audiens Henricum Regem poſt Sacramenta, & obiſides Papam tenuiſſe captiuum cum Cardinalibus; Hieroſolymis congregato Concilio anathema in Regem dictauit. idemque, in Græcia. Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, quinque Concilijs renouando firmauit, vt idem in Concilio Lateran. 4. ſub Paſchali IJ. teſtatur, & ab eodem Paſchali confirmari voluit omnia quæ cōtra Henricum à Legatis geſta fuerant, in ſignum legitimæ Legationis.

nis. Hæc autem confirmatio cum Anno contigerit 1116. in Concilio Lateran. 4. *to.* 19. *Concil.p.* 808. cui etiam ſubſcripſit idem Cardinalis Præneſtinus nomine *Cono*, ſequitur, quod *Coro* in Concilio Lateran. 2. Anno Sal. 1112. idem ſit; errore impreſſoris, littera N mutata in R. Conſecrauit Conon Monaſterium erectum à S. Cunrado Archiep. Saltzburgenſi, vt *to.* 10. *Concil.p.* 782. *ex actis S. Gebehardi*. Conuocauit etiam Concilium Beluacenſe, Anno Sal. 1114. contra eundem Henricum Imperatorem *to.* 10. *Concil. p.* 797. Concilium Sueſſionenſe contra eundem Henricum, in quo reuocauit è Carthuſia S. Godſridum ad Epiſcopatum Ambianẽſem, A *to.* 10. *Concil. p.* 801. Concilium Rhemenſe Anno Sal. 1115. *ib.* Geminum Concilium Colonienſe contra eundem Imper. *ib. p.* 802. *& p.* 823. Hic ille Præneſtinus Cardinalis, quem Gelaſius II. propemodum Cluniaci cum morte luctans, tanquam virum ſanctiſſimum, & Pontificatui parem, Cardinalibus in ſucceſſorem exibuit. Et ſanè deprecanti Pontifici annuiſſent, ni *Conon* ab omni ambitione alienus ruentium Cardinalium erga eum ſtudia diuertiſſet, Vidone Viennenſi propoſito, quem hortante Conone creauere Pontificem, nomine Callixti II. Hunc Præneſtinum Epiſcopum (qui Pontificatum reſpuit oblatum) *Oddonem* appellat Baronius B manifeſtè nomen inuertens, cum Cononem dicere debuiſſet. Conon ſi quidem viuebat, & Calliſti II. legitur ſubſcripſiſſe Anno Sal. 1119. Concilio Remenſi *to.* 10. *Concil.p.* 866. Concilium celebrauit Bellouacenſe Anno 1120. *to.* 10. *Concil.p.* 882. Sueſſione cum celebraret Concilium, Anno Sal. 1120. teſte Gothifredo Clareuallenſi *Ep. ad ep. Albanum*; & *to.* 10. *Concil.p.* 885. ſcripta damnauit Petri Abailardi cum auctore ſuo: Cryptam & altare S. Agapiti in Eccleſia Cathedrali Præneſtina conſecrauit, vt ex ſequenti inſcriptione lapidea.

Anno Domin. Incar. 1116. 19. Kal. Feb. Ind. 10. dedicatum eſt altare Crypta. S. Agapiti M. per Dominum Cononem Praneſtinum Ep. in quo requieſcunt corpora S. S. Agapiti, Gordiani, & Abundij, & recondita ſunt reliquia S. S. Miliani Epiſcopi Nepeſini, eodem Conone ſedente. C

Paſchalis II. PP.

Anno 1117. partem ſuperiorem eiuſdem Eccleſiæ, vnà cum altari S. Agapiti dedicauit, vt ex alia inſcriptione.

Anno Dom. Incar. 1117. Men. Decemb. die 26. Ind. 10. dedicata eſt ſuperior Eccleſia & Altare S. Agapiti M. à D. Paſchali PP. II. Anno Pontif. eiuſdem, in quo reconditæ ſunt reliquia Apoſtolorum, & S. M. Callixti. Martini PP. Agapiti, Valentini, Tiburtij, & Secundi, & B. Agatha V. & S. Silueſtri Conf. Interfuerunt huic in dedicatione Manfredus Ep. Tyburtinus, Berardus Marſicanus Epiſcopus, Petrus Anagniaus & S. R. E. Card. Presb. & Diaconi G. G. A. Refex. D Eius nomen in bulla Paſchalis An. 1115. *to.* 1. *Italia p.* 964. Vghellus. Ludouicus Donius d'Attichij.

9. Domine tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire. Lucæ. 22.



V*incentius* Ep. Card. *Portuenſis* Mauritio ſubrogatus à Paſchali II. vnà cum Papa ab Henrico Imperatore captus eſt carceri traditus (*lib.* 4. *Hiſtor. Caſinat. c.* 39.) ſecundum Ciaconium, quo teſte, bullę ſubſcripſit eiuſdem Pontificis Lateran. Anno 1106. Obſtat tamen Baronius, quia licet ex teſtimonio Chronici Caſinatis, Epiſcopus Portuenſis carcerem ſubierit cum Papa non propterea concluditur Vincentius fuiſſe, quia Paſchalis captiuitas contigit Anno Sal. 1112. quo cathedram Portuenſem regebat Petrus Vincentij ſucceſſor: vndè ante captiuitatem Pontificis Vincentius creditur obijſſe.

10. Tres docuit anima mea, & aggrauor valde anime illorum. Pauperem ſuperbum: diuitem mendacem: ſenem fatuum & inſenſatum. Eccl. 25.



P*Etrus* natu Romanus, Ep. Card. *Portuenſis*, Vincentio ſubrogatus, Vicariatum geſſit in vrbe, mandante Paſchali II. à quò promotus, & tenuit vſque ad vltimum vitę periodum. Vaſtallenſi ſubſcripſit Concilio, An. 1112. in Lateran. Concilio priuilegium firmauit Henrici Imper. de Inueſtituris epiſcoporum *to.* 10. *Concil. p.* 769. *&* 779. Iudicio ſubſcripſit lato per Paſchalem PP. ad litem dirememdam inter Canonicos S. Ioannis, & S. Stephani, Eccleſiæ Biſontinæ. *to.* 10. *Concil. p.* 810.

Paſchali mortuo, Ioannem Caietanum Cancellarium ex Caſſinenſi cęnobio ad comitia vocauit per litteras, curauitque vt idem Ioannes in Pontificem crearetur nomine Gelaſij II. quo in Gallias abeunte, ipſe Romę Vicarius relictus pacem ſeruauit. Cum eodem Gelaſio II. literas firmauit ad Bernardum Abbatem, An. 1118. apud Vghellum, *to.* 8. *Italię p.* 685. Gelaſio mortuo, creationi interfuit Callixti II. qui Epiſcopatum Syluę Candidæ, aliàs S. Ruffinæ adiecit Epiſcopatui Portuenſi; cum Eccleſia Syluę Candidæ iam deſerta labaret, reque amiſſa, nomen ſolummodò retineret dignitatis antiquæ. Vitam protraxit Petrus vſque ad Innocentium II. eiuſque memoria recurrit in Bullis Callixti II. An. 1121. Epiſcopis Corſicæ, apud Vghellum, *to.* 4. *Italię p.* 1178. & pro Ep. Auerſano, apud eundem Vgellum, *to.* 1. *p.* 549. & An. 1122. pro S. Frid. Lucen. & Vniuerſis, *to.* 9. *Vghel. p.* 502. & Anno 1123. pro Ep. Corſicæ *to.* 4. *Italia*, *p.* 1182. Cum Honorio II. An. 1125. Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366.

Omnem porrò ſuam exiſtimationem amiſit, cum aduerſus Legitimum Papam Innoc. II. iunctus Anacleto II. pſeudopontifici, obſtinatiſſimè vixit, & in

ſchiſmate obijt. In epiſtola Anacleti, quam habes in noſtra *Aquila Franca l. 20. c. 2. n. 27.* ita ſubſcripſit, *Petrus Senex Epiſcopus Portuenſis*. Diplomatibus ſubſcripſit eiuſdem Anacleti II. Anno 1130. pro Apoſtolorum Baſilica.

Obſtat tamen quod legitur *to. 10. Concil. p. 866. in Concilio Rhemenſi*. Anno 1119. *Finita Miſſa Calliſtus Papa reſedit, & in prima fronte coram eo Romanus Senatus conſtitit. Cono Prœneſtinus preſul, & Boſo Portuenſis, Lambertus Oſtienſis, Io: Cremenſis &c.* Quis fuerit iſte Boſo Portuenſis? ignoro. Si enim ſub Calliſto II. Boſo tenet Epiſcopatum Portuenſem; Petrus creationi non interſuit Innocentij II.

A

11. *Multi requirunt faciem Principis: & iudicium à Domino egreditur ſingulorum.* Prouer. 29.



C*Ontinus*.... Ep, Card. *Sabinus* (teſte Baronio *Annalium to. 12.*) priuilegium firmauit Henrici Imper. de Inueſtituris Epiſcoporum, ſed fallitur Baronius, nam pro *Contino* legendum eſt *Cenſius*, vel *Cynthius*, vel Creſcentius. Sub Callixto II. in litteris ad Epiſcopos Corſicos, An. 1121. teſte Vghello, *to. 4. Italiæ p.* 1178. Epiſcopus *Sabinus* dicitur *Creſcentius*.

12. *Poſtquam autem obijt Ioiada, regreſſi ſunt Principes Iuda, & adorauerunt Regem, qui delinitus obſequijs eorum, acquieuit eis.* 2. Paralip. 24. n. 17.

L*Eo*... Ep. Card. *Albanus* Riccardo ſubrogatus, Vitalem habuit ſucceſſorem, Legatus



à Paſchali II. ad Beneuentanos vnà cum Anaſtaſio altero Legato, ibidem moratus eſt, donec prouinciam ad obſequium reduceret. *Præfatus Apoſtolicus* (ait ex antiquo Chronico Antonius Caracciolus in Chron. Beneuent. (*Beneuentum Anaſtaſium, & Albanenſem Epiſcopum Cardinales Romanæ Sedis idoneos delegauit*. Subſcribit cum Paſchali pro Eccleſ. Feſulana, An. 1103. *to. 3. Italiæ, apud Vghellum. p.* 305.

13. *Principium Sapientia timor Domini: & Scientia Sanctorum prudentia.* 9. Prou. 10.



V*Italis*,... Ep. Car. *Albanus* Leoni ſuffectus à Paſchali II, Matthæum habuit ſucceſſorem. Interfuit electioni Gelaſij II. & cum Coepiſcopis eum Caietæ conſacrauit. Honorium etiam II. inaugurauit, deceſſitque Anno 1125. Eius memoria apud Pandulphum Piſa-

B num, in Bulla Calliſti II. ad Epiſcopos Corſicæ, An. 1121. apud Vghellum, *to. 4. p.* 1178. & *p.* 1182. S. Cyriaci de vrbe, Anno 1124. Honorij II. Rauennatis. An. 1125. *to. 2. Vghel. p. 366.* priuilegio Cluniacenſium ab Henrico II. ſubſcripſit; *to. 10. Concil. p.* 911. & An. 1121. cum Callixto II. *to. 9. Vghel. p. 449.* & Anno 1122. *to. 9. Vghel. p. 502.*

Cardinales Presbyteri ſub Paſchali II.

14. *Iniuſtitiam meam non abſcondi*, Pſal. 31.



A*Naſtaſius*, vel Aſcanius, ſeù Arnaldus natu Romanus Presb. Card. tit. S. *Clemẽtis, to. 10. Concil. p. 779.* priuilegium firmauit iniuſte de Inueſtituris datum Henrico Imperatori ſed ego legerem *Ranaldus*; quia notæ compendiariæ (loco citato) *R. Presb.* C. S. *Clem.* per litterã R, Anaſtaſium non deſignant, Confuſio forſan nominum contigit; quia Anaſtaſius, de quo nunc ſermo, miſſus fuit legatus à Paſchali II. vnà cum Leone Ep. Card. Albano ad Beneuentanos, & diplomati ſubſcripſit eiuſdem Paſchalis II, pro Eccleſia Florentina, Anno 1102. & Anno 1103. pro Eccleſia Feſulana, teſte Vghello *to. 3. Italiæ p.* 305. quo, Anaſtaſio mortuo ſubrogatus eſt in titulum Cardinal. S. *Clementis*, Ranaldus deſignatus per notam compendiariam R. Anno 1112. *to.* 10. *Concil. p. 769.* & *p. 779.* Quo etiam mortuo *Ranaldo* ſubrogatus eſt in eundem titulum S.

C Clementis, alius Anaſtaſius ab eodem Paſchali II, cum quo, Anno 1116. litteras dedit ad Eccleſiam Biſontinam, vt in *to.* 10. *Concil. p.* 810.

15. *Dauidem ſequutus errantem; inſequor pœnitentem*, Aug.



G*Regorius* natu Piſanus, familia Caietanus, Presb. Card. S. S. *XII. Apoſtolorum*, Synodo interfuit Vuaſtallenſi: priuilegia Henrici Imper. de Inueſtituris, Sacramento firmauit, vt in noſtra *Aquila Franca lib. 19. c. 2.* & *to.* 10. *Concil. p. 779.* poſtea reſcidit, *ib. p. 769.* Legatus Paſchalis ad Beneuentanos, eorum Archiep. Landulphum ſede depoſuit, deceſſit ante Paſchalem (à quo in titulo. S. S. Apoſtolorum, alius legitur ſubrogatus) plenus meritis, teſte Anoymo ſcriptore Fundano: cumquo antiqua Piſana monumenta concordant.

16. *Lux*

16. Lux orta eſt iuſto. Pſal, 96.



IOannes . . . . Presb. Card. S. *Cæcilia Tranſtyberim* Concilio ſubſcripſit Vuaſtallenſi Anno 1106. Eius memoria apud Pandulphum Piſanum; Bullam Callixti II. Honorij II. ſub quo obijt. In Lateranenſi Concilio priuilegium reſcidit, quod Henrico Imperatori conceſſum fuerat de Inueſtituris Epicoporum. *to.* 10. *Concil. p.* 769. A
Eius memoria in litteris Callixti II. An. 1121. apud Vghellum. *to.* 4. *p.* 1178. & *to.* 9. *p.* 499. Ep. trium Tabernar. & An. 1122. Vniuerſis, *p.* 502. *to.* 9. *Vghel.*

17. Si Sapiens fueris, tibi metipſi eris, 9. Prouer. 12.



G*Regorius . . . .* Presb. Card. S. *Priſcę in Monte Auentino*, Concilio ſubſcripſit Vaſtallenſi, Anno 1106. Eius memoria, teſte Ciaconio, recurrit B
apud Pandulphum Piſanum; & Bullam Calliſti II. Lateran. Anno 1122. Adfuit creationi Gelaſij II. Hunc Panuinius Gherardum nominat (vt infra habes *n.* 31.) diſſonans à Ciaconio ob notas Compendiarias, quibus ſubſcribebant Cardinales. Ego verò non *Gregorium*, non *Gherardum* ſed *Romanum* appello.

18 N. . . . Presb. Card. tit. S. S. . . ita truncè legitur in Ciaconio.

19. Contere caput Principum inimicorum dicentium: non eſt alius prçter nos, Eccl. 36.

I*Oannes . . .* Monachus Caſinas; Presb. Card. tit. *S. Euſeby*. Is ille qui (teſte Petro Diacono *lib.* 4. *hiſtor. Caſin. c.* 70.) cum Calliſto Papa Beneuentum veniens, reſtitutionem, & reintegrationem accepit de Cella Cinglenſi pro Monaſterio Caſinenſi aduersùs Alſeradam Abbatiſſam. Subſcripſit Paſchalis II, & Calliſti II. diplomatibus datis Epiſcopo Ianuenſi. Laterani, Anno 1121. & Beneuenti pro Ep. Auerſano, *to.* 1. *Vghel, p.* 549. Anno obijt 1122, nam An. 1123. Robertus Presb. Card. eiuſdem tituli, *S. Euſeby* ſubſcripſit diplomati Calliſti II. Epiſcopis Corſicę, An. 1123. *to.* 4. *Vghel. p.* 1182. Tres cum occurrant Cardinales huius nominis ſub Paſchali II. quorum vnus Legatus abijt in Gallias vt ibi Concilium conuocaret contra Philippum Regem, vt ex *ep.* 84. & 87. Iuonis ad Io: & Bened. Cardinales Presb. Vicarios Eccleſiæ Romanç; dubium, qualis eorum fuerit.

20. In diebus ſuis non pertimuit Principem: & potentia nemo vicit illum. Eccl. 48.



B*Enedictus* Presb. Card. *S. Petri ad Vincula tit. Eudoxię* à Paſchali II. promotus, Synodo ſubſcripſit Vaſtallenſi. An. 1106. Priuilegium reſcidit de Inueſtituris datum Henrico Imperatori in Later. Concilio, *to.* 10. *Concil. p.* 769. Subſcripſit litteris ad Ep. Marſicanũ, An. 1115. *to.* 1. *Vghel. p.* 964. Benedicti meminit Pandulphus Piſanus. Electioni cum adſuiſſet Calliſti II. eiuſdem litteris Ep. Auerſano, An. 1121. *to.* 1. *Vghel. p.* 549. & Ep. Corſicę, *to.* 4. *p.* 1178. Anno 1122. Vniuerſis, *to.* 9. *Vghel. p.* 502. & An. 1123. *to.* 4. *p.* 1182. ſubſcripſit. Sub Honorio II. Anno 1125. Rauennæ, *to.* 2. *Vghel. p.* 366. An. 1126. Archiep. Piſano, *to.* 3. *Vghel. p.* 444.

Is ille forſan, qui cum Ioanne Collegato miſſus eſt à Paſchali II. contra Philippum Regem Franciæ, qui excommunicatus fuerat ab Vrbano II. poſtea pęnitens abſolutus, nunc ab audita Vrbani morte, ad vomitum redierat pellicis Bertradæ. Iuo *ep.*
B 84. & 87. ad *Io: & Bened. Card. Presb. Vicarios Eccleſiæ Romanæ*. Hi ſunt, qui in fauorem Ciſtercienſium, epiſtolam dedere ad Paſchalem II. extat in *charta Charitatis ad Regulam Ciſtercien.*

An verò Benedictus iſte ſit ille qui in creatione Innocentij II. declinauit ad Anacletum II. Antipapam, & cum eo ſubſcripſit pro Francone Abbbate S. Sophiæ, teſte Vghello, *to.* 4. *p.* 694? ignoratur.

P*Resb.* Card. S. . . . teſte Ciaconio.

C 22. *Nolite conſtituere me Principem populi. Ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum contra Dominum.* Iſai. 3.



T*Heobaldus* Buccapecus natu Romanus, Presb. Card. S. Anaſtaſiæ ſubrogatus in locum Boſonis poſt Annum 1116. quo viuebat Boſo Card. Presb. S. Anaſtaſiæ, vt ex Concilio Lateran. Anno 1116. *to.* 10. *Concil. p.* 810. In ſciſmate contra Honorium II. electus Papa nomine
D *Celeſtini* II. illicò ſe abdicauit: vt in *Honorij II. vita*.

23. Non abſcondi miſericordiam tuam; neq. veritatem tuam a Concilio multo. Pſal. 39.

B*Oſo . . .* Presb. Card. *S. Anaſtaſiæ* Concilio adeſt Lateranenſi, cum Papa, & diplomati ſubſcribit ad eccleſiam Biſontinam. *Ego Boſo tituli S. Anaſtaſiæ Presbyter ſubſcripſi*, *to.* 10. *Concil. p.* 810. Interfuit iſte

con-

conſecrationi Eccleſiæ Mauriacenſis Anno Sal. 1120. V. Non Octob. à Calliſto celebratę, ex Chronico eiuſdem Monaſterij, in quo legitur, *Boſo Presb. Card. S. Anaſtaſiæ Legatus Hiſpaniæ*. Cum eodem Calliſto II. adfuit Concilio Toloſano, & ſubſcripſit; *to.* 10. *Concil. p.* 860. Indulgentias firmauit oblatas ab Ep. Cæſarauguſtano facientibus eleemoſinam pro reparatione Eccleſiæ Sanctæ Mariæ; *to.* 10, *Concil. p.* 820.

BOſo... Presb. Card. tit. *S. S. Quatuor Coronatorum* ſubſcribit Bullæ Gelaſij. II. S. Andreæ Auenione. Anno 1118.

25. *Quæ Cæſaris dentur Cæſari; quæ Dei, Deo*, Matt. 22.

BOſo.... Presb. Card. tit. *S. Laurentij in Damaſo*, in Lateran. Concilio priuilegium de Inueſtituris datum Henrico Imper. reſcidit. *to.* 10. *Concil. p.* 769. Sub eodem Paſchali obijt, & ſucceſſorem habuit *Deus dedit*.

26. *Iterum negauit cum iuramento, non noui hominem*. Matt. 26.



THeobaldus... Presb. Card. *S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij* ſubſcripſit Synodo Vaſtallenſi, Anno 1106. timore correptus Sacramento firmauit priuilegium de Inueſtituris datum Henrico Imperatori *to.* 10. *Concil. p.* 779. (teſte Oldoino) priuilegio ſubſcripſit Paſchalis II. pro Eccleſia Troiana, & *Teuto* ibi vocatur, cuius in titulo, teſte Ciaconio ſequens extabat monumentum.

Sedis Apoſtolicę Theobaldus Presbyter implet,
Martyres vſque ſacris opus hoc aſſignat honori,


Eius nomen in litteris Callixti II, ad Ep. Corſicę, Anno 1123. *to.* 4. *Italiæ, p.* 1182. & Anno 1122. Vniuerſis, *to.* 9. *p.* 502.

27. *Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*, 1. Prouer. 17.



THeobaldus Presb. Card. S. *Anaſtaſiæ*, diuerſus à Theobaldo Presb. Cardinali S. S. *Io: & Pauli, tit. Pammachij*, nam in eodem diplomate Calliſti II. ad Epiſcopos Corſicæ, apud Vghellum VIII. Idus Aprilis, Anno 1123. *to.* 4. *Italię p.* 1182. ſubſcribunt *Theobaldus Presb. Card. tit. Pammachij*, & *Theobaldus Presb. Crad. S. Anaſtaſiæ*: vnde à nonnullis perperam confundantur. An verò Theobaldus Presb. Card. S. S. *Io: & Pauli*, *tit. Pammachij*, idem fuerit cum eo, cui Baronius Nicolai nomen impoſuit, eo fundamento, quod in catalogo Cardinalium adſtantium creationi Gelaſij II. Anno 1118. legatur, *N. S. S. Io: & Pauli*? incertum. Confunduntur in vnum; veruntamen cum ambo diplomati ſubſcripſerint Calliſti II. dato Laterani, Anno 1123. pro Eccleſia Ianuenſi, teſte Vghello *to.* 4. *Italia Sacra*, dicendum eſt, duos fuiſſe. Niſi dicamus Cardinali S. S. *Io: & Pauli* nomen fuiſſe *Nicolai*; ita enim ex Pandulpho Piſano Baronius deſcribit, dum Cardinalium nomina recenſet in creatione Gelaſij II. Anno 1118. *N. Sanctorum Ioan-*
A *nis, & Pauli* Concordat Panuinius in catalogo Cardinalium quos creauit Paſchalis II. *Nicolaus Comes,... Romanus Presb. Card. S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij*. Vir callidi ingenij technas irridens Curialium, *Malleus* dictus eſt adulatorum.

28. *Nil proderunt theſauri impietatis. Iuſtitia verò liberauit à morte* 10. Prouer. 2.



RAinerius,.... Presb. S. *Euſebij*, cuius mentio (teſte Ciaconio) in bulla Paſchalis II.
B data Laterani, Anno 1106. Iuſtitiæ cultor, & pecuniæ & theſauri auidus non deficientis in Cœlo, quò fur non appropiat, neqʒ tinea corrumpit, theſaurizauit more Apoſtolico, elargiendo, non congregando.

29. *Abierunt, abſq. fortitudine*. Thren. I.

GVido Presb. Card. *S. Chryſogoni* adfuit Synodo Vaſtallenſi, cum Paſchali P. P. & ſubſcripſit Anno 1106. Paulò poſt vita functus ſucceſſorem habuit Gregorium, ſi Oldoino fides, ſed fallitur: in ſubſcriptione namque priuilegij *de Inueſtituris*, da-
C to à Paſchali II. Henrico Imperatori, per notas compendiarias ità legimus: *G. Presbyter Cardinalis S. Chryſogoni*, quarum primam litteram G. alij Gregorium alij Guidonem ſunt interpretati; cum *Gregorium* dicere debeant, vt patet in *p.* 779. *to.* 10. *Concil. edit. Parſ. An.* 1671. vnde *Guidonis* loco, quẽ ponit Ciaconius; crederem reponendum eſſe, *Gregorius Card. S. Chriſogoni* Imò in eodem Lateran. Concilio 11. ſub Paſchali II. Priuilegium ſupradictum ita ſubſcribitur. *F. Cardinalis tituli S. Chryſogoni Gregorius* vt patet *p.* 769. *to.* 10. *Concil.* Quid autem ſibi velit littera prima F? ignoro.

D 30. *In Prophetis meis nolite malignari* 104.

RAnaldus Presb. Card. S. Clementis; vide in Anaſtaſio n. 14.

31. *Redemit te de manu inimicorum*. 3. Iſaiæ. 11.

PAganus........ Cardinalis S. R. E. priuilegio dato Cluniacenſibus à Paſchali II. vt *in to.* 10: *Concil. p.* 683. vnus ex his, quem Ciaconius numerat nomine ignoto, & eccleſia, cuius fuitt Cardinalis Immò in litteris Paſchalis II. ad Ep. Troianum,

An.

1100. apud Vghellum, *to. 7. p.* 1377. ita ſubſcribit. *Ego Paganus Diaconus Romanæ Eccleſiæ.* Tentatus & quaſi victus à Schiſmaticis, diuina ope ſuffultus ad eccleſiam redijt, & ad ſcipſum.

RAinus .... Presb. Card. S. *Marcelli*, vt ait Ciaconius; non S. S. Petri, & Marcellini, vt Oldoinus confundit: duos equidem Ciaconius Cardinalis poſuit ſimiles, non eoſdem vt Oldoinus hallucinatur: *Rainum* ſcilicet tit. S. Marcelli; & *Rainerium* tituli SS. Petri & Marcellini ... Presb. Card. S. teſte Ciaconio, poſt Rainum ſupradictum, numerum non auget, vt locum occupet eorum, qui nouiter ſunt inuenti.

P*Aganus* Presb. Card. S. R. E. diplomati dato per Methildem Comitiſſam Florentiæ ſubſcribit Anno 1103. apud Vghellum *to.* 3. *Italia p.* 308. An idem fuerit cum Paganus n. 31.? dubium: cum vnus *Presbyter*, & alter *Diaconus* fuerit.

33. *Pœnituit Deum, hominem in terra feciſſe.* Geneſ. 6.

R*Omanus* .... vt in *to.* 10. *Concil. p.* 769. non *Gerardus*, vt ſcribit Oldoinus, Card. S. *Priſcę* priuilegium de inueſtituris datum Henrico Imper. B reuocat. Nec fugiat, quod apud Panuinium, de Cardinali huius tituli legitur: *Gerardus ...... Presb. Card. in tit. S.S. Aquilę, & Priſcæ, in Auentino:* vnde Oldoino auctor non deſit pro ſua hiſtoria. Refert idem Panuinius in Gelaſio hunc Gerardum Presb. Card. *S.S. Aquilæ & Priſcæ* creatum à Paſchali II. adfuiſſe creationi Gelaſij IJ. ſubſcribit cum Paſchali II. An. 1115. *to.* 1. *apud Vghellum, p.* 964. pro Ep. Marſicano. Obijſſe ſub Gelaſio II. vel ineunte Pontificatum Calliſto II. opus eſt, quia Anno 1122. Petrus Card. Presb. S. Priſcæ legitur ſubſcribere; *to.* 9. *Vghel. p.* 502. Poſtquam pœnitentia ductus priuilegium reuocaſſet Imperatori datum: vnde Deo aſſimilatur pœnitenti, ideſt iraſcenti peccatis hominum.

34. *Omnes declinauerunt inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum: non eſt vſq; ad vnum.* Pſal. 13.

V*Bertus* Prēsb. Card. tit. *S. Sabinę*, Synodo adfuit Vvaſtallēſi & Sacramento firmauit conuentiones initas cum Henrico Imperatore. Is à Panuinio *Vuilhelmus* dicitur non Vbertus. Adfuit etiam coronationi Gelaſij II. ſub nomine *Vuilhelmi*, vt ſcribit Panuinius; vel Petri Vuilhelmi; ſecundum Ciaconium.

35. *Erubeſcimus eum ſine lege loquimur.*

D



V*Lfricus*, ſeù Vlricus .... natu Anglus S. R. E. Presb. Card. .... teſte Ciaconio dicerem ego in *tit. S. Sixti*, & & priuilegio ſubſcripſit de Inueſtituris, *to.* 10. *Concil. p.* 669. nota compendiaria ſequenti. *V. Cardinalis tituli S. Sixti ...... Petrus*. Forſam rubore ſuffuſus, Legatus Paſchalis II. ad Britannos, pallium conceſſit Thomę Eboracenſi, auctorque, ſuadente eodem Archiepiſcopo, vt Turgellus Anglus Dunelinenſis Monaſterij Abbas; Archiepiſcopus eligeretur S. Andreæ in Scotia, eiuſque Regni Primas; ita intercedente Rege III. *Malcolmo*. Lege Florentium de Vuingorne, Guillemum Malmeſburienſem, Rogerium in *Annalib. Angliæ*. Obijt ſub eodem Paſchali; quia eo viuente legitur in eodem titulo S. Sixti ſubrogatus Sigizzo, qui poſtea adfuit coronationi Gelaſij II.

A 36. *Adſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius* Pſal. 2.

A*Ntonius* .... Presb. Card. S. *Suſannę*, antea Præpoſitus Monaſterij S. Petri iuxta Tritanum flumen, in Comitatu Valuenſi, vt conſtat ex diplomate eiuſdem Paſchalis PP. ad idem Monaſterium. Interfuit Synodo Vaſtallenſi. Anno 1106. ſubſcripſit etiam priuilegio de Inueſtituris Anno 1112. vt *in to.* 10. *Concil. p.* 769. *A Cardinalis tituli S. Suſannæ ...... Albericus*.

De duobus ſequentibus hoc vnum profero, quod.

37. *Corpo pora eorum in pace ſepulta ſunt.* Eccli 44.



O*Tho* .... Presb. Card. S. *Pudentianæ tit. Paſtoris*, ſubſcripſit diplomati Paſchalis II. Laterani, Anno 1106. Obijt ante Annum 1112. quia hoc anno 1112. alter Cardinalis S. *Potentianæ*, in Concilio Lateran. nomine Ioānes reuocat priuilegium de *Inueſtituris*; vt in *to.* 10.

C *Concil. p.* 779. Pręobijt & iſte Ioannes ante Paſcſchalis mortem, quia alter Cardinalis nomine *Chunradi* in hoc tit. S. Pudentianę tit. Paſtoris adeſt coronationi Gelaſij II. Nec vim facias in nomine *Potentianę* vel *Pudentianę* vtroque enim legitur.

I*Oannes* ...... Presb. Card. S. *Pudentianæ tit. Paſtoris* reuocat priuilegium *de Inueſtituris*. Vide ſupra in Othone n. 37. Obijt ſub eodem Paſchali, eique datus ſucceſſor.

39. *Si dormiatis inter medios Cleros: pennæ columbæ deargentatæ: poſteriore dorſi eius in pallore auri.* 67. Pſal. 14.



C*Vnradus* ...... Presb. Card. S. *Pudentianæ tit. Paſtoris* promotus à Paſchali II. cuius litteris ſubſcribit ad Berardum Ep. Marſicanum, *to.* 1. *Italiæ p.* 264. Adfuit ... alij II. Calliſti II. cuius litteris ſubſcripſit Anno 1121.

Hono-

Honorij II. cum quo litteras dedit Archiep. Piſano, Anno 1326. *to. Italia, p.* 444. Arch. Raueo. An. 1125. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. In ſui tituli reſidentia deceſſit columba innocens, pennis deargentata ob geſta fulgentia & dorſo aurata propter onera, quæ magnifice ſubijt pro eccleſia Dei.

40. *Sederunt Principes & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.* Pſal. 118.



DIuizzo ſeu Domnizo ...... A Presb. Card. *S. S. Silueſtri & Martini, titulo Equitij* interfuit Concilio Lateranenſi, Anno 1112. & ſubſcripſit reuocationi priuilegij dati Henrico Imperatori, vt patet apud Baronium; & in *to.* 10. *Concil. p.* 769. hac formula; *B. Cardinalis tituli S. Martini Diuizzo*; quamuis impreſſionem Baronij corrigere irrationabiliter Oldoinus præſumat quaſi littera B, pro D. irrepſerit: cum tamen omnia exemplaria Baronij, Conciliorum concordent in littera B, cuius ſignificationem ignoro. Subſcripſit diploma- B ti pro eccleſia Biſontina, *to.* 10. *Concil. p.* 810. Adfuit creationi Gelaſij II. ſubſcripſit diplomati Callixti II. pro Epiſcopis apud Vghellum, *to.* 4. *p.* 1127. & An. 1122. Vniuerſis, *to.* 9. *Vghel. p.* 502.

......Presb. Card. tit. S.....)
......Presb. Card. tit. S.....) Ciaconio teſte
......Presb. Card. tit. S.....)

Hi non augent numerum, quia forſan ex his qui nuper reperti, ſed in nomine omiſſi à Ciaconio.

41. *Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.* Pſal. 25.



gemina appone inſignia.



ANaſtaſius Iunior, natu Romanus, ex familia *Caſtellorum* vt Caſtelli contendunt forſao argumento clypei gentilij, quem inciſum ſcribit Ciaconius in eccleſia S. Clementis; præſum... tamen fallaci, cum & Turrianis, alijſque familijs communis ſit: Cardinalis *S. Clementis tit. Equitij* electioni cũ adfuiſſet Gelaſij II. titulũ ſuum renouauit, obſidem è muſiuo exornauit, ſedem, ſerculum ſupram aram maximam, Chorum è marmore condidit, vbique clypeo exciſo gentilitio; ſepultus iacet io eadem eccleſia ſub pilo marmoreo cum ſequenti epitaphio.

Is Sancte Pater Clemens tua templa notauit,
Cuius in hoc titulo puluis, & vmbra iacent,
Moribus egregijs; & vitæ præsbyter vrbis
Fulſit, Anaſtaſius nomine dictus erat,
Vita decens, ſtudiumque pium, vir religionis
Conſpicuum meritis efficiebat eum.
Hunc quicumque leges tumulum memor eſto legendo,
Dicere; Nate Dei ſubſidieris ei,

Hunc diuerſum dicas ab Anaſtaſio, quem ſupra deſcripſimus n. 14. Vixit Anaſtaſius vſque ad Pontificatum Honorij II. ſubſcripſit enim litteris Callixti II. ad Ep. Corſicæ apud Vghellum. *to.* 4. *p.* 182. Anno 1123. & Anno 1121. pro Ep. Auerſano, *to.* 4. *p.* 549. Archiep. Rauen. Anno 1125. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. Huic Anaſtaſio Oldoinus inſignibus Crucem appoſuit.

42. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Pſal. 50.



DEſiderius Presb. Card. S. *Praxedis*, à quo inuitatus Gelaſius II. ad ſolemnitatem Tituli ſui, & tempore, quo Fregepani armis penè oppreſſus Papa vrbem iterũ relinquere coactus in Gallias migrauit. Callixtum II. promouit, cuius litteris Deſiderius ad Ep. Auerſanum ſub- C ſcripſit 8. Kal. Octob. 1121. *to.* 1. *Vghel. p.* 549. & ad Ep. Coſircæ, *to.* 4. *p.* 1178. & Archiep. Rauen. Anno 1125. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. Veruntamen vim facit diploma Callixti II. ad Ep. trium Tabernar. datum 18. Kal. Feb. 1121. apud Vghel. *to.* 9. *p.* 499. in quo legitur viuere *Theobaldus Presb. Card. S. Praxedis*. Quomodo ergo Deſiderius P. C. S. Praxedis qui cum Callixto II. ſubſcribit, promotus dicitur à Paſchali II, ſi Theobaldus P. C. S. Praxedis viuere reperitur ſub eodem Callixto II, menſe Ianuario 1121. & Deſiderius incipit ſubſcribere ſub Callixto II. ſolumodò menſe ſeptembri 1121? Vel ergo fallitur Ciaconius: vel diploma citatum ab Vghello apocryphum eſt; D Deſiderio ergo ſubſtitue Theobaldum. Subſcripſit Deſiderius cum Callixto II. etiam Anno 1122. Vniuerſis, *to.* 9. *Vghel. p.* 502.

Vitam protraxit Deſiderius vſque ad Innocentium II. in cuius creatione declinauit ad Antipapam, Anacletum II. licet ſenior & ſanior factus redierit ad Innocentium, cum quo ſubſcripſit pro Archiep. Piſano, Anno 1138. *to.* 3. *Vghel. p.* 453.

43. Ta

43. *Tueris ſupra domũ meam, & ad tui oris imperiũ cunctus populus obediet, vno ſolum regni ſolio te præcedã.* Gen. 41.



DEuſdedit Presb. Card. *S. Laurentij in Damaſo* ſucceſſor datus à Paſchali II. Boſoni eiuſdem Tituli Cardinali, quem ſupra habes n. 26. Huius memoriam dicitur legiſſe Ciaconius apud Pandulphũ Piſanum, nec nõ in diplomate dato Lucanis An. 1118. *to. 1. Vghel. p. 876.* ſubſcribit cum Callixto II. adfuit Cõcilio Toloſano, *to. 10. Concil. p.* 860. cum Callixto II. An. 1121. Ep. Trium Tabernar. *to. 9. Vghel. p. 499.* & ad A Ep. Corſicæ, *to. 4. Vghel. p.* 1179. An. 1122. *to. 9. Vghel. p.* 502. An. 1125. Archiep. Rauen. *to. 2. Vghel. p. 366.* Gelaſium II. & Honorium II. cum promouiſſet, huius litteris ſubſcripſit Archiep. Piſano *to. 3. Vghel. p.* 444.

44. *Numquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero?* Geneſ. 41.

GRegorius de Ceccano diæceſis Aquinatis (familia hęc adhuc Romæ viget) Hernicus Campanus, ex Papæ ſcriptore, rogante Io: Caietano Pontificis Cancellario, Presb. Card. *S. Laurentij tit. Lucinæ.* Prudentia, Sapientia, rerum vſu celebris, munus ab Epiſtolis, iubente Papa, tractauit inuitus.

Promouit Gelaſium II. Callixtum II. cuius litteris B ad Ep. Corſicæ, Anno 1121. & Anno 1123. ſubſcripſit, *to. 4. Vghel. p.* 1179; *&* 1182. & Anno 1122. Vniuerſis, *to. 9, Vghel. p.* 502. Quando obierit? incertum.

45. *Sicut Aquila expandit alas ſuas & aſſumpſit eum atq; portauit in humeris ſuis.* Deuter. 32.



HVgo Vicecomes natu Piſanus ex Capellano Paſchalis II. Presbyter Cardinalis SS. *XII. Apoſtolorum*, virtute ſua, atque animi magnitudine Eccleſiam iuuit Romanam Henrici ſciſmate vexatam. Tantum virum celebrant, Præfectura eſt Beneuenti, cui prępo- C ſitus à Paſchali II. qui hanc vrbem ex hoſtium manibus eripuerat. Circæam arcem pro Eccleſia viriliter tenuit. Paſchali mortuo, Romam venit, & Gelaſium Papam de manibus Imperatoris ereptum, fugientem ſenio debilem proprijs humeris à Portu Romano Ardeam detulit, mox equo Caietam, deinde Capuam. Beneuentum poſtea cum poteſtate à Gelaſio remiſſus, inde in Apuliam, vt prouinciam componeret; tandem ad Rogerium Sicilię Comitem Legatus, vt à bello contra Guillelmum conſobrinum auerteret orauit incaſſum, re infecta rediit in Vrbem. Certior tandem factus à Petro Ep. Portuenſi de obitu Gelaſij II. & de ele- D ctione Callixti II. huius dignitatẽ propugnauit aduerſùs Sciſmaticos, & fide conſtans obiit 3. Non. Ianuarij 1121. Eius memoria recurrit in litteris Gelaſij II. An. 1118. ad Abbatem Bernardum, teſte Vghello *to. 8. Italia p. 685. & p. 686.* In litteris Callixti II. ad Ep. Corſicæ apud Vghellum *to. 4. p.* 1179. An. 1121. nec longe poſt obiit; nam Anno 1123. cum eodem Callixto II. non Hugo, ſed Gregorius Presb. Card. SS. Apoſtolorũ ſubſcribit ad Ep. Corſicę, apud Vghellũ *to. 4. p.* 1182.

46. *Omnes qui pie viuere volunt in Chriſto Ieſu: perſecutionem patientur* 2. Timo. 3.



HVgo Alatrinus Hernicus Cãpanus Presb. Card. *S. Vitalis tit. Veſtinæ* de quo plura Oldoinus, Hugoni Piſano attributa. Plures tribulationes paſſus a Sciſmaticis, ab vnione nunquam declinauit Catholica.

47. *In qui ſunt cætus veſtri.* Iſai. 1.



SAxo Comes Signię Anagninus Hernicus Campanus, ex Papæ ſcriptore, & Capellano, P. C. *S. Stephani in monte Cælio*, vixit vſque ad Innoc. II. contra quem partes Anacleti II. Antipapæ cõſtantiſſimè fouit: hic Romanę Eccl. Cancellarius, priuato Haymerico, creatus in ſcyſmate obiit. Diploma ſcripſit tanquàm Cancellarius Antipapæ, quo Anacletus Antipapa Regiũ titulũ cõceſſit Rogerio Calabriæ Duci; vt ex *Chron. Benev.* tranſcripſiſſe teſtatur Baronius An. 1130. Anacleti participatione Saxo nomẽ ſuũ aliàs glorioſũ fœdauit. Pluribus enim Annis cũ fructuosè rẽ procuraſſet Eccl. & Cal. II. nomine miſſus ad Imper. pacem firmiſſet, An. 1122. in cõuentu Vuormatiẽſi; *to. 10. Concil. p.* 889, propterea in morte Cal. II. de Eccl. Romana benemeritus in Põtif. licet abſẽs à populo poſtulatus Romano, ſedẽ Petri renuiſſet; niſi fraude Leonis Frãgipanis in Lãbertũ Epiſcopũ Oſtienſem Cardinales declinaſſent: vt ex Pandulpho Baronius Anno 1124. Æquo tamen animo Honorio paruit, licet in creatione Innocentii vindictam, quàm occultè meditabatur, effuderit declinans ad Pſeudopapam, & cum reliquis ſciſmaticis Lotharijs datis litteris ſollicitauerit Imperatorẽ. Lege quę dedimus in *vita Honorij II.* Eius memoria in litteris Honorii II. Arch. Piſano, An. 1126. *to. 3. Italia p.* 444.

48. *Iſti ſunt Dathan & Abiron Principes populi, qui ſurrexerunt contra Moyſem, & Aaron in ſeditione Core.* Num. 26.



SIgizzo cognomento *Senior* filius ..... Paſchali II. R. P. non ingratus in Presb. Card. tit. *S. Sixti* aſſumitur, & in communione perſeuerãs Catholica electioni adfuit Gelaſii II. R. P. (Teſte Pandulpho apud Baroniũ An. 1112, vt legitur in vtroq. exemplari Pãuinii f. & in 4. licet hæc in pluribus diſcrepent: & quamuis in citatis exẽplaribus non legatur creationi adfuiſse Cal. II. quaſi ad Schiſmaticos declinaſset ſub Mauritio Burdino, qui ſedẽ vſurpauit Romanã nomine Greg. VIII. tamẽ cũ eodẽ Cal. ſubſcribere legitur *ad Ep. triũ Tabernar. to. 9. Ital. ſacra Vghel. p. 499. A.* 1121. *& Vniuerſis An.* 1122. *to. 9. p. 502. & Ep. Corſica An.* 1123. *to. 4. Italia p.* 1122. mortuo Call. nõ ſolũ abſẽs legitur ab electionibus Catholicis Rom. Põt. ſed cũ aliis Sciſmaticis litteras dedit, ſubſcripſit ad Lothariũ Imperatorẽ contra Innoc. II. cuius adfuit comitiis in gratiã Anacleti Antip; quas habes apud Baroniũ An. Sal. 1130. vnde falſum, quod iſte Sigizzo Senior præmortuus fuerit electioni Innoc. II. vt ſcribit Oldoinus: nã vltra citat &

O epi-

epiſtolā ſchiſmaticorū pro Anac. II. ad Lothar. cū Sigizonis ſubſcriptione ſuffragatur Pāuin. in vtroq. exēplari. Ciac. auctoritate Pādulphi Piſani. Bullę Hon. II. Later. 1128. Anacleti II. Baſilicæ Apo. An. Sal. 1130.

Ex quali Progenie fuerit iſte Sigizzo, & quo fundamento apponatur ei Crux in Campo argenteo, pro ſtemmate gentilitio? ignoratur. Panuinius nullum ei Stemma appoſuit, vt videre eſt apud eumdem in vita Paſchalis II. folio 22. n. 23. Vnde vel Crux Sigizzoni *Seniori* nouiter appoſita commentitia eſt, & nullo poſita fundamento, vel ſtemma antiquum; cuius origo atque ignota cauſa.

A Erraſse Oldoinū confundēdo hunc *Sigizzonem Seniorem* C. tit. *S. Sixti*, & Schiſmaticorū fautorē, cū *Sigizzone iuniore* P. C. tit. *SS. Marcellini, & Petri* creato ab Hon. II. non eſt dubiū; ſed Oldoinū excuſo vti deceptū a relatione Panuinij, qui in ſuo ſecundo exēplari Cardinaliū, Venetiis edito in 4. p. 91. Sigizzonē iuniorē creatū expoſuit P. C. tit. S. Sixti ab Hon. II. & ibidē p. 93. hunc Sigizzonē P. C. S. Sixti creatū ab Hon. II. declinaſse dicit in partes Pſeudo-Papæ Anacl. II. cū tamē in ſuo exēplari Venetijs edito in fol. impenſis Iacobi Stradæ Mātuani, nulla ſit mentio illius Sigizzonis P. C. tit. S. Sixti creati ab Hon. II. Poſuimus & nos in vita In. II. p. 233. n. 16. ab eodē gemino Panuinii exēplari fol. & in 4. trā-B ſcribentes Sigizzonem tit. *S. Sixti* creatum ab Honorio II. conueniſse cum ſciſmaticis in aſſumptione Pſeudo Pontificis Anacleti II. non vt eidem Panuinio daretur fides; ſed nè auctorem præterirem meritum eruditionis antiquę. Cum etiam gemina illa exemplaria pugnent inter ſe; & ſecundum [quod eſt in 4.] ſit potius editum ad vindictam, & oppreſſionem primi, quàm ad emendationem: ego vtrumq. reiicio; & cum Ciaconio, ſub Honorio II. n. 12. Sigizzonem creatum ab Honorio II. diuerſum dico a Sigizzone creato per Paſchalem II. primo ob ſtemmatis diuerſitatem, Sigizzoni nam [.] *Seniori* ſub Paſchali II. nullū ſtemma apponitur, vel ſi recēter Crux eſt appoſita, longe diſtat a ſtemmate *Sigizzonis Iunioris* ſub Honorio II. cui dantur ſex C Baltei argentei, & cyanei. *Vide Silueſtrum Petraſanctā de Teſſeris Gentilitijs p. 157.* Secundo quod Panuinius ſibi cōtradicat in exemplari fol. edito, Sigizzonē Card. S. Sixti ad ſciſmaticos declinantem pingens creatum fuiſse a Paſcali II. quod & verum: in exemplari vero in 4. edito p. 93. fingat Sigizzonem declinantem ad Sciſmaticos fuiſse creatū ab Honorio II. quod falſum.

Nec verum quod inter Sigizzonem Card. *S. Sixti* creatum a Paſchali, & alium Sigizzonem interueniat Petrus Card. *S. Sixti* quia Petrus Card. S. Sixti præceſſit Sigizzonem creatum a Paſchali, vt videre eſt *to. 10 Conciliorum Anno Sal. 1112. p. 796. in Lateran: Concilio* D Quę omnia adamuſſim adnotauimus, vt Card. S. Sixti creatum a Paſchali II. diſtinguamus ab alio Sigizzone Card. *SS. Marcellini, & Petri* ſub Calixto II. n. 21. Præſentem Sigizzonem cognomento *ſeniorem* creatum a Paſchali II. tit. *S. Sixti* ad ſchiſmaticos declinaſse, pro certo habeas, vt ſupra eſt demoſtratum.

49. *Reſponſum mortis habuimus, & non ſimus fidentes nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos* 2. Cor. 1.

PEtrus .... P. C. *S. Sixti* creatus à Paſchali II. reuocauit priuilegiū de *Inueſtituris* datū Henrico Imper. *to. 10. Concil. p. 796.* in Later. Cōcil. vbi ita ſubſcribit. *V. Card. tit. S. Sixti Petrus.* Eius nomen in litteris Callixti II. An. 1121. *to. 1. Italia Vghel. p. 549.* Epiſcopo Auerſano, *& to. 4. p.* 1178. ad Ep. Corſicæ, An. 1121.


50. *Qui cogitauerunt iniquitates in corde ſuo, tota die conſtituebant prælia.* Pſal. 39.



PEtrus Getardeſcus ex Comitibus Donaratici de Natalico nobilis Piſanus ex Papæ ſcriptore, & Pōtificio Sacellano C. *S. Suſanæ* interfuit electioni Gelaſij II. cum quo ſubſcripſit donatione factæ Abbati Bernardo Vghel. *to. 8. p.* 685. Promouit Cal. II. Hon. II. cuius Legatus ad Ep. & Canon. Bergom. 3. Idus Octob. 1129. ſentētia prolata lites diremit quibus vexabantur, teſte Vghel; *to. 4. Italia ſacra p. 646.* & An. 1125. Archiep. Rauen. to. 2. Vghel. p. *366.* Inde plenus honore, exiſtimatione inflatus, in electione Innoc. II. abreptus à Sciſmaticis Anac. II. teſte *Io: Sariſberienſi*, naufragiū ſubiit. *Quot & quantos tumultus, & ſtrages dedit illa colliſio, quādo filius Petri Leonis aduersùs Innoc. II. bonæ mem. Had. prædec. cuius vitā, & felicitatē in æuum inſepiatē dat Dominus, conatus eſt ab Aquilone aſcēdere? nonne & ſtellarū partē ſecū traxit ruina eius? quis neſcit Ægid. Tuſcul;* B *quis Petrū Piſanum, cui nullus aut vix ſimilis erat in Curia.*

Literis poſtquā ſollicitaſſet Lotharíū Imper. contra Innoc; patronus ſelectus Antip. vt huius electionē legitimā oſtenderet aduersùs S. Bernardū, qui partes fouebat Innoc. II. diſputauit, ſed victus abſceſſit ſermone & veritate, cui manus dedit, & interprete S. Bernardo Romā rediit ad Innoc; abiurato Anacleto Pſeudopont. in ordinē redactus eſt cū reliquis Card. Sciſmaticis, & purpura expoliatus, querente S. Bernardo, & Innoc. II. PP. redarguere, quod contra datā fidē Petrū dignitate ſpoliaſſet. *Quis mihi faciet iuſtitiā de vobis? ſi haberē iudicē.* Sanctū exaudierit Papa? ignoratur. Vult Ciac. in purpura obiiſſe Petrū, quia eius memoria recurrit nō ſolū C in Bullis Gelaſii II. pro Lucenſibus A. 1118. & Lucanis eodē anno apud Vghel. *to. 1. Italię* 876. & Ep. trū Tabernar. An. 1121. cū Call. II. *to. 9. Vghel. p. 499.* & A. 1122. S. Cyriaci de Vrbe An. 1124. Hon. II. & An. 1126. Archiep. Piſano, *to. 3. Italiæ p.* 444. & A. 1128. Later. Anac. II. Baſilicę Apoſtolorū, An. 1130; & pro Francone Abbate S. Sophiæ. An. 1139. apud Vghel. *to. 8. p. 687.* ſed etiam Innocentii II. Lateran. An. 1138. In Bullis Pſeudopapæ Anacleti viuit tenebroſum nomen; 4. Id. Nouemb. 1130. in Chron. Beneuent. Monaſterii S. Sophię, apud Vghellum *p. 687. to. 8. Italia ſacra.*

51 *Vinū & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes.* Eccl. 19.



IOannes Cremenſis P. Card. tit. *S. Chryſogoni* Olrici, & Ratildis filius, pace belloque clarus, contra Burdinū miſſus pſeudopapā, Sutrii incluſit, & vinxit, Romāque perduxit. Creationi adfuit Gel. II. Cal. II. Hon. II. Innoc. II. Remēſi in Cōcilio cū Cal. II. [*to. 10. Cōcil. p. 896.* prudēs & eloquēs iura propugnauit Eccl. Legatus Honorii IJ. ad Epiſcopum, Et Canonicos Bergomenſes pro dirimendis controueſiis, quibus mutuo vexe-

vexabantur, iudicium protulit Anno 1129. 3. Id. Octob. apud Vghellum *to. 4. Italiæ ſacræ p. 646.* Alia Legatione dum fungeretur Honorij nomine apud Britannos, duas Synodos celebrauit, quibus Clericis ſeminarſi contubernia præter Matrem, auiam, ſororem, amitam, aliaſque ſuſpicione carentes, interdixit. Concilium Londinenſe ab eo celebratum cum litteris commendatitijs Honorij II. P. P. ad Clerum Anglicanum habes *to. 10. Concil. p. 911. & 913.* Tranſijt in Scotiam poſtea cum Honorij commendatitijs ad Regem Dauidem, & Roxoburgi legationem expoſuit, quę extat *to. 10. cit. p. 913.* Ibidem tamen malè audijt non ſolùm ob Simonię notam, ſed ob laſciuiem, teſte namque Henrico Huntidonienſe, & Rogerio rerum Anglicarum ſcriptoribus, eadem die qua Corpus confecit Euchariſticum, poſtquam Clericos correxiſſet concubinarios, & in eoſdem reclamaſſet, repertus eſt cubare cum ſcorto poſt veſperam. Matthæus Vueſtmonaſterienſis excuſat, vel potiùs irridet dicens eum reſpondiſſe, *Se Sacerdotem non eſſe, ſed Sacerdotum correctorem*; quod fictum, niſi de impietate redarguas. Quomodò enim Sacerdos non erat, Si Corpus confecerat Euchariſticum? Quomodò non erat Sacerdos? *Si Presbyter* dicitur *Cardinalis S. Chryſogoni*. Hinc anſam arripuit Pſeudopontifex Anacletus II. in epiſtola ad Lotharium Imperatorem, vt partes eneruaret Innocentij, II. & eorum, qui hunc ſequebantur, duos tantum perſtringere, Haimericum S. R. E. Cancellarium, & *Ioannem de Crema* tanquàm mendaces, & omni vitio pollutos. Vuihelmus Malmeſburienſis illius ęui Anglicus ſcriptor, quod profundo ſilentio hanc notam inuoluerit, libertatem nonnullis præbuit arguendi vti mendaces duos primos Hiſtoricos. Declinauit aliquando Ioannes more aulico ad Anacletum Antipapam, ſed recordatus ſe Chriſtianum eſſe, ad Innocentium redijt, & ad ſeipſum. Quod cum cognouiſſet S. Bernardus congratulatoriam ei ſcripſit epiſtolam, quam habes *n. 163.*

Baſilicam iſte S. Chryſogoni reſtaurauit à fundamentis, vt ex marmore decripſit Victorellus. *In N. D. Anno Incar. Dom.* 1129. *Ind. VII. Anno D. Honorij* II. *P. P. D.* Ioannes *de Crema, patre Olrico, matre Ratildi natus, ordinatus Presb. Car. à V. Paſchale PP.* II. *in tit. S. Gryſogoni, à fundamentis hanc Baſilicam ſtruxit, & erexit, theſauro, & veſtimentis ornauit, ędificijs intus & foris decorauit, libris armarium poſſeſſionibus, Parochiam adauxit, pro cuius peccatis quicumque legeritis, & audieritis, intercedite ad Dominum, & dicite.*

O Bone Saluator, noſtręque Salutis amator
Fili Chriſte Deiparæ Redemptor et. Amen.

In eadem Eccleſia de Altari, & Oratorio per eum dedicatis legitur adhuc.

Anno D. S. 1127. Ind. V. An. D. Honorij II. P. P. III. *M. Aug. D. VII. dedicatum eſt hoc Altare per manus Io: de* Crema *Presb.* Card. *à* Petro *Ven.* Portuenſi *Ep. ſub honore Sanctorum, quorum nomina ſubter leguntur.*

De Reliquijs S. Andreæ, S. Matthæi, S. Stephani Proto M. S. Clem. PP. *& M. S. Vrbani* P. *& M. S. Lazari M. S. Sebaſtiani M. S. Magni M. S. S. Coſmæ & Damiani. S. Vincentij M. S. Anaſtaſij M. S. S. Triphonis, & Reſpicij M. S. S. Feliciſſimi, & Agapiti M. S. P. Gregorij* PP. *S. Cecilię S. Priſcę. S. Nymphæ.*

Anno D. S. 1123. V. Idus Iulij. Ind. 1. dedicatum eſt hoc Oratorium à V. D. Cardinalibus Ioanne Presb. tit. S. Ceciliæ; Petro *Presb. tit. Call. Gerardo Presb. S. Crucis Hieruſalem, Cardinalibus Diac. S. S. Sergij, & Bacchi, cum ingenti multitudine Cleri, & Populi preſidente in Apoſtolica Sede, Beatiſſ.* Calliſti PP. II. *Anno Pontif. V. Quam dedicationem fieri rogauit Fr. Ioannes de Crema peccator Sacerdos tit. S. Chryſogoni. Qui idem Oratorium cum domo contigua, Clauſtro, & cæteris officinis conſtruxit, & præfatus M. titulum bonis, & poſſeſſionibus amplianit. Vbi recondita ſunt hæ Reliquiæ. De Coſta S. Stephani* P. P. *M. De capite S. Anaſtaſij M. De capite S. Sebaſtiani M. De ſanguine. & oſſibus B. Laurentij, & carbonibus. De Brachio S.* Calliſti *M. De coſta S. Priſcæ. De ſepulchro, & ſpongia Domini. De reliquijs S. Hyppolithi, Marci, & Marcelliani M. De veſtimentis S. Io: Euangel. De reliquijs S. Tharſillę, Triphonis, & Reſpicij M. Agapiti M. De peplo S. Barbarę tincto ſanguine. De reliquijs S. Sixti* PP. *M. Adriani* P. P. *M. Stephani* PP. *M. Cirillæ, Rufinę, & Sanguine S. Secundæ ſororis; & S. Cornelij* PP. *M. S. Nimphæ V. M.*

Huius Cardinalis memoria apud auctorem incertum in Vaticana Bibliotheca, vbi legitur Ioannes promouiſſe Calliſtum, II. cuius litteris ſubſcripſit, Anno 1120. Lucen. & Anno 1121. Ep. Auerſano, *to. 1. Vghel. p. 549.* & Ep. Corſicę, *to. 4. p. 1178. & p.* 1182. & Ep. trium Tabernar. *to. 9. Vghel. p. 499.* & An. 1122. Vniuerſis, *to. 9. p. 502.* Sub Honorio II. cum eo ſubſcripſit, Anno 1126. *to. 3. Vghel. p. 444.* An. 1133. ſub Innocentio II. ad Archiep. Ianuen. *to. 4. Vghel. p. 1186.* & Anno 1134. Ep. Piſtorienſi *to. 3. Vghel. p. 361.*

Lege Matthæum Paris, in *Chron*, Simeonem Durtelmen. in Hiſtoria Innoc. XI.

52. *Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum.*
Lucę. 24.

GRegorius Presb. Card. *S. Criſogoni* ſubſcribit cum Paſchali II. priuilegium *de Inueſtituris* datum Henrico Imperatori, idemque retractat in Concilio Lateranenſi: *to. 10. Concil. p. 769. & 779.*

....Presb. Card....)
....Presb. Card.....) teſte Ciaconio.
....Presb. Card.....)

PAndulphus Monachus Montis Caſſini S. R. E. P. C. S.... à Paſchali II. creatus per nonnullos aſſeritur auctoritate Vghelli in notis ad Ciaconium non aduertentes errorem retractaſſe *to. 1. Italiæ Sacrę* in Ep. Oſtienſibus, eundem Vghellum,

54. Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Phariſai ieiunamus frequenter? diſcipuli autem tui non ieiunant. 9. Matth. 14.

GVido Presb. Card. S. *Balbinæ*, defuncto Paſchale, ſuffragatus eſt Gelaſio II. Calliſto II. ſucceſſorem habuit, ſedente Calliſto, in titulum *S. Balbinæ*, Robertum, qui ſubſcripſit Calliſti diplomati, Anno 1123. pro eccleſia Ianuenſi: ſubſcribit cum Gelaſio II. An. 1118. pro Lucanis apud Vghellum *to. 1. Ital. ſ. p. 876.* Interrogatus à Ianuenſibus quæſtionem ſoluere de ſacris Ritibus ad Callixtum remiſit R. P. quemadmodum Joannes Baptiſta diſcipulos non erudiebat, ſed ad Chriſtum mittebat, vt exemplo inſtituerentur Magiſtri.

55. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. 2. Cor. 5.

D*ietericus* P. C. S. .., teſte *Vſpergenſi* Legatus Paſchalis II. ad Germanos, Saxones Eccleſiæ Romanæ reconciliauit. *Adhæc quendam Cardinalem Romanum, nomine Dietericum legatione in Pannonius functum per Nuncios aſciſcunt; quo etiam Colonienſis Concilij actionem, & per ipſam Imperatoris excommunicationem prædicante, tam Archiep. Magdeburgen. quàm cæterarum Eccleſiarum Præſules reconciliationem recipiunt. &c.*

56. Mendaces filij hominum. Pſal. 61.



VItalis Presb. Card. *S. Balbinæ* ſubſcribit priuilegio *de Inueſtituris.* dato per Paſchalem II. Henrico Imperatori. *to. 10. Concil. p. 779.* vt adularetur Henrico Imperatori.

57. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus ſupponet manum ſuam. 36. Pſal. 24.

RAynerius Presb. Card. *SS. Marcellini & Petri*, teſte *Pandulpho* Piſano, confirmat cum Paſchali II. priuilegium *de Inueſtituris*, idemque reuocat in Lateranenſi Concilio; vt in *to. 10. Concil. p. 769.* & *779.* Is tamquam diuerſus deſcribitur in Ciaconio ab eo, qui eſt ſub Vrbano II. ſed idem eſt: vide in Vrbano II.

58. Caput circuitus ipſorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. Pſal. 139.

AMicus Presb. Card. S.S. *Nerei, & Achilles; tit. Faſciolæ* ſubſcripſit litteris Paſchalis II. datis Monaſterio S. Crucis Saxi viui, Anno 1116. Eius memoria apud Piſanum, & in epiſtola ſchiſmaticorum Cardinalium pro Anacleto ad Lotharium Imperatorem. Vide Baronium, Anno 1130: & quæ dedimus in *vita Inocentij II.* Declinauit enim ad ſchiſmaticos contra Innocentium Papam legitimum.

A

DIuizo ſeù Domnizo Presb. Card. *S. Cyriaci in Thermis Diocletiani* (teſte Oldoino, qui ſua pro allegatione neminem citat), cum ſubſcripſiſſet priuilegio Imperatoris de *Inueſtituris*, obijt, & Chryſogonum habuit ſucceſſorem.

CHryſogonus Presb. Card. *S. Cyriaci in Thermis* teſte Ciaconio ex bulla Gelaſij II. Anno 1128.

B

S. Andreæ Auenione. Panuinius ſub Paſchali, & Gelaſio hunc titulum deſcribit minime vacantem, nomen tamen Cardinalis non exprimit, ſi Oldoino fides, qui more ſuo fallitur: nam ſi legeris Panuinium in Gelaſio II. impletum offendens titulum à *Ioanne Cardinali S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.*

IOannes Monachus & Abbas S. Pauli Romæ, Presb. Cardinalis *S. Mariæ Transtyberim, tit. Callixti.* Obijt (ſcribit Ciaconius ex Pandulpho Piſano in creatione Gelaſij II.) 7. Idus Mar. Anni ...

C

ODeriſius Presb. Card. tit. *S. Marcelli.* Ciaconius ex Pandulpho Piſano. Panuinius tam in Paſchali II. quàm in Gelaſio II. impletum quidem deſcribit Titulum S. Marcelli ſed nomen ignorat Cardinalis. Nomen huic ſimile lego in ſubſcribentibus cum Anacleto II. Antipapa apud Vghel. *to. 8. p. 692.* pro Francone Abbate S. Sophiæ, ſcilicet *Aderiſcius Cardinal.*

Diaconi Cardinales ſub Paſchali II.

63. Deum timete, Regem honorificate. 1. Pet. 2.

GAllo ſeù Gualo, natu Galius Iuonis Carnotenſis diſcipulus Abbatiæ S. Quintini, Ordinis Auguſtiniani, in prouincia Bellouacenſium Præſul, aduerſante Philippo I. Rege, ſi Oldoino fides, qui iuramento ſe obſtrinxerat, nunquàm ſe viuente eum futurum Bellouaci Antiſtitem, vt teſtantur Iuo Carnotenſis, & Archiep. Lugdun. in epiſtolis, quas Paſchali dedere Romano Pontifici. Audi Iuonem ep. 142. *S. Paternitati veſtræ ſupplicando ſugerimus, vt Dominum Gallonem Coepiſcopum noſtrum de Bellouacenſi*

D

Epiſcopatu, quem propter Sacramentum D. Ludouici habere non poteſt, per manum Senonenſis Archiepiſcopi transferri ſubeatis in Pariſienſem Epiſcopatum &c. Concordant epiſtolæ 104. 105. Ex hac epiſtola nouum errorem corriges Oldoini; non enim Gallo Epiſcopatu excludebatur Bellouacenſi, propter iuſiurandum *Philippi* Regis, ſed *Ludouici*, vt aſſerit Iuo. Cauſa vero Regiæ indignationis, aduersùs Galonem erat quòd diſcipulus Iuonis (is Regem Philippum excommuni-

municauerit tanquàm adulterum) dubitaretur fore Regis inimicus. Cum autem Paſchalis II. Papa inſiſteret contra Regem, vt Galoni Eccleſiam permitteret; Rex verò obſtinate negaret; viam pacis annuère Clerici Pariſienſes in Epiſcopum ſuum poſtulantes *Galonem* electum, & conſecratum Eccleſiæ Bellouacenſis, cui poſtulationi Rex, & filius Regis non diſſentiebant. Quando verò *Gallo* in Cardinalem aſſumptus fuerit? ex Bellouacenſi? vel Pariſienſi Epiſcopatu? dubium. Presbyterum non fuiſſe Cardinalem, vt mentitur Oldoinus, ſed *Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Porticu*, teſtatur ipſe in ſuis Conſtitutionibus, quas Legatus Paſchalis II. ad Sarmatas, ita exorditur in *to. 6. Bibliothecę Veterum Patrũ. In nomine Domini. Nos Galo miſerat. Diuina S. Mariæ in Porticu, Diaconus Cardinalis, Apoſtolica Sedis Legatus excommunicamus omnes &c.* Legatione functum ad Polonos, ad Morauos, ſedibus Epiſcopalibus duos deturbaſſe refractarios, quorum alterum *Clyaſtaum* Epiſcopum Cracouienſem, Longinus eſt auctor *De rebus Polon.* Filium etiam Boleſlai Ducis Poloniæ in Eccleſia Cracouienſe, iubente Patre, de ſacro fonte leuauit, & puero Vladiſlai nomen eſt datum. In Gallia quoque legationem obiens Apoſtolicam, litteras accepit ab Ildeberto Epiſcopo Cenomanenſi. ad Pariſienſem vocatus Eccleſiam, inaugurationi B
interfuit *Ludouici* cognomento *Craſſi*? & diplomati, quo Ludouicus Craſſus fundationem Abbatiæ S. Victoris Pariſien: firmauit, ſubſcripſit, S. Anſelmus ei miſit epiſtolam: tres Yuo Carnotenſis, Anſellus olim in Pariſienſi Eccleſia educatus, Hieroſolymis ſtans, particulam S. Crucis ad eum miſit. Obijt VII. Kal. Martij, Anno 1114. Inſignia Gallo ſemper vſurpauit Eccleſię Pariſien, quibus ſemper vſus eſt, Succeſſorem habuit *Romanum* in Diaconum *S. Mariæ in Porticu*, de quo infra.

64. Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, Pſal. 105.



GRegorius Caietanus ex Anagnia, Papæ ſcriptor, Diaconus Cardinalis S. *Lucię in Septifolio*, adfuit Concilio Vaſtallenſi; & Bullæ Paſchalis II. Laterani. Anno 1106. Adfuit etiam Lateranenſi Concilio, in quo priuilegium reuocat de *Inueſtituris* vt *in to. 10. Concil, p. 769.* Subſcribit litteris Calliſti II. An, 1123. ad. Ep. Corſicæ, *to. 4. p.* 1182. Peccaſſe dicitur cum patribus, quia erroris ducem Papam ſuſpexit Pa- D
ſchalem; cum in gratiam Cęſaris priuilegio ſubſcripſit De Inueſtituris Epiſcoporum,

65. Non enim erubeſco Euangelium, 1. Cor.

LEonas Monachus, & Abbas S. Clementis, Diaconus Card, S.... Leo dictus in Concilio Lateran. vbi priuilegium reuocauit De *Inueſtituris to. 10. Concil. p. 769.* Obijt 8. Kal. Aprilis poſt Annum ſaltem 1112. Supplet Baronius titulum Diaconiæ, ex actis vitæ Paſchalis II. PP. Anno 1111. *Leo Diaconus S. Viti Martyris.* Succeſſor ei datus *Amicus*.

66. Fuit Ioannes in deſerto baptizans prædicans baptiſmum pænitentia, in remiſſionem peccatorum. 1. Matt. 3.

AMicus Monachus S. Laurentij extra muros via Tiburtina, Diaconus Card. *S. S. Viti & Modeſti, in macello Martyrum*, poſtea à Calliſto II. crea-
A tus Presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, vnde diuerſus ab eo, quem ſupra poſuimus. ſubſcripſit diplomati Calliſti II. pro Epiſcopo Ianuenſi, dato 3. Non. Ian. 1121. Obijt ſub eodem Callixto II. Vir timidus, & de conſcientia metuens neminem auſit increpare, ſoli ſibi timens Ioannis exemplo Baptiſtæ, qui etſi ab omni labe purus. deſerto non exibat pænitentiam prædicaturus: ſed ad eum veniebant in deſertum, vt ei confiterentur peccata ſua.

67. Fecit ex eis vitullum conflatilem (Ex. 32.) *dicitq; Hi ſunt Dij tui.*



PEtrus filius Petri Leonis, nobilis Romanus, Diac. Card. *S. S. Coſmæ, & Domiani*, poſtea à Callixto II. Presbyter creatus Card. *S. Mariæ Tranſtyberim*, tandem in Schiſmate aduersùs Innocent. II. Pontificem legitimũ eleuatus Pſeudopontifex, de quo vide in *vita Innocent. II.* Eius memoria in diplomate Paſchal. II. pro Eccleſia Biſontina, *to. 10, Concil. p.* 850. Adſuit, & ſubſcripſit Concilio Toloſano ſub Callixto II. An. Sal. 1119.
C quo dicitur Card. *S. S. Coſmę, & Damiani*. to. 10. Concil. p. 860. ſuppreſſo nomine Diaconi ſubſcribit cum Gelaſio pro Canonicis Lucanis An. 1118. *to. 1. Italia.* Apud Vghellum, *p. 876.*

68. Interrogate diligenter de puero, 2. Matth. 8.



PEtrus Diaconus Card. *S. Hadriani* vitam protraxit vſque ad Callixtum II. cuius diplomati pro Lucenſibus ſubſcripſit Anno 1120. & Lateran. An. 1122. Eius memoria etiam in gemina Bulla Gelaſij; Anno. 1118. apud Vghellum *to. 1. Italia. p. 876.* Hunc ego crederem eundem eſse cum eo, de quo Baronius An. 1115. *Rex geſta deſcribitur ab eo, qui aderat Petro Diacono Cardinali bibliothecario in vita Paſchalis* Adiungit Oldoinus hunc Petrum Card. Diaconum S. *Hadriani*, & S. R. E. bibliothecarium, fuiſse Monachum Caſſinatem; Eum, qui librum quartum adiecit Leoni Oſtienſi, in Chronico Caſſinenſi: ſed fallitur mo-

re

re ſuo: nam cum Paſchalis II. PP. ſederit ab Anno, 1100. vſque ad 1117. Petrus vero Diaconus Monachus Caſſinas, qui librum quartum cõſcripſit Chron. Caſſinen. puer quinquennis oblatus fuerit Abbati Gerardo (vt ipſe teſtatur in præfatione libri quarti ſupradicti) qui Abbatiam ſubijt Anno 1112. vt aſſerit idem Petrus in Chronologia Abbatum Caſſinenſium, quam habes in fine dicti quarti libri; & *l. 4. c. 66.* de ſeipſo dicat, *His temporibus*, Anno 1115. *Petrus Diaconus primo ætatis ſuæ luſtro B. Benedicto oblatus, & à iam dicto Gerardo Abbate ſuſceptus*, *c. 66. lib. 4.* ætas immatura non permittit eum dicere Cardinalem ſub Paſchali II. Concordat Antonius Poſſeuinus in ſuo Apparatu ſacro his verbis: *Petrus Diaconus Monachus Caſinenſis, magnæ apud omnes auctoritatis, & Bibliothecarius, Ægidij filius Girardo Abbati, Anno Domini 1115. quinquennis Deo, & S. Benedicto nutriendus oblatus ſub regulari diſciplina fuit inſtitutus &c.* Eius memoria in litteris II. ad Vniuerſos, An. 1122, *to. 9. Vghel. p. 502.*

69. De ore meo verbum veritatis.
1118. Pſal. 43.



ROmanus Diac. Card. S. *Mariæ in Porticu* ſubſcripſit litteris Calliſti II. An. 1121. Ep. trium tabernar. *to. 9.* B
Vghel. p. 449. & An. 1122. Vniuerſis, *to. 9. Vghel. p.* 502, & Ep. Corſicę, & An. 1123. *to. 4. apud Vghel. p. 1119. & p.* 1182. Item Honorij II. An. 1126. Archiep. Piſano, *to. 3. p.* 445. & An. 1128. & An. 1133. Archiep. Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1182. poſtea promouit Innocentium II. contra Anacletum II. Antipapam, eiuſque litteris ſubſcripſit An. 1134. Ep. Feſulano, *to. 3. Italię, p.* 312.

His litem facit ſequens ſubſcriptio per notas compendiarias G. G. *Diac. Card. S. Marię in Porticu* in C
litteris Honorij II. An. 1125. Archiepiſcopo Rauennę, *to. 2. Vghel. p. 366.* quibus *Gregorius* deſcribitur. Vnde quomodo dicitur *Romanus* promotus ad Diaconum Cardinalem *S. Mariæ in Porticu*, à Paſchali II. & viuere Anno 1121. vltra Annum 1140. ſi Anno 1125. titulum hunc Gregorius tenet? valdè incerta.

Creſcit difficultas, quia litteris modò citatis Honorij II. ad Archiep. Rauennę, Anno 1125. apud Vghellum *to. 2. p. 366. Romanus* ſubſcribit tanquàm *Diaconus Card. S. Angeli.*

70. Erant Scribę & Magiſtri de Leuitis ianitores.
2. Paralip. 34.

IOannes Caietanus Monachus Caſinas Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin*, Diaconorum primus, S. R. E. bibliothecarius, & Cancellarius, teſte Ciaconio ex *antiquis Paſchalis II. PP. Bullis*,

....Diac. Card. S....)
) teſte Ciaconio,
....Diac. Card. S....)

71. Et tu de illis es? Matt. 27.

GRegorius Monachus, & Abbas S. S. Andreę, & Gregorij in Cliuo Scauri, Romæ, Diac. Card. S. *Euſtachij*, Concilio ſubſcripſit Vaſtallenſi, Anno 1106. comitijs adfuit pro creatione Gelaſij II. In ſchiſmate Anacleti contra Innocentium II. ad Schiſmaticos declinauit, & cum eis epiſtolam dedit ad Lotharium Imperatorem. Vide Baronium Anno 1130. & ea, quæ dedimus in *vita Innocentij II.* Legatus eiuſdem Anacleti perrexit in Aquitaniam, vt Mo-
A nachos Cluniacenſes, Antipapæ conciliaret: plures in itinere tentauit Epiſcopos, quibus litteras deferebat Pſeudopontificis Lege de eo Baptiſtam Dertonenſem in *Chron. Monaſtico*. Eius memoria in Bulla Honorij II. Baſilicę Apoſtol. An. 1127. in litteris Calliſti II. ad Ep. Corſicę, Anno 1121, apud Vghellum *to. 4. p.* 1179.

....Diac. Card. S....)
) teſte Ciaconio,
....Diac. Card. S....)

72. Redime me à calumnijs hominum.
Pſal. 118.



ODeriſius de Sangro, Varuenſis Diœceſis, Monachus S. Benedicti, cognomento *Iunior* habitum induit Monaſticum ſub Oderiſio ſeniore agnato ſuo ex nobili Comitum Sangrorum progenie Diaconus Cardinalis S. *Agathę* à Paſchali II, creatus, comitijs adfuit, in quibus creatus eſt Papa Gelaſius II. nec longè in locum Abbatis Gerardi fato functi Abbas ſuffectus S. Be-
C ned. in Monte Caſſino, numero quadrageſimus ſecundus à S. Benedicto, cuius electionem confirmauit Callixtus II. & teſte Ciaconio, Menſe Martio Anno 1122. Romam venientem in Lateranenſi Concilio Presbyterum Cardinalem S. *Cyriaci in Thermis* creauit. In hac Synodo Oderiſius querelas Epiſcoporum Monachos Accuſantium, quod *Eccleſias, villas, caſtra, decimationes viuorum, & mortuorum oblationes his detinentibus, nil ſuper eſſet; niſi vt ſublatis virgis & annulis Epiſcopi Monachis deſeruirent, to. 10. Concil. p. 888. Concilij Romani. Anno* 1122. compeſcuit, modeſtè reſpondens, & refutans quę dicebantur. Hinc Callixtus Papa auditis partibus deci-
D dit, Caſſinenſem Eccleſiam per Ieſum Chriſtum fundatam, liberam eſſe, & ſub ſolius Romanę Eccleſię iure reſeruandam. Concordat Petrus Diaconus *l. 4. Chron. Caſſin. c. 78.* vbi exactiſſimè referens aduentum Oderiſij Romam, eius conſeruationem à Callixto factam, diſputationem in Romano Concilio, de promotione ad titulum S. Cyriaci in Thermis nec verbum. Sic in Chronologia Abbatum Caſſinenſium, n. 42. *Oderiſius* dicitur *à Paſchali II. creatus Diaconus Cardinalis*, de Presbyterio nihil. Caſſinenſi Mo-

ſi Monaſterio valdè vtilis, Piſano oppido, pluribuſque auxit eccleſijs, Monaſticam regulam in Dalmatia propagauit *c. 80. l. 4. cit.* Oppidanos S. Angeli obedientiam detrectantes, collectis copijs ad obſequium coegit *c. 82. lib. 4.* Vir eloquentia clarus plura ingenij ſui monumenta reliquit, pręcipuè *Sermonum* librum ad Feſta totius Anni, & B. Virginis, vt teſtatur *Annal.* Vuion. Vir plenus meritis indignationem non effugit Honorij II. Papę, qui cum eſſet Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & hoſpitium non valuiſſet impetrare quęſitum in Monaſterio Caſſinenſi quaſi ſibi debitum, vt antea conceſſum prędeceſſoribus ſuis, *indignatione ſimul, & ira repletus receſſit,* A *læſionis, & contrarietatis contra eundem Abbatem tempus expectans. c. 91. lib. 4. cit.* Mortuo tandem Callixto II. cum Cardinales Honorium II. elegiſſent, minimè vocato *Oderiſio* Abbate, Diacono Cardinali S. Agathę, propterea pecuniæ ſubſidium poſtulanti Honorio II. reſpondiſſet Oderiſius, *quod ipſe qui de ope ferenda pulſabatur, intereſſe debuiſſet electioni, vt qui particeps erat tribulationum, conſors eſſe deberet & conſolationum. c. 83. libri citati.* facta eſt cauſa perpetui diſſidij inter Papam, & Abbatem, qui tanquàm miles, & dilapidator ſubſtantię Monaſterij, increpatus ab eodem Honorio II. *c. 86.* eſt tandem depoſitus, *vno tantum repertus in crimine, quod vocatus ad curiam* B *ire diſtuliſſet: dicente Pontifice: & ſi in nullo alio culpandus eſt, eius tamen ſuperbia crimen eſt damnationi ſufficiens. c. 88. libri cit.* Depoſitioni ſuę armatus reſtitit, donec vi oppreſſus maiore, ſucceſſorem habuit Nicolaum natione Tuſculanum. IV. Kal. Septemb. An. 1126. Fato functus ſepultus eſt in cęnobio Caſſinenſi. Eius memoria in litteris Paſchalis II. An. 1100. pro Ep. Troiano, apud Vghellum, *to. 7. Italiæ p.* 1377.

73. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*
Eccleſ. 1.

ROſcemanus Sanſeuerinas, ex Comitibus Marſorum, natu Campanus vel Picentinus, Monachus Caſſinas, Diaç. Card. S. *Gregorij in Velabro*, Roſcemani filius, qui humanarũ rerum cura ſolutus, ſe ſe inter Cænobiarchas Caſſinenſes abſcondidit, teſte Fulcone Beneuentano *in Chron.* Adfuit Roſcemanus. S. R. E. Diaconus Concilio Vaſtallenſi, Anno 1106. ſuffragatus eſt in creatione Gelaſij II. huncque ab vrbe profugum ſequutus eſt ad Monachos Cluniacenſes, quo mortuo comitijs interfuit Cluniaci habitis pro exaltatione Callixti II. cũ quo in Italiam redijt, & Rector dictus Beneuentanus diem obijt ſupremum poſt Annum 1123. quo ſubſcripſit D diplomati dato Laterani à Callixto II. octauo Id. Aprilis, apud Vghellum, *to. 4. p.* 1182. Creatum hunc dicunt Cardinalem vnà cum Oderiſio, de quo dubito. Certum tamen Concilio adfuiſſe Lateran. vnà cum Paſchali II. Papa, Anno 1112. & priuilegium infirmaſſe *de Inueſtituris* datum Henrico Imperatori *to. 10. Concil. p. 769.*

.... Diacon. Card. S.... teſte Ciaconio.

74. *Lex Dei eius in corde ipſius.* Pſal. 36.



A*Ldo* Ferrentinus Hernicus Campanus, ex ſcriptore Romani Põtiſicis Diacon. Card. *S. S. Sergij, & Bacchi* adſuit Concilio Vaſtallenſi, Anno 1106. priuilegium retractauit *de Inueſtituris* in Lateranenſi Concilio, *to. 10. Concil. p. 769. & p. 779.* Creationi interſuit Gelaſij II. Callixti II. cum quo Anno 1121. ſubſcribit ad Ep. Corſicæ *to. 4. Italia p. 1179.* & Anno 1122. *to. 9. Vghel. p. 502.* ſub quo obijt; nam teſte Vghello *to. 4. Italię Sacræ, p. 1182.* alius in eodem titulo Cardinalis ſubſcripſit diplomati Callixti, notis ſequentibus. *G. G. Diac. Card. S. S. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.* Subſcripſit etiam diplomati Paſchalis II. dato Eccleſię Biſontinę, *to. 10. Concil. p.* 810.

75. *Noli quęrere fieri iudex.* Eccl. 6.

B*Oſo* Diac. Card. S..... à Paſchali II. datus eſt iudex in quadam controuerſia; vt legitur in Tabulario Caſſinenſi, neutro acquieſcente litigantium.

76. *Scribis contra me amaritudinem.*
Iob. 13.



C*Hriſogonus* Malcondinus natu Piſanus, ex Subdiacono, & Scriptore Pontificis, Diaconus Card. S. *Nicolai in carcere Tulliano* (teſte Panuinio) electioni interfuit Gelaſij II. à quo Cãcellarius, & bliothecarius deſignatus S. R. E. in Gallias Pontificem eſt comitatus. Sub Callixto II. diploma datũ Bernardo Primati Toletano exarauit, & ſub-
C ſcripſit, *to. 10. Concil. p.* 853. aliud diploma Callixti II. ad Canonicos Bergteſtadenſes, *ib. p.* 850. Aliud ad Ottonem de Caſtro Stingi: *ib. p.* 848. duo ad Cluniacenſes *ib. p.* 845. duo ad Franconem Abbatem Trenorcienſem, *ib. p. 843. & p.* 841. Aliud ad Canonicos Biſontinos. *ib. p.* 834. Duo ad Goffridum Abbatem Vindocinenſem *ib. p.* 832. Ad Stephanum Abbatem Ciſtercienſem *ib. p.* 828. Vitia iſte temporum notauit & hominum, calamo ferreo nec dignitatibus parcens ſupremis.

77. *In tribulatione dilataſti mihi.* 4. Pſal.

S*Tephanus* Diaconus Card. S. *Luciæ in Silice*, aliàs *Orphea* adfuit (teſte Ciaconio, & Panu.) electioni Gelaſij II. & Callixti II. ſub quo obijt, de eccleſia meritus, quòd inter bella ciuilia & ſciſmata nũquàm trepidauerit & ſucceſſorem habuit Gerardum, qui Diplomati Callixti II. ſubſcripſit, Anno Sal. 1121.

78. *Traditor autem dedit eis ſignum dicens: Quemcumq. oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum.*
Matt. 26.

STephanus, (quem Oldoinus *Creſcentium* appellat, eique ſequentia apponit inſignia) Hernicus



nicus Anagninus, Campanus Romaſto Pontifici à ſcriptura, poſtea Diaconus Card. *S. Mariæ in Dominica*, vel S. *Mariæ Noua* creatus à Paſchali II. inde tranſlatus ad Presb. S. S. *Petri, & Marcellini* à Calliſto II. eiuſdem litteris ſubſcripſit. An. 1122. *to. 9. Vgh. p.* 502. In creatione Innocē- A tij II. declinauit ad Pſeudopapā contra Innocentium II. & litteras dedit cum alijs ſciſmaticis ad Lotharium Imperatorem in fauorem Anacleti, à quo Beneuentanæ vrbi pręfectus, cum ea proditorie tradere vellet Rogerio Siciliç Regi, impetitus à ciuibus fugam arripuit, & in loca Rogerij ſe ſubduxit, vbi contra Beneuētanos machinari nō deſtitit, ſed ab eis comprehenſus, vinctuſque perductus ad Papam Innocent. II. ſub quo obijt, teſte *Falcone* in *Chron. Benen.* Hi titulum ſuum SS. Petri, & Marcellini à fundamentis reſtituit cum vicino Palatio, teſte Ciaconio, B vt ex quibuſdam ineptis carminibus ſuper Palatij portam extantibus deducitur. Eius memoria in diplom. Honorij II. Later. An. 1128. Anacleti II. Baſilicæ Apoſtolorum. Anni 1130., & 1131. & pro Francone Abbate S. Sophiæ, An. 1139. apud Vghellum *to.* 8. *Italiæ p.* 688. & pro Ep. Corſicæ, An. 1123. *to.* 4. *p.* 1182.

79. *Et viam pacis non cognouerunt.* Pſal. 13.



ROmualdus Guarna cognominatus (teſte Vghello) C natu Salernitanus, vt ex tabulis Eccleſiæ Salernitanæ, Diaconus Card. *S. Mariæ in via lata* a Paſchali II. promotus, & ab eodem legatus ad Beneuentanos (teſte Fulcone) vt pacem firmaret, dolo Landulphi Atchiepiſcopi bellum ſpirantis, nihil effecit, ſub eodem Paſchali diplomati ſubſcripſit ad Eccleſiam Biſontinam *to.* 10. *Concil. p.* 810. Vixit vſque ad Calixtum II. à quo in locum Alſani defuncti Archiep. D Salernitani, Anno 1121. conſecratus eſt menſe Septembri, in quo non diu vixit, ſucceſſore relicto Guillelmo in Archiepiſcopatum. Eius memoria etiam in tabulis Caſſinenſibus, quò venit cum Calixto II. PP. & cum eo ſubſcripſit pro Epiſcopo Auerſano, An. 1121. Vghellus *to.* 1. *Italiæ p.* 549. Subſcripſit pro Epiſcopo Corſicę *to.* 4. *p.* 1179. & Vniuerſis, An. 1122. *to.* 9. *p.* 502. ſub quo obijt quia A Anno 1123. Vbertus Diaconatum Cardinalem S. Mariç in via lata poſſidet, vt apud Vghel. *to.* 4. *p.* 1182.

80. *Circumdederunt me ſicut aqua tota die: circumdederunt me ſimul.* 87. Pſal. 18.

IOannes Diac. Card. *S. Luciæ* diplomati Paſchalis II. ſubſcripſit dato ad Eccleſiam Biſontinam, *to.* 10. *Concil. p.* 810. circumuentus a Sciſmaticis, vt declinaret ad Antipapam, perſeuerauit fortis in communione.

B

BErardus Berardi Marſorum Comitis filius Diaconus Card. S. *Angeli* à Paſchali II. creatus, poſtea Presb. Card. *S. Chryſogoni*, & Marſorum Epiſcopus vt ex Vghello to. 1. Italiæ ſacræ p. 663. tranſcripſit Oldoinus ſed per errorem: nam de Cardinalatu Berardi nullum firmum teſtimonium: immò repugnat, quod Presb. Card. fuerit *S. Chryſogoni*, quia Titulum *S. Chryſogoni* duo occuparunt ſub Paſchali II. *Gregorius* & *Ioannes Cremenſis*, de quibus ſupra.

ALbic. Diaconus Card. *S. Petri* ſubſcribit cum Paſchali II. ad Ep. Troianum, Anno 1100. apud Vghellum *p.* 1377. *to.* 7. *Italiæ*.

Hec ſunt nomina Cardinalium, quæ ſub Paſchali II. mihi occurrunt, quamuis apud Ciaconium tres ſupra nonaginta numerentur his verbis: Paſchalis II. PP. ordinationibus pluribus, menſe Decembri aliiſque temporibus Epiſcopos centum creauit, ſuperſunt ex his Epiſcopi Cardinales 13. Presbyteri Cardinales 50. ſuperſunt nomina 35. & Diaconi Cardinales 30, ex quibus 15. tantum memoria ſupereſt in tanto huius ſæculi calamitate.

GELASIVS II. P. CLXI.

GElaſius II. Octauo Kal. Feb. Sal. An. 1118. ad diem obitus: qui fuit 4. Kal. Feb. 1119.

Cardinales, qui interfuerunt creationi Gelaſij II.

CArdinales Epiſcopi ſecundum Ciaconium *Quinque*, Secundum Panuinium: *Sex*:

Ex creatis ab Vrbano II. ſecundum Panuinium.

C*Intius*, vel *Centius*, aut *Creſcentius* Romanus Ep. Card. *Sabinus* prior Epiſcoporum:

Ex creatis à Paſchali II. Epiſcopi.

L*Ambertus de Fagnano Ep. Card. Oſtien. Papa futurus Honorius II. ex Ciacon. & Panuinio*:

Diui-

Diuizo....Ep. Car. Tuſculan. teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

Petrus...., Ep. Car. Portuen. Papæ in vrbe Vicarius; teſte *Ciac.* & *Panuin.*

Curio...Ep. Car. Præneſtin. teſte *Panuinio*.

Vitalis....... Ep. Car. Albanus; teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

Presbyteri Cardinales n. XXIIX. Ex creatis ab Vrbano II.

A*Micus Presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, Archipresb. S. R. E.* teſte *Ciac.* & *Panuinio*.

Bonifacius P. C. S. Marci; teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

A

Ex creatis à Paſchali II. ſecundum Ciaconium.

B*Benedictus P. C. S. Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ*; hunc Panuinius creatum dicit ab Vrbano II.

Io: P. C. S. Ceciliæ.... Concordat Ciacon. & Panuinius.

Gregorius P. C. S. Priſcæ.... Diſcordant Panuinius dicens: *Gherardus P. C. S. Aquilæ, & Priſcæ*.

Theobaldus Buccapecus Romanus P. C. S. Anaſtaſiæ.... Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Theobaldus P. C. tit. Pammachy. Diſſonat Panuinius, & loco *Theobaldi* ponit *Nicolaum* P. C. *SS. Io. & Pauli, tit.* Pammachy.

Diuizzo P. C. *SS. Silueſtri, & Martini in Montibus*. Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Anaſtaſius Romanus P. C. S. *Clementis* Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Chunradus P. C. S. *Pudentianæ, tit. Paſtoris* Concordant *Ciac.* & *Pan.*

Deſiderius P. C. S. Praxedis. Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Deuſdedit P. C. S. Laurentij in Damaſo. Concordant ſupradicti.

Gregorius de Ceuano Capuanus P. C. S. Laur. M. tit. Lucinæ. Concordant.

Hugo Vice Comes Piſanus P. C. SS. XII. Apoſtol. Concordant ſupradicti.

Saxo Comes Anagninus P. C. S. Stephani, in Cælio. Concordant.

Sigizzo P. C. S. Sixti PP. M. Concordant.

Petrus Piſanus de la Girardeſca Comes de Donoratico P. C. S.S. *Gabinij, & Suſannæ*. Concordant.

Ioannes Cremenſis P. C. S. *Chriſogoni*.
Guido P. C. S. *Balbinæ*.
Rainerius P. C. S.S. Petri, *& Marcellini*.
Petrus Vuilhelmus P. C. S. *Sabinæ in Auentino*.
Amicus P. C. S. S. Nerei, & Achillai. tit. Faſciolæ.
) Concordant *Ciaconius* & *Panuinius*.

B

Ioannes P. C. tit. S. Euſebij, Panuinius diſonat, & loco *Ioannis*, ponit *Robertum*, aliàs *Raynerium*.

Hugo de Alatro P. C. S. *Vitalis tit. Veſtinæ*. Panuinius concordat in titulo, ſed ſilet in nomine Cardinalis.

Boſo P. C. *S.S. Quatuor Coronatorum*. Panuinius concordat in Titulo; ſed diſſonat in nomine Cardinalis, & loco *Boſonis* ponit *Robertum Papienſem*.

Chriſogonus P. C. S. Cyriaci in Thermis. Diſſonat Panuinius, & loco *Chryſogoni* dicit *Ioannes*,

Ioannes P. C. S. Callixti. Panuinius ſilet in nomine Cardinalis dicens.... P. C. S. *Mariæ V. Transtyberim tit. S. S. Iulij & Callixti*... P. C. S. *Marcelli*. Concordant *Panuinius*, & *Ciaconius*.

C

Ciaconius itaque, & Panuinius concordant in numero Cardinalium Presbyterorum, qui in hoc adfuere Conclaui, licet in aliquorum nominibus diſonent.

Diaconi Cardinales creati ab Vrbano II. Qui ſecundum Ciaconium crearunt Gelaſium II. P.P.

I*Oannes Caietanus, Monachus Caſſin. Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, Archid. S. R. E. & Cancellarius*. Concordat Panuin.

Theobaldus D. C. S. *Mariæ* Nouæ. Apud Panuinium Silentium.

Comes Mediolanenſis D. C. S. Mariæ in Aquino. ſilet Panuinius.

Gregorius de Papa Romanus, de regione Transtyberim Canonicus Regularis Later. Diac. Car. S. *Angeli*. Concordat Panuinius.

D

Diaconi Cardinales creati à Paſchali II. Qui teſte Ciaconio, crearunt Gelaſium II. PP.

G*Regorius Caietanus* C. *D.* S. *Luciæ in Septifolio*.

Petrus D. C. S. Hadriani. Diſſonans Panuinium loco *Petri* dicit *Iulium*.

Petrus filius Petri Leonis D. C. S. S. Coſmæ, & Damiani. Concordant *Panuinius*.

Romanus... D. C. S. Mariæ in Porticu.

Gregorius Monachus & Abbas S.S. Andreæ, & Gregorij in Clino Scauri, in Vrbe D. C.S. Euſtachij.

Oderiſius de Sangro Campanus, Monachus Caſſinas, D.C.S. Agatha, poſtea Abbas Caſſin.

Roſcemanus Campanus, Monchus Caſſin. D. C.S. Gregorij ad Velum aureum.

Henricus Siculus Decanus Mazarenſis Cænobij D.C.S. Theodori.

Aldo de Ferrentino D.C.S. Sergij, & Bacchi.

Chryſogonus Malcondinus D.C.S. Nicolai in carcere.

Stephanus D. C.S. Luciæ in Silice aliàs in Orphea.

Creſcentius Anagninus Cãpanus D.C.S. Mariæ Nouæ.

Concordant Ciaconius, & Panuinius.

Romualdus Diaconus C.S. *Mariæ in via lata*: diſſonat Panuinius, & loco *Romualdi* dicit *Hugonem Alatrinum.*

Amicus .... Romanus D. C. S.S. *Viti, & Modeſti, in macello Martyrum.* Diſſonans Panuinius loco *Amici* ponit *Theobaldum.*

Leo .... D. C. S. *Mariæ in Dominica* ſecundum *Panuinium*, de quo ſilet *Ciaconius.*

Cardinales Abſentes. Duo, teſte *Ciaconio*: nulli teſte *Panuinio*.

Creatio Cardinalium.

In die Coronationis ſuæ Gelaſius II. Caietæ, quò aufugerat, vnum erauit Cardinalem; & fuit.

1. *Amicus fidelis protectio fortis.* Eccli. 6.



P*Etrus Rufus* Nobilis Neapolitanus ex Subdiacono Diaconus Card. S. *Mariæ in Coſmedin*, qui Gelaſium in Gallias fugientem nunquam deſeruit: teſte *Pandulpho Piſano*, Sub eodem Gelaſio II. obijſſe credimus; quòd Pontificatum ineunte Callixto II. Sal. An. 1121. tertiò Non. Ianuarij. alius Diaconus Card. S. *Mariæ in Coſmedin*, ſeù *Scola Græca*, ſubſcribat cum Callixto II. priuilegio dato Epiſcopo Ianuen. *Vghel. to. 4. p. 1179.*

CALLIXTVS IJ. P. CLXIJ.

CAllixtus II. Eligitur Anno Sal. 1119. Kal. Feb. Obijt 14. Kal. Ianuarij, An Sal. 1124.

Cardinales ſub Callixto II.

Qui Cluniaci, defuncto Gelaſio II. ſubrogarunt Callixtum II.

Cardinales Presbyteri XI.

Creati a Paſchali II. PP. teſte *Ciaconio & Panuinio.*

I*Oannes Cremenſis* P. C. S. *Chryſogoni.*

G*Vido Gallus* P. C. S. *Balbinæ.*

Cardinales Diaconi Creati ab Vrbano II.

G*Regorius Romanus de regione Transtyberim, filius Ioannis* D. C. S. *Angeli poſtea Papa.*

Digitized by Google

Cardinales Diaconi Creati à Paſchali II.

PEtrus filius Petri Leonis, Romanus D.C. SS. Coſme, & Damiani, Antipapa futurus nomine Anacleti. Chryſogonus D.C.S. Nicolai in Carcere, S.R.E. A Cancellarius.

Roſcemanus Campanus, Monachus Caſſinas, D.C.S. Gregorij ad Vellum Aureum.

Reliqui Cardinales Romæ erant.

Creationes Cardinalium à Callixto II. factæ.

TRes reperiuntur; quarum prima Anno IJ. Pontificatus ſui, menſe Decemb. Anno 1120. Secunda contigit Anno 1122. Romæ menſe Martio. Tertia Romæ in Concilio Lateranenſi, menſe Decembris An. 1122.

Cardinales Epiſcopi ſub Callixto II.

1. *Quod fundens ſuper caput Aaroni, vnxit & conſecrauit.* Leuit. 1.





GVillelmus ... Ep. Card. *Praeneſtinus*, vel Guillielmus, B aut Vvilhelmus Gallus creatus à Callixto II. in Lateran. Concilio, An. Sal. 1122. Romanę ſemper defenſor Eccleſię, Innocentium II. promouit, & fouit conſtans aduersùs Pſeudopapam Anacletum. Eiuſdem Innocentij ad Germanos Legatus Brunonem Archiep. Colonienſem ſacro vnxit oleo, Anno 1133. Adfuit dedicationi Oratorij S. Chryſogoni, vt patet ex tabula marmorea, quam vidiſſe teſtatur C Vghellus. Priuilegio dato ab Honorio II. Cluniacenſibus ſubſcripſit; vt in *to. Concil. p.* 911. & Anno 1125. Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. & Anno 1126. Archiep. Piſano, *to.* 3. *Vghel. p.* 444. Et An. 1133. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1186. & Anno 1134. Ep. Feſulano *to.* 3. *Vghel. p.* 312. Et pro Ep. Bergom. An. 1135. *to.* 4. *Vghel. p.* 651. & An. 1136. Canonicis Ianuen. *to.* 4. *cit. p.* 1187.

Idibus pręmoritur Decembris 1141. quo die Epiſcopatum occupat Pręneſtinum Stephanus; Vghello teſte. *to.* 1. *p.* 657. Oldoinus gentilitia Cru- D cis inſignia cur in Leonem mutauerit turribus circumſeptum, ignoratur.

2. *Et ſepelierunt eum in ciuitate Dauid.* 3. Reg. 15.



ÆGidius aliàs *Gilo* .... Ep. Card. *Tuſculanus* locum tenuit Diuizzonis ſub Callixto II. cuius litteris ad Ep. Corſicæ ſubſcripſit, An. 1123. vt *to.* 4. *Italia. p.* 2182. Anno poſtea Sal. 1127. in Palęſtinam abijt Legatus Honorij II. vt eloquentia ſua Eccleſiam ibi firmaret nutantem propter Epiſcoporum in Syria diſſidia, litteras obtulit cum anathemate, Bernardo Patriarchę Antiocheno, in quibus mandabat Honorius II. PP. *vt per Apoſtolica ſcripta, & per Ven. fratrem noſtrum Ægidium Tuſculanum Ep. Apoſtolicę ſedis Legatum, vt ſuffraganeos Tyrenſis Eccleſię ſibi reſtituas; quod niſi infra quadraginta dies poſt harum inſpectionem litterarum, quas ad eos direximus, debitam eis ſubiectionem exhibueris; Nos ex tunc te ab officio Epiſcopi ſuſpendimus.* Romam reuerſus ad Sciſmaticos declinauit contra Innocentium II. & litteras dedit cum eis ad Lotharium Imperatorem, quare purpura expoliatus ab Innocentio diù iacuit, donec pęnitentia ductus, interprete S. Bernardo ad Innocentium redijt, & Catholicè obijt: ait *Oldoinus*; ſed more ſuo mentitur, vel Petrum Cluniacenſem non legit *lib.* 4. *Ep.* 4. vel Baronium Anno 1138. dicentem. *Illud autem tunc admiratione dignum accidit* (ſupponit, & iam deſcripſit ſciſmaticos omnes humiliatos ad pedes veri Pontificis II. *quod qui ſtabat à ſciſmaticis Gilo Cardinalis Tuſculanus, adhuc permanſit in ſchiſmate, quem aliàs Petrus Cluniacenſis litteris admonitum lib.* 4. *ep.* 4. *alijs additis ep.* 30. *magnoperè vt par erat, redarguit.* Vbi hęc inter alia Petrus Cluniacenſis: *ſed fortè ea ſpe vt tunc innuebas, rem diſtuliſti, qua ſperabas ab Imperatore Lothario aut Petrum Leonis Innocentio præferri, aut vtroque depoſito, in Apoſtolicam ſedem alium ſublimari. At nunc quid vltra nouarum rerum, vel moliri, vel prȩſtolari poteris? quando, & Lotharius mortuus eſt, & Petrus extinctus eſt; & Innocentius in Papam ac Summum Pontificem primò ab Vrbis parte, poſtmodum à toto Orbe, & tandem à tota Vrbe ſublimatus eſt; & tota vanitatis ſpes diuini oris gladio vndique eſt circumciſa? &c.* Vnde pęnitentem Ægidium Oldoinus habeat? ipſe quoque ignorat.

Ægidij memoria in priuilegio dato Cluniacenſibus ab Honorio II. *to.* 10. *Concil. p.* 911. in litteris Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. & ad Vniuerſos An. 1132. *to.* 9. *Vgel. p.* 502.

3 BOſo Epiſcopus *Portuenſis* adſtat Callixto II. cum Conone Pręneſtino, Lamberto Oſtienſi, & Io: Cremenſi ad latus Callixti II. *to.* 10. *Concil. p.* 866. Quomodo *Boſonis* nomen eò irrepſerit? ignoro, cum poſt Callixtum II. iterum Petrus Portuenſis

epiſtolã ſchiſmaticorũ pro Anac. II. ad Lothar. cũ Sigizonis ſubſcriptione ſuffragatur Pãuin. in vtroq. exẽplari. Ciac. auctoritate Pãdulphi Piſani, Bullę Hon. II. Later. 1128. Anacleti II, Baſilicæ Apo. An. Sal. 1130.

Ex quali Progenie fuerit iſte Sigizzo, & quo fundamento apponatur ei Crux in Campo argenteo, pro ſtemmate gentilitio? ignoratur. Panuinius nullum ei Stemma appoſuit, vt videre eſt apud eumdem in vita Paſchalis II. folio a a. n. 23. Vnde vel Crux Sigizzoni *Senioris* nouiter appoſita commentitia eſt, & nullo poſita fundamento, vel ſtemma antiquum; cuius origo atque ignota cauſa.

'Erraſse Oldoinũ confundẽdo hunc *Sigizzonem Seniorem* C. tit. *S. Sixti*, & Schiſmaticorũ fautorẽ, cũ *Sigizzone iuniore* P. C. tit. *SS. Marcellini, & Petri* creato ab Hon. II. non eſt dubiũ; ſed Oldoinũ excuſo vt deceptũ a relatione Panuinij, qui in ſuo ſecundo exẽplari Cardinaliũ, Venetiis edito in 4. p. 91. Sigizzonẽ iuniorẽ creatũ expoſuit P. C. tit. S. Sixti ab Hon. II. & ibidẽ p. 93. hunc Sigizzonẽ P. C. S. Sixti creatũ ab Hon. II. declinaſse dicit in partes Pſeudo Papæ Anacl. II. cũ tamẽ in ſuo exẽplari Venetijs edito in fol. impenſis Iacobi Stradæ Mãtuani, nulla ſit mentio illius Sigizzonis P. C. tit. S. Sixti creati ab Hon. II. Poſuimus & nos in vita In. II. p. 233. n. 16. ab eodẽ gemino Panuinii exẽplari fol. & in 4. trãſcribentes Sigizzonem tit. *S. Sixti* creatum ab Hono- B rio II. conuenisse cum ſciſmaticis in aſſumptione Pſeudo Pontifitis Anacleti II. non vt eidem Panuinio daretur fides; ſed nè auctorem præterirem meritum eruditionis antiquę. Cum etiam gemina illa exemplaria pugnent inter ſe; & ſecundum [quod eſt in 4.] ſit potius editum ad vindictam, & oppreſſionem primi, quàm ad emendationem: ego vtrumq. reiicio; & cum Ciacônio, ſub Honorio II. n. 12. Sigizzonem creatum ab Honorio II. diuerſum dico a Sigizzone creato per Paſcalem II. primo ob ſtemmatis diuerſitatem, Sigizzoni nam j. *Senioris* ſub Paſchali II. nullũ ſtemma apponitur, vel ſi recẽter Crux eſt appoſita, longe diſtat a ſtemmate *Sigizzonis Iunioris* ſub Honorio II. cui dantur ſex C Bilīeti argentei, & cyanei. *Vide Silueſtrum Petra ſancta de Teſſeris Gentilitijs p.* 157. Secundo quod Panuinius ſibi cõtradicat in exemplari fol. edito, Sigizzonẽ Card. S. Sixti ad ſciſmaticos declinantem pingens creatum fuiſse a Paſcali II. quod & verum: in exemplari vero in 4. edito p. 93. fingat Sigizzonem declinantem ad Sciſmaticos fuiſse creatũ ab Honorio II. quod falſum.

Nec verum quod inter Sigizzonem Card. *S. Sixti* creatum a Paſchali, & alium Sigizzonem interueniat Petrus Card. *S. Sixti* quia Petrus Card. S. Sixti præceſſit Sigizzonem creatum a Paſchali, vt videre eſt *to.* 10 *Conciliorum Anno Sal.* 1112. *p.* 796. *in Lateran: Concilio* Quę omnia adamuſſim adnotauimus, vt Card. S. Sixti D creatum a Paſchali II. diſtinguamus ab alio Sigizzone Card. *SS. Marcellini, & Petri* ſub Calixto II. n. 21. Preſentem Sigizzonem cognomento *ſeniorem* creatum a Paſchali II. tit. *S. Sixti* ad ſchiſmaticos declinaſse, pro certo habeas, vt ſupra eſt demoſtratum.

49. *Reſponſum mortis habuimus, & non ſumus fidentes nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos* 2. Cor. 1.

P*Etrus* .... P. C. *S. Sixti* creatus à Paſchali II. reuocauit priuilegiũ de *Inueſtituris* datũ Henrico Imper. *to.* 10. *Concil. p.* 796. in Later. Cõcil. vbi ita ſubſcribit. *V. Card. tit. S. Sixti Petrus.* Eius nomen in litteris Callixti II. An. 1121. *to.* 1. *Italia Vghel. p.* 549. Epiſcopo Auerſano, *& to.* 4. *p.* 1178. ad Ep. Corſicæ, An. 1121.

50. *Qui cogitauerunt iniquitates in corde ſuo, tota die conſtituebant prælia.* Pſal. 39.



P*Etrus* Gerardeſcus ex Comitibus Donaratici de Natalico nobilis Piſanus ex Papæ ſcriptore, & Põtificio Sacellano C. *S. Suſanæ* interfuit electioni Gelaſij II. cum quo ſubſcripſit donatione factæ Abbati Bernardo Vghel. *to.* 8. *p.* 685. Promouit Cal. II. Hon. II. cuius Legatus ad Ep. & Canon. Bergom. 3. Idus Octob. 1129. ſentẽtia prolata lites diremit quibus vexabantur, teſte Vghel; *to.* 4. *Italia ſacra p.* 646. & An. 1125. Archiep. Rauen. to. 2. Vghel. p. 366. Inde plenus honore, exiſtimatione inflatus, in electione Innoc. II. abreptus à Sciſmaticis Anac. II. teſte *Io: Sariſberienſi*, naufragiũ ſubiit. *Quot & quantos tumultus, & ſtrages dedit illa colliſio, quãdo filius Petri Leonis aduerſùs Innoc. II. bonæ mem. Had. prædec. cuius vitã, & felicitatẽ in euum in ſe protẽdat Dominus, conatus eſt ab Aquilone aſcẽdere? nonne & ſtellarũ partẽ ſecũ traxit ruina eius? quis neſcit Ægid. Tuſcul; quis Petrũ Piſanum, cui nullus aut vix ſimilis erat in Curia.*

Literis poſtquã ſollicitaſſet Lothariũ Imper. contra Innoc; patronus ſelectus Antip. vt huius electionẽ legitimã oſtenderet aduerſus S. Bernardũ, qui partes ſouebat Innoc. II. diſputauit, ſed victus abſceſſit ſermone & veritate, cui manus dedit, & interprete S. Bernardo Romã redit ad Innoc; abiurato Anacleto Pſeudopont. in ordinẽ redactus eſt cũ reliquis Card. Sciſmaticis, & purpura expoliatus, querente S. Bernardo, & Innoc. II. PP. redarguẽte, quod contra datã fidẽ Petrũ dignitate ſpoliaſſet. *Quis mihi faciet iuſtitiã de vobis? ſi haberẽ iudicẽ.* Sanctũ exaudierit Papa? ignoratur. Vult Ciac. in purpura obijſſe Petrũ, quia eius memoria recurrit nõ ſolũ in Bullis Gelaſii II. pro Lucenſibus A. 1118. & Lucanis eodẽ anno apud Vghel. *to.* 1. *Italię* 876. & Ep. trũ Tabernar. An. 1121. cũ Call. II. *to.* 9. *Vghel. p.* 499. & A. 1122. S. Cyriaci de Vrbe An. 1124. Hon. II. & An. 1126. Archiep. Piſano, *to.* 3. *Italiæ p.* 444. & A. 1128. Later. Anac. II. Baſilicę Apoſtolorũ, An. 1130; & pro Francone Abbate S. Sophiæ. An. 1139. apud Vghel. *to.* 8. *p.* 687. ſed etiam Innocentii II. Lateran. An. 1138. In Bullis Pſeudopapæ Anacleti viuit tenebroſum nomen; 4. Id. Nouemb. 1130. in Chron. Beneuent. Monaſterii S. Sophię, apud Vghellum *p.* 687. *to.* 8. *Italia ſacra.*

51 *Vinũ & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes.* Eccl. 19.



I*Oannes* Cremenſis P. Card. tit. *S. Chryſogoni* Olrici, & Ratildis filius, pace belloque clarus, contra Burdinũ miſſus pſeudopapã, Sutrii incluſit, & vinxit, Romãque perduxit. Creationi adfuit Gel. II. Cal. II. Hon. II. Innoc. II. Remẽſi in Cõcilio cũ Cal. II. [*to.* 10. *Cõcil. p.* 896. prudẽs & eloquẽs iura propugnauit Eccl. Legatus Honorii IJ. ad Epiſcopum, Et Canonicos Bergomenſes pro dirimendis controueſſiis, quibus mutuo

vexe-

vexabantur, iudicium protulit Anno 1129. 3. Id. Octob. apud Vghellum *to. 4. Italiæ ſacra p. 646.* Alia Legatione dum fungeretur Honorij nomine apud Britannos, duas Synodos celebrauit, quibus Clericis ſeminarũ contubernia præter Matrem, auiam, ſororem, amitam, aliaſque ſuſpicione carentes, interdixit. Concilium Londinenſe ab eo celebratum cum litteris commendatitijs Honorij II. P. P. ad Clerum Anglicanum habes *to. 10. Concil. p. 911. & 913.* Tranſijt in Scotiam poſtea cum Honorij commendatitijs ad Regem Dauidem, & Roxoburgi legationem expoſuit, quę extat *to. 10. cit. p. 913.* Ibidem tamen malè audijt non ſolùm ob Simonię notam, ſed ob laſciuiem, teſte namque Henrico Huntidonienſe, & Rogerio rerum Anglicarum ſcriptoribus, eadem die qua Corpus confecit Euchariſticum, poſtquam Clericos correxiſſet concubinarios, & in eoſdem reclamaſſet, repertus eſt cubare cum ſcorto poſt veſperam. Matthæus Vueſtmonaſterienſis excuſat, vel potiùs irridet dicens eum reſpondiſſe, *Se Sacerdotem non eſſe, ſed Sacerdotum correctorem*; quod fictum, niſi de impietate redarguas. Quomodò enim Sacerdos non erat, Si Corpus confecerat Euchariſticum? Quomodò non erat Sacerdos? *Si Presbyter* dicitur *Cardinalis S. Chryſogoni*. Hinc anſam arripuit Pſeudopontifex Anacletus II. in epiſtola ad Lotharium Imperatorem, vt partes eneruaret Innocentij, II. & eorum, qui hunc ſequebantur, duos tantum perſtringere, Haimericum S. R. E. Cancellarium, & *Ioannem de Crema* tanquàm mendaces, & omni vitio pollutos. Vuihelmus Malmesburienſis illius ęui Anglicus ſcriptor, quod profundo ſilentio hanc notam inuoluerit, libertatem nonnullis præbuit arguendi vti mendaces duos primos Hiſtoricos. Declinauit aliquando Ioannes more aulico ad Anacletum Antipapam, ſed recordatus ſe Chriſtianum eſſe, ad Innotentium redijt, & ad ſeipſum. Quod cum cognouiſſet S. Bernardus congratulatoriam ei ſcripſit epiſtolam, quam habes *n. 163.*

Baſilicam iſte S. Chryſogoni reſtaurauit à fundamentis, vt ex marmore decripſit Victorellus. *In N. D. Anno Incar. Dom.* 1129. *Ind. VII. Anno D. Honorij* II. *P. P. D.* Ioannes *de Crema, patre Olrico, matre Ratſldi natus, ordinatus Presb.* Car. *à V. Paſchale PP.* II. *in tit.* S. *Gryſogoni, à fundamentis hanc Baſilicam ſtruxit, & erexit, theſauro, & veſtimentis ornauit, ędificijs intus & foris decorauit, libris armarium poſſeſſionibus, Parochiam adauxit, pro cuius peccatis quicumque legeritis, & audieritis, intercedite ad Dominum, & dicite.*

O Bone Saluator, noſtręque Salutis amator
Fili Chriſte Deiparæ Redemptor ei. Amen.

In eadem Eccleſia de Altari, & Oratorio per eum D dedicatis legitur adhuc.

Anno D. S. 1127. Ind. V. An. D. Honorij II. P. P. III. *M. Aug. D.* VII. *dedicatum eſt hoc Altare per manus Io: de* Crema *Presb.* Card. *à* Petro *Ven.* Portuenſi *Ep. ſub honore Sanctorum, quorum nomina ſubter leguntur.*

De Reliquijs S. Andreæ, S. Matthæi, S. Stephani Proto M. S. Clem. PP. & M. S. Vrbani P. & M. S. Lazari M. S. Sebaſtiani M. S. Magni M. S. S. Coſmæ & Damiani. S. Vincentij M. S. Anaſtaſij M. S. S. Triphonis, & Reſpicij M. S. S. Feliciſſimi, & Agapiti M. S. P. Gregorij PP. S. *Cecilię S. Priſcę. S. Nymphæ.*

Anno D. S. 1123. V. Idus Iulij. Ind. 1. dedicatum eſt hoc Oratorium à V. D. Cardinalibus Ioanne Presb. tit. S. Ceciliæ; Petro *Presb. tit. Call. Gerardo Presb. S. Crucis Hieruſalem, Cardinalibus Diac. S. S. Sergij, & Bacchi, cum ingenti multitudine* Cleri, & Populi *prę̨ſidente in Apoſtolica Sede, Beatiſſ.* Calliſti PP. II. *Anno* Pontif. *V. Quam dedicationem fieri rogauit Fr. Ioannes de Crema peccator* Sacerdos *tit.* S. *Chryſogoni. Qui idem Oratorium cum domo contigua,* Clauſtro, *& cæteris officinis conſtruxit, & præfatus M. titulum bonis, & poſſeſſionibus*

A *ampliauit. Vbi recondita ſunt hæ Reliquiæ.* De *Coſta* S. *Stephani* P. P. *M. De capite S. Anaſtaſij M. De capite* S. *Sebaſtiani M. De ſanguine, & oſſibus B. Laurentij, & carbonibus. De Brachio* S. *Calliſti M. De coſta* S. *Priſcæ. De ſepulchro, & ſpongia Domini. De reliquijs* S. *Hyppolithi, Marci, & Marcelliani M. De veſtimentis* S. *Io: Euangel. De reliquijs S. Tharſillę, Triphonis, & Reſpicij M. Agapiti M. De peplo S. Barbarę tincto ſanguine. De reliquijs* S. *Sixti* PP. *M. Adriani* P. P. *M. Stephani* PP. *M. Cirillæ, Ruſinę, & Sanguine* S, *Secundæ ſororis; &* S. *Cornelij* PP. *M.* S. *Nimphæ V. M.*

Huius Cardinalis memoria apud auctorem incertum in Vaticana Bibliotheca, vbi legitur Ioannes

B promouiſſe Calliſtum, II. cuius litteris ſubſcripſit, Anno 1120. Lucen. & Anno 1121. Ep. Auerſano, *to. 1. Vghel. p. 549.* & Ep. Corſicę, *to. 4. p. 1178. & p. 1182.* & Ep. trium Tabernar. *to. 9. Vghel. p. 499.* & An. 1122. Vniuerſis, *to. 9. p. 502.* Sub Honorio II. cum eo ſubſcripſit, Anno 1126. *to. 3. Vghel. p. 444.* An. 1133. ſub Innocentio II. ad Archiep. Ianuen. *to. 4. Vghel. p. 1186.* & Anno 1134. Ep. Piſtorienſi *to. 3. Vghel. p. 361.*

Lege Matthæum Paris, in *Chron*, Simeonem Durtelmen. in Hiſtoria Innoc. XI.

C 52. *Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum.*
Lucę. 24.

GRegorius Presb. Card. *S. Criſogoni* ſubſcribit cum Paſchali II. priuilegium *de Inueſtituris* datum Henrico Imperatori, idemque retractat in Goncilio Lateranenſi: *to. 10. Concil. p. 769. & 779.*

....Presb. Card ....)
....Presb. Card.....) teſte Ciaconio.
....Presb. Card.....)

PAndulphus Monachus Montis Caſſini S. R. E. P. C. S.... à Paſchali II. creatus per nonnullos aſſeritur auctoritate Vghelli in notis ad Ciaconium non aduertentes errorem retractaſſe *to. 1. Italiæ Sacrę* in Ep. Oſtienſibus, eundem Vghellum,

54. Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter? diſcipuli autem tui non ieiunant. 9. Matth. 14.

GVido Presb. Card. S. *Balbinę*, defuncto Paſchale, ſuffragatus eſt Gelaſio II. Calliſto II. ſucceſſorem habuit, ſedente Calliſto, in titulum S. *Balbinæ*, Robertum, qui ſubſcripſit Calliſti diplomati, Anno 1123. pro eccleſia Ianuenſi: ſubſcribit cum Gelaſio II. An. 1118. pro Lucanis apud Vghellum *to. 1. Ital. ſ. p. 876.* Interrogatus à Ianuenſibus queſtionem ſoluere de ſacris Ritibus ad Callixtum remiſit R. P. quemadmodum Joannes Baptiſta diſcipulos non erudiebat, ſed ad Chriſtum mittebat, vt exemplo inſtituerentur Magiſtri.

55. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. 2. Cor. 5.

D*ietericus* P. C. S... teſte *Vſpergenſi* Legatus Paſchalis II. ad Germanos, Saxones Eccleſiæ Romanæ reconciliauit. *Ad hæc quendam Cardinalem Romanum, nomine Dietericum legatione in Pannonias functum per Nuncios aſciſcunt; quo etiam Colonienſis Concilij actionem, & per ipſam Imperatoris excommunicationem prædicante, tam Archiep. Magdeburgen. quàm cęterarum Eccleſiarum Præſules reconciliationem recipiunt. &c.*

56. Mendaces filij hominum. Pſal. 61.



VItalis Presb. Card. S. *Balbinæ* ſubſcribit priuilegio *de Inueſtituris*. dato per Paſchalem II. Henrico Impetatori. *to. 10. Concil. p. 779.* vt adularetur Henrico Imperatori.

57. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus ſupponet manum ſuam. 36. Pſal. 24.

RAynerius Presb. Card. *SS. Marcellini & Petri*, teſte *Pandulpho* Piſano, confirmat cum Paſchali II. priuilegium *de Inueſtituris*, idemque reuocat in Lateranenſi Concilio; vt in *to. 10. Concil. p. 769.* & 779. Is tamquam diuerſus deſcribitur in Ciaconio ab eo, qui eſt ſub Vrbano II. ſed idem eſt: vide in Vrbano II.

58. Caput circuitus ipſorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. Pſal. 139.

AMicus Presb. Card. S.S. *Nerei, & Achillei; tit. Faſciola* ſubſcripſit litteris Paſchalis II. datis Monaſterio S. Crucis Saxi viui, Anno 1116. Eius memoria apud Piſanum, & in epiſtola ſchiſmaticorum Cardinalium pro Anacleto ad Lotharium Imperatorem. Vide Baronium, Anno 1130: & quę dedi-
A mus in *vita Inocentij II.* Declinauit enim ad ſchiſmaticos contra Innocentium Papam legitimum.

DIuizo ſeù Domnizo Presb. Card. *S. Cyriaci in Thermis Diocletiani* (teſte Oldoino, qui ſua pro allegatione neminem citat), cum ſubſcripſiſſet priuilegio Imperatoris de *Inueſtituris*, obijt, & Chryſogonum habuit ſucceſſorem.

CHryſogonus Presb. Card. *S. Cyriaci in Thermis* teſte Ciaconio ex bulla Gelaſij II. Anno 1128.
B S. Andreę Auenione, Panuinius ſub Paſchali, & Gelaſio hunc titulum deſcribit minime vacantem, nomen tamen Cardinalis non exprimit, ſi Oldoino fides, qui more ſuo fallitur: nam ſi legeris Panuinium in Gelaſio II. impletum offendens titulum à *Ioanne Cardinali S. Cyriaci in Thermis Diocletiani*.

IOannes Monachus & Abbas S. Pauli Romæ, Presb. Cardinalis *S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti*. Obijt (ſcribit Ciaconius ex Pandulpho Piſano in creatione Gelaſij II.) 7. Idus Mar. Anni...

C

ODeriſius Presb. Card. tit. *S. Marcelli*. Ciaconius ex Pandulpho Piſano. Panuinius tam in Paſchali II. quàm in Gelaſio II. impletum quidem deſcribit Titulum S. Marcelli ſed nomen ignorat Cardinalis. Nomen huic ſimile lego in ſubſcribentibus cum Anacleto II. Antipapa apud Vghel. *to. 8. p. 692.* pro Francone Abbate S. Sophię, ſcilicet *Aderiſcius Cardinal.*

Diaconi Cardinales ſub Paſchali II.

63. Deum timete, Regem honorificate. 1. Pet. 2.

GAllo ſeù Gualo, natu Galius Iuonis Carnotenſis diſcipulus Abbatiæ S. Quintini, Ordinis Auguſtianiani, in prouincia Bellouacenſium Præſul, aduerſante Philippo I. Rege, ſi Oldoino fides, qui iuramento ſe obſtrinxerat, nunquàm ſe viuente eum futurum Bellouaci Antiſtitem, vt teſtantur Iuo Carnotenſis, & Archiep. Lugdun. in epiſtolis, quas Paſchali dedere Romano Pontifici. Audi Iuonem ep. 142. *S. Paternitati veſtræ ſupplicando ſugerimus, vt Dominum Gallonem Coepiſcopum noſtrum de Bellouacenſi Epiſcopatu, quem propter Sacramentum D. Ludouici habe-*
D *re non poteſt, per manum Senonenſis Archiepiſcopi transferri iubeatis in Pariſienſem Epiſcopatum &c.* Concordant epiſtolæ 104. 105. Ex hac epiſtola nouum errorem corriges Oldoini; non enim Gallo Epiſcopatu excludebatur Bellouacenſi, propter iuſiurandum *Philippi* Regis, ſed *Ludouici*, vt aſſerit Iuo. Cauſa vero Regiæ indignationis, aduersùs Galonem erat quòd diſcipulus Iuonis (is Regem Philippum excommuni-

municauerit tanquàm adulterum) dubitaretur ſore Regis inimicus. Cum autem Paſchalis II. Papa inſiſteret contra Regem, vt Galoni Eccleſiam permitteret; Rex verò obſtinate negaret; viam pacis annuère Clerici Pariſienſes in Epiſcopum ſuum poſtulantes *Galonem* electum, & conſecratum Eccleſiæ Bellouacenſis, cui poſtulationi Rex, & filius Regis non diſsentiebant. Quando verò *Gallo* in Cardinalem aſsumptus fuerit? ex Bellouacenſi? vel Pariſienſi Epiſcopatu? dubium. Presbyterum non fuiſſe Cardinalem, vt mentitur Oldoinus, ſed *Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Porticu*, reſtatur ipſe in ſuis Conſtitutionibus, quas Legatus Paſchalis II. ad Sarmatas, ita exorditur in *to. 6. Bibliothecę Veterum Patrũ. In nomine Domini. Nos Galo miſerat. Diuina S. Mariæ in Porticu, Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus excommunicamus omnes &c.* Legatione functum ad Polonos, ad Morauos, ſedibus Epiſcopalibus duos deturbaſſe refractarios, quorum alterum *Clyaſlaum* Epiſcopum Cracouienſem, Longinus eſt auctor *De rebus Polon.* Filium etiam Boleſlai Ducis Poloniæ in Eccleſia Cracouienſe; iubente Patre, de ſacro fonte leuauit, & puero Vladiſlai nomen eſt datum. In Gallia quoque legationem obiens Apoſtolicam, litteras accepit ab Ildeberto Epiſcopo Cenomanenſi. ad Pariſienſem vocatus Eccleſiam, inaugurationi B interfuit *Ludouici* cognomento *Craſſi*? & diplomati, quo Ludouicus Craſſus fundationem Abbatiæ S. Victoris Pariſien: firmauit, ſubſcripſit, S. Anſelmus ei miſit epiſtolam: tres Yuo Carnorenſis, Anſellus olim in Pariſienſi Eccleſia educatus, Hieroſolymis ſtans, particulam S. Crucis ad eum miſit. Obijt VII. Kal. Martij, Anno 1114. Inſignia Gallo ſemper vſurpauit Eccleſię Pariſien, quibus ſemper vſus eſt, Succeſſorem habuit *Romanum* in Diaconum *S. Mariæ in Porticu*, de quo infra.

64. Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, Pſal. 105.



GRegorius Caietanus ex Anagnia, Papæ ſcriptor, Diaconus Cardinalis S. *Luciæ in Septiſolio*, adſuit Concilio Vaſtallenſi; & Bullæ Paſchalis II. Laterani. Anno 1106. Adſuit etiam Lateranenſi Concilio, in quo priuilegium reuocat de *Inueſtituris vt in to. 10. Concil. p. 769.* Subſcribit litteris Calliſti II. An. 1123. ad. Ep. Corſicæ, *to. 4. p.* 1182. Peccaſſe dicitur cum patribus, quia erroris ducem Papam ſuſpexit Pa- D ſchalem; cum in gratiam Cęſaris priuilegio ſubſcripſit De Inueſtituris Epiſcoporum.

65. Non enim erubeſco Euangelium, 1. Cor.

LEonas Monachus, & Abbas S. Clementis, Diaconus Card. S.... Leo dictus in Concilio Lateran. vbi priuilegium reuocauit De *Inueſtituris to. 10. Concil. p. 769.* Obijt 8. Kal. Aprilis poſt Annum ſaltem 1112. Supplet Baronius titulum Diaconiæ, ex actis vitæ Paſchalis II. PP. Anno 1111. *Leo Diaconus S. Viti Martyris.* Succeſsor ei datus *Amicus*.

66. Fuit Ioannes in deſerto baptizans prædicans baptiſmum pænitentiæ, in remiſſionem peccatorum. 1. Matt. 5.

AMicus Monachus S. Laurentij extra muros via Tiburtina, Diaconus Card. *S. S. Viti & Modeſti, in macello Martyrum*, poſtea à Calliſto II. crea- A tus Presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, vnde diuerſus ab eo, quem ſupra poſuimus. ſubſcripſit diplomati Calliſti II. pro Epiſcopo Ianuenſi, dato 3. Non. Ian. 1121. Obijt ſub eodem Callixto II. Vir timidus, & de conſcientia metuens neminem auſit increpare, ſoli ſibi timens Ioannis exemplo Baptiſtæ, qui etſi ab omni labe purus. deſerto non exibat pænitentiam prædicaturus: ſed ad eum veniebant in deſertum, vt ei confiterentur peccata ſua.

67. Fecit ex eis vitullum conflatilem (Ex. 32.) *dicitq; Hi ſunt Dij tui.*



PEtrus filius Petri Leonis, nobilis Romanus, Diac. Card. *S. S. Coſmæ, & Damiani*, poſtea à Callixto II. Presbyter creatus Card. *S. Mariæ Tranſtyberim*, tandem in Schiſmate aduersùs Innocent. II. Pontificem legitimũ eleuatus Pſeudopontifex, de quo vide in *vita Innocent. II.* Eius memoria in diplomate Paſchal. II. pro Eccleſia Biſontina, *to.* 10. *Concil. p.* 810. Adſuit, & ſubſcripſit Concilio Toloſano ſub Callixto II. An. Sal. 1119. C quo dicitur Card. *S. S. Coſmę, & Damiani.* to. 10. Concil. p. 860. ſuppreſſo nomine Diaconi ſubſcribit cum Gelaſio pro Canonicis Lucanis An. 1118. *to. 1. Italiæ.* Apud Vghellum, *p. 876.*

68. Interrogate diligenter de puero, 2. Matth. 8.



PEtrus Diaconus Card. *S. Hadriani* vitam protraxit vſque ad Callixtum II. cuius diplomati pro Lucenſibus ſubſcripſit Anno 1120. & Lateran. An. 1122. Eius memoria etiam in gemina Bulla Gelaſij; Anno. 1118. apud Vghellum *to. 1. Italiæ. p. 876.* Hunc ego crederem eundem eſſe cum eo, de quo Baronius An. 1115. *Rex geſta deſcribitur ab eo, qui aderat Petro Diacono Cardinali bibliothecario in vita Paſchalis* Adiungit Oldoinus hunc Petrum Card. Diaconum S. *Hadriani*, & S. R. E. bibliothecarium, fuiſſe Monachum Caſſinatem; Eum, qui librum quartum adiecit Leoni Oſtienſi, in Chronico Caſſinenſi: ſed fallitur more

re ſuo: nam cum Paſchalis II. PP. ſederit ab Anno, 1100. vſque ad 1117. Petrus vero Diaconus Monachus Caſſinas, qui librum quartum cõſcripſit Chron. Caſſinen. puer quinquennis oblatus fuerit Abbati Gerardo (vt ipſe teſtatur in præfatione libri quarti ſupradicti) qui Abbatiam ſubijt Anno 1112. vt aſſerit idem Petrus in Chronologia Abbatum Caſſinenſium, quam habes in fine dicti quarti libri; & *l.* 4. *c.* 66. de ſeipſo dicat, *His temporibus*, Anno 1115. *Petrus Diaconus primo ætatis ſuæ luſtro B. Benedicto oblatus, & à iam dicto Gerardo Abbate ſuſceptus*, *c.* 66. *lib.* 4. ætas immatura non permittit eum dicere Cardinalem ſub Paſchali II. Concordat Antonius Poſſeuinus in ſuo Apparatu ſacro his verbis: *Petrus Diaconus Monachus Caſinenſis, magna apud omnes auctoritatis, & Bibliothecarius, Ægidij filius Girardo Abbati, Anno Domini* 1115. *quinquennis Deo, & S. Benedicto nutriendus oblatus ſub regulari diſciplina fuit inſtitutus &c.* Eius memoria in litteris II. ad Vniuerſos, An. 1122, *to.* 9. *Vghel. p.* 502.

69. De ore meo verbum veritatis.
1118. Pſal. 43.



ROmanus Diac. Card. S. *Mariæ in Porticu* ſubſcripſit litteris Calliſti II. An. B
1121. Ep. trium tabernar. *to.* 9. *Vghel. p.* 449. & An. 1122. Vniuerſis, *to.* 9. *Vghel. p.* 502, & Ep. Corſicę, & An. 1123. *to.* 4. *apud Vghel. p.* 1119. & *p.* 1182. Item Honorij II. An. 1126. Archiep. Piſano, *to.* 3. *p.* 445. & An. 1128. & An. 1133. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1182. poſtea promouit Innocentium II. contra Anacletum II. Antipapam, eiuſque litteris ſubſcripſit An. 1134. Ep. Feſulano, *to.* 3. *Italię, p.* 312.

His litem facit ſequens ſubſcriptio per notas compendiarias *G. G. Diac. Card. S. Marię in Porticu* in litteris Honorij II. An. 1125. Archiepiſcopo Rauennę, *to.* 2. *Vghel. p.* 366. quibus *Gregorius* deſcribitur. Vnde quomodo dicitur *Romanus* promotus ad Diaconum Cardinalem *S. Mariæ in Porticu*, à Paſchali II. & viuere Anno 1121. vltra Annum 1140. ſi Anno 1125. titulum hunc Gregorius tenet? valdè incerta.

Creſcit difficultas, quia litteris modò citatis Honorij II. ad Archiep. Rauennę, Anno 1125. apud Vghellum *to.* 2. *p.* 366. *Romanus* ſubſcribit tanquàm *Diaconus Card. S. Angeli*.

70. Erant Scribę & Magiſtri de Leuitis ianitores.
2. Paralip. 34.

IOannes Caietanus Monachus Caſinas Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin*, Diaconorum primus, S. R. E. bibliothecarius, & Cancellarius, teſte Giaconio ex *antiquis Paſchalis II. PP. Bullis*.

.... Diac. Card. S....)
) teſte Ciaconio.
.... Diac. Card. S....)

71. Et tu de illis es? Matt. 27.

GRegorius Monachus, & Abbas S. S. Andreę, & Gregorij in Cliuo Scauri, Romæ, Diac. Card. S. *Euſtachij*, Concilio ſubſcripſit Vaſtallenſi, Anno 1106. comitijs adſuit pro creatione Gelaſij II. In ſchiſmate Anacleti contra Innocentium II. ad Schiſmaticos declinauit, & cum eis epiſtolam dedit ad Lotharium Imperatorem. Vide Baronium Anno 1130. & ea, quæ dedimus in *vita Innocentij II.* Legatus eiuſdem Anacleti perrexit in Aquitaniam, vt Mo-
A nachos Cluniacenſes, Antipapæ conciliaret: plures in itinere tentauit Epiſcopos, quibus litteras deferebat Pſeudopontificis Lege de eo Baptiſtam Dertonenſem in *Chron. Monaſtico*. Eius memoria in Bulla Honorij II. Baſilicę Apoſtol. An. 1127. in litteris Calliſti II. ad Ep. Corſicę, Anno 1121, apud Vghellum *to.* 4. *p.* 1179.

.... Diac. Card. S....)
) teſte Ciaconio.
.... Diac. Card. S....)

72. Redime me à calumnijs hominum.
Pſal. 118.



ODeriſius de Sangro, Varuenſis Diœceſis, Monachus S. Benedicti, cognomento *Iunior* habitum induit Monaſticum ſub Oderiſio ſeniore agnato ſuo ex nobili Comitum Sangrorum progenie Diaconus Cardinalis S. *Agathę* à Paſchali II, creatus, comitijs adſuit, in quibus creatus eſt Papa Gelaſius II. nec longè in locum Abbatis Gerardi fato functi Abbas ſuffectus S. Be-
C ned. in Monte Caſſino, numero quadrageſimus ſecundus à S. Benedicto, cuius electionem confirmauit Callixtus II. & teſte Ciaconio, Menſe Martio Anno 1122. Romam venientem in Lateranenſi Concilio Presbyterum Cardinalem S. *Cyriaci in Thermis* creauit. In hac Synodo Oderiſius querelas Epiſcoporum Monachos Accuſantium, quod *Eccleſias, villas, caſtra, decimationes vinorum, & mortuorum oblationes his detinentibus, nil ſupereſſet; niſi vt ſublatis virgis & annulis Epiſcopi Monachis deſeruirent. to.* 10. *Concil. p.* 888. *Concilij Romani. Anno* 1122. compeſcuit, modeſtè reſpondens, & refutans quę dicebantur. Hinc Callixtus Papa auditis partibus deci-
D dit, Caſſinenſem Eccleſiam per Ieſum Chriſtum fundatam, liberam eſſe, & ſub ſolius Romanę Eccleſię iure reſeruandam. Concordat Petrus Diaconus *l.* 4. *Chron. Caſſin. c.* 78. vbi exactiſſimè referens aduentum Oderiſij Romam, eius conſecrationem à Callixto factam, diſputationem in Romano Concilio, de promotione ad titulum S. Cyriaci in Thermis nec verbum. Sic in Chronologia Abbatum Caſſinenſium, n. 42. *Oderiſius* dicitur *à Paſchali II. creatus Diaconus Cardinalis*, de Presbyterio nihil. Caſſinenſi Mo-

ſi Monaſterio valdè vtilis, Piſano oppido, pluribuſque auxit eccleſijs, Monaſticam regulam in Dalmatia propagauit *c.* 80. *l.* 4. *cit.* Oppidanos S. Angeli obedientiam detrectantes, collectis copijs ad obſequium coegit *c.* 82. *lib.* 4. Vir eloquentia clarus plura ingenij ſui monumenta reliquit, præcipuè *Sermonum* librum ad Feſta totius Anni, & B. Virginis, vt teſtatur *Arnal.* Vuion. Vir plenus meritis indignationem non effugit Honorij II. Papę, qui cum eſſet Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & hoſpitium non valuiſſet impetrare quęſitum in Monaſterio Caſſinenſi quaſi ſibi debitum, vt antea conceſſum prędeceſſoribus ſuis, *indignatione ſimul, & ira repletus receſſit, læſionis, & contrarietatis contra eundem Abbatem tempus expectans. c.* 91. *lib.* 4. *cit.* Mortuo tandem Callixto II. cum Cardinales Honorium II. elegiſſent, minimè vocato *Oderiſio* Abbate, Diacono Cardinali S. Agathę, propterea pecuniæ ſubſidium poſtulanti Honorio II. reſpondiſſet Oderiſius, *quod ipſe qui de ope ferenda pulſabatur, intereſſe debuiſſet electioni, vt qui particeps erat tribulationum, conſors eſſe deberet & conſolationum. c.* 83. *libri citati.* facta eſt cauſa perpetui diſſidij inter Papam, & Abbatem, qui tanquàm miles, & dilapidator ſubſtantię Monaſterij, increpatus ab eodem Honorio II. *c.* 86. eſt tandem depoſitus, *vno tantum repertus in crimine, quod vocatus ad curiam* B
ire diſtuliſſet: dicente Pontifice: & ſi in nullo alio culpandus eſt, eius tamen ſuperbia crimen eſt damnationi ſufficiens. c. 88. *libri cit.* Depoſitioni ſuę armatus reſtitit, donec vi oppreſſus maiore, ſucceſſorem habuit Nicolaum natione Tuſculanum. IV. Kal. Septemb. An. 1126. Fato functus ſepultus eſt in cęnobio Caſſinenſi. Eius memoria in litteris Paſchalis II. An. 1100. pro Ep. Troiano, apud Vghellum, *to.* 7. *Italiæ p.* 1377.

73. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Eccleſ. 1.

ROſcemanus Sanſeuerinas, ex Comitibus Marſorum, natu Campanus vel Picentinus, Monachus Caſſinas, Diac. Card. S. *Gregorij in Velabro*, Roſcemani filius, qui humanarũ rerum cura ſolutus, ſeſe inter Cænobiarchas Caſſinenſes abſcondidit, teſte Fulcone Beneuentano *in Chron.* Adfuit Roſcemanus. S. R. E. Diaconus Concilio Vaſtallenſi, Anno 1106. ſuffragatus eſt in creatione Gelaſij II. huncque ab vrbe profugum ſequutus eſt ad Monachos Cluniacenſes, quo mortuo comitijs interfuit Cluniaci habitis pro exaltatione Callixti II. cũ quo in Italiam redijt, & Rector dictus Beneuentanus diem obijt ſupremum poſt Annum 1123. quo ſubſcripſit diplomati dato Laterani à Callixto II. octauo Id. Aprilis. apud Vghellum, *to.* 4. *p.* 1182. Creatum hunc dicunt Cardinalem vnà cum Oderiſio, de quo dubito. Certum tamen Concilio adfuiſſe Lateran. vnà cum Paſchali II. Papa, Anno 1112. & priuilegium infirmaſſe *de Inueſtituris* datum Henrico Imperatori *to.* 10. *Concil. p.* 769.

.... Diacon. Card. S .... teſte Ciaconio.

74. *Lex Dei eius in corde ipſius.* Pſal. 36.



ALdo Ferrentinus Hernicus Campanus, ex ſcriptore Romani Põtificis Diacon. Card. *S. S. Sergij, & Bacchi* adſuit Concilio Vaſtallenſi, Anno 1106. priuilegium retractauit *de Inueſtituris* in Lateranenſi Concilio, *to.* 10. *Concil. p.* 769. *& p.* 779. Creationi interſuit Gelaſij II.
A Callixti II. cum quo Anno 1121. ſubſcribit ad Ep. Corſicæ *to.* 4. *Italiæ p.* 1179. & Anno 1122. *to.* 9. *Vghel. p.* 502. ſub quo obijt; nam teſte Vghello *to.* 4. *Italię Sacræ, p.* 1182. alius in eodem titulo Cardinalis ſubſcripſit diplomati Callixti, notis ſequentibus. *G. G. Diac. Card. S. S. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.* Subſcripſit etiam diplomati Paſchalis II. dato Eccleſię Biſontinę, *to.* 10. *Concil. p.* 810.

75. *Noli quęrere fieri iudex.* Eccl. 6.

BOſo Diac. Card. S..... à Paſchali II. datus eſt iudex in quadam controuerſia; vt legitur in Tabulario Caſſinenſi, neutro acquieſcente litigantium.

76. *Scribis contra me amaritudinem.* Iob. 13.



CHriſogonus Maleondinus natu Piſanus, ex Subdiacono, & Scriptore Pontificis, Diaconus Card. S. *Nicolai in carcere Tulliano* (teſte Panuinio) electioni interfuit Gelaſij II. à quo Cãcellarius, & bliothecarius deſignatus S. R. E. in Gallias Pontificem eſt comitatus. Sub Callixto II. diploma datũ Bernardo Primati Tolentano exarauit, & ſub-
C ſcripſit, *to.* 10. *Concil. p.* 853. aliud diploma Callixti II. ad Canonicos Bergteſtadenſes, *ib. p.* 850. Aliud ad Ottonem de Caſtro Stingi: *ib. p.* 848. duo ad Cluniacenſes *ib. p.* 845. duo ad Franconem Abbatem Trenorcienſem, *ib. p.* 843. *& p.* 841. Aliud ad Canonicos Biſontinos. *ib. p.* 834. Duo ad Goffridum Abbatem Vindocinenſem *ib. p.* 832. Ad Stephanum Abbatem Ciſtercienſem *ib. p.* 828. Vitia iſte temporum notauit & hominum, calamo ferreo nec dignitatibus parcens ſupremis.

77. *In tribulatione dilataſti mihi.* 4. Pſal.

STephanus Diaconus Card. S. *Luciæ in Silice*, aliàs *Orphea* adfuit (teſte Ciaconio, & Panu.) electio-
D ni Gelaſij II. & Callixti II. ſub quo obijt, de eccleſia meritus, quòd inter bella ciuilia & ſciſmata nũquàm trepidauerit & ſucceſſorem habuit Gerardum, qui Diplomati Callixti II. ſubſcripſit, Anno Sal. 1121.

78. *Traditor autem dedit eis ſignum dicens: Quemcumq. oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum.* Matt. 26.

STephanus, (quem Oldoinus *Creſcentium* appellat, eique ſequentia apponit inſignia) Hernicus



nicus Anagninus, Campanus Romano Pontifici à ſcriptura, poſtea Diaconus Card. *S. Mariæ in Dominica*, vel *S. Mariæ Noua* creatus à Paſchali II. inde tranſlatus ad Presb. S. S. *Petri, & Marcellini* à Calliſto II. eiuſdem litteris ſubſcripſit. An. 1122. *to. 9. Vgh. p.* 502. In creatione Innocētij II. declinauit ad Pſeudopapā contra Innocentium II. & litteras dedit cum alijs ſciſmaticis ad Lotharium Imperatorem in fauorem Anacleti, à quo Beneuentanæ vrbi præfectus, cum ea proditorie tradere vellet Rogerio Siciliæ Regi, impetitus à ciuibus fugam arripuit, & in loca Rogerij ſe ſubduxit, vbi contra Beneuētanos machinari nō deſtitit, ſed ab eis comprehenſus, vinctuſque perductus ad Papam Innocent. II. ſub quo obijt, teſte *Falcone* in *Chron. Beneu.* Hi titulum ſuum SS. Petri, & Marcellini à fundamentis reſtituit cum vicino Palatio, teſte Ciaconio, vt ex quibuſdam ineptis carminibus ſuper Palatij portam extantibus deducitur. Eius memoria in diplom. Honorij II. Later. An. 1128. Anacleti II. Baſilicæ Apoſtolorum. Anni 1130., & 1131. & pro Francone Abbate S. Sophiæ, An. 1139. apud Vghellum *to. 8. Italiæ p.* 688. & pro Ep. Corſicæ, An. 1123. *to. 4. p.* 1182.

79. *Et viam pacis non cognouerunt.* Pſal. 13.



C ROmualdus Guarna cognominatus (teſte Vghello) natu Salernitanus, vt ex tabulis Eccleſiæ Salernitanæ, Diaconus Card. *S. Mariæ in via lata* a Paſchali II. promotus, & ab eodem legatus ad Beneuentanos (teſte Fulcone) vt pacem firmaret, dolo Landulphi Archiepiſcopi bellum ſpirantis, nihil effecit, ſub eodem Paſchali diplomati ſubſcripſit ad Eccleſiam Biſontinam *to. 10. Concil. p.* 810. Vixit vſque ad Calixtum II. à quo in locum Alfani defuncti Archiep. Salernitani, Anno 1121. conſecratus eſt menſe Septembri, in quo non diu vixit, ſucceſſore relicto Guillelmo in Archiepiſcopatum. Eius memoria etiam in tabulis Caſſinenſibus, quò venit cum Calixto II. PP. & cum eo ſubſcripſit pro Epiſcopo Auerſano, An. 1121. Vghellus *to. 1. Italiæ p.* 549. Subſcripſit pro Epiſcopo Corſicæ *to. 4. p.* 1179. & Vniuerſis, An. 1122. *to. 9. p.* 502. ſub quo obijt quia

A Anno 1123. Vbertus Diaconatum Cardinalem S. Mariæ in via lata poſſidet, vt apud Vghel. *to. 4. p.* 1182.

80. *Circumdederunt me ſicut aqua tota die: circumdederunt me ſimul.* 87. Pſal. 18.

IOannes Diac. Card. *S. Luciæ* diplomati Paſchalis II. ſubſcripſit dato ad Eccleſiam Biſontinam, *to. 10. Concil. p.* 810. circumuentus a Sciſmaticis, vt declinaret ad Antipapam, perſeuerauit fortis in communione.

B BErardus Berardi Marſorum Comitis filius Diaconus Card. S. *Angeli* à Paſchali II. creatus, poſtea Presb. Card. *S. Chryſogoni*, & Marſorum Epiſcopus vt ex Vghello to. 1. Italiæ ſacræ p. 663. tranſcripſit Oldoinus ſed per errorem: nam de Cardinalatu Berardi nullum firmum teſtimonium: immò repugnat, quod Presb. Card. fuerit *S. Chryſogoni*, quia Titulum *S. Chryſogoni* duo occuparunt ſub Paſchali II. *Gregorius* & *Ioannes Cremenſis*, de quibus ſupra.

C ALbic. Diaconus Card. *S. Petri* ſubſcribit cum Paſchali II. ad Ep. Troianum, Anno 1100. apud Vghellum *p. 1377. to. 7. Italiæ.*

Hec ſunt nomina Cardinalium, quæ ſub Paſchali II. mihi occurrunt, quamuis apud Ciaconium tres ſupra nonaginta numerentur his verbis: Paſchalis II. PP. ordinationibus pluribus, menſe Decembri aliiſque temporibus Epiſcopos centum creauit, ſuperſunt ex his Epiſcopi Cardinales 13. Presbyteri Cardinales 50. ſuperſunt nomina 35. & Diaconi Cardinales 30, ex quibus 15. tantum memoria

D ſupereſt in tanto huius ſæculi calamitate.

GELASIVS II. P. CLXI.

GElaſius II. Octauo Kal. Feb. Sal. An. 1118. ad diem obitus: qui fuit 4. Kal. Feb. 1119.

Cardinales, qui interfuerunt creationi Gelaſij II.

CArdinales Epiſcopi ſecundum Ciaconium *Quinque*, Secundum Panuinium: *Sex*:

Ex creatis ab Vrbano II. ſecundum Panuinium.

C*Intius*, vel *Centius*, aut *Creſcentius* Romanus Ep. Card. *Sabinus* prior Epiſcoporum:

Ex creatis à Paſchali II. Epiſcopi.

L*Ambertus de Fagnano Ep. Card. Oſtien. Papa futurus Honorius II. ex Ciacon. & Panuinio*:

Diui-

Diuizo.... *Ep. Car. Tuſculan.* teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

Petrus...., *Ep. Car. Portuen. Papæ in vrbe Vicarius*; teſte *Ciac.* & *Panuin.*

Curio... *Ep. Car. Præneſtin.* teſte *Panuinio*.

Vitalis....... *Ep. Car. Albanus*; teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

Presbyteri Cardinales n. XXIIX. Ex creatis ab Vrbano II.

A*Micus Presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, Archipresb. S. R. E.* teſte *Ciac.* & *Panuinio*.

Bonifacius P. C. S. Marci; teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

A

Ex ecatis à Paſchali II. ſecundum Ciaconium,

B*Benedictus P. C. S. Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ*; hunc Panuinius creatum dicit ab Vrbano II.

Io: P. C. S. Ceciliæ.... Concordat Ciacon. & Panuinius.

Gregorius P. C. S. Priſca.... Diſcordant Panuinius dicens: *Gherardus P. C. S. Aquila, & Priſca*.

Theobaldus Buccapecus Romanus P. C. S. Anaſtaſiæ.... Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Theobaldus P. C. tit. Pammachy. Diſſonat Panuinius, & loco *Theobaldi* ponit *Nicolaum* P. C. *SS. Io. & Pauli, tit.* Pammachy.

B

Diuizzo P. C. *SS. Silueſtri, & Martini in Montibus*. Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Anaſtaſius Romanus P. C. S. *Clementis* Concordant *Ciac.* & *Panuin.*

Chunradus P. C. S. *Pudentianæ, tit. Paſtoris* Concordant *Ciac.* & *Pan.*

Deſiderius P. C. S. *Praxedis*. Concordant *Ciao.* & *Panuin.*

Deuſdedit P. C. S. Laurentij in Damaſo. Concordant ſupradicti.

Gregorius de Ceuano Capuanus P. C. S. Laur. M. tit. Lucinæ, Concordant.

Hugo Vice Comes Piſanus P. C. SS. XII. Apoſtol. Concordant ſupradicti.

C

Saxo Comes Anagninus P. C. S. Stephani, in Celio, Concordant.

Sigizzo P. C. S. Sixti PP. M. Concordant.

Petrus Piſanus de la Girardeſca Comes de Donoratico P. C. S. S. *Gabiny, & Suſanna*. Concordant.

Ioannes Cremenſis P. C. S. *Chriſogoni*.
Guido P. C. S. *Balbinæ*.
Rainerius P. C. S. S. *Petri, & Marcellini*.
Petrus Vuilhelmus P. C. S. *Sabinæ in Auentino*.
Amicus P. C. S. S. Nerei, & Achillei. tit. Faſciolæ.

} Concordant *Ciaconius* & *Panuinius*.

Ioannes P. C. tit. S. Euſeby, Panuinius diſonat, & loco *Ioannis*, ponit *Robertum*, aliàs *Raynerium*.

Hugo de Alatro P. C. *S. Vitalis tit. Veſtinæ*. Panuinius concordat in titulo, ſed ſilet in nomine Cardinalis.

Boſo P. C. *S. S. Quatuor Coronatorum*. Panuinius concordat in Titulo; ſed diſſonat in nomine Cardinalis, & loco *Boſonis* ponit *Robertum Papienſem*.

Chriſogonus P. C. *S.* Cyriaci *in Thermis*. Diſſonat Panuinius, & loco *Chryſogoni* dicit *Ioannes*.

Ioannes P. C. S. *Callixti*. Panuinius ſilet in nomine Cardinalis dicens.... P. C. S. *Mariæ V. Tranſtyberim tit. S. S. Iuly & Callixti*... P. C. S. *Marcelli*. Concordant *Panuinius*, & *Ciaconius*.

Ciaconius itaque, & Panuinius concordant in numero Cardinalium Presbyterorum, qui in hoc adfuere Conclaui, licet in aliquorum nominibus diſonent.

Diaconi Cardinales creati ab Vrbano II. Qui ſecundum Ciaconium crearunt Gelaſium II. P.P.

I*Oannes Caietanus, Monachus Caſſin. Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, Archid. S. R. E. & Cancellarius*, Concordat Panuin.

Theobaldus D. C. S. *Mariæ* Nouæ. Apud Panuinium Silentium.

Comes Mediolanenſis D. C. S. Mariæ in Aquino. ſilet Panuinius.

Gregorius de Papa Romanus, de regione Tranſtyberim Canonicus Regularis Later. Diac. Car. S. *Angeli*. Concordat Panuinius.

D

Diaconi Cardinales creati à Paſchali II. Qui teſte Ciaconio, crearunt Gelaſium II. PP.

G*Regorius* Caietanus C. *D. S. Luciæ in Septiſolio*.

Petrus D. C. S. *Hadriani*. Diſſonans Panuinium loco *Petri* dicit *Iulium*.

Petrus filius Petri Leonis D. C. S. S. *Coſmæ, & Damiani*, Concordant *Panuinius*.

Romanus... *D.* C. S. *Mariæ in Porticu*.

Cardinales Diaconi Creati à Paſchali II.

P*Etrus filius Petri Leonis, Romanus* D.C. SS. *Coſme, & Damiani, Antipapa futurus nomine Anacleti.*

Chryſogonus D. C. S. *Nicolai in Carcere*, S. R. E. A *Cancellarius.*

Roſcemannus Campanus, *Monachus Caſſinas*, D.C.S. *Gregorij ad Vellum Aureum.*

Reliqui Cardinales Romæ erant.

Creationes Cardinalium à Callixto II. factæ.

TRes reperiuntur; quarum prima Anno IJ. Pontificatus ſui, menſe Decemb. Anno 1120. Secunda contigit Anno 1122. Romæ menſe Martio. Tertia Romæ in Concilio Lateranenſi, menſe Decembris An. 1122.

Cardinales Epiſcopi ſub Callixto II.

1. *Quod fundens ſuper caput Aaroni, vnxit & conſecrauit.* Leuit. 1.





G*Vilelmus* ... Ep. Card. *Præneſtinus*, vel Guillielmus, aut Vuilhelmus Gallus creatus à Callixto II. in Lateran. Concilio, An. Sal. 1122. Romanę ſemper defenſor Eccleſię, Innocentium II. promouit, & fouit conſtans aduersùs Pſeudopapam Anacletum. Eiuſdem Innocentij ad Germanos Legatus Brunonem Archiep. Colonienſem ſacro vnxit oleo, Anno 1133. Adfuit dedicationi Oratorij S. Chryſogoni, vt patet ex tabula marmorea, quam vidiſſe teſtatur Vghellus. Priuilegio dato ab Honorio II. Cluniacenſibus ſubſcripſit; vt in *to. Concil. p.* 911. & Anno 1125. Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. & Anno 1126. Archiep. Piſano, *to.* 3. *Vghel. p.* 444. Et An. 1133. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1186. & Anno 1134. Ep. Feſulano *to.* 3. *Vghel. p.* 312. Et pro Ep. Bergom. An. 1135. *to.* 4. *Vghel. p.* 651. & An. 1136. Canonicis Ianuen. *to.* 4. *cit. p.* 1187.

Idibus pręmoritur Decembris 1141. quo die Epiſcopatum occupat Pręneſtinum Stephanus; Vghello teſte. *to.* 1. *p.* 657. Oldoinus gentilitia Crucis inſignia cur in Leonem mutauerit turribus circumſeptum, ignoratur.

2. *Et ſepelierunt eum in ciuitate David.* 3. Reg. 15.



ÆGidius aliàs *Gilo* .... Ep. Card. *Tuſculanus* locum tenuit Diuizzonis ſub Callixto II. cuius litteris ad Ep. Corſicæ ſubſcripſit, An. 1123. vt *to.* 4. *Italiæ. p.* 1182. Anno poſtea Sal. 1127. in Palęſtinam abijt Legatus Honorij II. vt eloquentia ſua Eccleſiam ibi firmaret nutantem propter Epiſcoporum in Syria diſſidia, litteras obtulit cum anathemate, Bernardo Patriarchę Antiocheno, in quibus mandabat Honorius II. PP. *vt per Apoſtolica ſcripta, & per Ven. fratrem noſtrum Ægidium* B *Tuſculanum Ep. Apoſtolicę ſedis Legatum, vt ſuffraganeos Tyrenſis Eccleſię ſibi reſtituas; quod niſi infra quadraginta dies poſt harum inſpectionem litterarum, quas ad eos direximus, debitam ei ſubiectionem exhibueris; Nos ex tunc te ab officio Epiſcopi ſuſpendimus.* Romam reuerſus ad Sciſmaticos declinauit contra Innocentium II. & litteras dedit cum eis ad Lotharium Imperatorem, quare purpura expoliatus ab Innocentio diù iacuit, donec pęnitentia ductus, interprete S. Bernardo ad Innocentium redijt, & Catholicè obijt: ait *Oldoinus*; ſed more ſuo mentitur, vel Petrum Cluniacenſem non legit *lib.* 4. *Ep.* 4. vel Baronium Anno 1138. dicentem. *Illud autem tunc admiratione dignum* C *accidit* (ſupponit, & iam deſcripſit ſciſmaticos omnes humiliatos ad pedes veri Pontificis II. *quod qui ſtabat à ſciſmaticis Gilo Cardinalis Tuſculanus, adhuc permanſit in ſchiſmate, quem aliàs Petrus Cluniacenſis litteris admonitum lib.* 4. *ep.* 4. *alijs additis ep.* 30. *magnoperè vt par erat, redarguit.* Vbi hęc inter alia Petrus Cluniacenſis: *ſed forte ea ſpe vt tunc innuebas, rem diſtuliſti, qua ſperabas ab Imperatore Lothario aut Petrum Leonis Innocentio præferri, aut vtroque depoſito, in Apoſtolicam ſedem alium ſublimari. At nunc quid vltra nouarum rerum, vel moliri, vel pręſtolari poteris? quando, & Lotharius mortuus eſt, & Petrus extinctus eſt; & Innocentius in Papam ac Summum Pontificem primè ab Vrbis par-* D *te, poſtmodum à toto Orbe, & tandem à tota Vrbe ſublimatus eſt; & tota vanitatis ſpes diuini oris gladio vndique eſt circumciſa? &c.* Vnde pęnitentem Ægidium Oldoinus habeat? ipſe quoque ignorat.

Ægidij memoria in priuilegio dato Cluniacenſibus ab Honorio II. *to.* 10. *Concil. p.* 911. in litteris Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. & ad Vniuerſos An. 1132. *to.* 9. *Vgel. p.* 502.

3 BOſo Epiſcopus *Portuenſis* adſtat Callixto II. cum Conone Pręneſtino, Lamberto Oſtienſi, & Io: Cremenſi ad latus Callixti II. *to.* 10. *Concil. p.* 866. Quomodo *Boſonis* nomen eò irrepſerit? ignoro, cum poſt Callixtum II. iterum Petrus Portuenſis

Epiſcopus ſubſcribat priuilegio dato Cluniacenſibus ab Honorio II. *to.* 10. *Concil.p.* 911.

4 MAtthæus natus Gallus, nobili ortus progenie, ac diuitijs clarus vitam ſubijt Monaſticam in Prouincia Rhemenſi, vbi Prior à Fratribus dictus, poſtea, Ep. Card. *Albanus* creatus à Callixto II. teſte *Panuinio*. Verùm cum reliqui ab Honorio II. creatum dicant, eò Lectorem remitto.

Cardinales Presbiteri ſub Callixto II.

5. *Imperij & Sacerdotij Concordia.*

GRegorius natu Romanus Presb. Card. *S. Gregorij ad Clinum Scauri*, teſte *Ciaconio*, ille forſan qui à Callixto II. miſſus in Germaniam cum Lamberto, Ep. Car. Oſtien. & Saxo Card. concordiam inijt inter Sacerdotium, & Imperium, teſte *Anſelmo Gemblacenſi in Chron.* & *to.* 10. *Concil.p.* 889. A



PEtrus filius Petri Leonis Romanus ex Diacono Car. *S.S. Coſmæ & Damiani*, eleuatur Presb. Card. *S. Mariæ Transtiberim, tit. Calliſti*. Concordant *Ciaconius*: & *Panuinius*. Apud Vghellum *to.* 1. *Italiæ*; litteris Calliſti II. Epiſcopo Auerſano, An. 1121. *p.* 549. ſubſcribit *Petrus P. Card. S. Mariæ, in Ara Cæli*. Anno 1125. ad Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel.p.* 366.

7. *Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſq. ad diem oſtenſionis ſuæ in Iſrael.* Lucæ. 1.



POntius Comitis Marguliensis filius, Cluniacenſibus nomen dedit in pueritia, creuitque opinione prudentiæ, & obſeruantiæ, ob quam Abbas eſt renunciatus Anno 1109. (non 1119. vt ſcribit Oldoinus) & *Anno decimo ſuæ Præfecturæ, menſe Decembri, Anno* 1119. *vel* 1120. *à Callixto II. Cluniaco tunc agente creatus eſt Cardinalis*. C Oldoinus Pontium Cardinalem dicit eo fundamento, quod *Callixtus* II. *Cluniacenſi Eccleſiæ ſpeciali, & propriæ ſuæ, vt Abbas Cluniacenſis ſemper, & vbique Romani fungeretur officio Cardinalis conceſſit: in cuius ſignum manu propria ipſe Calliſtus Pontium Abbatem Cluniacenſem annulo ſuo veſtiuit*. Hugo Monachus Cluniacen. *Ep. ad ipſum*, & *Auctor Chron. Cluniac.* In quo D Doctrina dicitur, & Sanctitate illuſtris. Baronius verò Anno .... ità pingit: *Poſt Hugonem ſubſtitutus Cluniaci Pontius longè impar prædeceſſori: imò vt ille egregia claruit ſanctitate, ita hic incredibili præditus fuit nequitia non Abbas, ſed prædo, non Paſtor, ſed Lupus, non pater ſed tyrannus*. Nec fallitur Baronius, Petrum namque Venerabilem Abbatem Cluniacenſem teſtem habet, qui contemporaneus vidit geſta Pontij. Ad eum remitto Lectorem, quia cur inter Cardinales recenſeatur Pontius, non habeo. Diuerſum namque puto priuilegio gaudere Cardinalitio quoad purpuram; ab eo quod iure gaudeat Suffragij, in electione Pontificis.

7. *Elongaſti à me amicum, & proximum.* Pſal. 87.



AMicus Iunior (concordant Ciaconius & Panuinius) Monachus & Abbas S. Laurentij, & Stephani extra Muros Vrbis ex Diacono Card. S.S. *Victi & Modeſti in macello Martyrum* ſub Paſchali II. creatus à Callixto II Presb. Card. *S. Crucis in Hieruſalem* ſubſcribit cum eodem Cal- B lixto litteris ad Ep. Corſicæ, An. 1121. apud Vghellum, *to.* 4. *p.* 1179. & Ep. trium Tabernar. *to.* 4. *Vghel. p.* 449. Si ad Antipapam declinauit, vt legitur in M. S. Cornelio, dicat Papa cum Dauide. *Elongaſti à me amicum*.

9. *Simul abierunt in confuſionem fabricatores errorum.* Iſai. 45.



PEtrus Burgundus natu Gallus, Fontanis ortus prope Diuionem, conciuis D. Bernardi Clareuallenſis Presb. Card. S. *Marcelli* à Callixto II. promotus An. Sal. 1119. cum quo ſubſcribit Ep. trium Tabernar. *to.* 9. *Vghel.p.* 499. An. 1121. & Vniuerſis An. 1122. *to.* 9. *p.* 502. & Ep. Corſicæ, An. 1223. *to.* 4. *Vghel.p.* 1182. Cum Honorio II. Anno 1125. Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. & Anno 1126. Archiep. Piſano. *to.* 3. *Vghel.p.* 444. Cuius Legatus in Gallias contra Pontium, & Pontianos, eos excommunicauit, teſte *Petro Venerabili Abbate Cluniac.* Honorio mortuo, Anacletum II. fouit Antipapam contra Innocentium II. ſcriptis litteris cum alijs ſciſmaticis ad Lotharium Imperatorem contra Innocentium II. quas habes apud Baronium, Anno 1130. propterea dignitate ſpoliatus Cardinalitia, an iterum redemerit, indulgente Innocentio? dubium. Atro Scuto Fontanenſi vſum eſſe Petrum teſtatur Frizonius in *Gallia Purpurata*. Litteris Anacleti ad Archiep. Beneuent. ſubſcripſit, An. 1137. *to.* 8. *Vghel.p.* 179.

12. *Sic*

12. Sic viæ omnium, qui obliuiſcuntur Deum: Iob. 8.



CReſcentius Anagninus, Campanus ex Diacono Card. *S. Mariæ in Dominica*; Presb. Card. S.S. *Marcellini, & Petri*, teſte Ciaconio, & Panuinio ex Pandulpho Piſano, Bulla Honorij II. in Later. Anno 1128. In ſciſmate Anacleti II. contrà Innocentium II, vnà cum ſciſmati- A cis litteras dedit ad Lotharium Imperatorem in gratiam Pſeudopapę, vt dedimus ſub Paſchali II. Subſcripſit Bullę Anacleti II. pſeudopapę pro Apoſtolorum Baſilica; Anno 1130.

13. Qui regnare facit hominem hyppocritam, propter peccata populi. 34. Iob. 30.



GRegorius Romanus natu... Presb. Card. S. S. *XII. Apoſtolorum* (teſte *Ciaconio & Panuinio*) ſubſcribit cum eodem Callixto II. Anno 1123. ad Ep. B Corſicæ, teſte Vghel, *to. 4. p.* 1182. Caſſinum Legatus ab Honorio, II. vt depoſito *Oderiſio* Monaſterio pręeſſet, donec nouus Abbas eligeretur, venit repertoſque Monachos refractarios, quaſi à Sede Apoſtolica indępendentes ſe autumantes; facundia ſua Gregorius compeſcuit, & ad obſequium reuocauit, teſte *Petro Diacono l. 4. c. 89. Chron. Caſſin.* Mortuo Honorio, declinauit ad Anacletum Antipapam, eiuſque electionem tam conſtans propugnauit contra Innocentium II. vt mortuo Anacleto Antipapa, ipſe creatus fuerit nomine *Victoris IV.* Vide quę diximus de eo in vita In- C nocentij II, Subſcribit cum Honorio II. Anno, 1125. pro Gualtero Archiep. Rauen. apud Vghellum *p.* 367. *to. 2. Ital. ſ.* & Anno 1126. pro Archiep. Piſano, apud eundem, *to. 3. p.* 444.

14. Cum viro innocente innocens eris. 17. Pſal. 26.



GErardus Caccianimicus Bononiæ natus, filius Alberti ab Vrſo, Canonicus Regul. Monaſterij S. Crucis in Hieruſalem, Romę, ex congregatione S. D Frigdiani Lucen. Presb. Card. *S. Crucis in Hieruſalem*, poſteà Cancellarius S. R. E. ſub Innocentio II. tandem Pontifex Romanus nomine Lucij II. Vbi habes, non ex familia *Caccianimica*, neque à Callixto II. creatum Cardinalem, ſed ab Honorio II. Lege eius vitam. Eius nomen in litteris Innocentij II. An. 1134. Ep. Feſulano *to. 3. Ital. ſ. p.* 312. An, 1134. pro Cano. Bergom. *to. 4. Vghel. p.* 651. An. 1138. Archiep. Piſano *to. 3. p.* 453. An. 1139. Ep. Ferrar. *to. 2. p.* 570. An. 1141. pro Ab. S. Ambroſij, *to. 3. Vghel. p.* 121. An. 1143. Ep. Feſulano, *to. 3. Vghel. p.* 313. In electione Innocentij. II. arbiter electus iudicauit: teneri Deum adeſſe Innocentię.

15. Innocentes & recti adhęſerunt mihi: quia ſuſtinui te. 25. Pſal. 21.

16 ALoyſius Lucidus natu Lucenſis, Presb. Car. *S. Clementis*, teſte *Ciac.* ſecundùm verò Panuinium *Hubertus*, non *Aloyſius*. In nomine *Huberti Card. Presb. S. Clementis* concordat Baronius Anno 1130. nomina recenſens Cardinalium, qui Innocentium II. tuebantur contra Anacletum pſeudopapam.

17 PEtrus Presb. Card. S. *Sixti tit. Tigridis* ſubſcribit (ſi Oldoino fides) diplomati Callixti II. dato Ep. Ianuenſi, An. 1121. ſed falſum: quia Sigizzo P. C. Sixti, qui ſuffragatus eſt in creatione Callixti II. mortuo Callixto, ſuffragatus eſt etiam Honorio II.

18 GRegorius Albergatus natu Romanus, Presb. Car. S. *Laurentij in Lucina* (teſte Oldoino) ſubſcripſit Callixti II. diplomati dato Laterani 8. Idus Aprilis An. 1123. Epiſcopo Ianuenſi, notis compendiarijs GG. *Presb. Card. tit. S. Lucinę*. Sed dicat Oldoinus qua ratione geminam litteram G. G. interpretatur pro Gregorio Albergato? Inſuper mentitur, quòd ex Ciaconio, & Panuinio Gregorius Albergatus creationi adfuerit Honorij II. De *Gregorio de Ceccano* loquitur *Panuinius*; de Albergato *Ciaconius*. Is familiam forſan exprimens: ille oppidum natale: quamuis & in hoc non longè ſit difficultas, quia ambo Romanum dicunt.

19. Quia omnis violenta prędatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis. 9. Iſai. 5.

HVgo Lectiſredus Presb. Card. *S. Vitalis tit. Veſtinę* adfuit electioni Honorij II. *vnde errauit Ciaconius* (verba ſunt Oldoini) *quando ſcripſit Lectiſredum creatum eſſe Presbyterum Cardinalem S. Vitalis ab ipſo Honorio*. Cui dicas, errorem Ciaconij in catalogo Cardinalium, qui adſtarunt creationi Honorij II. eſſe impreſſoris, non Ciaconij: quia Panuinius in Catalogo ſuffragantium Honorio, ponit quidem *Titulum S. Vitalis*, ſed ſilet nomen Cardinalis. Poſtea in creatione Cardinalium facta ab Honorio II. ponit in titulum S. Vitalis ſubrogatum Lectiſredum, Signum, quòd Panuinio duę perſonę diuerſę fuerę occupantes ſucceſſiuè titulum S. Vitalis. Quod autem apud Ciaconium in catalogo ſuffragantium Honorio II. nominetur Hugo *Lectiſredus*, τὸ Lectiſredus per errorem irrepſit; videatur idem Ciaconius in deſcriptione *Lectiſredi* n. 25. ſub Honorio II. vbi *Lectiſredus* dicitur, non *Hugo Lectiſredus*. Vnde Cardinalis, qui adfuit creationi Honorij II.

fuit

fuit *Hugo Alatrinus*; & qui ab eodem Gregorio ſubrogatus defuncto *Hugoni Alatrino* fuit *Lectifredus*, Sic etiam nominatur Cardinalis S. Vitalis, qui cum Sciſmaticis litteras dedit pro Anacleto Antipapa ad Lotharium Imper. vt in ipſa epiſtola turbis immixtus, atque phalangibus, quibus polluerunt Sanctuarium Dei.

19. *Donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum*. Pſal. 72.

RObertus Presb. Card. S. *Sabinę* ſubſcribit litteris Calliſti II. ad Ep. Corſicę, apud Vghellum, *to.4.p.* 1278. & An. 1121. Ep. trium Tabernar. A *to. 9. Vghel. p.* 499. & Anno 1122. Vniuerſis, *to. 9. p.* 502. Adiunctus Cruceſignatis abijt vſq. in Cyprum, vbi morbo correptus ſubſtitit.

20. *Diſperſi ſunt lapides Sanctuarij*. Pſal. 88.

21 GRegorius Presb. Car. *S. Priſcę* ſubſcribit cum Callixto II. ad Ep. Corſicę, An. 1121. apud Vghellum, *to. 4. p.* 1178. cum Cruceſignatis abijt in Paleſtinam, vt redimeret Chriſti ſepulchrum ab Infidelibus pollutum.

21. *Tenuiſti manu dexteram meam*. 72. Pſal. 24.



GErardus Presb. Card. S. *Priſcę* ſubrogatus Gregorio Card. S. Priſcę, à Callixto II. ſubſcribit litteris ad Ep. Corſicę, An. 1123. *to. 4. Italia p.* 1182. & cum Honorio II. ad Arch. Piſanum; Anno 1126. *to. 3. Italię p.* 445. Vir humilis diuinę adſcripſit pietati, ne cum Sciſmaticis conueniet.

22. *Tenebit iuſtus viam ſuam*. 17. Iob. 9.

RObertus. Presb. Card. *S. Euſebij*, Anno 1123. ſubſcribit litteris Callixti II. (à quo ſubrogatus fuerat Ioanni Cardinali Presb. S. Euſebij) ad Ep. Corſicę, apud Vghellum *to. 4. p.* 1182, Sciſmaticos ſemper abhorruit.

Diaconi Cardinales ſub Callixto II.

23. *Hęc generatio quęrentium dominum; quęrentium faciem Dei Iacob*. Pſal. 23.

STephanus .... Card. Diaconus S. *Mariæ in Coſmedin* (teſte Ciaconio, & Panuinio) filius (teſte Vghello, & Victorello) Theodorici Barri Montis Beliardi Muſſi Ferretti Comitis, & Ermentrudis Burgundę; Cardinalis creatus à proauunculo ſuo Papa Callixto II. & ab eodem Epiſcopus Metenſis cum iure pallij; ſupra biennium ab vrbe exulauit Metenſi, inſidias declinans Henrici V. Imperatoris, è cuius manu inſignia ſuſcipere renuerat Pontificalia. Cęſari tandem reconciliatus ſedem tenuit, cui C oppida & curtes à tyrannis vſurpatas celeriter redemit auxilio fretus cognatorum ſuorum. Diues opibus, & virtutibus caſtrum Lucelemburgium, quod ſibi in Alſatia obuenerat hęreditarium ob mortem Petri Comitis cognati ſui, ſuę donauit Cathędrali. Interpres pacis, Alberonem Ep. Virdunenſem, & Rainaldum Barri Comitem fratrem ſuum amicitię reſtituit: Ampliandę religioni totus intentus in vrbe Metenſi, pręſente S. Bernardo, prima iecit fundamenta Monaſterij Ordinis Cluniacenſis: erexitque Monaſterium Alteriacum ordinis S. Auguſtini, Canonicorum Regularium iuxta Ramberuillęum, pluresque ędificauit Eccleſias, ac multis Cęnobijs dotem contulit. D Suadente D. Bernardo nauigauit in Syriam cum Ludouico Francorum Rege, pro recuperando Chriſti Saluatoris Sepulchro; vnde reuerſus, magna neceſſitudine iunctus cum eodem S. Bernardo habitum aſſumpſit Ciſtercienſem, ſeruauitque vſque ad obitum, cum quo ſepeliri voluit in veſtibulo Chori ſui Cathedralis Anno 1163. ſucceſſo- B rem habens in Epiſcopatu Theodoricum nepotem ſuum. Vide notas *Io: Picardi ad ep. 29. S. Bernardi ſcriptam ad Stephanum Epiſcopum Metenſem: &* 333. Anno 1521. cum eius tumulum reſeraſſent, oſſa inuenere cum tribus acubus aureis in capite ornatis amethiſto, & duobus pyropis lapidibus, quibus claudebatur pallium Epiſcopale. Inuenta etiam Crux parua plumbea è collo pendula, cui infraſcriptum: *Quarto Kal. Ianuarij obijt Stephanus pię memorię Sanctæ Metenſis Epiſcopus Anno ab Incarnat.* 1163. Pedum paſtorale ligneum, cuius ſummitas erat eburnea.

Inſigne Gentilitium, quod hic habes, exhibet Petrus Frizonius tanquàm proprium familiæ Montis Beliardi, coccineum ſcilicet, in quo binę Truttę aureę. Memoria Stephani in litteris Honorij II. Archiep. Piſano, Anno 1126. *to. 3. Italiæ p.* 445. Eamq; eccleſia celebrat Cathedralis, vt in Necrologio. 3. *Cal. Ianuarij, pro D. Stephano Ep. Metenſi, viginti ſolidi: & pro Campanis duodecim denarij*. De eo lege Ludouicum Donium d'Attichij.

24. *Ecce Angelus Dei* 13. Daniel. 35.



STephanus .... Diacon. Card. S. *Mariæ in Dominica*, teſte Ciaconio, à quo diuerſus Panuinius loco *Stephani* ponit *Angelum*; & verè Angelus D. C. ſubſcribit litteris Callixti II. ad Ep. Corſicę, An. 1123. *to. 4. Italiæ, p.* 1182. Sed forſan mortuo Stephano, qui Anno 1121. viuębat; vt in *to. 4. Italię, p.* 1179. ſubrogatus eſt Angelus.


35. *Et*

25. *Et finem illorum ſine honore* Sap. 5.



IOnathas .... Diaconus Card. *SS. Coſmæ & Damiani* cognomento *Iunior* ad differentiam Ionathę (qui pariter Diac. Card. *S. S. Coſmę & Damiani* ſub Vrbano II. vixit). Mortuo Callixto, cum Cardinales metu Frangipanorum, qui potentiores cuncta miſcebant in Vrbe, ad electionem non auderent procedere noui Pontificis, ipſe Ionathas in Baſilicam S. Ioannis conueniте ſuaſit, ibique collaudantibus omnibus Cardinalibus, qui ibi aderant, Theobaldum Presb. Card. S. Anaſtaſiæ, renitentem licet & contradicentem acclemauit in Papam, induitque cappa rubea, *Cæleſtinum* appellans quaſi cælitus miſſum. Cumque in gratiarum actionem *Te Deum* canerent, adſtante etiam & canente Lamberto Ep. Oſtienſi, Frangipanes adueniunt armati ſalutantes in Papam Lambertum Oſtienſem, qui inſignia protinus ſuſcepit Pontificalia magno ſui dedecore, ſummaque laude Theobaldi, qui prior & canonicę electus ad euitanda Sciſmata Lamberto Pontificatum dimiſit. Adfuit Ionathas electioni Honorij II. & Innocentij II. ſed ſuffragio ſuo declinauit ad Anacletum II. Antipapam, à quo ex Diacon. Card. *SS. Coſmæ & Damiani* factus eſt Presb. Card. *S. Mariæ Transtyberim tit. Callixti*, Anno Sal. 1130. Pſeudo Pontificis Anacleti primo, teſte Ciaconio, Panuinio; & clariùs in litteris Pſeudo Cardinalium ad Lotharium Imper. Eius memoria in litteris Callixti II. ad Ep. Corſicę, An. 1121. & 1123. apud Vghellum, *to. 4. p.* 1179. *&* 1182. & ad Ep. trium Tabernar. An. 1121. *to. 9. Vghel. p.* 499. Et Vniuerſis, Anno 1122. *to. 9. Vghel. p.* 502.

26. *Laudemus viros glorioſos*. Eccli. 44.



HAymericus natu Burgundus, vir illuſtris, conſobrinus *Petri de la Caſtro* Archiep. Bituricenſis (ex qua gente Claudius Caſtræus magnus Gallię Mareſcallus, Prorex apud Bituriġas defunctus Anno 1614.) ex Canonico Congregationis Lateranenſis, teſte *Signio*, Diacon. Card. creatus S. *Mariæ Nouæ*, ac S. R. E. Cancellarius, familiaris S. Bernardi Claræuallenſis, quæſtionem excitauit *de Diligendo Deo*; cui Bernardus ſatisfecit, libello compoſito *de Diligendo Deo*, eumque Haymerico dedicauit, vt in prologo, *Viro illuſtri D. Haymerico Eccleſiæ Romanę Diacono Cardinali & Cancellario Bernardus Abbas &c.* Scripſit ei etiam plures epiſtolas, quas ſparſim habes inter epiſtolas D. Bernardi. Cancellarius electus S. R. E. ab Honorio IJ. plura exarauit diplomata, & tanquam Cãcellarius ſubſcripſit, quæ habes *to.* 10. *Concil. ſub Honorio II.* fuit poſtea depoſitus ab Anacleto II. Antipapa, quia partes ſequeretur Innocentij II. & mendacijs appetitus ab eodem Anacleto in *ep. ad Lotharium Imper.* quaſi *ſimoniæ ſeruus, & predo improbus*; & in *ep. ſciſmaticorum ad eundem Lotharium* quòd *Romanam Eccleſiam quaſi vile ſcortum pro luxurijs & auaritia ſua, longo iam tempore habuiſſet proſtitutam, ſimonijs, & exactionibus varijs Eccleſiam Dei, & ſeruos Dei diutiùs trucidaſſet*. Sic in ep. Anacleti ad Cluniacenſes. *Haymericus quondam Eccleſiæ Cancellarius, auaritiæ ſeruus, hiſtrionum, & ſcurrarum delirus inuentor, Eccleſiarum expoliator, ſeruorum Dei improbus exactor,*
A *alter Giezi qui ſimonijs publicis, & priuatis lepram Naaman, & maledictionem Dei hæreditario eſt iure ſortitus.* Proſecutus tamen ſub Innocentio II. Haymericus officium Cancelarij laudabili exemplo, reperitur paſſim ſubſcriptus *to.* 10. *Concil.* diplomatibus Innocentij IJ. à quo Caſſinum miſſus contra Rainaldũ Abbatem ſequacem Anacleti depoſuit, teſte Petro Diacono *lib. 4. c.* 124. Diploma tandem exarauit, & tanquàm Cancellarius S.R.E. ſubſcripſit datum Rogerio pro titulo Regis Siciliæ. Deceſſit Anno Sal. 1148. quinto Kal. Iun. vt ex Calendario S. Victoris Pariſien. in quo legitur: *Anniuerſarium D. Haymerici S. R. E. Diaconi Card. qui cænobium iſtud ſpeciali amo-*
B *re diligens dedit nobis plurimorum* S. S. *Reliquias thecis argenteis honorificè reconditas, & in cultum Altaris caſulas, & pallia, aliaque diuerſi generis ornamenta.*

27. *Stabunt Iuſti in magna coſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & abſtulerant labores eorum.* Sap. 5.

C 

GRegorius Tarquinius, Diaconus Card. *S.S. Sergij & Bacchi, Marcelli, & Apulei.* creatus à Callixto II. literis eiuſdem ad Ep. Corſicę ſubſcripſit. Anno 1123. *to. 4. Italiæ p.* 1182. Creationi adfuit Honorij II. cũ quo ſubſcripſit Archiep. Rauen. An. 1125. *to. 2. Vghel. p.* 367. Innocentij II. cuius promotionem conſtantiſſimè fouit aduerſùs Anacletum II. Antipapam, eiuſque litteris ad Ep. Feſulanũ ſubſcripſit Anno 1133. Archiep. Ianuenſi, *to. 4. Vghel. p.* 1188. & Anno 1134. *to.* 3. *Italiæ p.* 312. *& p.* 361. & Anno 1135. pro Canon. Bergom. *to. 4. apud Vguellum, p.* 651. & Anno 1138. Ep. Feſulano, *to. 3. p.* 451. Abbati Feſulano Anno 1141. *to. 3. p.* 315. & Canon. Veron. An. 1140, *to. 4. Vghel. p.* 717. & Anno 1144. Ep. Caſtellano, ſub
D Lucio II. *to. 5. Vghel. p.* 1321. & An. 1145. Ep. Veron. ſub Eugenio III. *to. 5. Vghel. p.* 735. Vixit vſque ad Eugenium III. interfuit enim electioni Cęleſtini II. Cum quo ſubſcripſit Anno 1143. diplomati S. Fridiani Lucenſis, Electioni adfuit Lucij II. cum quo ſubſcribit. An. 1143. ad Abbatem S. Columbę. Vghel. *to. 4. p.* 1361. cum Eugenio III.

28 HEnricus D. C. S. Theodori. vide in Paſchali II. n. 73. & n. 32. in Callixto IJ.

29 ADdo, vel Aldo Diac.Card. S. S. *Sergij*, & *Bacchi*, ſubſcribit litteris Callixti II. Ep. trium Tabernar. An. 1121. *to. 9. Vghel. p. 499.* vide n. 74. in Paſchali II.

30. *Iuſtitia cuſtodit viam innocentis.* 13. Prouer. 6.

GRegorius de Papareſcis Romanus Diac. Card. S. *Angeli*, Papa futurus nomine Innocentij II. Subſcribit cum Calliſto II. Concilio Tholoſano. *to. 10. Concil. p.* 860. & ad Ep. Corſicæ, An. 1123. *to. 4. Italiæ p.* 1182. diuerſus ab eo, quem Gregorius iſte, A factus Papa Innocentius II. vti nepotem ſuum promouit in Diaconum Cardinalem S. *Angeli*. Eius nomen in litteris Honorij II. Archiep. Piſano, An. 1126. *to. 3. Italiæ p.* 444. & An. 1145. Ep. Veron. *to. 5. Vghel. p.* 735.

31. *Errauimus à via veritatis; & iuſtitiæ lumen non luxit nobis.* Sap. 5.



ANgelus ... Diac. Card. S. *Mariæ in Dominica*, teſte Ciaconio, Panuinio ex Pandulpho Piſano, Anacletum II. Pſeudopapam approbat, reiecto Innocentio II. Scribitque contra hunc ad B Lotharium Imperatorem cum cæteris ſciſmaticis. Subſcribit Bullę Callixti IJ. An. 1123. ad Ep. Corſicæ, *to. 4. Italiæ p.* 1182. & Honorij II. An. 1126. Archiep. Piſano *to. 3. Italiæ p.* 445. Honorij II. Lateran. An. 1128. & Antipapę Anacleti pro Baſilica S. S. Apoſtolorum, Anno 1130. Crucem orbiculatam in dextero adieci, ex antiquo M. S. in bibliotheca Cornelia Piſcopia.

32. *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Pſal. 50. C



IOannes Dauferij, Salernis natus, genere nobilis, Diaconus Card. *S. Nicolai in carcere Tulliano (Ciacon. & Panuin.)* creatus à Callixto II. à quo Subdiaconus fuerat conſacratus, eiuſque litteras ſignat ad Ep. Corſicæ, An. 1123. *to. 4. Italiæ p.* 1182. Adfuit electioni Honorij II. Papę, cuius diplomati ſubſcribit dato ad Rogerium Archiep. Piſanum An. 1120. *to. 3. Italiæ p.* 445. D

Honorio mortuo, iunctus Sciſmaticis promouit Anacletum II. Pſeudopapam, ſuffragio, & litteris datis ad Lothariũ Imperatorem. Ioannem hunc Ciaconius dicit translatum ad Presbyterium Cardinalitium *S. Pudentianæ*, eo forſan fundamento, quod Ioannem Cardinalem creatum inueniat ab Anacleto II. ſed ego credo diuerſum. Rediit Ioannes ad Eccleſiam Catholicam; eiuſque paſtorem adorauit Innocent. II. quia Anno Sal. 1134. cum eodem Innocentio II. diplomati ſubſcripſit dato pro Epiſcopo Piſtorienſi *to. 3. Vghel. p.* 361. cui ſubſcripſit non tanquàm Presbyter, ſed tanquàm Diaconus. *Ego Ioannes Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi.* Priuſquàm rediret ad Innoc. II. ſubſcripſit Bullę Anacleti pro Baſilica Apoſtolorum, Anno 1130.

33. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.* Lucę. 6.



MAtthæus ... natu Piſanus (teſte Vghello) Diacon. Card. S. *Hadriani* electioni adfuit Honorij II. Antipapę (teſte Ciaconio, & Panuinio) ſub quo creditur deceſſiſſe. Veruntamen idem Matthęus reperitur tanquàm creatus ab ipſo Honorio II. per Ciaconium. Eius memoria in litteris Callixti II. ad Ep. Corſicæ, *to. 4. Italia. p.* 1182. Ex eodem M. S. Corneliano.

34. .... Diaconus Cardinalis S. Agathę, ex *Ciaconio*.

35. *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ille fur eſt, & latro.* Io. 10.



RAynerius de Burgundia Diaconus Card. *S. Mariæ Nouæ ex Ciaconio*, cui ſubſcribere non audeo, quia Diaconiam S. Mariæ Nouę poſſidebat Haymericus S. R. E. Cancellarius, quam retinuit etiam viuente Innocentio II. Adiungit Oldoinus Raynerium primò Diaconum Cardinalem S. Mariæ Nouæ, poſtea Archipreſbyterum S. Mariæ Nouæ ab eodem Callixto II. promotum: quod neutrum credo: ſed potiùs ab Anacleto nouiter creatum Archipresbyterum S. Mariæ Nouæ, quo titulo Raynerius litteras dedit cum Sciſmaticis ad Lotharium Imperatorem. Ita ſenſit Frizonius in *Gallia Purpurata*. Leonem turribus circumſeptum pro inſignibus gentilitijs appoſuit Ciaconius: ſolam Crucem Oldoinus: egò Crucem cum Lillio, ex *M. S. Cornelliano*.

36. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1.

RObertus ... D. C. S. *Sabinæ* in Auentino, teſte Oldoino, ſubſcripſit diplomati Callixti II. pro Ep. Ianuenſi. Ego verò lego apud Baronium Anno Sal. 1124. quod Pandulphi Piſani teſtimonio, Robertum creauerit Cardinalem Presbyterum S. *Clementis*. Apud Vghellum verò *to. 1. Italiæ p.* 549. Octauo Cal. Octob. 1121. Robertus ſubſcribit litteras Callixti II. Ep. Auerſano, tanquàm Cardinalis Presbyter S. *Sabinæ*. Legatus ad Vmbros cum in ſuæ lega-

legationis diplomate non appareret Legati Auctoritas quantum ſatis: Cancellarius verò diploma propugnaret exaratum; Callixtum II. Pontificem in ſui partes traxit, lemmate citato Creatoris, quando hominem efformauit.

37. *Abſcondit me in pharethra ſua.*
49. Iſaię. 2.

GVALTERIUS *Valterius* Diacon. Card. *S. Theodori* ſubſcribit diplomati Callixti II. dato Laterani, An. 1121. tertio Non. Ianuarii, ad Ep. Corſicæ *to. 4. Italia p.* 1179. & Ep. trium Tabernar. *to. 9. Vghel. p.* 499. Hinc Oldoinus damnat Ciaconium, quia in creatione Honorij II. recenſet ſuffragatorem *Henricum Cardinalem S. Theodori*, quia in eodem titulo nunquàm ſimul dentur duo Cardinales Diaconi. Ego verò cum reperiam Ciaconium, & Panuinium concordes in electione Honorii II. recenſeri ſupradictum Henricum, Gualtero ſubrogatum arguo. Veritas patet in litteris Callixti II. ad Vniuerſos Anno 1122. *to. 9. Vghel. p.* 502. vbi cum Callixto. II. ſubſcribit Henricus *D.C.S. Theodori*. Pluribus vbi peritus inſidiis à Seiſmaticis cum omnes eluſerit in nomine Domini, canere ſolebat cum Iſaia. In pharetra ſua abſcondit me.

38. *Bibent de Spiritali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus;* 1. Cor. 10. n. 4.

GERARDUS *Erardus* Diac. Card. *S. Lucię in Sepetfolio* diploma firmauit Callixti II. An. 1121. pro Ep. Ianuenſi *to. 4. Italiæ apud Vghellum p.* 1179. & Ab eodem Callixto II. tranſlatus ad Presb. S.S. *Aquila, & Priſcę*: quod ſanè legitur in catalogo Ciaconij, & Panuinij de Card. Presbyteris, qui adfuere creationi Honorii II. An verò idem ſit cum Gerardo Card. *S. Crucis*, qui Papa futurus

A

B

nomine *Lucij II.* ita & tantas legationes abſoluit, ſola Chriſti fiducia? dubium. Tranſlatum fuiſſe Gerardum ad Presbyterum Cardinalem? patet: quia ſub eodem Callixto II. Anno 1123: ſubſcribit *Gregorius* non *Gerardus*, D. C. S. Luciæ Septifolii, apud Vghellum *to. 4. p.* 1182.

39. *Ecce non dormitauit, neq. dormiet qui cuſtodit Iſrael.*
Pſal. n. 4.

GREGORIUS *Regorius* Diaconus Card. *S. Lucia in Septiſolio* creatus à Callixto II. (nota craſſum errorem Oldoini) *poſt obitum Gerardi*. Non eſt opus expectare obitum Gerardi; quia per Oldoinum Titulus *S. Lucię in Septiſolio*, non vacauit per mortem Gerardi, ſed per tranſlationem ad Titulum *S.S. Aquila & Priſca*. Inſuper quomodo Callixtus II. creauit Gregorium Cardinalem poſt obitum Gerardi; Si Gerardus ſuperuixit, & adfuit creationi Honorij II. Gregorii nomen habes in litteris Callixti II. ad Ep. Corſicæ, An. 1143. *to. 4. Italia p.* 1181. Vir faſtus contemptor humani & cuſtos vigilantiſſimus gregis, ac iuris Romani.

40 VBERTUS *Bertus* Diac. Card. *S. Marię in Via Lata* firmat Callixti II. decretum datum Ep. Ianuenſi, *to. 4. Italię p.* 1182.

41 GREGORIUS *Regorius* Diac. Card. *S. Viti* diploma firmat Callixti II. datum Ep. Ianuenſi, An. 1123. teſte Vghello: *to. 4. Italia ſacra p.* 1182.

42 STEPHANUS *Tephanus* Diac. Card. *S. Maria in Sch. Græca* ſubſcribit cum Callixto II. ad Ep. Corſicæ, An. 1121. & 1123. apud Vghellum *to. 4. p.* 1179. & *p.* 1182. Sic Anno 1121. pro Epiſcopo Auſimano, *to. 1. Italia p.* 549.

Per errorem omiſſi duo Cardinales ſequentes ſupra in *pag.* 161. *numero X. & XI.* hic ſupplentur.

16. *Proſpere procede, & regna.* 44. Pſal. 5.

ODERISIUS *Derifius de Sangro* Campanus, Monachus Caſſinas. ex Diac. C. *S. Agàtha*, (quē creauerat Paſchalis, vt ſupra habes in Paſchali 11. n. 72.) P.C. tit. *S. Cyriaci in Thermis Diocletiani*, & Abbas Caſſiſinas [huius nominis Secūdus] cōſecratus à Cal. II. miſſis in Dalmatiā Monachis Caſinaribus, Ord. S. Benedicti, & Inſtitutum in eas regiones importauit S. Angeli oppidanos obedientiam & obſequiū: cænobio detrectantes, cōſcriptis copiis ad officiū & reuerentiā reuocauit. Piceno oppido, multiſq. Eccleſiis rem Caſinatem ditauit. Eruditione, ac rerum vſu conſpicuus plura reliquit ſui ingenii, ac doctrinæ monumenta. Sub eodem Callixto II. ob iura ſui Monaſterii, inuiſus Romano Pontifici ſi vera profert Ciaconius in vita Gregorii (*P. C. SS. XII. Apoſt.*) deponitur à Gregorio titulo Cardinalitio: teſte verò *M. Antonio Scipione* in elogiis *Abbatum Caſſinenſium*, iubente Honorio R. P. Abbatis onere, ac prefectura ſe remouit.

11. *Redime me à calumnys hominum.* 114. Pſal. 34.



SIGIZZO Blāchettus Ludouici filius Bononiæ natus claris Parētibus, qui nō ſolum Bononiæ, ſed & in Gallia ex antiquo Germine, toga fulſere, & clauo.

Genitor Ludouicus Blanchettus ſumma belli gloria alibi comparata precipue eà in expeditione, in qua pro

C

D

redēptione ſepulchri ſacratiſſimi nationes fere omnes nomen profitentes chriſtianum aliquid contulerunt *Goffredo* Duce. Vexillifer generalis ter mille peditum, quos Ciuitas conſcripſit Bononienſis, in expugnatione Iudeę adeò fortiſſimi, ęquè; ac prudentiſſimi ducis partes impleuit, vt idem Gottifredus regno potitus virtute non minus, quàm affinitate coniunctum inter ſuos Conſiliarios principem retinuerit. Quinque cum Ludouico filii eſſent, Ioannes primogenitus huius Gentis propagator: Rinierus, qui ſedente Eugenio III. virtutis ęmulator paternæ in Syria arma tractauit aduerſus infideles: Theodoſios, cuius morales lucubrationes, & apologeticę cōtra hæreticos virum reſonant illuſtrem: Blanchettus aliis nepotibus clarus: ac Sigizzo qui cum ſtudiorum, ac ſcientarum ſpatia, morum honeſtate illuſtraſſet, militiæ adſcriptus togatæ plurimas in eccleſia occupauit dignitates, eaſq. purpura compleuit Cardinalitia Presbyterali tit. S.S. *Marcellini, & Petri* intuitu tum virtutis ſuæ, tum genitoris promotus ab Honorio II. qui natu Bononicoſis ob Patriæ amorem plures Bononienſes nationales ſuos inter Cardinales aſſumpſit, vt notaui in Callixto II. a quo aliqui Sigizzonem ſuſpicantur creatum Cardinalem; quibus tamen reſiſtit effigies antiquiſſima, quæ adhuc Bononiæ ſeruatur apud Comites Blanchettos cum epigraphe: *Sigizzo Branchetti Creato da Onorio ſecondo l'anno* 1126. & vide de hoc Cardinali *Ciaconium*, *Maſinum in Bononia perlu*

Q ſtra-

ſtrata, *Pontinum*, *Gualdum Relat. Reſp. Bononienſis.*

Plures Sigizzo exantlauit pro Eccleſia labores tẽpore illo nubiloſo, & quaſi nocturno propter errores, furoreſq. Sciſmaticorum, quibus agitata Petri nauicula fluctibus non eſt ſubmerſa, eo ad clauum ſedente qui dixit Petro: *Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua; tu autem aliquando conuerſus confirma fratres tuos.*

Cardinalẽ hunc, eſt qui iniuria confundat attrocicũ Sigizzone *ſeniore* Card. S. Sixti: ſed quantum abberrent, obſerua. Sigizzonis ſenioris ignoramus Patrem: Sigizzonis Iunioris Pater fuit *Ludouicus Blanchettus*: Sigizzo ſenior Card. creatur à Paſchali II. Iunior a Callixto II. veriùs ab Hooorio II. iſte tit. *SS. Marcellini*, & A *Petri*, ille *tit. S. Sixti*. Seniórem ad Sciſmaticos declinaſſe cum Anacleto II. Pſeudopapa literas dediſſe, ſubſcripſiſſe ad Lotharium Imper. nemo dubitat ex *Pandulpho Piſano*, & Anacleti II. diplomate Baſilicę Apoſtol. An. 1130. *Iuniorem* ſemper cum Catholicis ſtetiſſe: Honorii II. veri Papæ diplomati dato Later. XII. Kalen. Auguſti 1126. ſubſcripſiſſe conſtat ex Annalibus Piſan. *p.* 61. *& Vghello in Ital. ſacr. To.* 3. *p.* 441. Si ergo poſt hunc Sigizzonem creatum a Paſchali II. tit. *S. Sixti* ad Sciſmaticos declinantem alium habemus Sigizzonem conuenientem cum Pontificibus Catholicis, cur *Iuniorem* confundimus cum *Seniore*? Abiit iſte ad tartara cum Sciſmaticis quia extra arcam Noe regnante diluuio non eſt ſalus: ille ſciſmate impollutus quieuit in gremio matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ vnà cum Genitore; vtroq. pro Fide pugnante calamo, & capulo. Sunt, qui inter Sigizzonem Card. tit. *S. Sixti* creatum à Paſchali, & alium Sigizzonem *Iuniorem*, Petrum interponant Cardinalem S. Sixti; quod falſum: quia Petrus Cardin. *S. Sixti* præceſſit Sigizzonem creatum à Paſchali; vt videre eſt in *to.* 10. *Concil.* Anno Salutis 1112. in Lateranenſi Concilio. Sigizzo Iunior Raynerio ſubrogatur Presb. Card. SS. Marcellini & Petri; quo titulo ſubſcribit literis Honorii II. ad Archiep. Piſanum, Anno 1126. vt ex ſupracitatis Annalibus Piſan. *p.* 61. *& Vghello to.* 3. *Italia Sacra*: eodemq: in tit. *S.S. Mar. & Petri*; ſucceſsorem habuit Creſcentium.

De nobilitate huius familiæ, ac de Ludouico Blancherto genitore Cardinalis Sigizzonis, qui proſtratis in Syria barbaris ibidem ſubſtitit inter Regios Conſiliarios aſſumptus a Gottifredo affine ſuo, lege *Ghirardaccium H. Bononienſi, Zazeram nobilitatis Italicæ; Nigrum in prima Cruciata: Triſtanum in Thuſcia Gallica, Belmõtium Pontinum, Creſcentium, Maſinum in Bononia perluſtrata.*

Bibliothecarij, & Cancellarij ſub Callixto II. PP.

Chriſogonus Malcondinus Diac. S. Nicolai

Hugo S.R.E. Subdiac. Procã. poſt obitũ Chryſog.

Haymericus Burgundus Gallus Card. S. Mariæ Nouç.

B Sico Diac. Card. S. R. E. ex litteris Callixti II. An. 1120. 3. Kal. Dec. Vghel. *to.* 8. *p.* 774. pro Io: Abbate S. Sophiæ.

HONORIVS II. P. R. CLXIIJ.

Honorius II. Eligitur die 28. Decemb. Salutis Anno 1124. Moritur 16. Kal. Mar. 1130.

Cardinales Epiſcopi, qui adfuerunt electioni Honorij II. ex *Ciaconio*.

Creſcentius vel Cynthius .... Ep. *Sabinus* Paſch. II.

Lambertus de Fagnano Ep. Card. *Oſtien.* à Paſchali II. Papa futurus Honorius II.

Petrus Romanus Ep. Card. *Portuen.* à Paſchali II. Vicarius in Vrbe.

Vitalis Oldo Medi. Ep. *Albanus* Paſchalis II.

In hoc diſſonat *Panuinius* loco Vitalis defuncti reponens *Matthæum*.

C Gullielmus Gallus Ep. *Preneſtinus* Callixti II.

Ægidius Ep. *Tuſculanus* Callixti II.

Cardinales Presbyteri ex *Ciaconio* & *Panuinio*.

Benedictus .... P. C. S. Petri ad Vincula.

Bonifacius ... S. R. E. Archipresb. tit. S. Marci.

Io: Robertus Capiſuccus P. C. S. Ceciliæ.

Theobaldus Buccapecus P. C. S. Anaſtaſiæ.

Theobaldus P. C. Tit. Pammachii: diſſonat Panuinius dicens: Nicolaus Romanus P. C. S.S. Io: & Pauli,

Diuizzo .... P. C. S.S. Silueſtri, & Mart: in Mon.

Anaſtaſius Romanus P. C. S. Clementis. Panuinius diſſonat, & loco Anaſtaſii creati à Paſchali II. ponit *Hubertum* creatum a Callixto II.

Chunradus P. C. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris.

Deſiderius P. C. S. Laurentii in Damaſo.

Gregorius Albergatus Romanus P. C. S. Laur. in Lucina: diſſonat Panuinius in cognomine, vbi enim *Albergatum* legit Ciaconius; *De Cecano* dicit Panuinius.

Saxo Comes Anagninus C. S. Stephani in Cælio.

Sigizzo .... P.C.S. Sixti

Petrus Piſanus P. C. S.S. Gabinii & Suſannæ.

Io: Cremenſis P. C.S. Chryſogoni.

Cuido P. C. S. Balbinæ.

.... P.C.S. Sabinę (ſupplet Panuinius) in mõte Auentino; imò & nomen Cardinalis adiungit. *Vuilhelmus*.

Amicus P.C.S.S. Nerei, & Achillei. tit. Faſciolæ.

Ioannes .... P.C.S. Euſebii.

Hugo Lectifredus P.C. S. Vitalis, tit. Veſtinæ. Silet Panuinius in nomine C. dicens ... *P.C.S. Vitalis tit. Veſt.*

Boſo ſecundum Ciaconium; vel *Robertus* ſecundum Panuinium, P.C. S. S Quatuor Coronatorum.

D Petrus de Fontanis Burgundus P.C.S. Callixti a Callixto creatus, dicit Ciacon. Panuin. verò S. Marcelli.

Petrus .. P.C.S. Marcelli à Callixto II. creatus: ſecundum verò Panuinium: Petrus Petri Leonis filius Rom. P. C.S. Mariæ Traoſtyberim tit. Callixti: In his duobus Petris ſubuerrũtur Tit. à Panuin. & Ciac.

Gherardus.... P.C.S.S. Aquilæ & Priſcæ, creatus à Callixto II. ſecundũ verò Pãuiniũ creatus à Paſchali II.

Oderi-

Oderiſius de Sangro Abbas Caſſin. P.C.S. Cyriaci in Thermis, Nomen hic Cardinalis expunctum, & incertum apud Panuinium.

Creſcentius Anagninus P. C. S. S. Marcellini, & Petri.

Gregorius Romanus P. C. SS. XII. Apoſtolorum.

Gerardus Caccianimicus Canonicus Regul. Bononienſis P. C. S. Crucis in Hieruſalem creatus à Callixto II. Diſſonat Panuinius, & loco *Gerardi* dicit *Amicum Iuniorem*.

Diaconi Cardinales ex *Ciaconio*.

COmes . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro à Paſchali II. creatus.

Gregorius de Papa Diac. Card. S. Angeli. Archid. S. R. E.

Gregorius Caietanus Diac. Card. S. Luciæ in ſeptiſollio.

Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Gregorius Monachus, Abbas Monaſterij S. Gregorij de Vrbe, Diac. Card. S. Euſtachij.

Roſcemanus Campanus Monachus Caſſinas, Diac. Card. S. Georgij in Velabro.

Henricus Siculus Decanus Mazarenſis, Diac. Card. S. Theodori.

Stephanus Diac. Card. S. Luciæ in Silice, alias in Orphea.

Hugo Alatrinus Diac. Card. S. Mariæ in Via Lata.

A Stephanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Ionathas Iunior Diac. Card. S.S. Coſmæ, & Damiani.

Haymericus Gallus Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, Cancellarius S. R. E.

Gregorius Diac. Card. S.S. Sergij & Bacchi.

Angelus Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.

Matthęus Diac. Card. S. Hadriani.

Ioannes Dauferius Salernitanus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere.

... Diac. Car S. Agathæ ad equos marmoreos. Nomen Oderiſij ſupplet Panuinius.

... Diac. Card. S. S. Viti & Modeſti, in Macello

B Martyrum. Panuinius hic ſupplet nomen Cardinalis, qui fuit *Theobaldus*.

Creationes Cardinalium.

Tres fuere: quarum prima Menſe Decembri, Anno 1125. ſecunda Decembri 1126. Tertia Decembri. 1127.

Cardinales Epiſcopi Creati ab Honorio II.

1. *Loquebatur Dominus ad Moyſem facie, ad faciem ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum*. Exod. 33.



MAtthęus natu Gallus Rhemenſis, genere nobilis Canonicus primùm eiuſdem Archiepiſcopalis Eccleſiæ, calcatis poſtea illecebris Mundi, Monachus S. Martini à Campis edita Cluniaci votorum profeſſione Pariſios aſcendit in Monaſteriũ S. Martini, vbi Regulę Monaſticę Zelator feruidus, miram adeptus eſt vitæ perfectionem. Eidem Cænobio præfectus, vt parer ſe geſſit, non Rector volens ſolo exemplo legem dare non tam ſacerdotibus, quàm Oblatis. Pius in omnes, ſolùm aduersùs impænitentes rigidus, Monachum incorrigibilem viuum ſepeliri mandauit, quo in ſepulchro qui mortuus erat, reuixit, & ſanctam deinceps vitam inſtituit. Cluniacum à S. Petro cognomento Venerabili euocatus vt clauſtri curam gereret, reſtituta diſciplina, ad ſuum regimen remiſſus eſt. Romam in cauſa Architerij Cluniacenſis deſtinatus cognita eius ſanctitate ab Honorio II. renitens, & inuitus creatus Ep. Card. *Albanus*, eo in honore nihil de ſolito vitæ rigore remiſſit, Carnem ieiunijs, nocturnis excubijs, nodoſque cilicio excrucians. Diuinarum rerum contemplatione nil dulcius habens, à templo auelli vix poterat, que-


C rente Honorio Papa, tardiùs ipſum in Curiam occurrere. Hinc de eo Petrus Venerabilis, *Nihil Monacho dimiſit, ſed eadem in corde, eius humilitas manſit ſeruabat in palatio exercitia Clauſtri, cohibebat ſe intra ſe, nunquàm magis negotioſus, quàm cum ſolus erat. Præferebat cunctis operibus ſuis, omnibus ſanctis ſtudijs ſacrificandi Deo illum ſuum quotidianum vſum; à quo nec rei familiaris cura, nec multiplex occupatio, nec ipſa continua, poſt ſummum Pontificem, omnium Eccleſiarum illi impoſita ſollicitudo eum retrahere poterant*. Caſſinum à Pontifice ad inquiſitionem miſſus, Abbatem Nicolaum bonorum dilapidatorem depoſuit: excommunicauitque Pontium Abbatem Cluniacenſem,

D ab aliquibus dictum Cardinalem S. R. E. Legatus in Gallias Trecis Concilium habuit, in quo Militibus Templarijs Anno ſuæ religionis nono, data eſt Regula cum habitu Albo, Anno Sal. 1128. to. 10. Concil. p. *923*. Anno vero Sal. 1129. Pariſijs aliud celebrauit Concilium, in quo Argentolienſe Monaſterium Abbatiæ reſtituit S. Dionisij. *Tomo* 10. *Concil. p.* 938. In Italiam rediens creationi adfuit Innocentij II. eiusque partes conſtantiſſimè propugnauit, vnde Vrbe pulſus in Gallias abijt cum eodem Innocentio comes fidelis ſuoque ſtudio Hiſpaniam, Angliam, Galliam, Germaniam con-

ciliauit Deo, & Innocentio, quamuis in eum Antilegatus miſſus fuiſſet ab Anacleto II. Gerardus Ep. Engoliſmenſis, *aſtutiſſima vulpes & ſerpens tortuoſus*; teſte Petro Cluniacen, *lib. 2. cap. 16.* Piſis ſtans cum Innocentio Immunitatem firmauit Eccleſiæ Piſtorienſis An. 1133. *to.* 10. *Concil. p. 947.* Valentiæ; Controuerſiam inter Cluniacum & Abbatem S. Ægidij An. 1132. *to.* 10. *Concil. p. 963.* Henricum Ep. Virdunenſem, & Catalunenſis Eccleſiæ inuaſorem depoſuit, & in ordinem coegit, teſte Bernardo *ep. 13. & 48. & Dodechino.* E Galijs in Germaniam abijt ad audiendas iuſtas Canonicorum Halberſtandenſium contra Epiſcopum querelas, ratione qua- A rum coactus eſt Epiſcopus ſedem deſerere, Matthęo iubente.

Vltima Matthęi Legatio ad Inſubres fuit cum S. Bernardo & Guidone Piſano Card. quia in Legatione plures Ligurię populos ſchiſmate auulſos Eccleſiæ matri reſtituit. Quos inter labores Idibus Iulij, diſſenterię morbo correptus, nec minimum quidem de Eccleſiæ negotijs, de Diuini Officij penſo, deque Regulæ diſtrictione prætermiſit, donec laboribus obrutus, morbo inualeſcente, Kal. Decembris in lecto decubuit, & in ferijs Natalitijs Seruatoris Noſtri, vti diſertè prædixerat, poſtquàm Chriſtum Dominum, eiuſque glorioſiſſimam Matrem, paulò ante mortem ſibi in occurſum gratulabundos aduentantes conſpexiſſet, Anno Sal. 1135. obijt, ſepultus in Baſilica S. Fridiani, Piſis; occurrente eò Papa Innoc. II. cum Cardinalium cœtu, & vniuerſa vrbe Piſana ad pedum oſcula certantibus; cum Numen ipſum mortem viri miraculorum gloria honoraret. Priuſquàm namque decederet, horribilem Dæmonum turbam ſigno Crucis fugauit glorię ſedem ad Chriſti pedes ſibi paratam vidit. Nocte diem Chriſti Natalem præcedente, Chriſtum è Cruce pendentem, nouiſſimis hiſce vocibus adorauit: *Iam ò Miſericors Saluator tempus eſt, vt quòd promiſiſti, adimpleas, & tuo inſtante Natali, à vita mortali migrandi, & ad te, qui vita es ęterna transmigrandi licentiam concedas*: paulò poſt ad cilicium (vt rogauerat) cinere conſperſum, à ſuis translatus eſt. Cumque ad eum viſitandum veniſſet Io: Cluniacenſis Monachus, aſſerens iſte, quod in proxima nocte moriturus Matthęus eſſet; reſpondit iſte *Ex reuelatione mihi facta à B. Virgine Maria, non hac certe nocte, non hac nocte moriar. Datum enim mihi à Domino eſt, vt ea die, qua ipſe de Virgine natus ad homines venit; eadem ego ab hominibus recedens, ad ipſum præuia miſericordia pergam.* Quod ſanè contigit, nam die 25. Decemb. dum in ſecunda Miſſa caneretur *Lux fulgebit hodie ſuper nos*; ad Cęlum migrauit. Scripſere de eo *Petrus Venerabilis*; *Hugo Menardus*; *Bibliotheca Clun. Io: Bapt. Terdonen. Guillel. Tyrius. Anton. de Yepes to. 2. S. S. Ordin.* In Martyrologio Benedictino, de eo legitur *VII. Kal. Ianuar. Piſis depoſitio B. Matthæi S. R. E. Card. Albanen. Epi. Ordinis Cluniac.* Teſte Buccelino. Concordat Andreas Sauſſaij *in Martirol. Gallico 8. Kal. Ian.* Immò teſte Victorello, in antiquo Martirologio Bened. hęc legebantur: *in Cœnobio Cluniacenſi depoſitio S. R. E. Albanen. Epiſcopi, qui ante mortem ſuam videre meruit gloriam, quam Chriſtus ſibi pręparauerat.* Die S. Stephani Innocentius II. PP. ſacrificium obtulit pro requie comparticipis laborum ſuorum. *Petrus Venerabilis l. 2. c. 23. de Miraculis.* Crucem cum quatuor orbiculis ſeparatis pinxit Ciaconius, ego coniunctis ex M. S. Corneliano. Oldoinus verò ex Frizonio ſcutum affinxit Abbatię S. Martini; Martinum ſcilicet qui pallium diuidit cum egeno. De eo Lege *Ludouicum Donium d'Atticby.*

a. *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe.* 3. Thren. 27.



IOannes Bononię natus, honeſtis parentibus, optimiſque imbutus moribus, ab exemplo religioſę educationis patrum ſuorum, ſęculo repentina conuerſione deſerto, in Eremum ſeceſſit Camaldulenſem, vbi cum in perfectionis orbita tanquam lucidiſſimum ſydus cęteris Monachis anteiret, Vidoni Generali Ordinis, qui prę B humilitate, inſignia Præfecturę reſpuerat, ſubrogatus Anno Sal. 1114. vel inuitus; Priorem ſe, ſuperſtite Vidone, nunquàm ſcribere voluit, eiuſque nomine cathedram illam ſe tenere profeſſus, ab eius ore pendere voluit, donec Vidone mortuo, Camaldulenſis Eremi ipſe ſeptimus Prior, magiſtratum contra ſeipſum exercere cœpit auſterior, erga cæteros cum grauitate humanior, ita Inſtitutum promouit, vt ſanctitatis fama ſupergreſſa confragoſos Apennini cancellos, ad Conſtantinum Sardiniæ Regem, Marchuſamque eius vxorem, eximiæ pietatis fœminam peruenerit. Hæc cum à Ioanne monachorum ſuorum coloniam impetraſſet, fundato in Sar- C dinia cænobio, opibus & honoribus extulit inſtitutum. Paſchalis II. Papa Romanus ſuo & ipſe Priuilegio Prioratum Eremi ei confirmauit; & ad honorem Ioannis voluit vt Prior Eremi, Prior eſſet totius Ordinis Generalis. Honorius II. Pontif. Rom. dedit ei vt tempore Interdicti, Camaldulenſes clauſis ianuis diuina celebrarent. Ioannem ſibi ſucceſſorem in *Oſtienſi* voluit Epiſcopatu non ſine valdè vtili Eccleſiæ incremento; nam in ſciſmate Anacleti II. electionem conſtantiſſimè fouit Innocentij II. ſub quo etiam obijt plenus merito apud Deum, & Homines Anno Sal. 1133. vel 1134. Baronius Ioannem hunc coronationi ſcribit adfuiſſe Alex. III. ſed illum D diuerſum fuiſſe à Ioanne præſenti probat Petrus Cluniacenſis *l. 2. Miraculorum*, dicens, Ioannem hunc apparuiſſe cuidam Monacho S. Michaelis de Piſa, & dixiſſe: *breui fore, vt Matthęus Ep. Card. Albanus ſe ſequeretur ad gloriam.* Ioannis memoria recurrit in Petro Diacono *l. 4. c. 16.* & in Bulla Innoc. II. ad Petrum Abbatem Cluniac. *to.* 10. *Concil. p. 962.* Lege Auguſtinum Fortunium Hiſtor. Camaldul. *p. 1. l. 2. c. 4. & 7.* & Conradum Thomam de Minis *ep. ad Angelum Onoffri.* Bullam Innocentij II. Archiep. Ianuen.

Ianuen. An. 1133.*to. 4.apud Vghellum p.* 1186. & An. 1140. ad Canon. Veron. *to.* 5.*Vghel. p.* 717. de eo Ludouicus Donius d'Attichi. Oldoinus gemina cuſpide ſcutum intereiſum in campo argenteo appoſuit pro inſignibus: aliter ego ex *M. S. Cornelio* nulli tamen obſtrictus pro veritate teſtimonio, præter M.S, ſupradictum.

3. ..., Comes Mediolan. ex primo Diaconorum S. Mariæ in Aquiro Vrbani II. R.P. Presb. Card. *S. Sabinę*: Vide in Vrbano ſecundo.

4. Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentię non ſedit. Pſal. 1,



C*Honradus* de Suburra Romanus, ex ſorore nepos Honorij II. Canonicus Regularis (dicit Ciaconius) Abbas verò S. Ruffi, Diæceſis Veliternenſis, Ordinis noſtri (inquit *Thrithemius An.* 1153.) ex Veliternenſi cænobio, non ex Valentino in Delphinatu ad Cardinalatum aſſumitur, & Epiſcopatum *Sabinum* ab Honorio II. Nam teſte Miræo *lib. de Orig. Canon. Regul. c.* 11. Abbatia S. Ruffi Valentinenſis fundatur Anno 1107. à Paſchali II. cuius Abbatiæ primus Abbas fuit Odalgerius Hiſpanus, teſte *Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana*, cui ſucceſſit Raymundus, qui Anno Sal. 1150. adhuc inter mortales erat. Si igitur ex Abbate S. Ruffi, circa Annum 1125. Conradus aſſumitur ad Ep. Card. *Sabinum*, quo tempore, Abbatiæ S. Ruffi Valentinenſi præerat Odalgerius; neceſſe eſt vt ex alio Monaſterio S. Ruffi extrahatur, & fuit Veliternenſe, vbi monumenta vetuſta, lapides vſque in hodiernnm diem declarant. Extat adhuc Velitris Abbatia S. Ruffi, quam poſtea obtinuere Conuentuales S. Franciſci. Conradi Cardinalis Ep. Sabini memoria recurrit in Bulla Honorij II. Laterani data, Anno 1128. *to.4.Italia.p.*657. & X. Kal. Octob. ad Abbatem Feſulanum *to.* 3. *Italia p.* 314. Eodem Anno pro Cęcilia Abbatiſſa S. Ambroſij, de petra plana apud Vghellum. *to.* 3.*p.*121. Anno 1142. Canonicis Vercellenſibus. *to.* 4. *Italia.p.* 1076. An. 1143. *to.* 4. *Italia p.*657. Oberto Ep. Cremon. Eodem An. ad Ep. Feſulanum. *to.* 3. *p.* 313. Anno 1144. ad Ep. Ariminen; *to.* 2. *Italia p.*424. ad Olgerium Abbatem S. Columbani Bobien. *to.* 4. *Italia p.* 1359. Anno 1143. & Anno 1150. & 1153. Ep. Aſtenſi. *to.* 4. *Italia p.* 1520. Anno 1149. Ep. Lunano *to.* 1. *Vghel. p.* 910. & An. 1150. Canon, Ianuen. *to.4.Vghel.p.*1194. & S. Bened. Mant. An. 1142. In monte Tiburtino An. 1142. pro Cluniacen. Anno 1143. ſub Cæleſtino II. pro S. Fridiano Lucen.

Ildeprando Brugniarenſi An. 1133. *to.4.Italia.p.* 1371. *apud Vghellum*. An. 1139. cum Innocentio II. pro S, Fridiano Lucenſi; & Ep. Ferrarię. *to.2.p.*570. An. 1138. S.Petri: & An. 1140. Ep. Veron. & Parmen. An. 1140. *to.4.p.* 1071. *apud Vghellum*, Nicolao Abbati S. Iacobi de Bexia. An 1141. ad Ep. Bergomenſem. *to.4.Italia.* Sub Lucio II. S.Bened. Mantuani, An. 1144. Sub Eugenio III. An. 1145. & 1153. Tandem factus Papa & nomine Anaſtaſij IV. Eugenij III. ſucceſſor litteras dedit ad Chriſti famulam Hildegardem apud Bingios commorantem An. 1. ſui Pontif. quibus eam ſalutat, ſeque illius orationibus commendat. Cui Virgo Sancta (teſte Trithemio in *Chron. Hirſaug.*) reſcribens ſciſma, quod poſt Adriani mortem ſubſecutum eſt, prænuncians inter cętera
A ſic illuminata diuinitùs dicit: *Et tu Roma velut in extremis iacens conturbaberis, ita quod fortitudo pedum tuorum, ſuper quos hactenus ſtetiſti, langueſcet, quoniam filiam Regis videlicet Iuſtitiam non ardenti amore, ſed quaſi in torpore dormitionis amas, ita vt eam à te expellas. Vnde & ipſa à te fugere cogitur, ſi non reuocaueris eam per opera pietatis.* Reliqua de Chunrado vide in Anaſtaſio 4. Papa. Nulla in Anaſtaſio IV. adiecimus inſignia; quòd medium ſcutũ pilis alij, lineis vel baltheis alij interſecent: & nomen de *Suburra* pro familia; alij pro loco accipiant natiuitatis.

B *5. Vir qui errauerit à via doctrinę, in cętu gigantum commorabitur.* Prouer. 21.



G*Regorius* Preb. Card. *S. Balbina* creatus ab Honorio II. quo defuncto, promouit Anacletum Pſeudopapam contra Innocentium II. vt ex epiſtola Sciſmaticorum ad Lotharium Imperatorem. Eius memoria in Bulla Honorij II. Laterani, An. 1128. Anacleti II. pro Baſilica Apo-
C ſtol. An. 1130. & in Bulla data Beneuenti Franconi Abbati S. Sophię Beneuent. Anno 1131. vt in Chron. Beneuent. Mon. S. Sophiæ apud Vghel. *to.* 8. *Italia S.p.* 692.

6. Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Matth. 10.

V*Bertus* de Ratta Lanfrancus, natu Piſanus, vel Bononien. ex Canonico Piſano Presb. Card. *S. Clementis* Legatus à latere in Hiſpaniam miſſus Concilium habuit, in quo adfuere Alphonſus Rex Caſtellę, & Didacus Gelmirus Epiſcopus Com-
D poſtellanus. Romã reuerſus Innocentium II. promouit, & contra Anacletum pſeudopapam fouit, vnde vltra Alpes vagari coactus, graui incommodo ſui, iura Eccleſiæ ſuſtinuit. Beluaci legitur ſubſcripſiſſe donationi factæ Cluniacenſibus ab Henrico Anglorum Rege Anno Sal. 1131. vt in *to.* 10. *Concil. p.* 962. Hinc ab eodem Innocentio II. ad Archiepiſcopatum promotus Piſanum, & Apoſtolicæ Sedis per Hiſpaniam Legatus Concilium Piſis collegit, cui adfuit idem Papa Innocentius II. Vixit vſque ad Annum

Sal.

Sal.1138.quo die prima Maij, Papa Balduino Vberti ſucceſori priuilegium indulſit.Munificus Vbertus religioſus Caſſinenſi cęnobio nonulla Monaſteria donauit, quę Piſis erant,vt in illis diſciplina exerceretur Monaſtica . Alia donauit Eccleſ. Cathedrali Piſanę, vt ex *Tabulario Piſani Capituli*. Inſignia, quę ſuperius annotantur à Ciaconio,Oldoino diſplicent quia familia Rubea de Lanſranchis, quę Piſis floruit, hęc geſtabar. Veruntamen ſi *Silueſtro de Petra Sancta* fidęs in ſuis *Teſſeris Gentilijs*, nulla familia de Rubeis inſignia habuit ab Oldoino depicta. Accedit, quòd Familia *de Ratta* diuerſa eſt à familia Rubea. Et ſi inſpexeris *Petram Sanctam*, videbis inſignia à Ciaconio picta parum vel nihil diſtare ab inſignibus appoſitis, familię *de Ratta* à Petra Sancta. Eius memoria in litteris Honorij II. Archiep, Piſano, An.1126.*to.*3.*Italia*, *p.*445.Inſignia hic non appoſui: quia teſte Petra Sancta *In teſſeris Gentilitiis*, Leo purpuratus lunulam cyaneam geſtans, in alueolo eiuſdem metalli, familię eſt *Rattę* in vrbe Parthenopęa: Ciaconius verò *Vberto de Ratta* draconem album in campo cęruleo, cum palma viridi adiecit.

7. *Et in peccato veſtro moriemini*. Io. 8.



MAtthęus Presb. Card. *S. Petri de Vincula titulo Eudoxiæ* poſtquàm Bullę Honorij II. ſubſcripſit Laterani Anno 1128.Honorio mortuo, Anacletum promouit Antipapam, & pro eo litteras dedit cum Sciſmaticis ad Lotharium Imperatorem. Cum Anacleto Antipapa Titulum Regium decernit Rogerio, & ſubſcribit, teſte Baronio, Anno 1130. Cum autem coram Rogerio de validitate electionis Innocentij diſputandum eſſet inter ſectarios; miſſus eſt ex parte Anacleti Pſeudopapę, Matthæus Cardinalis, qui & Cancellarius dicitur eiuſdem Anacleti;vt ex *Chronico Beneuentano* ſcribit Baronius Anno 1137. In Sciſmate creditur obijſſe ſub eodem Anacleto. Tres Stellas ſuper tres Montes Oldoinus pro inſignibus appoſuit contra Ciaconium. Quo fundamento? latet. Subſcriptus etiam in bulla data Franconi Abbati Beneuent. S. Sophię. Anno 1130.
Capuę vt in Chron. Beneuent.
Monaſter.S.Sopbiæ
apud
Vghellum *to.* 8. *Italiæ* 5. *p.* 688. Crucem obſerua cum paruo circulo caudato in dextera diuerſam ab ea, quam poſuit Ciaconius; vt in
M. S. Corneliano.

8. *Irruerunt in me fortes iniqui*. Pſal. 58.



PEtrus Cariacenus de Gariſaudo natu Bononienſis Presb. Cardinalis *S. S. Silueſtri, & Martini in Montibus tit. Equitij*, crearus ab Honorio: quo defuncto, Innocentium II. promouit contra Anacletum Pſeudopapam. Eius memoria in Bulla Honorij II. Laterani,
A Anno 1128. Obijt ſub Innoc. II. quia in creatione Cæleſtini, ritulum S.S. Silueſtri & Martini occupat non Petrus (ait Oldoinus) ſed alius Cardinalis, vt videre eſt apud Panuinium. Vidi, legi Panuinium in creatione Cæleſtini II. ſucceſſoris ad Innocentium II. nec vllum verbum ibi de Cardinali, neque Cardinalatu *S. S. Silueſtri, & Martini*; vnde mentitur Oldoinus.

9. CHunradus Archiep. Colon. Elector S. R. E. Presb. Card. *S.* ..... ponitur à Ciaconio ſed reijcitur à Ferd. Vghello, quia ab Anno 1112.
B vſque ad Annum 1132. Fridericus Colonienſem rexit Eccleſiam, cui ſucceſſit Bruno II. Engelberti Altenę Comitis filius,conſecratus à Guillemo Ep. Pręneſtino neque apud Cratepolium *De Ep.Germaniæ* in Catalogo Archiep.Colonienſium numeratur.

10. *Surgent enim Pſeudochriſti, pſeudo prophetę & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt, etiam electi*. Matth. 24.

C 

ALbericus, ſiue Vldericus, vel Odericus Tornacelli Neapolitanus (familia quę dicitur coincidere cum *Cybo*) Presb. Card. *S. S. Io. & Pauli tit. Pammachij* ſubſcripſit diplomaribus eiuſdem Honorij, Anno 1127. & 1128.quo mortuo Anacletum promouit Antipapam, & in eius gratiam, litteras dedit ad Lotharium Imperatorem. vt in eis videre eſt, ſubſcriptionem.

11. *Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in Cęlo fidelis*: Pſal. 88.

D



RObertus Capiſucus Presb. Card. *S. Cecilię* diuerſus à Roberto Capiſucco Presb. Card. *S. Clementis* ſub Vrbano II. Robertus P. C. S. Cęcilię obijt ſub eodem Honorio, quia alium Cardinalem *Iozelinum* nomine ſubrogatum legimus in titulo S. Cęciliæ (tàm apud Ciaconium, quàm

quàm Panuinium) qui Innocentij II. creationi ſuffragatus eſt. Diſcrepat tamen Baronius, qui in creatione Innocentij II. loco Iozelini Anſelmum nominat in tit. S. Cæciliꝫ. Fuit Robertus fidelis Deo, & Petro.

.... Presb. Card. S........

.... Presb. Card. S......

13. *Quis enim nos ſeparabit a Charitate Chriſti?* ad Rom. 8.



PEtrus...... Presb. Card. *S. Anaſtaſiæ* creatus Anno Sal. 1127. ab Honorio II. eiuſque Legatus per Italiam, duos Patriarchas Gradenſem, & Aquileienſem coacta Synodo Rauennæ, *to.* 10. *Concil. p.* 936. depoſuit. Hinc Petro epiſtola ſcripta dicitur à B. Bernardo pro commendatione Monachorum S. Benigni, cuius epigráphes; *Chariſſimo D. ſuo Petro Presb. Card. frater Bernardus Abbas Claræ Vallis ſalutem, ſed non in via.* Mortuo Honorio Innocentium IJ. promouit, nec ab eo vnquàm B diſcedit. Eius memoria in Bulla Honorij IJ. Anno 1218. Puram Crucem pro inſignibus ei appoſuit Ciaconius, decuſſatam Oldoinus inter medios circulos, ego cum orbiculis octo, ex M.S. in bibliotheca Cornelia.

14. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo; ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus.* 1. Ioſues. 8.



ANſelmus Canonicus Regularis S. Petri in Velo Aureo, Papiæ, ab Honorio IJ. promotus ad Presb. Cardinal. C *S. Laurentij in Lucina*, teſte Ciaconio, & Panuinio, adiungit Oldoinus, ſed mentitur quia Panuinius nil dicit de Canonico Regulari, Vghello reclamante quòd tunc temporis Monaſterium illud Papiæ, non à Canonicis Regularibus habitaretur, ſed a Monachis Benedictinis, & ſolùm ſub Honorio III. Anno Sal. 1224. ob collapſam clauſtralem diſciplinam, & Abbatem Benedictinum à ſuis Monachis interfectũ expulſis Monachis S. Benedicti, Monaſterium illud conceſſum fuerit Canonicis Regularibus. Verum quia Canonici Regulares contendunt (vt videre eſt D apud Gabrielem Pennotum *l. 1. c. 61. Hiſtoriæ Tripartita*) etiam ante aduentum Benedictinorum in illud Monaſterium, Canonicos adfuiſſe Regulares, nec vnquàm expulſos, quamuis eò immiſſi fuerint Benedictini, ſed mixtos habitaſſe; hanc controuerſiam de Anſelmo Benedictino, vel Canonico Regulari? ipſis decidendam remittimus.

Anſelmus porrò cum pluribus ſubſcripſiſſet Honorij IJ. litteris, Anno 1128. Honorio defuncto, promouit Innoc. IJ. cum quo ſubſcripſit Anno 1133. Ep. Nouarienſi, Placentiæ; & Groſſetti, Archiep. Ianuen. *to.* 3. *Vghel. p.* 1186. Etiam Bononiæ Cœnobio S. Facundi, An. 1133. in Hiſpania. Anno 1135. pro Can. Bergom. *to.* 4. *Vghel. p.* 651. An. 1136. Eccl. Roccabouecur *to.* 10. *Concil. p.* 699. An. 1137. Ep. Nicienſi, & Canon. Regular. S. Mariani Anno 1138. Archiep. Piſano, apud Campilium, & Florentiæ, eidem Archiep. *to.* 3. *p.* 451. & pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 968. & Ep. Veronenſi, Anno 1139. Canon. Ferrarien. *to.* 2. *Vghel. p.* 570. Anno 1140. Ep. Fulginatenſi; & Canon. Veron. *to.* 5. A *Vghel. p.* 717. Anno 1141. Canon. Ferrarien. & pro Abbatiſſa de petra plana, *to.* 3. *Vghel. p.* 121.

Crucem ex Ciaconio habet decuſſatam; ſed cum orbiculo in dextera ex *M. S. Cornelio*.

15. *Satius eſt, vt quis mihi vitam auferat, quàm eccleſiæ honorem.* Ambroſ. in Pſal. 88.



IOſelmus ex Ciaconio vel Anſelmus ex Baronio, aut Iozelinus ex Panuinio, Presb. Card. *S. Cæciliæ*, cuius nominis variatio contingere poteſt in B tranſcriptionibus Codicum; nam etiam *to.* 7. *Concil. p.* 962. priuilegio Cluniacenſium de centum Marchis donatis ab Henrico ſubſcribit *Ego Goſelinus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.* Eodem verò *to.* 10. *Concil. p.* 963. diplomati de marcerio dato Marcarum loco ſubſcribit *Ego Goizo Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.* In diplomate Placentiæ dato pro Ep. Nouarienſi ſubſcribit *Ego Iomelius Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.* Mortuo Honorio Innocentium IJ. promouit, & defendit contra Anacletum IJ. Pſeudopapam vt ex *Chron. Beneuentano* Baronius. Subſcribit cum Innoc. IJ. Canonicis Ianuen. An. 1136. nomine Anſel- C mi *to.* 4. *Vghel. p.* 1187. pro eccleſiæ libertate acerrimus propugnator.

16. *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam: poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam.* Pſal. 78.



LEctiſredus ex *Panuinio*, Lictifredus ex Ciaconio Luitfridus ex Baronio, vel Intifredus Presb. Card. *S. Vitalis tit. Veſtinæ* creatus ab Honorio IJ. Anno Sal. 1117. Bullæ eiuſdem ſubſcribit Laterani, Anno D 1128; quo defuncto Anacletum promouit Pſeudopapam, contra Innocentium IJ. litteraſque dedit cum ſciſmaticis ad Lotharium Imperatorem, ſubſcripſitque Bullæ Anacleti pro Baſilica Apoſtolorum Anno 1130. Eccleſiam tractans more caſtrorum. Eo tandem deſerto, veritatem agnouit, & Innocentium adorauit, vt ex diplomate Innoc. II. pro S. Fridiano Lucenſi, Anno 1134. Ep. Feſulano, *to.* 3. *Italiæ p.* 312. & 1137. S. Petri. Veron. An. 1140. & pro Canon.

non. Bergom. 13. Kal. Iulij 1135. apud Vghellum, *to. 4. Italiæ p.* 651. & Anno 1138. Archiep. Piſano, *to. 3. Italiæ p.* 453.

Puram Crucem pinxit Ciaconius; ſupple cum orbiculo in dextera ex *M. S. Cornelio*.

17. Veniat mors ſuper illos; & deſcendant in Infernum viuentes. Pſal. 54.



HEnricus *S. Priſcę in Auentino* electus ab Honorio II. quo mortuo Anacletum IJ. promouit Antipapam (vt ex litteris Sciſmaticorum ad Lotharium Imperatorem) & cum eo permanſit vſque ad obitum. Eiuſque diplomati ſubſcripſit dato Baſilicę Apoſtolorum, Anno Sal. 1130. teſte *Ciaconio*. A

.....Presb. Card. S......


18. Venit in me ſpiritus Sapientiæ, Sap. 7. B

MAgiſter Iuo Gallus Presb. Card. S....., *teſte Panuinio*; concordare videtur Petrus Frizonius in *Gallia Purpurata* mentionem faciens Iuonis Sancti Victoriani Presb. Card. *S. S. Laurentij & Damaſi* ab Honorio II. euocari ad Cardinalatum ex cęnobio Pariſienſi S. Victoris, vbi Canonicus Regularis S. Auguſtini ſanctiſſimè vixit (teſte Gabriele Volaterano *lib.* 21. & Io: Trullo in *Chron. Canon. Regular.*) & ſapientiſſimè docuit. Confunditur ab aliquibus cum Iuone Carnotenſi; ſed per errorem; quia Iuo Carnotenſis Epiſcopus fuit, hic verò Inſulam non ſubijt. Ille obijt II. Cal. Ianuar. Anni 1117. C hic Annos 26. ſuperuixit. Cardinalem fuiſſe Iuonem Sanctiuictorianum refert Carrophilacium Augenſis Eccleſię. An. 1127. menſe Decembri, apud Frizonium, in *Gallia Purpurata*. An idem fuerit cum Iuone Cardinali pariter S. S. Laurentij & Damaſi, quem habes n. 24. ſub Innocentio II.? dubium.

19. Audite Cęli, auribus percipite terra, quoniam Dominus loquutus eſt. Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. 1. Iſaię 2.

GRegorius Presb. Card. *S. Sabinę* legitur apud Vghellum *to. 3. Italiæ Sacræ*, ſubſcripſiſſe D diplomati Honorij II. dato pro Rogerio Archiep. Piſano *Ego Gregorius Presb. Card. S. Sabinę ſubſcripſi*. Anno Sal. 1126. *to. 3. Vghel. p.* 445. cum tamen Titulum *S. Sabinæ* poſſideret Petrus Vuihelmus creatus à Gelaſio II. teſte *Panuinio*. In creatione verò Innocentij legitur apud eundem Panuinium alius Cardinalis.... Comes... Presb. Card. *S. Sabinæ in Auentino* qui cum Sciſmaticis conſpirauit contra Innocentium II. vt ex litteris Sciſmaticorum pro Anacleto II. datis ad Lotharium Imperatorem. Quomodo hęc concordem? non habeo.

20. *Inuocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.* Pſal. 98.



GVido Epiſcopus Tiburtinus an Cardinalis fuerit ſub Honorio II. dubitat Oldoinus, quia cum alijs Cardinalibus ſubſcriptus reperitur diplomati Honorij II. dato pro Rogerio Archiep. Piſano. Negarem ego, quia *Titulus Tiburtinus* non trahit ſecum Cardinalatum, vt *Oſtienſis*, & *Albanus*. Cum Cardinalibus ſubſcribere non arguit Cardinalatum; cum plures ibi ſubſcribant, quos certò affirmamus, Cardinales non fuiſſe. An idem cum Guido de Caſtello? dubium.

21. Dedit ei Dominus locum pęnitentiæ. Iob. 24.



STephanus Diaconus Card. *S. Luciæ in Silice*, alias in *Orphea*, creatus ab Honorio II. eiuſdem diplomati ſubſcripſit pro Baſilica Apoſtol. An. 1127. eo mortuo Anacletum II. promouit Antipapam, eiuſque diplomati ſubſcripſit pro Apoſtolorum Baſilica, Anno 1130. Litteras dedit cum Sciſmaticis pro eodem ad Lotharium Imperatorem. Stephanum hunc eundem credo, quem Diaconum Cardinalem creatum dedimus ſub Paſchali II. in Diaconia *S. Luciæ in Silice*. Abiurato Anacleto, adorauit poſtea Innoc. II. eiuſque ſubſcripſit diplomati pro Lectifredo Ep. Nouarienſi; Et Canon. Nouarien. VII. Kal. Iulij An. 1133.

22. Pro legibus & patria mori parati. 2. Maccab. 8.



HVgo natu Bononienſis, ex familia Hieremæa, teſte Carolo Sigonio, Archipresb. S. Petri, teſte Nicolao Paſqualino Alidoſio, de *Viris Eccleſ. Bonon.* poſteà Diaconus Card. *S. Theodori* diplomati ſubſcribit eiuſdem Honorij dato Laterani, pro Piſano Archiep. Anno Sal. 1126. *to. 3. Italiæ, p.* 445. Obſerua quantum Honorius II. Bononiam amauerit patriam ſuam. Quatuor enim Bononienſes inter Purpuratos cooptauit.

24. *In-*

23. *Intrauit Rex vt videret diſcumbentes, & cum vidiſſet hominem non veſtitatum veſte nuptiali, ait illi: Amice quomodo huc intraſti? at ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores &c.* 22. Matth. 12.



HAymericus Burgundus Car. Diac. *S. Mariæ Nouæ* ponitur à Ciaconio tanquàm c reatus ab Honorio II. ſed eum vide ſub Callixto II. alij eundem volunt cum Haymerico creato a Callixto IJ. ſed diſcrepant inſi- A gnia. Fuit Haymericus vir iuxtus, dignitatum, beneficiorum integer diſtributorum, Chriſti edoctus exemplo, quum hominem immeritum ſed temere ſedentem interdiſcumbentes, ligatis manibus miſit in tenebras exteriores.

24. *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat.* 2. Geneſ. 2.

ROdulphus .., ... Diac. Card. S. ...... poſtea Epiſcopus Ortanus Bullæ ſubſcripſit (ait B Ciaconius) Innoc. II. pro S. Benedicto de Mantua, Anno 1135. An Rudolphus iſte idem ſit cum Rudolpho Etmano, hodie de Staffa Perucino, qui (teſte Ludouico Iacobillo in *Annal. Peruſinis*) dictus primum Diac. Card. *S. Mariæ in Aquiro*. poſtea Ep. Card. *Oſtienſis* de quo in Epiſcopis Oſtienſibus nulla mentio apud Vghellum, ſed in Epiſcopis Peruſinis, quamuis ibi Rudolphus Cardinalis non appelletur? dubium. In diplomate Honorij II. Laterani dato pro Marco Antonio Comite Montis Martis, & Orani hæc legitur ſubſcriptio. *Ego Rodulphus Romanus S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis. Stapedem* pro inſignibus Oldoinus appoſuit: nullo tamen præmiſſo funda- C mento, quòd familiæ *de Staffa* fuerit *Peruſino*. Fuit Rudulphus vir tardus in executione maturus conſilio, ſolitus homines igneos redarguere; quòd Deus nonniſi ſeptem diebus Mundum creauerit. Magna namq. longo tempore perficiuntur.

.... Diac. Card. S. ... teſte Ciaconio.

.... Diac. Card. S. Sixti Modotienſis.

25. *Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altiſſimo.* Eccl. 7.



RVſticus de Ruſticis Romanus Diac. Card. *S. Georgij in Velabro* & Archipresbyter Baſilicæ S. Petri. Eius memoria in Bulla Honorij II. data Anno Sal. 1128. in vinea Domini nunquam deficiens.

26. *Noli verboſus eſſe in multitudine Presbyterorum; & non iteres verbum in oratione mea.* Sap. 7.



ALbertus Tehodalus Foroliuienſis, Diac. Card. *S. Theodori in Suburra* creatus ab Honorio II. quo mortuo contra Anacletum II. Antipapam promouit Innocentium II. vt ex Codice Vaticano *Baronius & Panuinius*. Vir paruiloquij, ſed ſolidi & arguti.

27. *Ab alienis parce ſeruo ſuo.* 18. Pſal. 14.



GVido de Caſtello Typhernas ex Subdiacono, & Scriptore Apoſtolico, Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Via lata*, vt ex Pandulpho Piſano Ciaconius, & Panuinius; poſtea Presb. Card. *S. Marci* creatus ab Innocentio II. tandem Papa futurus nomine *Cæleſtini II.* ſubſcribit diplomatibus Innocentij II. *to.* 10. *Concil. p.* 948. *& p.* 965. & An. 1134. Archiep. Piſano, *to.* 3. *Vghel. p.* 361. & An. 1133. Archiep. Ianuenſi *to.* 3. *Vghel. p.* 1187. Ob aliena ſcelera Cæleſtinum ſubijſſe Iudicium dedimus in eius vita.

28. *Reſpondebit arrogantia Iſrael in faciem eius; & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua: ruet etiam Iudas cum eis.* 5. Oſeæ.



PEtrus Diaconcis, vel *Octauius de Vico* ex Comitibus Tuſculanis Card. *S. Hadriani* ab Honorio II. creatus, legatuſque in Gallias litteras accepit S. Bernardi, quæ extant n. 17. 18. 19. laudatutque ſequentibus *Diligimus bonam famam veſtram, reueremur quam in vobis audiuimus, circa res Dei ſollicitudinem, & ſynceritatem: & ideo valdè gratum habemus, ſi noſtra vobis fortè in aliquo officioſa poſſit eſſe ruſticitas*. Mortuo Honorio Schiſma fouit Anacleti D II. Antipapæ, litteris, & ſuffragio, in quibus ad Lotharium Imperatorem ſubſcribit non vt Diaconus Card. *S. Hadriani*, ſed vt Presbyter Car. *S. Euſebij*, ad quem tranſlatus fuerat ab Anacleto II. Antipapa Subſcripſit Anacleti diplomati pro Apoſtolorum Baſilica, An. Sal. 1130.

29. Viciſti famam virtutibus tuis.
2. Paralip. 9.



GRegorius de Creſcentio Diaconus Card. *S. Theodori* legatus Honorij II. ad Regem Daniæ, vt ex epiſtola Honorij II, apud Baronium Anno 1129. & *to.* 10. *Concil. p. 909.* Nec me fugit ſub Honorio II. titulum S. Theodori poſſideri ab Alberto, qui Innocentiū II. fouit contra Antipapam; poſſibile namque vt poſt obitum Henrici Siculi ſubrogatus fuerit Gregorius de Creſcentio, & poſt Gregorium Albertus ab eodem Honorio IJ. Immò in Panuinio legitur huius tituli S. Theodori alius Cardinalis, nomine A *Hugo*, qui obijt ſub eodem Honorio II. vt ſupra dedimus.

30 COſmus Diaconus Card. *S. Mariæ ...*, diplomati ſubſcribit Honorij IJ. dato ad Petrum Abbatem Cluniacenſem, *to.* 10. *Concil. p.* 911.

31 GRegorius D. C. *S. Mariæ in Aquiro* ſubſcribit litteris Honorij II, Anno 1115. Archiep. Rauen. *to.* 2. *Vghel. p.* 366. Vide in Paſchali IJ. n. 68.

32 ROmanus D. C. *S. Angeli* ſubſcribit cum Honorio II, An. 1124. Archiep. Rauen. *to* 2. *Vghel. p.* 367. Vide in Paſcali IJ. n. 68.

INNOCENTIVS II. P. CLXIV.

INnocentius II. Eligitur 16. Kal. Martij, Anno 1130. Obijt Anno 1143. die 8. Kal. Octob.

Cardinales Epiſcopi, qui creationi adfuerunt Innocentij II. *teſte Ciaconio.*

GVillelmus Ep. Card. Præneſtin.
Matthæus Gallus, Monachus Cluniacen. Ep. Card. Albanus.
Io: Bononienſis, Ep. Card. Oſtien.
B Chunradus de Suburra Romanus Canonicus Regularis S. Ruffi, Ep. Card. Sabinus, Vicarius Papæ.

Cardinales Presbyteri ſub Innocentio II.

JOannes Cremenſis Presb. Card. tit. S. Chryſogoni.
Petrus Presb. Card. S. S. Silueſtri & Martini in Montibus, tit. Equitij.
Gherardus Caccianimicus Bononienſis, Canonicus Regul. S. Fridiani Lucen. Presb. Card. S. Crucis en Hieruſalem. C
Ioannes Presb. Card. S. Anaſtaſiæ; diſſonat Panuinius, & loco Ioannis dicit *Petrum*.
Ioſelmus Presb. Card. S. Cecilię.
Anſelmus Presb. Card. S. Laur. in Lucina, Canonicus Regul. S. Petri in Cęlo Aureo, Papiæ.
Hubertus ....., Presb. Card. S. Clementis, de hoc apud Ciaconium nulla mentio. *Panuinius* eum recenſet, & cum eo concordant *Baronius* ex *Codice Vaticano*.
Anſelmus Presb. Card. S. Cecilię, teſte *Baronio* ex citato *Codice Vaticano*.

Diaconi Cardinales ex *Ciaconio*, & *Panuinio*.

ROmanus S. Mariæ in Porticu Diaconus Card.
Gregorius Tarquinus S. S. Sergij, & Bacchi Diac. Card.
Haymericus Gallus Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, Cancellar. S. R. E.
Magiſter Guido de Caſtello Typhernas Diac. Card. S. Mariæ in Via Lata.
Albertus Diac. Card. S. Theodori.
D Adiungit *Panuinius* Gregorium filium Ioannis, Romanum de regione, Transtyberim, Diaconum Cardinalem S. Angeli S. R. E. Archid. Papam futurum nomine *Innocentij II.*

Cardi-

Cardinales ſub Innoc. II.

Qui ab Anacleto Antipapa deſciuerunt ad Innoc. II. primis ſui Pontificatus menſibus.

DEſiderius Presb. Card. S. Praxedis.
Comes Presb. Card. S. Sabioæ.
Lectiſredus Presb. Card. S. Vitalis.
Stephanus Diac. Card. S. Luciæ in Orphęa.

Creationes Cardinalium factæ ab Innoc. II. fuere Sex. Prima in Concilio Generali apud Claromontem Aruenorum, Anno 1130. Secunda, Anno 1133. Piſis. Tertia Romæ, Anno 1134. Quarta An. 1138. Romæ, Laterani. Quinta Romæ,
A Anno 1140. Sexta Romæ An. 1142.

ſ

Cardinales Epi copi ſub Innoc. II.

1. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſore ſed modeſtum.* 1. Timo. 3.



DRaco, vel Drogo natu Gallus, Monachus S. Benedicti, Abbas S. Io. Laudunenſis Congregationis Cluniacenſis in locum Ioaonis Camaldulenſis, ſubrogatur ab Innocentio II. Epiſcopus Cardinalis *Oſtienſis*, vir doctus, & pius, vnius Anni curriculo dignitatem clauſit cum vita: teſte *Vghello* in *Ep. Oſtien.* Anno Sal. 1134. quamuis circa tempus cęteri diſſonent Auctores. Monachus cum eſſet, & Mooiales, quæ in Lauduni monaſterio S. Ioannis viuebant ab accurata vitę norma ad laxiorem defluxiſſeot, propterea iubente Ludouico Francorum Rege, eo Monaſterio exactæ eſsent, cænobium illud Monachis S. Benedicti impetrauit, quorum communi ſuffragio Abbas electus Aono 1127. à Bartholomæo Ep. Laudunenſi fuit de more, ritu Eccleſiaſtico conſecratus. In Epiſcopum poſtea Cardinalem aſsumptus ac deinceps (ſi Antonio Poſseuino fides in *Apparatu ſacro*) Epiſcopus Laudunenſis ſcripſit.

De Paſſione Domini, extat in Bibliotheca S.S. P.P.
De Corpore Chriſti ſupplementum ad Chron. Sigeberti,
De Creatione primi Hominis,
Donis Spiritus Sancti,
Horis Canonicis.
Beatitudinibus .... teſte *Nomenclatore*.

Fallitur Poſseuinus interpretando epiſtolam S. Bernardi n. 219. *ad Quatuor Epiſcopos Curiæ*: directam Drogoni. Proteſtatur namque Bernardus ſcribere ad Albericum Oſtienſem Epiſcopum, qui Anno ſolum 1135. inauguratus fuit, poſt mortem Drogonis, & Petri.


Lege Trithemium de *Viris Illuſtribus l.* 4. Petrum Frizon. iu *Gallia Purpurata*. Franciſcum Belle Foreſtium in ſua *Coſmographia*. Annum, vel quatuor exegerit in Oſtienſi Epiſcopatu? Auctores nutant in incerto. Nam teſtatur Ciaconius ſe vidiſse Bullam Innocentij II. datam Anno 1138. pro S. Fridiano Lucenſi: in qua Drogo ſubſcripſit.

2. *Fuiſſem quaſi non eſſem: de vtero tranſlatus ad tumulum.* Iob. 10.



B PEtrus Monachus Caſſinas, & Abbas S. Benedicti, Ep. Card. *Oſtienſis*, cuius meminit (teſte Ciaconio) liber antiquus Monaſterij Caſſinatis; in quo Mortuorum nomina notari ſolebant. Obiit 8. Kal. Martij; quo Anno? incertum. Certè ante Annum 1142. quia hoc Anno 14. Kal. Iunij legitur in diplomate dato Cluniacenſibus, *to.* 10. *Concil. p. 963.* ſubrogatus Albericus in Epiſcopatum Oſtienſem. Legitur in M.S. Cornelio Annum non abſoluiſſe in Cardinalatu.

3. *Repulit tabernaculum Silo, vbi habitauit in hominibus & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.*
Pſal. 77.

C 

THeodeuinus, ſeu Theodinus natu Germanus Epiſcopus Cardinalis *Portuenſis S. Ruffinę, ac Sylua Candida* in tertia Cardinalium creatione, & is primus, qui his duabus Eccleſijs coniunctis præeſſet poſt Petrum cognomento *Seniorem*. Legatus poſtea ab eodem Innoc. II. in Germaniam, Anno 1139. Confluentiæ, adfuit coronationi Conradi III. in Regem Romanorum, eundemque ritu ſolemni Aquiſgrani coronauit, teſte *Ottone Fri-*
D *ſingenſi l. 7. c. 22. Colonienſis enim, qui id facere iure debuerat, nouiter intoniſatus pallio carebat.* Adfuit poſtea electioni Cæleſtini II. Lucij II. & Eugenij III. à quo transmare Legatus in Syriam, An. 1147. caſtra ſubijt Conradi III. Imperatoris, memorabili illa expeditione, vt magna, ita inefficaci, in qua conuenere omnes ferè Principes Chriſtiani, claſſicum inſonante D. Bernardo Claræuallenſi, & victoriam promittente. Ptolemaide conuocatis comitijs Regis, & Epiſcoporum, Legato præſidente Romano, Damaſci obſidio decreta, ſed improſperè, vnde Theodeuinus in Staham redijt cum Imperatore: teſte

Digitized by Google

Guillelmo Tyrio l. 17. *c.* 1. *de Bello Sacro*. Eius memoria in Diplomatibus Rom. Pontif. quibus ſubſcripſit. 13. Kal. Iulij, 1135. Canon. Bergomen. apud Vghellum *to.* 4. *Italia Sacra p.* 651. & An. 1138. Archiep. Piſano: & An. 1136. Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1187. & Anno 1139. Ep. Ferrar. *to.* 2. *Vghel. p.* 570. & pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 968. & An. 1140. Canon. Veronen. *to.* 5. *Vghel. p.* 717. & pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 1039. An. 1144. & An. 1145. Ep. Veron. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. & Canon. Ianuen. An. 1150. *to.* 4. *Vghel. p.* 1194. Anno 1143. Cæleſtini II. pro Canon. Lucenſibus; & Nonis Decemb. Alberto Abbati S. Saluatoris. Lucij II. XVI. Kal. April. Oberto Ep. Cremonenſi, & XI. Kal. Iun. 1144. pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 1039. Eugenij III. An. 1145. & 1146. Canon. Lucen. & 4. Kal. Feb. pro erectione Monaſterij Archauſani, in Ducatu Vuitembergieo; & 18. Kal. Maij 1150. Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1194. Adfuit electioni Anaſtaſij IV. & Hadriani IV. ſub quo obijt, nam Anno Sal. 1157. diplomati Hadriani IV. Idibus Iunij ſubſcribit Cintius Ep. Card. Portuen. & S. Ruffinæ. *to.* 10. A *Concil. p.* 1172.

Reſtitutio Cardinalium ſub Innoc. II.

Facta ab Innocentio II. Anno Sal. 1138. quos ob ſciſma Anacleti II. dignitate ſpoliauerat. Ab Anacleto verò promotos omninò reiecit. Inter Reſtitutos fuere.

3. *Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti.* 62. Iſaiæ. 15.

ÆGidius, vel Gilo Ep. Card. Tuſculanus.

Gregorius Romanus Presb. Card. *S. S. XII. Apoſtolorum*, qui mortuo Anacleto II. ei Antipapa fuerat ſubrogatus nomine *Victoris IV.*

Petrus Gerardeſcus Piſanus Presb. Card. S. Suſannæ, ex Comitibus de Donotatico.

Petrus Fontanenſis Burgundus Gallus Presb. Card. *S. Marcelli*.

D. Raynaldus ex Comitibus Marſorum, Campanus Monachus, & Abbas Caſſinen. Presb. Card. S.S. Marcellini, & Petri.

Alij etiam fuere reſtituti, quorum nomina Antiquitas obruit.

4. *Mirificauit Dominus Sanctum ſuum*, Pſal. 4.



ALbericus Beluacenſis Franco Gallus, Cluniaci Regulam profeſſus Monaſticam, teſte Ioanne Picardo ad *Ep.* 130. *S. Bernar.* in quarta Cardinalium creatione, ab Innoc. II. Epiſcopus Card. creatur *Oſtienſis* Anno Sal. 1138. teſte Ciaconio, quamuis plures reclament, quia An. 1136. in Angliam legatus fuerit; Vghello teſte, qui & ipſe malè. Nam vt legitur *to.* 10. *Concil. p.* 992. Concilium Londonienſe, ſeu Vveſtmonaſterienſe celebratum eſt Salutis Anno 1138. vt ex *Florentij Vuigornienſis ſupplemento* adnotauit Binius; & *to.* 2. *Concil. Britannicorum* in quibus legitur.

Anno Dom. 1138. *Albericus Oſtienſis Epiſcopus in Angliam venit, quem Innocentius Romanæ Sedis Apoſtolicus vt legationis officio in Anglia, & Scotia fungeretur, miſerat. Erat autem vir iſte, natione Gallus, profeſſione Monachus, obſeruatione Cluniacus. Hic enim primò apud Cluniacum ad obſeruationem veniens, propter prudentiam, ac religionem ſuam ſub prior ibi effectus eſt. Deinde in Francia apud Pariſios, in cella quæ dicitur ad S. Martinum de Campis, Prioris officium ſtrenuè aliquandiù expleuit. Poſt aliquot verò Annos, quia fratribus ſuis valdè neceſſarius erat, & dilectus, iterum ad ſubprioratus dignitatem domum reuocatus eſt. Exinde verò ad Vergerenſe cænobium* B *electus eſt, vt ei Abbatis iure præeſſet: deinde ad Oſtienſis Eccleſiæ præſulatum canonica electione ſublatus eſt. Iſte in Angliam veniens, litteris Regibus Angliæ & Scotiæ, Turſtino Archiep. Eboracenſi (quippe tunc temporis Eboracenſis Eccleſia Paſtore carebat) Epiſcopis, & Abbatibus, atque Prælatis S. Eccleſiæ vtriuſque Regni à prædicto Papa directus, de auctoritate ſua legationis attulit. Igitur ab his omnibus honorificè ſuſceptus eſt: Abbatem etiam Moleſmenſis cænobij, cum plurimis Monachis de transmarinis partibus ſecum adduxit, & quemdam alterum nomine Ricchardum illius Monaſterij Abbatem, quod dicitur ad fontes, magnæ religionis, & auctoritatis virum, mox vt in Angliam venit ad ſe conuocauit. Hos igitur egregiæ diſ-* C *cretionis, & virtutis viros, viæ, & vitæ ſuæ comites, & teſtes inſeparabiliter habuit; vt ex illorum conſilio, & auxilio quæ tractanda erant, tractaret; ac eorum teſtimonio conuerſationis eius honeſtas commendabilior redderetur. Eccleſias igitur Epiſcopatuum, & cænobia tam Clericorum, quàm Monachorum ferè per totam Angliam viſitando pertranſiuit, & à ſingulis ſolemniter receptus eſt.*

Tandem verò vſque ad Dunelmum peruenit. Eodem tempore VVillielmus Cunim David Regis Scotiæ Cancellarius, de ſupradicto bello fugiens, captus eſt incarceratus ibidem detinebatur, quem mox de carcere eripiens, Domino ſuo liberum reddidit. Igitur habens ſecum duos Epiſcopos, Robertum Herefordenſem, & Athelulphum Carleten- D *ſem, & tres Abbates, ac plurimos Clericos per ſolitudinem ad Hauguſtoldenſe cænobium peruenit. A fratribus autem loci illius ſolis honorabiliter ſuſceptus de damno, quod in occiſione hominum ſuorum, & in deprædatione terræ ſuæ, vt prædiximus, illis recenter acciderat, multum diligenter eos conſolatus eſt. Deinde per Northimbriam, & Cumberland, IV. die ante feſtum S. Michaelis ad Carlel peruenit, ibique Regem Scotiæ cum Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Baronibus ſuæ terræ reperit. Illi verò diù à Ciſalpina imò ferè ab vniuerſa Eccleſia diſcordantes exoſæ memoriæ Petro Leoni, & apoſtaſiæ eius nimium fauiſſe videbantur; tunc verò Diuina gratia inſpirante Innocentij Papæ mandata, & Legatum eius omnes vnanimiter cum magna veneratio-*

neratione ſuſceperunt. Igitur triduò cum eis de ſua legationis negotijs diligenter tractauit; & quoniam cognouit quòd Ioannes Cleſquenſis Epiſcopus curam animarum, quā habuerat, nulli commiſerat, & ſine licentia, ac clanculò Epiſcopatum ſuum reliquerat, nulla euidente neceſſitate cogente apud Tironam Monachus effectus eſt; de illo definiuit; vt Regius nuncius, cum ipſius & Regis pariter litteris pro eo mitteretur; & ſi redire nollet, ſententia ſuper eum daretur: & ita factum eſt. Conuenit quoque Regem de formanda pace inter eum, & Regem Angliæ, & huius rei gratia ad eos pedes recidit, videlicet, vt S. Eccleſiæ, & ſui ipſius, & ſuorum miſereretur, quibus tot, & tanta mala fecerat. Sed vix inducias impetrauit, quòd nullum exercitum, & nullum malum, excepta obſidione, quæ circa Carum erat, ante feſtum S. Martini, in terram Regis Angliæ induceret. Hæc etiam apud Pictos impetrauit, quòd omnes puellas, & mulieres captiuas, quas habere poſſent, ante eundem terminum ad Carlel reducerent, & eis ibi liberatas redderent. Ipſi quoque, & omnes alij firmiſſimè ei promiſerunt quòd nullo modo Eccleſias violarent ampliùs; & quòd paruulis, & femineo ſexui, & ex infirmitate, & ætate debilibus parcerent, & omninò neminem niſi reſiſtentem amplius occiderent.

Rex quoque cum Priore de Heſtaldesham, qui illuc cum Legato venerat, antequam illum interpellaret de Damno ipſius, & fratram ſuorum locutus illud multam planxit, & promiſit quòd totum reſtitui faceret; & inſuper de iniuria quæ illis, & eorum Eccleſiæ facta fuerat, & de interfectione hominum ſuorum eis rectum facere ſuos cogeret: quod & ex magna parte fecit: nam & earum, & hominum ſuorum pecunia ferè tota reddita eſt. His ita factis Legatus ipſo die feſtiuitatis Michaelis inde diſcendens, per S. Heſtaldesham, & Dunelmum in Suth Angliam rediyt narrauitque Stephano Angliæ Regi, quid apud Dauid Regem Scotiæ, & ſuos profecerat.

Legatus verò, vt prædictum eſt, per Epiſcopatus, ac Monaſteria ad Curiam Regis Angliæ reuerſus, quemdam alium Legatum nomine...... qui nuperrimè à Domino Papa Innocentio venerat, ibidem reperit. Igitur Turſtinum Eboracenſem Archiep. & omnes Epiſcopos, atque Abbates, ac Priores Canonicorum per totam Angliam ſummoneri fecerunt, vt ad feſtum S. Nicolai in Ciuitate Londonia ad Generale Concilium conuenirent. Quibus præfinito tempore ac loco cum Stephano Angliæ Rege congregatis, de Eccleſiaſticis cauſis, cum illis ambo Legati tractare cœperunt. Abſoluto Concilio, pacis interpres acceſſit inter Reges Scotiæ, & Angliæ, eamque media Regina firmauit.

Romam reuerſus, nouo Legationis onere grauatus in Syriam nauigauit, vt controuerſiam cognoſceret inter Rodulphum Patriarcham Antiochenum, & Canonicos Antiochenos exortam. Sidonem primò applicuit, inde Antiochiam, vbi à Raimundo Principe honorificè exceptus, Concilio coacto Epiſcoporum, Patriarcham abſentem, legitimè citatum, vt contumacem damnauit, & in gratiam Principis Raimundi Epiſcopatu priuauit. Nimium enim procliuis erga Principem Legatus, huius nutu cuncta gerebat. Serlonem etiam Epiſcopum Appamenſem, quia in accuſatione aduersùs Patriarcham à cæteris diſcreparet, depoſuit non ſine populi Antiocheni indignatione, qui niſi Principis potentiam timuiſſent, Legatum Romanum, cum cætæris, qui in Patriarchæ depoſitionem conuenerant, vrbe ignominioſè expuliſſent. Depoſitionis ergo promulgata ſententia per Legatum, carceri traditus eſt Patriarcha, ex quo elapſus Romam venit. vbi miſericordia Sedis Apoſtolicæ reſtitutus, dum redire feſtinat, perfidia ſerui, veneno hauſto miſeſerè periit. *VVillelmus Tyrius l. 15. c. 11. de Bello ſacro*

Abſoluta Synodo Antiochena, Albericus templum Chriſto ſeruatori Hieroſolymis dedicauit alteramque ibi congregauit Synodum, vt Maximum A Patriarcham Armenum cum ſuis ſuffraganeis ab Eccleſia in aliquibus articulis diſcordem Romana, ad vnitatem reduceret. *VVillel. Tyrius l. 15. c. 18.* Hoc tempore ad Albericum Cardinalem Oſtiēſem, in Syria Legatum, epiſtolam direxit Petrus Cluniacen. *l. 4. ep.* 48.

Romam reuerſus, dum Innocentium II. Pontificem comitatur, proditoriè captus à Rogerio Apuliæ Duce vnicus priuilegium ſubſcripſit de titulo Regio, quem ei Pontifex indulſit, quaſi lytrum ſuæ libertatis. *Baronius An. 1139. to. 10. Concil. p.* 952. Manumiſſus Pontificem non deſeruit, ſed à ſecretis fidelis adſuit, vt *ep.* 219. teſtatur S. Bernardus Sci-B ſma imminens aperiens, quod præuidebat, ni inueni Ludouico Gallorum Regi, à iuſtitiæ tramite aberranti pareeret Pontifex. Propterea citata epiſtola Bernardus quatuor Cardinales Epiſcopos, Albericum Oſtienſem, Stephanum Præneſtinum, Igmarum Tuſculanum, & Gerardum Cancellarium excitabat, vt ac pietatem Papam retraherent.

Mortuo Innocentio, Cœleſtinum II. Lucium II. Eugenium III. promouit; à quo in Toloſanam prouinciam legatus contra Henricum Hæreticum Petro Bruſianum, qui prouinciam hæreſibus impijs deturpauerat, S. Bernardum, nec non Gaufredum Epiſcopum Carnotenſem, & alios Epiſcopos ſanctitate C claros aſſumpſit, quorum doctrina, & miraculis populum illum malè ſeductum, ad veritatem reuocauit; teſte *Gofrido in vita S. Bernardi l. 3. c. 5. & 6.* Labor nouiſſimus, in quo vitam poſuit Anno 1148. Alberici fuit aduersùs hæreſiarcham Gilbertum Porretanum, qui à facie Alberici adeò trepidabat, vt eo viuente hæreſim ſuam publicare formidaret. Lege Epiſtolam Gaufredi Monachi Ciſtercienſis apud Baronium, An. 1148. *Tulerat autem de medio Dominus Anno ipſo A columnam grandem Eccleſiæ, Dominum Albericum Oſtienſem, cum omni reuerentia memorandum, qui legatione functus in Aquitaniam, ſuper vita pariter, ac doctrina illius Gilberti, tanta didicerat,* D *vt ipſe ſibi aliter quàm oportuerat, conſcius ab eiuſdem Epiſcopi feruentiſſimo zelo, præ cæteris eiuſdem temporis Cardinalibus trepidaret. Nec defuere qui crederent, quod ſi aduixiſſet idem vir, Pictauienſis ille, quæ auſus eſt confiteri, præſente eo nullatenus preſumpſiſſet.*

Euolauit ad ſuperos apud Virdunum in Galijs, vbi etiam ſepultus. Neceſſitudinis, quæ inter S. Bernardum, & Albericum interceſſit, teſtes ſuauiſſimè ipſius Bernardi epiſtolæ ad eum frequentiſſimè exaratæ. Sanctitatis Alberici inter ſigna violenter proban-

Digitized by Google

bantia ſtet ipſe S. Bernardus qui cum ſuper Alberici ſepulcrũ exequias celebraret, & ad orationẽ peruenisset pro Mortuis, quã *collectam* vocamus, ea omiſſa, orationem recitauit *de Sanctis Confeſſoribus*, quaſi ſecurus inter Sanctos Amicum viuere, qui Mortuorum ſuffragijs non ampliùs indigeret.

Eius memoria in litteris Innocẽtij II. Anno 1138. pro S. Frid. Lucenſi. Anno 1140. pro Eccleſ. Parmen. An. 1139. Ep. Ferrar. *to.* 2. *Vghel. p.* 570. & 10. Kal. Octob. 1141. Abbati Feſulano, *to.* 3. *apud Vghellum p.* 315. & An. 1142. Canon. Vercellen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1076. Sub Cęleſtino II, ſubſcribit litteris ad Ep. Feſulanum, *to.* 3. *Vghel. p.* 314. pro S. Fridiano A Lucenſis, An. 1143. Sub Lucio II. An. 1144. Sub Eugenio III. pro Eccleſia Cæſaraauguſtana, Anno 1146. & cum eodem adfuit conſecrationi quam habuit Eugenius, Eccleſię S. S. Trinitatis, Catalauni, ad Matronam, An. 1147. die Cal. Nouemb. Vide Alamanum Ep. Antiſidior. in *vita S. Bernardi*: Io: Auguſtalden. *in Chron. Anglico*. Antonium Paulum Corteſium, & Volateranum. S. Bernardum in Ep. 287. 290. 296. 306. 307. 219.

De eo Ludouicus Donius d'Attichij *in florib. Card.*

5\. *Sapientiam amaui, & exquiſiui à iuuentute mea &* B *quæſiui ſponſam eam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius.* Sap. 8,

HVgo de S. Victore, Saxo Germanus Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini, & Abbas in Abbatia à Ludouico Gallorum Rege cognomento *Craſſo*, iuxta muros ciuitatis Pariſienſis, in loco *Cella Veteri*, nuncupato circa Annum Sal. 1113. ad honorem erecta S. Victoris, regia quidem magnificentia, more Angelico vixit inter mortales, nam teſte S. Antonino, *tanta & ſingularis vita probitate, & ſcientia fuit, & ita eruditus in omnibus artibus liberalibus ut nullus ei ſimilis ſuo tempore haberetur*. S. Bernardus cum ei ſcriberet Magiſtrum vocabat, *Ad Magiſtrum Hugonem de S. Victore ep.* 70. Diſcipulos habuit Richardum, & Adamum eiuſdem inſtituti viros celebres. Floruere tamen diuerſo tempore, plures huius nominis viri celebres, quorum præcipui.

Hugo Abbas Cluniacen. miraculis clarus.

Hugo Grationopolitanus, qui Carthuſienſium inſtitutum licet Epiſcopus profeſſus eſt.

Hugo de Folietto Canonicus Regularis S. R. E. Card. de quo infra.

Hugo primus Decretorum Gloſſator, quem aliqui Huguitionem dicunt.

Hugo primus Cardinalis Ordinis Pędicatorum.

Hugo Monachus Floriacenſis, qui hiſtoriam ſcripſit.

Hugo Eterlanus Græcæ, & Latinæ linguæ peritus.

Hugo de S. Victore, de quo ſermo in præſenti, diuinarum litterarum exquiſita eruditione, & S. Augſtini doctrinæ adeò claruit, eiuſque phraſis æmulator, *ut Auguſtini lingua* communi Eruditorum ſui temporis proloquio appellaretur. Collegit V. P. ac præcipuè Auguſtini in vniuerſum Diuinę ſcripturæ Corpus ingens Opuſculorus, in quinque claſſes partitum, hoc eſt in Annotationes, quæſtiones, Homilias, Commentaria: & Miſcellanea. Prodiere omnia tribus Tomis, Venetijs, Anno 1588. apud Io: Bapt. Somaſcum, quibus acceſſere notę, ſiue ſcholia Thomæ Garzonij, vnà cum vita ipſius Hugonis ab eodem conſcripta.

In primo Tomo hæc habentur.

De ſcripturis, & ſcriptoribus ſacris. C
Annotationes in Pentateuchum, Iudices, Reges, Pſalmos.
In Eccleſiaſtem Homilia.
In Threnos, Ioelem, Abdiam.
Allegoria in totum Teſtam. Vetus, exceptis Prophetis, & libris ſapientialibus.
In quatuor Euangeliſtas.
Adnotation. Litterales, & quæſtiones in ep. Pauli Apo:
Adnotat. Elucidatoria in Dionyſium.

In Tom. II.

Inſtitutiones in Decalogum.
Expoſitio in Regulam S. Auguſtini.
De Inſtitutione Nouitiorum.
De Clauſtro Animæ. Trithemius tamen S. Antonin, & Vincentius Beluacenſis, huius libris auctorem dicunt Hugonem Corbienſem, ſeù de Folieto. D
De Anima libri quatuor.
De Medicina Animæ.
De Laude Charitatis.
De Arrha Animæ.
De Modo Orandi.
De Fructu Carnis, & Spiritus.
De Nuptijs Carnalibus, & Spiritualibus, libri duo.
De Vanitate Mundi, libri quatuor.
De Meditatione.
De Arca Noe, libri quatuor.
De Arcę Myſtica deſcriptione.
Sermones 100. de varijs argumentis.
De Aſſumpt. B. M. V.

In Tom. III.

Didaſcalici libri VII. quorum vltimus *de Trinitate.*
De Poteſtate, & Voluntate Dei.
De Quadruplici voluntate in Chriſto.
De Sapientia Animæ Chriſti.

De

De Vnione Corporis, & Spiritus,
De Verbi Dei efficacia,
Apologia de Verbo Incarnato,
De Verbo Incarnato Diſputationes,
De Perpetua Virginitate B. Mariæ,
Miſcellenorum ſecundi Codicis, libri V,
De Filia Iephte,
Speculum de Myſterijs Eccleſiæ,
De Cæremonijs, Sacramentis, & officijs Eccleſiaſticis,
De Canone myſtici libaminis,
Dialogus de Sacramentis legis naturalis, & Scriptæ,
Summa ſententiarum ſeptē tractatibus diſtributa, quorum primus *De Fide, ſpe, Charitate, de Trinitate, De Incarnatione,*
2. *De Creatione, & Statu Humanæ naturæ.*
3. *De Creatione, & Statu Angelicę Naturę.*
4. *De Sacramentis in genere, & Præceptis Diuinis,*
5. *De Sacramento Baptiſmi,*
6. *De Sacramento Confirmationis, Eucharistię, Pœnitentiæ, Extremæ Vnctionis,*
7. *De Sacramento Coniugij.*
De Sacramentis Chriſtianæ Fidei,

Plures ſcripſit epiſtolas, inter quas Principem locum tenet ea, quam ſcripſit ad Io: Archiep. Hiſpalenſem à fide Apoſtatam: teſte Baronio, Anno 1136.

Cardinalis S. R. E. fuerit? non omnes conueniunt Baronius, Bellarmin. Gabriel Pennorus in Hiſtoria ſui Ordinis, Panuinius ſilent. Ciaconius verò, Vghellus, Victorellus, Frizonius, Epiſcopum Cardinalem *Tuſculanum* nominant renuntiatum Sal. Anno 1138. ab Innoc. II. in locum demortui Ægidij, Pontificem vrgente viri ſpectata ſanctitate. Moriturus cum Euchariſticum Viaticum petijſſet, hoſtiam illi attulere non conſecratam, timentes ne ob languorem ſtomachi Sacramentum reijceret, vt cibum faciebat. Simulationem porrò ſuorum, cum diuinitùs admonitus agnouiſſet, damnauit, verumque diuini corporis epulum afferi ſibi iterum poſcens; quod eum ſine periculo reiectionis ſuſcipere non valerè admoneretur, reſpondit: *Aſcendat Filius ad Patrem, & ſeruus ad Dominum, qui fecit illum.* Et illicò ſacra Hoſtia euanuit; eiuſque Anima mortales actus Deo fruitura, reliquit. Morienti cum adfuiſſet Osbertus S. Victoris Prior, refert; Hugonem animam eflaſſe in repetitione inuocationis, *Sancte Victor ora pro me.* Huius enim Sancti Lipſana in Pariſienſi cænobio curauerat viuens Hugo.

Hugonis cineres in capellam tranſlati Diui Dionyſij, Anno 1335. ſequens habuere epitaphium,

Conditur hoc tumulo Doctor celeberrimus Hugo,
Quàm breuis eximium continet vrna virum.
Dogmate præcipuus, nulliquę ſecundus in Orbe,
Claruit ingenio, moribus, ore, ſtylo.

Carmina etiam leguntur ſequentia in lamina ęnea,

Hugo ſub hoc ſaxo iacuit vir origine Saxo,
Annis ducentis tribus inde retentis.
In Clauſtro primò ſe poni fecit in imo.
Et pede calcari, nolens mundo decorari
Luce ſub vndena februi tolluntur arena,
Oſſa chori latere læuo tranſlata fuere
Anno Milleno, tercentum, ter quoque deno
Chriſti cum quinque fratrum choras adſtat vtrinque.

Cardinalatus inſignia ei deſtinata acceperit morte præuentus? Dubium. Lege vitam eius deſcriptam à Thoma Garzonio, *to.* 1. *Operum Hugonis de Victore.* Ludouicum Donium d'Attichij *in Florib. Card.*

6. *Portio mea in terra viuentium.*
A Pſal. 141.



STephanus Catalaunenſis (teſte *Bernardo ep.* 224. Gallus familia de Cialon, ſacræ Ciſtercienſium militiæ nomen dedit in Clarauallenſi cenobio, S. Bernardo Duce, ſub cuius diſciplina ad Sanctiores aſcendit ea ſama, vt ſecundus, vel tertius Cardinalis ex Ciſtercio exierit, ab Innoc II. renuntiatus Ep. Card. *Prænesti-* B *nus*, in quinta Cardinalium promotione. De hoc Ioannis Sariſberienſis, *Quis non ſtupeat Epiſcopum Prenestinum, qui ſcrupulum conſcientiæ metuens, à participatione bonorum communium abſtinebat? lib. 6. Policrat.* c. 24. & Bernardus Abbas Bonæ Vallis *in vita D. Bernardi, c.* 8. *Prenęſte Stephanum habuit totius gloriæ virum.* Tantum valuit Stephanus apud Innocentium II. Papam, vt eo interprete vteretur S. Bernardus in grauiſſimis Eccleſię rebus apud Pontificem *ipſum*, ideſt Innocentium Summum Pontificem, *duxi neceſſarium in magno Eccleſię labore, & periculo compellare; & per nullum digniùs, quam per vos, qui eius lateri, & ſpiritui adhęretis. ep.* 224. Aliæ extant eiuſdem Ber- C nardi epiſtolæ ad *Stephanum, & alios Ep. Cardinales.* 219. 229. 230. 231. Delegatus ab Innocentio II. in quæſtione Abbatis S. Theofredi, diœceſis Podienſis, breui abſoluit. Eiuſdem Innocentij pluribus ſubſcripſit diplomatibus, Idibus Decemb. 1141. pro Ep. Bergomen. apud Vghellum, *to.* 4. *Italia, p.* 657. & 10. Cal. Octob. 1141. Abbati Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 315. ad Raymundum Toloſanum Ep. An. 1142. Ad Gerardum Abbatem Monaſterij S. Andreæ Andoanenſis prope Auenionem. Ad Eccleſ. Parmen. An. 1141. & An. 1142. ad S. Benedictum Mantuanum. Adfuit poſtea electioni Cæleſtini II. cuius Bullę ſubſcripſit ad Canonicos Lucenſes S. Fridiani, & An. 1143. Ep. Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 313. Promo- D uit Lucium II. cuius diplomati ſubſcripſit Ad S. Benedictum de Mantua, Anno 1144. quà eum nulla referatur poſterior ſubſcriptio; ad ſuperos creditur eo Anno euolaſſe, 12. die menſis Februarij. Conſonat electio Guarini in eius ſucceſſorem facta à Lucio II. vt videre eſt apud Vghellum. Inter agmina Beatorum, ſpiritum emiſiſſe vt cum Sanctis viueret, Menologium docet Ciſtercienſe. *In Gallia S. Stephanus Monachus Ciſtercienſis, qui ſub ſacro noſtro Inſtituto eam perfectionem vitæ aſſecutus eſt, vt ſacrę Romanę Ec-*

cleſia

Digitized by Google

cleſiæ Cardinalis Epiſcopus Prçneſtinus crearetur. In qua dignitate Monaſticam humilitatem non contemnens, ſed potius bona ſua in pauperes diſtribuens, ſe verè ſpiritu, & corpore pauperem exhibebat: & poſt magnos pro animarum ſalute labores tranſactos, & ſuperatos, ad çternitatem diſceſſit, atque virtutibus ac miraculis clarus in Sanctorum numerum fuit relatus. Concordat Io: Abbas in *Catalogo Sanctorum Ciſtercienſium. Miſſale Antiquum inter Sanctos Ordinis. Arnaldus Vuion lib. 1. Ligni Vitæ n. 44. Barnabas de Montalbo. Angelus Manrique, Laurea Euangel. lib. 3. diſcur. 7. Perales lib. 2. c. 19.* de eo Ludouicus Donius d'Attichi *in Florib. Card.*

7. Si erraui, tu doce me: ſi iniquitatem locutus ſum; vltra non addam, 36. Pſal. 24.



F.... Imarus, vel Igmarus, vel Maurus, vt *to. 10. Concil. p.* 1039. in priuileg. Cluniacen. An. 1144. natu Gallus, profeſſione Monachus in Monaſterio S. Martini de Campis prope Pariſios, Ordinis S. Benedicti, deinde Cluniacum miſſus, emiſſis votis ſolemnibus, gradu virtutis conſcedit Cuſtos Ordinis: deinde Abbas Monaſterij Noui Pictauienſis tandem Epiſcopus Cardinalis *Tuſculanus* gratia Innocentij II. in ſexta Cardinalium promotione, & in Patriarchio Lateranenſi ab ipſo Pontifice conſecratur, eiuſdemque Bullæ pro S. Maria de Rheno Bonon. An. 1142. ſubſcribit, Mortuo Innocentio, cum Cæleſtini II. & Lucij II. creationi adſuiſſet, Legatus in Angliam maieſtatem tenuit Romanam ſpreto auro, & argento, Romam reuerſus vir longæuus promouit Eugenium III. Anaſtaſium IV. In electione Alex. III. cum Prior eſſet & Decanus Sacri Collegij impegit in ſcopu- C lum, & virtutem fregit; factus caput Sciſmaticorum in gratiam Antipapæ Victoris IV. contra Alex. III. Rom. Pontificem, litteras dedit encyclicas in Orbem Terrarum, quas habes apud Baronium, *to. 12. Annal. An.* 1159. Hinc malè audijt; & vitia, quæ ſub larua virtutis latebant bucina ſtrepente Arnulphi Epiſcopi Lexouienſis (*in ep. ad omnes S. R. E. Cardinales*) (prodiere) precipuè ventris ingluuies, & auaritia. Audi Arnulphum, etiam apud Baronium, *Numquid enim is, qui inter eos ętate pracedebat, & ordine (Tuſculanum loquor) horam quietis & prandij ſolitus obſeruare, Epicurus alter reputabatur ab omnibus, omnium negligens, niſi alicuius fortè, quòd oblata ſperari prouentus* D *auſpicatio prauenire? Quod adeò verum eſt, vt cateris laborantibus, ſolus pramature, ſicut dicitur, ab electione diſceſſerit, quoniam hora prandij videbatur inſtare, ne auidus, deſiderio ſuo fraudaretur exactor, & inania aduerſus negligentes manus inciperent viſcera murmurare.* Octauianum itaque cum promouiſset in Antipapam *Victoris IV.* nomine, etiam inthronizauit vnà cum Epiſcopo Malphitano, & Ferentino vt ex Codice Vaticano Baronius recitat, Anno 1159. vbi *Tuſculanus Epiſcopus Ioannes* appellatur, vel per errorem; vel Ioannes Igmarus ei nomen erat, Hinc ab Alexandro III. excommunicatus, & purpura exutus in Galliam abijt, & Cluniaci ſe abſcondit, ibique obijt, priùs abiurato Antipapa, & Eccleſiæ reſtitutus, & Eccleſiaſtico, Alex. III. Pontifici legitimo. Eius mortem Io: Sareſber. Ep. Carnotenſis recenſet in *ep. ad Ep. Oxonienſem.*

Aliqua ſcripſiſſe dicitur in ſacras litteras. Moriens Anno Sal. 1164. hæredem ex aſſe ſcripſit cænobium Cluniacenſe, vbi humo receptus eſt. Eius memoria recurrit in *ep. S. Bernardi. 188. ad Ep. &*
A *Card. Curia. & 219. ad Albericum Oſtienſem. Stephan. Prane. Igmarum Tuſculanum &c. & ep.* 228. 230. In Bulla Innoc. II. pro S. Maria de Rheno, Bonon. An. 1142. Cæleſtini II. pro S. Frid. Lucen. An. 1143. Lucij II. pro S. Benedicto de Mantua, & Ep. Feſulan. *to. 3. Vghel. p.* 313. An. 1144. pro Cluniacen. *to. 10. Concil. p.* 1039. & An. 1144. Eugenij III. ex Canonica Parmen. An. 1146. & An. 1151. Abbatiſsę S. Petri Florentiæ *to. 3. Vghel. p.* 122. & Ep. Imolenſi, *to. 2. Vghel. p.* 677. & Archiep. Colon. ſub Eugen. III. *to. 10. Concil. p.* 1054. & Anno 1153. Canon. S. Petri *to. 10. Concil. p.* 1054. ſub Anaſtaſio IV. An. 1123. Archiep. Piſano *to. 3. Vghel. p.* 462. & Ep.
B Fulgin. *to. 1. p.* 748. & An. 1154. Canon. Bergom. *to. 4. p.* 663. & Patriarchæ Gradenſi, *to. 5. p. 1198. & p.* 1200. An. 1157. & Anno 1158. Archiep. Sipontino, *to. 7. p.* 1123.

8. Inſtinctis, ſi quis nos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem nos cedit. 1. Cor. 11.



A*Lbertus*.... Ep. Card. *Albanus* Matthęo ſubrogatus poſt Annum 1138. ab Innoc. II. ſubſcribit Bullæ eiuſdem Innocentij datæ cænobio S. Crucis Auſtriæ, 4. Kal. Maij, An. 1139. & Anno 1140. die 13. Kal. Ian. pro Monaſterio Hemnerodij Treuiren. Diæceſis, apud Gaſparem Iongelinum, in notitia Abbatiarum Ord. Ciſtescien. Vir modeſtię ſingularis, patientia, humilitate glorioſus.

9. Tuli de Tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos Principes. Deut. 1.



P*Etrus* de Papareſchis Germanus frater Papæ Innoc.. II. in ſexta Cardinalium electione promotus Epiſcopus Cardinalis Albanus; non priùs eligitur ab Innocentio; volens iſte inuidiam effugere Sciſmaticorum, & queſtus, quod familiam exaltaret. Adfuit Petrus electioni Cęleſtini II. Lucij II. Eugenij III. Eius memoria in Bulla S. Fridiani Lucenſis

Anno

An. 1143. ſub Cæleſtino II. & Ep. Feſulano *to. 3. Vghel. p. 313.* & Anno 1144. pro Cluniacen. *to. 10. Concil. p. 1039.* ſub Lucio II. ſub Eugenio III. Anno 1145. pro S. Fridiano Lucen. Abſoluit Petrus fabricam Callixti tit. S. Mariæ incœptam ab Innocentio II. & in eadem Baſilica, intra portam maiorem corpus Pontificis ſepeliuit. Sexta Petrum promotione Innocentius elegit, Sapientiam preſerre volens conſanguinitati. Eius inſignia habes in Innocentio II. Papa,

Presbyteri Cardinales ſub Innoc. II.

10 SVaſinus Presb. Card. *S. Stephani in monte Cęlio,* ſubſcribit litteris Innocentij II. datis Gregorio Ep. Bergomenſi, An. 1141. Idib. Decemb. apud Vghellum, *to. 4. Italia S. p. 657,*



11 GRatianus Presb. Card. *S. Sabinę in Auentino,* ſubſcribit cum Innocentio II. pro Greg. Ep. Bergom. 13. Kal. Iunij, An. 1141. apud Vghellum, *to. 4. Italia S. p. 657,*

12. *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Lucæ. 4.



BAlduinus natu Piſanus non Gallus (vt ſcribunt Ciaconius, & Panuinius) alumnus S. Bernardi ex Monacho Ciſtercienſi, Archiep. Piſanus, & Cardinalis Presbyter S. R. E. *tit.....*

Natu fuiſſe Piſanum teſtatur Arnoldus Carnotenſis Balduino Coęuus; & Bernardus Abbas Bonæ Vallis *l. 2. c. 8.* qui Bernardi recenſens alumnos, viuente eodem S. Bernardo, toti Orbi præſidenres, hoc ſpeciale in Balduino laudat, quod alijs in diuerſa loca translatis, & veluti in alieno foro lucentibus; ſolus Balduinus ſpeciali dei gratia, quamuis nemo Propheta in patria, natali ſibi vrbi præſideret. *In Tuſcia Piſis natalis ſoli gloria, & magnum Eccleſię lumen Balduinus effulſit.* Natu ergo Piſanus, non Gallus. Decipitur etiam Baronius, qui Balduinum Cardinalem, Arcihep. Piſanum cum Balduino Abbate Reatini Monaſterij confundit. Ad hunc officioſiſſima extat S. Bernardi ep. *n.* 201. Abbas iſte S. Paſtoris in Diæceſi Reatina, Ordinis Ciſtercienſis, filius fuit Bernardi 10. Marſorum Comitis & frater Rainaldi Abbatis Caſſinenſis S. R. E. Cardinalis natu Regnicola, qui plenus meritis obijt Sal. Anno 1140. ſepultus in Reatina Cathedrali, vbi inter Beatos colitur, die anniuerſaria 15. Iulij, vt in Menologio Ciſtercienſi Idibus Iulij. *In Gallia Beatus Balduinus Monachus Clarę Vallis, Sanctiſs. patris noſtri Bernardi diſcipulus, & ab eo ſpeciali amoris pręrogatiua dilectus, vir in diuinis, & humanis rebus ſufficienter inſtructus, & ſingulari ſanctitatis opinione celeberrimus, qui Reatini Cænobij Abbas inſtitutus pijſſimis moribus, & Angelica conuerſationis exemplo Monachos cura ſua traditos informauit.* Concordat Ferrar. *in Catalogo S. S. qui in Martyrol. non recurrunt Romano,* & *Tabul. monum. Eccleſ. Reatina.*

Balduinus verò Cardinalis ex ſimplici Monacho vocatus fuit ad Archiep. Piſanum, & purpuram Cardinalitiam (vt rectè probat Chriſoſtomus Henriquez in *annotationibus ad Menologium Ciſtercienſe, die 15. Iulij*) non ex Abbate qualis erat Balduinus Abbas Reatinus. Iſte obijt, & colitur 15. Iulij Balduinus Cardinalis obijt, & colitur die 6. Octob. vt in ſupracitato *Menol. Ciſter.*

Pridie Non. Octob. .... die 6.

Piſis in Tuſcia depoſitio B. Balduini Monachi Clarę Vallis, & S. Bernardi diſcipuli: qui vocante Deo Piſanus Archiep. & S. R. E. Cardinalis creatus eſt; & poſtquàm ſuos ſumma cum laude rexiſſet, magna Sanctitatis opinione, & diuerſarum virtutum gloria ornatus hominem exuit. Quàm piè, quàm ſancte munus obierit? habes breuiter in libro Virorum Illuſtrium Ordinis Ciſtercien. *d. 2. c. 23. Conſecutus huius ampla Dignitatis eminentiam tanta ſpiritualis ſapientia luce refulſit, tantaque auctoritate, ac ſpiritus libertate officium ſuum exercuit, tanta nihilominus manſuetudine, & humilitate verum ſe Monachum Pontificali culmine demonſtrauit vt non ſolùm Ciſtercienſis Ordo, verùm & vniuerſi fideles per vniuerſam Italiam gratularentur uehementer, gratias agentes Deo, qui ſplendidiſſimam hanc columnam, & fulcimentum inconcuſſum Sancta Eccleſia ſuę, temporibus ipſorum conceſſiſſet.* Primus iſte, qui Ordini Ciſtercienſi intulerit Cardinalatum. Purpura decoratur ab Innocentio II. in prima Cardinalium creatione habita in Concilio Claromontano, & primis omnium nominatur, & publicatur ab Innocentio; teſte Ciaconio. Comes fidelis ipſius Pontificis diſputationi interſuit, quam Petrus Diaconus nomine Monaſterij Caſſinenſis habuit cum Guidone, & Gerardo Romanis Cardinalibus, poſtea Romanis Pontificibus, vt idem Petrus teſtatur *lib. 4. Chron. Caſſin. c. 116. & 119.* Miſſus ad Caſſinenſes cum Rainaldo Abbate Calamentano, vt Antipapam abiurarent, ad obedientiam Innocentij II. eiuſque ſucceſſoru n Monachos reuocauit. Piſanus Archiep. renuntiatus dicitur Anno Sal. 1138. & Primas Sardiniæ, & Corſicę cum dignitate Pallij, vt ex Innocentij II. diplomate dato Laterani Kal. Maij. 1138. quod Romę aſſeruatur in Archiuio Caſtelli S. Angeli, teſte Vghello, *to. 3. Italia ſacra.* Legatus in Sardiniam excommunicauit Accorenſem iudicem, quam excommonicationem ratam habere, Eugenium III. Papam rogauit Bernardus *ep. 244.* ad eum data. Obijt Pridie Non. Octob. An. 1145. ex Vghello: vel ex Frizonio An. 1146. & inter Sanctos Canonizatos refert


fert Peralius *lib.* 2. *c.* 19. Vide Henriquez *loco cit.* Robertum Ruſcam *to.* 2. *S. S. Ord.* & apud Vghellum priuilegiorum confirmationem, quam Baldoino & ſucceſſoribus Archiep. Piſanis conceſſit Conradus Imper. Eius memoria apud Angelum Henriquez in *Lauren Euangelica*, & *to.* 1. *Annal. Ciſtercien.* Petrum Diaconum *l.* 4. *Chron. Caſſin. c.* 110. Quamuis autem inter Beatos connumeretur; ommittere non debeo quæ leguntur in Exordio Ciſtercienſi *l.* 3. *c.* 24. vt eius exemplo admoniri Eccleſiaſtici, bella abſtineant fouere ciuilia. Balduinus namque ad flammas vltrices, & purgatorias detruſus dicitur, quia occaſionem dediſſet teterrimi belli inter Piſanos & Lucenſes, vt ex citato exordio Ciſtercienſi tranſcripſit Vghellus *to.* 3. *Italia ſacra*.

13. *Beati ſunt qui te viderunt; & in amicitia tua decorati ſunt.* Eccl. 44.



LVcas natu Gallus, Presb. Card. *S. S. Io. & Pauli, tit. Pammachij*, amicus intimus D. Bernardi Clareuall. vt ex *ep.* 144. *ad ſuos Clareuallen. Rogate pro D. Cancellario S. Haymerico Card. qui mihi pro matre eſt, & pro ipſis, qui cum eo ſunt, D. Luca. D. Chryſogono, qui ſe nobis exhibent fratres vterinos*. Renuntiatus ab Innocentio II. in prima Cardinalium promotione ſubſcripſit eiuſdem litteris An. 1132. Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 964. & An. 1133. Monaſter. S. Facundi *to.* 10. *Concil. p.* 965. Anno 1133. Archiep. Ianuen. *to.* 4. Vghel. p. 1186. Et Artoni Ep. Piſtor. An. 1134. & An. 1135. pro Canon. Bergom. *to.* 4. *Vghel. p.* 651. & Archiep. Piſano *to.* 3. *Vghel. p.* 451. *& p.* 361. & pro Benedicto Monacho S. Crucis de Auellana Ep. Fulginati. Item Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1186. Anno 1136. Eccleſiæ Roccabouecurtienſi, *to.* 10. *Concil. p.* 966. & pro confirmatione Montis Deſiderii, *ib. p.* Item Cluniacen. An. 1137. ib. Et Anno 1138. Ciſtercienſibus; & Archiep. Ferrar. Anno 1139. *to.* 2. *Vghel. p.* 570.

14. *Cum probi, cum boni coeunt; cum pij, cum caſti congregantur; non eſt factio dicenda, ſed Curia.* Tertullianus, c. 40. Apolog.



MArtinus, teſte Gaſparo Iongelino in *purpura D. Bernardi*, Franciſco Zazzera, & Ciaconio, natu Italus, non Gallus, patria Genuenſis Presb. Card. *S. Stephani in Cælio Monte*, teſte Ciaconio ex nobiliſſima Cyborum familia ortus, Monachus Ciſtercienſis, S. Bernardo Claræuallenſi charus, cuius virtutes breui perſtringit Menologium Ciſtercienſe, Die 21. Septemb. *In Gallia Beatus Martinus Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, qui Ordinem Ciſtercienſem ſub diſciplina Sanctiſſimi Patris Bernardi profeſſus, omni virtutum genere floruit, & per varias piorum operum exercitationes ad faſtigium perfectionis euaſit, ac tandem egregiorum meritorum intuitu, ſacra purpura donatus, admirandis paupertatis, humilitatis, prudentiæ, & diſcretionis exemplis effulſit*. Huius S. viri laudes proſecutus eſt S. Bernardus *l.* 4. *de Conſider. ad Eugen. c.* 5. verbis ſequentibus. *Dignum nunc ad memoriam venire factum dulcis memoriæ Martini noſtri. Noſti hoc, ſed an memineris? ignoro. Is Cardinalis Presb. functus aliquando legatione in Dacia, tam pauper remeauit, vt expenſis & equis deficientibus, vix perueniret Florentiam. Ibi Epiſcopus loci donauit ei equum, quo Piſas vſque vbi eramus, tunc peruentum eſt. Poſtridie credo ſecutus Epiſcopus (erat enim ei cauſa cum aduerſario, &* agendi

A *aderat dies) cœpit requirere ſuffragia amicorum. Cumque per ſingulos ſollicitaretur, ventum eſt ad Martinum. Fiducia erat maior in illo, qui non poſſet immemor eſſe recentis beneficij. Tunc Martinus: decepiſti me (inquit) neſciebam imminere tibi negotium. Tolle equum tuum, ecce in ſtabulo eſt, & hora eadem reſignauit illi. Quod dicis mi Eugeni? Nonne alterius ſeculi eſt, rediſſe Legatum de terra auri, ſine auro. Tranſiſſe per terram argenti, & argentum neſciuiſſe? Donum inſuper, quod poterat eſſe ſuſpectum reiecisse;* His tandem eumdem Martinum, & Gaufredum Ep. Carnotenſem extollit. *O ſi talium daretur virorum copia, quales perſtrinximus nunc? Quid te felicius, quid illo iucundius ſeculo? Nonne ſecunda ab*

B *æternitate illorum tibi temporum beatitudo videretur, cum te quaquàm verſum procedens ſtipatum videres tam inclyto agmine beatorum? Si & altum trahens ſpiritum tecum loqueris, putas fore poſſe quod dicitur? Putas hic ſumus, quouſque hæc fiant? Quis det viuere, vt videre contingat? O ſi viderem in vita mea Eccleſiam Dei talibus innixam columnis! O ſi Domini mei ſponſam tantæ commiſſam ſidei, tantæ creditam puritati! Quid me beatius quidue ſecurius? cum eiuſmodi circa me vitæ meæ & cuſtodes ſpectarem ſimul & teſtes, quibus omnia mea ſecreta ſecurè committerem, communicarem conſilia, quibus me totum refunderem tanquàm alteri mihi. Qui ſi vellem aliquatenus deuiare, non ſinerent: frænarent præcipitem, dormi-*

C *tantem excitarent: quorum me reuerentia & libertas extollentem reprimeret, excedentem corrigeret; quorum me ſubſtantia & fortitudo nutantem firmaret, erigeret diffidentem: quorum me fides & ſanctitas ad quæque ſancta, quæque honeſta, ad quæque pudica, ad quæque amabilia, & bonæ famæ prouocaret.*

Concordat Tabula Cardinalium Ordinis Ciſtercienſis, quæ aſſeruatur in caſtro Gillei propè Ciſtercium in Gallia, vbi pictura extat antiqui operis referens ſtemma familiæ de Cybo; in campo ſcilicet rubro tranſuerſum balthæum, triplici tractu, aureo, cæruleoque teſſelarum, cui imminet galerus Cardinalitius, cum ſubiecta epigraphe.

D *Martinus de Cybo, Italus, Genuenſis, non indignus S. Bernardo Magiſtro diſcipulus, Monachus Claraualliſ per varias operum piorum exercitationes ad perfectionis ſtudium euaſit. Aſſiduis ieiunijs corpus ſuum vir pius affligebat, & ab omni ſæcularium rerum conuerſatione ſemotus, non niſi orationi, lectioni, ac cæleſtium rerum contemplationi incumbebat. Ad maiora tandem aſſumptus Anno 1130. ab Innocentio II. in prima Cardinalium creatione Claromonte in Gallia habita. Titulo S. Stephani in monte Cælio, S. R. E. Presb. Card. eſt renuntiatus, & paulò poſt* Lega-

Legatus Apoſtolicus in Daniam miſſus, de quo legatione viriq́ue ſanctimon a D. Berna dus lib. 4. de Conſid. ſic loquitur. Dignum nunc ad medium venire factum dulcis memoriæ Martini noſtri, &c.

Ex Danica legatione reuerſus adſuit Synodo Piſanæ, in qua Patres retulere inter Sanctos Hugonē Ep. Grationopolit. ſubſcripſit litteris Archiep. Ianuen. An. 1133. *to. 4. Vghel. p.* 1186. & 12. Kal. Ian. 1134. ſubſcripſit priuilegio Eccleſiæ Piſtorienſis; *to.* 10. *Concil. p.* 948. *& to.* 3. *Vghel. p.* 361. Poſtea 13. Cal. Iulij 1135. pro Canon. Bergomen. apud Vghellum *to. 4. Italiæ p.* 651. & 10. Cal. April. 1137. pro Canō. Regulat. S. Mariani Eugubij. An. 1138. pro Archiep. A Piſano *to. 3. Italia, p.* 453. & An. 1139. 10. Kal. Iunij, Ep. Ferrar. *to. 2. Vghel. p.* 570. Anno 1140. pro Vercellenſi. An. 1141. pro S. Ambroſio Florent. & Eccleſ. Feſulana: *to. 3. Vghel. p.* 315. & pro Monaſterio S. Ambroſij de petra plana, apud Vghel. *to. 3. p.* 121. & 7. Cal. Maij 1142. pro Canon. Vercellen. apud Vghellum *to. 4. p.* 1076.

Lege Chryſoſtomum Hēriquez in Faſciculo Ord. Ciſter. *to. 1. l. 2, d.* 10. Librum *Virorum Illuſtrium Ciſtercien.* Bernab. Montalt. in *Hiſt. Ciſtercien.* Guidonem Claraualllen. *De Viris Illuſtribus Ord: Ciſter.* Godefredum Claraualllen. Anonymi Chronicon.. Ægidium B Damnis. In *Martyrolog. Ciſtercien,*

15. *Sciſſis veſtibus indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore.* Geneſ. 37.



ACtus vel Azo natu Placentinus, prępoſitus Collegiatę S. Antonini, Presb. Card. *S. Anaſtaſiæ* creatus ab Innoc. II. in prima Cardinalium promotione, teſte Ciaconio, conſacrauit Ferrariæ Eccleſiā Cathedralem S. Gregorij, teſte *Carolo Sigonio*, obijtque ſub eodem Innocentio, vt ex litteris ad Canonicos Placentinos, quarum initium. C

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilectis filijs Canonicis S. Antonini, Placentiæ Salutem.

De Morte quidem Chariſſimi filij noſtri Azonis Presb. Card. Prapoſiti veſtri tantò ampliùs condolemus, quanto magis perſonam eius amabamus, atque in eius obitu maiora S. R. E. & nobis obſequia ſunt ſubtracta &c.

Eius nomen recurrit in litteris eiuſdem Innocentij II. datis, 13. Kal. Iunij, 1133. Petro Prępoſ. Bergomenſi, apud Vghellum *to. 4. Italiæ S. p.* 651.. Azonem hunc Tudertinum dicit ex familia de Artis, in *Annalibus Vmbriæ*, Ludouicus Iacobillus. Familia hæc Romæ viget, teſte *Silueſtro Petra Sancta*. D

16. *Qui parcè ſeminat, parce & metet.* 1. Cor. 9.

GVido de Caſtello, natu Tuſcus, Typhernas ex Diacono Card. *S. Mariæ in Via Lata,*



Presb. Card. *S. Marci*, Papa futurus nomine *Cæleſtini II.* Is Ille forſan, qui cum eodem Innocentio II. ſubſcripſit pro Canonicis Vercellen. An. 1142. apud Vghellum *to. 4. Italiæ, p.* 1076. his verbis: *Guido S. R. E. indignus Sacerdos.* & An. 1134. Ep. Feſulano, *to. 3. Italiæ p.* 412. Parcè ſeminaſſe arguitur, quia Papa dictus Vuillelmum in Archiepiſcopum conſacrauit Ebracenſem (quem Innocentius II. ob ſcelera nefaria iuſte depoſuerat) declamante S. Bernardo, & Celeſtinum ipſum acri ſtylo pungente.

17. *Corona dignitatis Senectus.* Prouer. 16.



HVbaldus de Lunata Lucenſis Presb. Card. *S.....* ſubſcribit Bullę Innoc. II. Anno 1135. pro S. Fridiano Lucenſi, teſte Ciaconio, quo teſte S. Bernardus *lib. 4. de Conſiderat.* memoriam facit Hubaldi, ſed ego in loco non inueni citato. Diu vixit in Cardinalatu Venerabilis toti Eccleſiæ Senarui, nam ſolo titulo Cardinalis reperitur ſubſcriptus *Hubaldus Cardinalis* Anno Sal. 1171. in diplomate Alexandri III. ad Syrum Archiep. Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1201. ante omnes Epiſcopos Cardinales tanquàm Decanus Sacri Collegij. Inſignia eius ex M. S. Cornelio deſumpſi.

18. *Instructo ſacrificio Abraham; deſcenderunt volucres ſuper cadauera; & abigebat eas Abraham.* Geneſ. 13.



GVido, ſeu Vido Epiſcopus Tiburtinus Manfredi ſucceſſor, purpura decoratus ab Innoc. II. in tertia creatione tit. Presb. Card. S..... Vnde eius diplomati dato Laterani reperitur ſubſcriptus An. 1138. 12. Kal. Ianuarij. Monaſterio Saxi viui; & Baſilicæ S. Petri de Vrbe. Priuſquàm Cardinalis crearetur, ſubſcripſit tanquàm Ep. Tiburtinus diplomati Honorij II. 12. Kal. Aug. 1126. Rogerio Archiep. Piſano: vt apud Vghellum *to. 3. Italiæ Sacræ* his verbis: *Ego Guido Ep. Tiburtinus ſubſcripſi.* Gentis fuiſſe Capranicæ tres monſtrant in M. S. Cornelio Cupreſſi Praſinę, in truncis adſtrictę loro puniceo, cuius nodulum excipit Anchora. Plures Guido paſſus erumnas, & pertinaces emulationes, dum aris totus intentus Romanis, virtutibus inuigilat, moleſtiſſimis turbatur inuidentium accuſationibus; quas tamen facile confutauit vt Abraham, dum aues abigeret.

19. Corona Senum multa peritia.
Eccl. 25.



STantius, vel Stamius Presb. Card. *S. Sabinæ in Auentino* teſte Ciaconio, & Panuinio, litteris ſubſcribit Innocentij II. Archiep. Piſano, An. 1138. *to. 3. Italiæ p.* 453, & An. 1142. pro Cluniacen, 14. Kal. Iunij, *to. 10. Concil. p. 963.* & Canonicis Vercellenſibbs. apud Vghellum *to. 4. Italiæ p. 1076.* Obijt ſub eodem Innocentio II. non enim legitur adfuiſse creati i Celeſtini II, Senex & prudens. A

20. Sepelite me cum patribus meis,
Geneſ. 49.



GRiffo ex *Ciaconio*, vel Guſto ex *Panuinio* Presb. Card. *S. Pudentianę tit. Paſtoris* creatus ab Innocentio II. cui idem Pontifex donauit corpus S. Romani, quod Ferrariam delarum conditum eſt in ſepulcbro marmoreo intra templum eidem Sancto dicatum. Non cohærent tamen, quæ à Guarino ſeribuntur, Griffonem ornatum fuiſſe priuilegijs à Lucio II. R. P. quia obijſſe neceſſe eſt ſub eodē Innocentio II. cum in eodem titulo S. Pudentianæ duo alij legantur Cardinales promoti ab Innocentio II. niſi dicere velimus cum Oldoino, ad alium titulum Cardinalitium ſuiſse translatum: quia in eodem titulo non permittuntur viuere Cardinales. Vghellus tamen *to. 2. Italia Sacra: in Ep. Ferrarien. p. 571.* contendit eumdem titulum eodem tempore duos obtinuiſſe Cardinales. Eius Cadauer iuxta tabulas teſtamenti ſepultum iacuit cum patribus ſuis. B C

21. Cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum. 2. Ihren.



CHryſogonus..., Presb. Card. *S. Praxedis* ex Diacono Card. S. Mariæ in Porticu, teſte Ciaconio, creatur ab Innoc. II. in quarta Cardinalium creatione diplomati ſubſcribit eiuſdem Innocentij pro Canonicis Veronen. *to. 5. Italię Sacræ p. 717.* Vghellus Anno 1140. Moriens vocauit Pontificem, cuius in ſinu expirauit. D

22. Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Lucę. 12.

LVcius Boetius in quarta Cardinalium promotione, ex Diacono Card. *S.S. Viti, & Modeſti in Macello* Martyrum, creatus Presb. Cardinalis *S. Clementis*, reſte Ciaconio, & Andrea Victorello ex Monumentis, & Chronico patuo Vallis Vmbroſę, ſedulus & promptus exactor voluntatis Pontificis Anno Sal. 1140. ſubſcribir cum eodem Innocentio apud Vghellum *to. 3. p.* 121. pro Cæcilia Ab. S. Ambroſij de petra plana, An. 1141. & Ep. Feſulano. *p.* 315. & pro Ep. Ferrar. An. 1139. *to. 2. Vghel. p.* 570.

23. Pax bonarum artium decora mater.
Caſſiodor. 1. Var. 1.



GRegorius Presb. Card. *S. Marię Tranſtyberium, tit. Callixti*, teſte Ciaconio, quem poſtea promotum in Ep. Card. *Sabinum*, notat Panuinius. à quo diſſonat Vghelius: Bullæ ſubſcribit eiuſdem Innocentij II. An. 1141. pro Eccleſia Parmenſi, & 1142. pro S. Matia de Rheno Bonon. Adſuit crearioni Cæleſtini II. ſub quo, Anno 1143. bullæ ſubſcripſit pro S. Fridiano Lucenſi. Promouit poſtea Lucium II. cuius diplomati dato Laterani, Anno 1144. ſubſcripſit. Promouit etiam Eugenium III. cum quo ſubſcripſit, An. 1145. pro S. Frid. Lucenſi, & Ep. Veronenſi *to. 5. Vghel. p.* 735. Anno vero 1150. Canon. Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1194. Anno 1151. pro Archiep. Colon. *to. 10. Concil. p.* 1056. Anno 1152. pacis interpres inter Eug. III. & Fridericum Imperatorem, probauit articulos, quos ex Vaticano Codice deprompſit Baronius. Anno 1153. diplomati Eugenij III. pro Canonicis S. Perri ſubſcripſit, *to. 10. Concil. p.* 1054. & Ep. Feſulano *to. 3. Vghel. p.* 317. & Archiep. Piſano *p.* 462. & Ep. Fulginari, *to. 1. p.* 748. Adſuit poſtea comitijs Hadriani IV. cum quo ſubſcripſit Ep. Bergomenſi, *to. 4. Vghel. p.* 663. quem promouit tanquàm Prior Presbyterorum Cardinalium, diuerſus à Gregorio Ep. Card. Sabino, qui erat *Gregorius de Suburra* nepos Anaſtaſij. IV.

24. Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem, ſed ſacrificia: & victimę domini dei Iſrael ipſe eſt hereditas eius. Leui hęreditate caret; vt ei reliquæ Tribus poſſent eleemoſinas elargiri.
Ioſue. 13.



IVo natu Gallus, Presb. Card. *S. S. Laurentij, & Damaſi* ab Innoc. II. in quarta Cardinalium promotione creatus, intimus S. Bernatdi, qui ad eum epiſtolam dedit n. 103. contra Petrum Abailardum; *Magiſter Petrus Abailardus ſine regula Monachus, ſine ſolicitudine Prælatus, nec ordinem tenet, nec tenetur ab ordine.* Erga paupetes pronus, & Monachorum alimenta ſollicitus, motiens ſub Innoc. II. ſcripto teſtamento plures deſignauit hæredes, partium facta deſignatione; Reſiduum duobus

bus

bus Abbatibus ibi aſſiſtentibus, & S. Bernardo abſenti propter publica Eccleſiæ Romanæ negotia, commiſit, eò quod *illis nota eſſent loca pauperiora Sanctorum. Porrò Abbates illi domum venientes, & non inuenientes Bernardum, pecuniam ſicuti eis viſum eſt, diuiſerunt, Bernardo non ſolùm non conniuente, ſed neſciente quid fecerint*. Accuſatus verò Bernardus apud Innocent. II. P.P. Defuncti pecuniam perperam diſtribuiſſe, proprerea indignationem Pontificis paſſus, ſe excuſauit *ep.* 218. Priuſquàm moreretur Iuo, rogante Comite Theobaldo, Anno Sal. 1141. in Galliam Legatus nomine Innocentij II, Rodulphum Vitemandonem Comitem, qui legitima vxore dimiſſa, A Petronillam duxerat ſororem Regis Francorum, excommunicauit; Bartholomæum verò Ep. Lugdunenſem, Simonem Nomonenſem, & Petrum Vilnanectenſem, qui diuortium probauerant, officio ceſſare mandauit. Eius memoria in litteris Innocentij II. An. 1139. Ep. Ferrar. *to.* 2. *Vghel. p.* 570. An coincidat cum Iuone Card. S. S. Laur. & Damaſi? quem habes n. 17. ſub Honorio II. dubium.

25. *Memento quod ventus eſt vita mea.* Iob. 7.



G*Regorius* Presb. Card. *S. Priſca* ſubſcribit litteris Innocentij II. datis 13. Kal. Iunij, 1135. Petro Præpoſito Bergomen. apud Vghellum in Ep. Bergomen. *to.* 4. *Italia S. p.* 651. Obijt ſub eodem Innocentio II. quia Anno Sal. 1140. alius legitur Cardinalis tit. S. Priſcæ, nomine Raynerius, & paucos menſes abſoluit in purpura Cardinalis iſte, vt & duo immediate ſequentes.

26. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego illic & miniſter meus erit.* Io. 12.

P R S T E B

P*Resbyter*.... Presb. Card. *S. Pudentianę, tit. Paſtoris* in quarta Cardinalium promotione creatus ab Innocentio II. ſubſcribit Bullę eiuſdem Innocentij, Anno 1140. Pro *S. Saluatore de Vluano*; & pro Canon. Veron. *to.* 5. *Vghel. p.* 717.

27. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* 1. Cor. 12.

B*Ernardus* Presb. Card. *S. Chryſogoni* ſubſcribit litteris Innocentij II. Archiep. Piſano, Anno 1138. *to.* 3. *Italia*, *p.* 451. Obijt ſub eodem Innocentio, & ſucceſſorem habuit Guidonem Bellagium.

28. *Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.* 1. Ser.



G*Vido* Bellagius Florentinus Tuſcus Presb. Card. *tit. S. Chryſogoni* (teſte Guillelmo Tyrio. *l.* 17. *c.* 1. Ciaconio, Panuinio) ex familia fuiſſe *Bellagia* reſtis eſt Ioannes Villanus *l.* 12. *Hiſtor. c.* 7. in IV. Promotione Cardinalium ab Innocentio II. creatus eiuſdem diplomati ſubſcribit pro Petro Abbate Cluniacenſi Anno Sal. 1142. *to.* 10. *Concil. p.* 963. & pro Vercellen. apud Vghellum. *to.* 4. *p.* 1076. pro Eccleſ. Veron. An. 1140. Adeſt creationi Cæleſtini II. cum quo ſubſcribit priuilegio dato pro S. Fridiano Lucenſi, An. 1143. Suffragatur electioni Lucij II. & cum eo ſubſcribit pro S. Bened. de Mantua, An. 1144. Eligit tandem Eugenium III. & cum eo ſubſcribit diplomata pro Eccleſia Veronenſi Anno 1144. & 1145. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. Poſtea miſſus ad Ludouicum Francorum Regem, eumdem comitatur in Syriam, vbi in conuentu Regum, & Principum, præfuit vti Legatus Sedis Apo-
B ſtolicæ, teſte *Tyrio*. Romam reuerſus ad probauit ſubſcriptione ſua priuilegium datum Canonicis S. Petri, quod apud Baronium legitur Anno 1153. Eodem Anno, ſed cum Anaſtaſio IV. pro Ep. Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 316. & Archiep. Piſano, *p.* 462. *ib.* Ep. Artenſi, *to.* 4. *Vghel. p.* 522. pro eodem An. 1154. *ib.* pro eodem An. 1156. *ib.* pro Fulginat. An. 1153. *to.* 1. *p.* 747. & Abbati S. Nazarij, Anno 1158. *to.* 5. *Vghel. p.* 746. & Patriarchæ Gradenſi, An. 1157. *to.* 5. *p.* 1198. & *p.* 1200. & *to.* 10. *Concil. p.* 1172. Ætate longæuus promouit Anaſtaſium IV. cuius bullæ datæ Laterani ſubſcripſit, Anno 1154. & Hadrianum IV. cum quo, pro Eccleſia Piſana ſubſcripſit Anno
C 1156. Huic Cardinali Oldoinus tres gladios pingit, pro inſignibus contra Ciaconium, qui Roſas appoſuit; auctoritate Vghelli in *Italia Sacra*; loco tamen voluminis non expreſſo, vnde Anni non ſufficiant ad inquirendum. À Ciaconio porrò non recedam, quod Bellaię gentis ſtemma *Roſa* fuerit vt in *Teſſeris Gentilitijs Petræ Sanctę*. Eccleſiaſticæ propugnator libertatis, Sacerdotij munus magna gloria inuigilauit, terrenis fulgoribus; quamuis ad Reges Legatus, & in aulis honorifice acceptus, Principum gratiam abundè promeritus.

29. *Delicta iuuentutis meæ ne memineris Domine.*
D Pſal. 14.

R*Aynerius*... in quarta Cardinalium promotione ab Innocentio II. promotus Presb. Card. *S. Priſcæ* ſubſcribit diplomatibus pro S. Fridiano Lucen. An. 1140. Parmenſi, An. 1141. *S. Maria de Rheno, Bonon.* An. 1142. pro Canonicis Vercellenſibus apud Vghellum *to.* 4. *p.* 1076. Adeſt coronationi Cæleſtini II. cuius bullæ pro S. Fridiano Lucen. An. 1143. ſubſcribit: & pro Ep. Feſulano *to.* 3. *Vghel. p.* 313.

313. Creat Lucium II. & cum eo Laterani ſubſcribit, Anno 1144. pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 1039. cum Eugenio III. pro S. Fridiano Lucen. An. 1145. & pro Ep. Veronen. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. Vir ante purpuram valde ſęcularis; in purpura vere Eccleſiaſticus.

30. *Dixit Dauid ad Dominum, cum vidiſſet Angelum cædentem populum: ego ſum, qui peccaui: iſti qui oues ſunt quid fecerunt? Vertatur manus tua contra me.*
2. Reg. 24.

GOizo... Presb. Card. *S. Cæciliæ*, teſte Ciaconio, in IV. promotione creatus ſubſcribit A
Bullæ Innoc. II. pro S. Saluatore de Viuano Anno 1140. Parmen. An. 1141. S. Maria de Rheno Bonon. An. 1142. pro Petro Abb. Cluniac. *to.* 10. *Concil. p.* 965. Canon. Vercellen. *to.* 4. *p.* 1076. apud Vghellum. Sub Cæleſtino II. pro S. Fridiano Lucen. An. 1143. & Ep. Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 313. Sub Lucio II. pro S. Bened. de Mantua, An. 1144. Obijt ſub eodem Lucio, nam ſub Eugenio III. in eodem *tit. S. Cæciliæ* legitur alius Cardin. nomine *Iordanes. to.* 10. *Concil. p.* 1054. Ex M. S. Cornelio Cardinali appoſuimus inſignia ſupradicta. Huius memoriam fieri
B apud Vghellum in Italia Sacra, quæ in tomos 9. diſtribuitur, notat Oldoinus, & more ſuo paginam non aſſignat, nec volumen; vnde pro qualibet citatione, conſumenda ſit vita hominis, nouem volumina perquirendo. Supple Lector, & lege Vghellum *to.* 5. *Italia Sacra p.* 717. in Ep. Veron. & *to.* 3. *p.* 121. An. 1141. pro Cecilia Abbat. de petra plana. Vir Reipublicæ natus, in Romana Epidemia, pertuguria curſitans pauperum ſemper ſeipſum poſtpoſuit, & orationibus Deo ſe obtulit holocauſtum pro peccato.

31. *Ab alienis parce ſeruo tuo.* Pſal. 18.



RAbaldus ex Ciaconio, vel Riboldus ex Vghello in quarta Cardinalium promotione creatus Presb. Card. tit. S... poſtea Epiſcopus Mutinenſis, teſte Ciaconio, & Vghello *to.* 2. *Italiæ Sacræ in Ep. Mutinenſ. p.* 148. conuentui interfuit Veronenſi, quem habuit Peligrinus Patriarcha Aquileienſis pro conſecratione Eccleſię S. Georgij in Canonica, vt ex lapide marmoreo litteris inciſo veteribus, in eccleſia S. Helenæ, vel S. Crucis ſita prope Eccleſiam Cathedralem. Inſcriptionem habes apud Vghellum, *to.* 5. *Italię Sacræ p.* 711. *in Ep. Veronen.* Electus eſt poſtea Epiſcopus Mutinenſis, vt ex eiuſdem Eccleſiæ Tabulario oſtendit Ciaconio Ægidius Fuſcararius Ep. Mutinen. Huius Epiſcopi & Cardinalis temporibus (ait Vghel. *to.* 2. *cit.*) Eugenius III. P.P. Anno 1146. Mutinenſem ciuitatem dignitate priuauit Epiſcopali, quòd eius ciues Nouantulanam Abbatiam, contra Pontificis auctoritatem diuexaſſent; etſi breui rebus compoſitis Rabaldo intercedente illam pænitenti populo benignè reſtituerit. Quando obierit Rabaldus? incertum. Ob aliena peccata poſuit miſericordiam cum Dauidde, qui non tam pro ſuis, quam populi peccatis affligebatur.

32. *Solida laus eſt, quoties conueniunt indulta iudicijs, nec ſibi audet caſus adſcribere quod bonæ diſpoſitionis librat examen.*
Caſſiod. 1. Var. 22.



D. *Raynaldus* ex Comitibus Marſorum, Campanus, cognomento *Calamentanus* ab oppido Colimenti, vel Calamenti, quod Marſorum Comites poſſidebant, diſciplinam à puero profeſſus Monaſticam ſub Abbate Odoriſio II. creuit ſapiētia, & ætate, vnde mortuo Abbate Senioreto, Monachi diuiſi duos ſibi in ſchiſmate elegere Paſtores, Rainaldum aliqui Colimentanum, alij verò alterum Rainaldum Tuſcum: vtriſque tamen paulò poſt pulſis, Guidobaldus à Lothario Imperatore conſtitutus eſt, qui poſt obitum eiuſ-
B dem Lotharij, vitioſam perpendens electionem ſuam ſponte cedens dignitati, Monachis ſuaſit optimum ſibi conſtituere Paſtorem. Coactis propterea comitijs, Idib. Nouemb. 1138. Rainaldus Colimentanus omnium ſuffragijs Abbas dicitur, & ab Innocentio II. conſacratur; imò in quinta Cardinalium creatione, Presb. Cardinalis *S. S. Petri, & Marcellini* renuntiatur. Caſſinenſem Præfecturam Annis geſſit XXIIX. & Menſibus octo; *longam aquè* (ait M. Anton. Scipio Placent. in elog. Abbatum Caſſin. *n.* 47.) *ac multis implicitam difficultatibus, ſed tanta animi virtute, ac conſtantia, vt rerum aduerſarum multitudine circumuentus, nec animum de-*
C *ſponderit, nec ſuperari vnquàm potuerit. Reges, ac Regna, quæ aduersùs illum facta conſpiratione coniurauerant non modò ſuſtinuit intrepidè, ſed incredibili etiam ęquanimitate, ac patientia, mitigatis aduerſariorum animis ſibimet conciliauit, ac deuinxit. Rogerius Rex Siciliæ Rainaldi electionem moleſtiſſimè ferens, cœnobio eiuſque locis omnibus iniecto terrore grauiſſimas clades, atque adeo exitium minitabatur; & vt dictis reipſa fidem faceret, quidquid argenti, atque auri in theſauris habebant Caſinates, ſimulque auream tabulam eximij operis, ac pretij quæ D. Benedicti ara, diebus feſtis ſolemnioribus prętendebatur, per vim ac ſcelus aſportauit. Oppida S. Angeli. S. Victoris. S. Petri in fine, Camini, Cardeti, Vandrę*
D *& Pedemontis, ſubiecto igne deformauit: alijs præterea detrimentis, & calamitatibus quoad vixit, ſacro Cœnobio importatis. Quamuis oppida, quæ hoſtili impetu ſub initam à Rainaldo adminiſtrationem, occupauerat, reſtituit ſponte. Rogerio nihilo mitior in Abbatem, & Monachos ſucceſſit Guilielmus itidem Rex Sicilię; omnes ab eo (duodecim exceptis) Caſino exacti, vniuerſa Monaſterij caſtra in ſuam ditionem redacta, murorumque ambitu denudata: ſed paulò poſt mutata Guillielmi mente, Abbas in gratiam receptus, Caſinates in priſtinam bonorum poſſeſ-*
ſionem

ſionem benignè reuocati, Ludouicus Franciæ, Rogerius, & Guilielmus Siciliæ, Gennarius, Turritanorum Reges, Rainaldo Abbate, diuerſis temporibus Caſinum, Religionis ergo profecti, qua liberalitate munerum, qua priuilegiorum conceſſione, ipſius Magiſtratum inſigniter nobilitarunt; ſed ipſe multò nobiliorem reddidit, excitato in Comitatu Pennenſi Oppido, cui S. Martini in ſalinis eſt nomen; ſubleuata Cœnobij diſciplina: retento in omni gubernatione, eodem ſanctitatis, conſtantiæ tenore, nullis vnquàm laboribus, nullis incommodis pro tuenda Mo- A *naſterij re, ac libertate ſuccumbens; aduerſariorum terrore, minis impugnatione vbique ſuperior: donec ætate, ac meritis grauis fato ceſſit Idibus Iulij.*

Porrò cum perdifficilis vrgeat controuerſia an hæc de Rainaldo Thuſco, vel de Rainaldo Colimentano verificentur? & Thuſcus, vel Calimentanus conſpirauerit cum Anacleto Antipapa aduersùs Innocentium? ſupradictus Antonius Scipio nomen Colimentani expurgare prætendit ſcheda ſequenti, quam in Archiuo Caſinenſi dicit aſſeruari.

An.Dom.	Indic.	Concur.	Epait.	Ter.Sept.	Initium Sept.	Ter. paſ.	Initium paſ.
MC.XXXVI	XLV.	III.	X V.	K XVI.Feb.	XV.Kal.Feb.	XII.Kal.Ap.	XI. Kal. Ap.

Obijt ſenioretus Abbas. Rainaldus Tuſcus fit Abbas, Imper. Barim vſque peruenit. Cui penè ſe tota Apulia tradidit, Innocent. PP. cum Duce Baioariæ per totam Tuſciam iter agens, omnibus ei ſe poſt Romam vſq; Beneuentum tradentibus apud Barim Imperatori iungitur propter &c. Imper. tradito Ducatu Comit. Raynaldum reuuntur. B *Raynaldum huius loci Electus deponitur Guibaldus Ordinatur qui poſt Eccleſia IV. dies recedit. Raynaldum Col. fit Abbas et Obijt Lotharius Imper, M.C. XXXVII. & &c.*

Præfuit Annis octo, ac viginti, & menſes octo.

Concordant Ciaconius, Panuinius, Antonius Poſſeuinus in Apparatu ſacro, cuius verba. Raynaldus Campanus, è Comitibus Marſorum, Monachus, & Abbas 47. Caſſinen. S. R. E. Presb. Card. S. S. Marcellini & Petri, ſcripſit.

Vitam S. Seueri Epiſcopi Caſſinen.

Hymnos de eodem

De S. Mauro Abbate

De S. Placido..... Quæ habentur M. S. in Breuiarijs Caſſinenſibus Anno 1560. & 1572., excuſis.

De Sanctis Benedicto, & Mauro Carmina.

His tamen reclamat Baronius *to.* 12. *Annal.* nec ſine graui fundamento, nam Petrus Diaconus qui tunc temporis viuebat, *l.* 4. *Chron. Caſſin.* ita ſcribit; Mortuo Senioreto Abbate, *Fratres vndique ad Monaſterium conuenientes, & de electione Abbatis inter ſe tractantes diuiduntur in partes, & vna quidem Rainaldum Calamentanum, qui poſt Abbas extitit. Alia Rainaldum Etrurienſem eligere diſponebant; ſed cum inter ſe plurima conferrent, viſum demum Prioribus eſt, vt electio differetur, vſquequò ad Regem Rogerium, Ro-* D *manumque Pontificem, tunc Piſis remorantem, Nuntius deſtinarent, per quos Caſſinenſis cœnobij fortunam notificare, & ſuper tali negotio illorum conſilium præſtolari valerent; ſed cum ad hoc alteram partem flectere nullo modo poſſent, contradicentibus, & renuentibus alijs, qui ſupradictum Raynaldum Calamentanum eligere diſpoſuerũt, eumdem Raynaldum apprehendentes, in Patris Benedicti cathedra illum locantes, ſibi in Abbatem conſtituunt, Reliqui vero nimis hæc indignè ferentes, clam ad Berthulfum Manſionarium, & ad Adenulphum Caſſinenſis cœnobij fratres, quos Abbas Senioretus ad Lotharium Imperatorem Legatos direxerat, Nuntium cum litteris deſtinant: per quas & Senioretus de hoc mundo migraſſe, & eumdem Raynaldum contrà Voluntatem ſuam ſeditiosè, & non canonicè electum eſſe notificabant: poſtulantes, & vt Imperatorem atque Pontificem ex parte totius congregationis rogarent, vt ex ſuis aliquem in Caſſinenſi cœnobio Abbatem conſtituerent, & in Raynaldi electione nullatenus præberent aſſenſum, prius ſe Monaſterium deſtruere, prius inde egredi, quàm illum ſibi Abbatem conſtitui proclamantes. Quod dum Raynaldus certo certius agnouiſſet, clam cum Canzolino, alijſque fidelibus Regis paciſcitur, eique fidelitatem faciens, Abbatiam illi confirmant: ſicque ſacramentum à colonis Monaſterij accipiens, à filio Petri Leonis, cuius erat Subdiaconus, in Caſſinenſi Abbatia firmatur.* Obſerua Raynaldum Calamentanum Subdiaconum fuiſſe Anacleti Antipapæ, & ab hoc in Abbatia Caſſinenſi confirmatum.

In Capite verò 150. ità proſequitur Petrus Dia- C conus. *Eodem tempore Henricus Dux Baioariæ gener Imperatoris Lotharij, tranſmiſſus cum Innocentio Papa intrauit Campaniam, & Richardum Pontificis capellanum & Monachum Caſſinen. ad Monaſterium deſtinant, mandantes, quòd ſi illos vellent recipere, & Papæ Innocentio obedientiam exhibere, ipſi pro ſuo poſſe, illos vt filios, vt fratres, vt ſocios diligerent, & Caſſinenſe Monaſterium ſub Imperatoris tutela, & defenſione ſemper haberent. Sed cum huic rei Raynaldus aurem non accomodaret, & fratres illum de Monaſterio exturbare, ſi facultas daretur, per omnia vellent, ibidem Raynaldus Fratres in Capitulum conuocans ſuadebat, vt in Regis Rogerij fidelitate manerent, vt filio Petri Leonis obedientiam conſeruarent. Adiutoriũ illis non defuturũ. Poſtremo fatetur ſe ab illis Abbatiã accepiſſe, non ab alio. Ad illorũ libitum, ſi vellent, Abbatiam dimitteret, ſi non, retineret. Et hæc quidem ore, non corde proferebat: iam enim occultè miſerat ad Gregorium filium Adenulfi de S. Ioanne, vt cum ſuo exercitu per Tirillanam Siluam, Caſſinum veniret, quatenus eius ope, & auxilio fultus, Monaſterium contra Papam, Ducem, & Monachos retinere valeret.* Hucuſque Petrus Diaconus: apud quem legere eſt in *c.* 107. quòd præualente Lotharij Imperatoris, & Papæ Innocentij II. militia coactus Raynaldus adire Pontificem, ad Lacum penſilem ſe obtulit, Vbi Papa, & Imperator caſtra

tene-

tenebat. Venienti Raynaldo obuiauere Nuntij Pontificis mandantes, *vt diſcalceatis pedibus cum Fratribus, qui ſecum erant, Papæ ſatisfacerent, & pro obedientia, quam filio Petri Leonis exhibuerant, pænitentiam recipere, & iureiurando firmare, & quidquid Pontifex præciperet, implere morigeraret, & filium Petri Leonis cum ſuis refutans anathematizaret: Raynaldus timore ductus Cæſarem appellare, & de hac re cum Imperatore conſiliaturum reſpondit, & ſic caſtra ingreſſus eſt. Poſt hæc cæpit omnibus libertatem oſtendere & quoſque venientes muneribus alligare. Moxq; antequam tentoria figerentur miſſis Nuntijs. ſuum Imperatori aduentum notificare curauit. Tunc Imperator cum ipſo, ac Fratribus pro B. Benedicti amore magnificentiam oſtendit, moxq; miſſo à latere ſuo Henrico Duce Baioariæ genero ſuo, & Rodulpho, & Ottone Palatinis Comitibus, vt tentorium, quod iuxta Papilionem Pontificis, ipſius iuſſu fixum fuerat, remouerent. Illudq. iuxta ſuum tentorium figere mandauit: aſſerens, eum Caſſinenſis Eccleſia per Carolum Magnum, & Pipinum, ſpecialis camera ſit Romani Imperij conſtituta nequaquam iuſtum eſſe capellanos Imperatoris (Monachos ſcilicet Caſinenſis Eccleſiæ) ab Imperatore ſeparari, ſed iuxta eum ſuum tentoriam figi debere, quod & factum eſt.*

Cæterum ubi Romanus Pontifex Caſſinenſem electum ab Imperatore ſuſceptum eſſe cognouit, directis Cardinalibus cepit vehementer Imperatori inſtare, iureiurando filium Petri Leonis anathematizari à Caſſinenſibus Monachis, & per ſacramentum fidelitatem, & obedientiam Papæ Innocentio, & eius ſucceſſoribus promitti faceret. Conquerens, cur excommunicati, & à liminibus Eccleſiæ ſeparati ab Imperatoria eſſent Maieſtate recepti? Renuentibus Monachis, atque dicentibus: Dominum in Euangelio, & Patrem Benedictum in Regula præcipiſſe ne iurarent, & ſe ac Priores ſuos nunquam iurandi conſuetudinem habuiſſe, fidelitatem verè neque Papæ, neque alicui ſe eſſe facturos, quippe cum ſibimet fideles eſſe non poſſent, faciendo illa, quæ Deus per B. Benedictum vetait, & dimittendo, quę obſeruare præcepit. Sicque eo die ab Imperatore diſceſſum eſt. Alio verò die Pontifex, per Aymericum Cancellarium, & Girardum, ac Guidonem Cardinales direxit, vt aut à Monachis Caſſinenſibus filium Petri Leonis anathematizari faceret, aut ab illis ſicut ab excommunicatis abſtineret.

Clementiſſimus autem, ac religioſiſſimus Imperator volens Pontifici iuſta iubenti ſatisfacere, locutus cum electo, ac ſocijs ipſius, eos ad abiurandum, & anathematizandum filium Petri Leonis, recipiendumque verum Pontificem Innocentium II. induxit: ſicque Raynaldus abiurato ſciſmate, quod hactenus ſecutus fuerat, Caſſinum redire iuſſus eſt, cum quo miſit Pontifex Balduinum Presbyterum Cardinalem, præcipiens, vt Anacletum pſeudo Pontificem Petri Leonis filium à Caſſinenſibus Monachis anathematizari faceret, ac Papæ, eiuſque ſucceſſoribus obedientiam exigeret. Quæ quidem omnia libenter fecere Caſſinenſes Monachi. Acta autem ſunt hęc apud Caſſinum, quarta, & quinta tertia hebdomadæ Septembris: cum iam Pontifex Innocentius cum Imperatore Lothario ad ciuitatem S. Germani perueniſſent.

Sequenti verò die ad Monaſterium aſcendit Imperator cum multis Prælatis, atque optimatibus, qui cum Monaſterium fuiſſent ingreſſi in capitulo reſederunt, in quo poſt peractum ab Abbate Clareuallenſi (is fuit S. Bernardus, tunc tempore Clareuallenſis Abbas) ſermonem, Cardinales à Pontifice miſſi auctoritate Apoſtolica eidem Raynaldo Caſſinenſem Abbatiam interdixerunt. Sicque vnà cum Imperatore, Epiſcopis, Archiepiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Principibus, ac Marchionibus ſurgentes, B. Benedicti ſunt ingreſſi Eccleſiam: eumdemq; Raynaldum Aimericus Cancellarius, ac Peregrinus Patriarcha Aquileienſis, & Girardus Cardinalis euocantes, depoſitionis ſententiam in eum detulerunt: & ſic iuſſu illorum, præſente Imperatore, & vniuerſis Imperij magnatibus, virgam, & annulum, nec non & Regulam ſupra corpus S. Benedi- A *cti depoſuit, & Raynaldi quidem rerum talis exitus fuit.*

Depoſito Raynaldo; Guibaldus eſt ſubſtitutus (Petrus Diaconus c. 109.) natu Lotharingus, qui timore Rogerij Siculi, reſignata Abbatia receſſit dans Fratribus eligendi facultatem, quem vellent. Hi duodecimo die à Guibaldi receſſu, *elegere Raynaldum* (P. Diac. c. III.) *eiuſdem cænobij monachum, virum vtique habitu, inceſſu, & moribus honeſtiſſimum, & diuina humanaque ſcientia clarum. Hic nobiliſſimo Marſorum comitum genere, in Valeria Prouincia, ſanguinis ſui lineam ducens, tertio ętatis ſuæ luſtro, ſub Oderiſio ſecundo, B. Benedicto oblatus; tanta morum ſuauitate,* B *tanta honeſtate, ac conſtantia, ſuper omnes coæuos ſui temporis ſplenduit, vt illud Dominicum ei poſſit aptari: Vas electionis eſt mihi, ſed ego oſtendam ei, quanta, illum oporteat pati pro nomine meo: contra hunc namque coniurauere gentes, & Regna & vt ita dicam Orbis terrarum contra eum ſurrexit: ſed galea ſalutis, & lorica fidei indutus, & P. Benedicti protectione munitus, aduerſantium, & emulantium inſidias pro nihilo duxit*, En ergo quòd Abbas Raynaldus, qui cum Antipapa Anacleto, & Rogerio Siculo conſpirauit contra Innocentium II. Papam *Calamentanus* erat; non Raynaldus, qui cognomento *Tuſcus*. Nec valeo deſerto Baronio, ſentire cum Ciaconio, & Panuinio, niſi C diſſentiam à Petro Diacono, qui vtriuſque contemporaneus erat, & in Abbatum Caſſinenſium Chronologia ita ſcribit.


Raynaldus Calamentanus, tumultuariè ac ſeditiosè electus Anacleti Antipapæ partes ſecutus eſt. Præfuit Anno vno, Menſibus ſeptem, depoſitus eſt ab Innoc. II. Menſe Septemb. An. 1137. pag. 589. 597.

R Raynaldus Etruſcus, duodecimo poſt Guibaldi diſceſſum die vnanimi conſenſu Abbas efficitur, poſtea verò ab Innocentio II. Cardinalis creatur. Eo iubente Petrus Diaconus huius Chronici ſcripſit; quare nec obitus ipſius tempus ibi aſſignatur; ex alijs autem libris M. S. habetur præfuiſſe Annis XXIIX. & Menſibus octo, obijſ- D *ſeque Anno 1166. Idibus Iulij. p. 453. 600.*

Oldoinus reiectis inſignibus huic Cardinali per Ciaconium appoſitis *montibus* ſcilicet cum *Roſa*; noua pingit idest *tres Vudas Marinas*: ſed incerto nutat vterque. Ego ex M. S. Cornelio ſupradicta adieci.

33. *Do-*

33. *Domum tuam Domine, decet Sanctitudo.* Pſal. 92.



P*Etrus*... Presb. Card. *S. Pudentianæ tit. Paſtoris*, in quinta Cardinalium promotione creatus (teſte Ciaconio, Panuinio) ſubſcribit Bullæ Innocentij II. Laterani, An. 1141. & pro S. Bened. de Mantua, An. 1142. Adfuit creationi duorum Pontificum poſt Innocentium, & di- A
plomati ſubſcripſit Cæleſtini II. pro S. Fridiano Lucen. An. 1143. decoris eccleſiaticꝭ, iuſtitię, atq. virtutis ſectator Zelotypus.

34. *Qui poſt aurum non abijt.* 31. Eccli. 8.




H*Vbaldus* Allucingolus filius Bonagiuntæ, natu Tuſcus, ex Canonico Eccleſiæ Lucen. Presbyter Card. *S. Praxedis*, poſtea Epiſcopus Oſtienſis, tandem Papa futurus nomine Lucij III. B
aulam reformauit Romanã auro corruptã Britãno. Eius memoria in litteris Eugenij III. Abbati Melitenſi An. 1150. *to.* 1. *Vghel. p.* 1034. & Canon. Iannenſibus *to.* 4. *Vghel. p.* 1194. & An. 1151. Abbatiſsæ S. Petri *to.* 3. *p.* 122. & Giſeldrude Abbatiſsæ S. Zacchariæ Venetiarum, apud *Dominicum Bozzonum*, & Archiep. Colon. *to.* 10. *Concil. p.* 1046. Ep. Imolenſi *to.* 2. *p.* 677. & Ep. Feſulano An. 1153. *to.* 3. *Vghel. p.* 317. & Canon. S. Petri *to.* 10. *Concil. p.* 1054. & Ep. Artenſi, *to.* 4. *p.* 520. eidem Anno 1154. & 1156. *p.* 522. & Archiep. Beneuentano, An. 1153. *to.* 8. *p.* 177. Ep. Bergomen. An. C
1154. *to.* 4. *p.* 663. & Ep. Bellunenſi, An. 1155. *to.* 5. *p.* 177. & Senenſi *to.* 7. *p.* 1421. & An. 1156. Præpoſito Vrbeuetano *par.* 2. *to.* 1. *Vghel. p.* 385. & An. 1157. Ep. Reuellenſi, *to.* 9. *p.* 924. & Ep. Ferrar. *to.* 2. *p.* 572. & Ep. Beneuentano *p.* 184. *to.* 8. *Vghel.* & Patriarchę Gradenſi *to.* 5. *p.* 1198. & *p.* 1200. & Ianuenſi An. 1158. *to.* 4. *p.* 1196. & Abbati S. Nazarij *to.* 5. *p.* 747. & Sipontino ſubſcribit tanquàm Ep. Oſtien. *to.* 7. *p.* 1223. & Abbatiſsæ S. Zacchariæ Venetiarum ſub Hadriano IV. teſte *Dom. Bozzono*. An. 1156. Archidiacono Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. An. 1162. & ad Abbatem Homodeum S. Reparatę, An. 1168. D
to. 2. *p.* 521. & ad Abbatiſſam S. Seuerini *to.* 8. *p.* 187. & ad Abbatiſſam Taidem S. Fabiani, An. 1169. *to.* 4. *p.* 917. & An. 1170. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1201. & An. 1177. Monachis S. Mariæ de Nouo Portu, *to.* 1. *p.* 376. Ad Abbatem Morimundi, An. 1179. *to.* 4. *p.* 206. Ad Abbatiſſam S. Zacchariæ Venetiarum, An. 1180. apud Bozzonum. Ep. Menopolitano. *to.* 1. *Vghel. p.* 1046. Rainero Archipresb. *to.* 2. *p.* 1072. Canonicis Ianuen. *to.* 4. *p.* 1206.

35. *Fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea: & Epiſcopatum eius accipiat alter.* Pſal. 40.



P*Etrus* P. C. *S. Suſannæ, tit. Paſtoris*, ſubſcribit cum eodem Innocentio II. pro Canonicis Vercellen. *to.* 4. *p.* 1076. An 1142. & pro Archiep. Piſano. An. 1138. *to.* 3. *p.* 453. Vghellus. Creationi adfuit Cæleſtini II. cum quo ſubſcribit ad S. Fridian. Lucenſem. An. 1143. Cardinalis aſſumitur in promotiones vt locum impleret Petri Gerardeſchi Piſani, qui fautor Antipapę Anacleti II. purpura ſpoliatus iacuit. Crucem cum quatuor globulis pro inſignibus Oldoinus appoſuit, contrà Ciaconium, qui Crucem obliquam pinxerat. Ego ex M. S. Cornelio Crucem cum quinque globulis caudatis.

36. *Oſtende quem elegeris, accipere locum Apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas.* Act. 1.



H*Vbaldus*... Presb. Card. *S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij* in quinta Cardinalium creatione promotus, teſte Ciaconio; mentiturque Oldoinus referens ex Panuinio hunc Hubaldum Cardinalem *S. S. Io: & Pauli*, creatum fuiſſe in ſexta promotione facta per Innoc. IJ. quia apud Panuinium de hoc Hubaldo nulla mentio. Subſcribit diplomati Innoc. IJ. pro Cluniacenſibus, 14. Kal. Iunij, 1142. *to.* 10. *Concil. p.* 963. pro Canon. Vercellen. 7. Kal. Maij 1142. teſte Vghello *to.* 4. *p.* 1076. Adfuit Hubaldus electioni R. C. P. Cęleſtini II. Lucij II. & Eugenij III. quem comitatus in Galliam, ſubſcripſit Cluniaci, diplomati dato Monachis Bonę Vallis 7. kal. April. 1147. Anno verò 1149. cum rediiſſet ex Gallia, Piſis ſubſcripſit diplomati eiuſdem Eugenij IIJ. ad Moyſem Archiep. Rauuenatem, vt apud Vghellum *p.*.... *to.* 2. *Italiæ Sacræ*; Si Oldoino fides, cui nunquam fides, quia *to.* 2. *Italię Sacræ* apud Vghellum Diploma non legitur citatum. Equidem *to.* 1. *p.* 910. ad Ep. Lucen. An. 1149. Obijſſe Hubaldum ante IV. Idus Aprilis 1153, neceſſe eſt; quia Eugenij diplomati legitur *to.* 10. *Concil. p.* 1055. ſubſcribere in eodem titulo S. S. Io: & Pauli, non ampliùs Hubaldus, ſed Ioannes. Eius nomen recurrit in ſubſcriptionibus (teſte *Ciacconio* Bullę Cœleſtini II. pro Eccleſia Dominici Sepulchri, Anno 1143. Eugenij IIJ. pro S. Io: Parmenſi, An. 1145. & 1146. Pro S. Benedicto de Mantua, An. 1148. Subrogatus & iſte in locum Cardinalis, qui ad PſeudoPapam declinauit.

37. *Nihil mali geſſit*. 23. Luc. 41,



I*Nnocentius* natu Romanus, ex domo *Sabella* in Concilio Claramontano promotus ab Innoc. IJ. Presbyter Card. *S. Marci* teſte Vghello auctoritate *Nomenclatoris*, & *Sanſouini*, Accipe verba: *fuiſſe hunc Cardinalem ex domo Sabellorum, quædam eorum monumenta indicant, in quibus præter nudum nomen, nil memoria dignum habetur*. Obi,t A vel ſub eodem Innoc. IJ. vel ſub Cæleſtino IJ. qui Gilibertum in eumdem Titulum S.Marci ſubrogauit Nil mali geſſiſse dicitur; quod ſatis pro elogio.

38. *Portans virgam Dei in manu ſua*. Ex. 4.



ADinulphus.... Monachus & Abbas Monaſterij S. Mariæ Farfenſis; Ordinis S.Benedicti, promotus ab Innoc, II. Presbyter. Cardinalis S..... teſte Vghello in Additionibus ad Ciaconium, ex *Catalogo Abbatum Farfen*. Ciaconius verò B auctoritate *Chronici Monaſterij S. Vlderici, Auguſtæ Vindelicorum*, ſub Cęleſtino IJ. creatum dicit, cuius nomine legatione functus in Germaniam apud Imperatorem Conradum, grandia purgauit, quę antiquitate ſupra iacent.

39. *Ignorantias meas ne memineris Domine*. Pſal. 24.

GOttifredus.... Presb. Card. S..... *tit. Veſtinę* promotus ab Innoc. IJ. Anno ſaltem 1133. quo litteris Innocentij II. ſubſcribit datis Artoni Epiſcopo Piſtorienſi, apud Baronium, vbi licet legatur. *Ego Gotifredus Presb. Card. tit. S. Iuſtinæ*; errorem putant irrepſiſſe reſcribendis epiſtolis & loco *Iuſtinæ*, legendum eſſe *Veſtinę*. Hunc aliquando ſe- C quacem fuiſſe Anacleti II. arguo pſeudopontificis & poſtea menti, veritati reſtitutum; quia X. Kal. Iun. 1139. alius legitur Cardinalis S. Vitalis tit. Veſtinæ nomine Lampredus; de quo infra. Poſtea Anno 1140. *to.* 5. *Vghel. p.* 717. iterum reperitur ſubſcribere cum Innocentio II. Eius nomen in litteris Innocentij II. Archiep. Piſano, & An. 1138. *tit.* 3. *Italiæ p.* 451. & An. 1134. Archiep. Piſano, *to.* 3. *Vghel. p.* 361.

40. *Portet nomen meum coram Regibus*. Act. 9.

MAnfredus Presb. Card. *S. Sabinæ* promotus ab Innocentio II. eius litteris ſubſcribit Anno 1141. Gregorio Abbati S. Bartholomęi Diœc. Feſulanę, *to.* 3. *Vghel. p.* 315. & An. 1144. Ep. Oliuolano *to.* 5. *p.* 1321. & Ep. Bergom. *to.* 4. *p.* 622. & An. 1145. Ep. Veronen. *to.* 5. *p.* 735. & An. 1153. cum Anaſtaſio IV. ad Ep. Feſulanum *to.* 3. *p.* 317. & Ep. Fulginat. *to.* 1. *p.* 748. & An. 1155. *to.* 5. *p.* 177. Ep. Bellunenſi, & Senenſi, *to.* 7. *p.* 1421. & An. 1156. Præpoſito Vrbeuetano *to.* 1. *par.* 2. *p.* 385. & An. 1157. Patriarchæ Gradenſi *to.* 5. *p.* 1190. & Abbatiſſę S. Zachariæ Venetiarum, ſub Hadriano IV. teſte. *Dom. Bozzono*. Plures ante purpuram Manfredus legationes ſubijt, quibus gradum ſibi fecit ad purpuram.

41. *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitierit da ei aquam bibere prunas eorum congregabis ſuper caput eius* 25. Prouer. 21.

LAmpredus Presb. Card. *S. Vitalis, tit. Veſtinæ*, ſubſcribit Innocentij II. diplomati dato Laterani, 10. Kal. Iunij 1139. Gualdredo Ep. Ferrarienſi. Vghellus *to.* 2. *Italiæ S. in Ep. Ferrarien. p.* 570. & Anno 1142. pro Canonicis Vercellen. *to.* 4. *Italiæ p.* 1076. Solitus conuitia gratitudine expungere, & maledicta benefactis penſare, patientia ęmulos omnes ſuperauit.

42 RObertus Presb. Car. tit. S.... in prima Cardinalium promotione creatus ab Innocentio II. teſte *Ciaconio*. poſtea S. R.E. Cancellarius, ſed enim eodem Ciaconio teſte, etiam *Robertus Pulcy* ſub Lucio II. Cancellarius fuerit S. R. E. Hi duo Roberti, qui à Ciaconio recenſentur vti diuerſi, coincidere videntur.

Diaconi Cardinales. Sub Innoc. II.

43. *Pugnabit cum eo Orbis Terrarum contra inſenſatos*. Sap. 5. D



ODo, ſiue Otho Diaconus Cardinalis *S. Gregorij in Velabro* creatus ab Innocentio II. promouit in Papam Cœleſtinū II. Lucium II. Eugenium III. Anaſtaſium IV. Hadrianum IV. Alex. III. vnde vir longęuus ſex Pontifices Romanos promouit; propterea ab Alexandro III. in epiſtola ad Fridericum Imperatorem (teſte *Radeuicol.* 2. *c.* 51.) *Prior* Diaconorum dicitur, qui cum manto induerat papali in prima eius inauguratione. Litteras etiam dedit cum alijs Cardinalibus ad eumdem Fridericum Imperatorem in fauorem Alex. III. (vt apud eumdem Radeuicum *c.* 53.) contra Antipapam Victorem IV. Subſcripſit diplomatibus euiſdem Innocentij II. An. 1133. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1186. & pro Eccleſia Piſtorienſi *to.* 10. *Concil. p.* 648. & An. 1134. *to.* 3. *Vghel. p.* 361. pro Cluniacen. *ib. p.* 963. & 964. & 965. Anno 1133.

VII.

VII. Kal. Iunij Placentiæ pro Lectiſredo Ep. Nouarri. Anno 1134. Goſſeti. 14. Kal. April. pro Syro Archiep. Ianuen. An. 1035. apud Vghellum, *to. 4. Italiæ, p.* 651. & Canon. Ianuen. An. 1136. *to. 4. Vghel. p.* 1087. & 12. Kal. Ianuarij Piſis pro Ep. Piſtorienſi. An. 1137. Laterani 10. Kal. Ap. Præpoſito Eccleſiæ Eugubinæ, An. 1138. Kal. Maij, Laterani Balduino S. R. E. Card. & Archiep. Piſano, *to. 3. Italiæ p.* 453. Idibus Iunij, Benedicto Fulginatenſi Ep. An. 1138. 10. Cal. Iunij, Laterani Canonicis Ferrar. An. 1139. *to. 2. Vghel. p.* 570. Anno 1140. Laterani, 16. Kal. Maij Ep. Veronenſi, *to. 5. Vghel. p.* 717. An. 1141. Laterani, 4. Non. Maij, Cænobio S. Ambroſij, apud Vghellum, *to. 3. p.* 121. Idibus Decemb. Gregorio Ep. Bergomen. Anno, 1142. Later. 7. Kal. Maij Canonicis Vercellenſibus. Duo quoque ſubſcripſit diplomata Cæleſtini II. data Laterani, An. 1143. 14. Kal. Nouemb. Canonicis Regular. Eugubinis: & Nonis Decemb. Monaſterio S. Saluatoris Diæceſis Populoniæ: item Lucij II. diplomati ſubſcripſit Anno 1044. Idibus Martij. Oglerio Abbati S. Columbani Bobienſis: & Anno 1045. Ep. Veron. *to. 5. Vghel. p.* 735. 16. Kal. April. Vberto Ep. Cremen. Item Eugenii III. Laterani, Anno 1048. Non. April. Vernero Vladislau. Ep. Ao. 1149. 3. Kal. Feb. pro erectione Monaſterii Archauſani, Ordinis S. Benedicti in Ducatu Vuitemberg. eodem Anno Ep. Lunenſi, *to. 1. Vghel. p.* 910. Anno 1050. 18. Kal. Maii Canonicis S. Laur. Ianuæ, *to. 4. Vghel. p.* 1194. An. 1151. 6. Ianuarii. Signiæ Archiep. Colonienſi *to. 10. Concil. p.* 1056. & 7. Kal. Maii Monialibus S. Petri Florentię, *to. 3. Vghel. p.* 122. & 15. Kal. Iunii Ferrentini Ep. Imolenſi, *to. 2. p. 677.* An. 1152. Kal. Aug. Signiæ, Abbati Gozeuino Bonæ Vallis Vien. An. 1453. 17. Kal. Iunii, Anſelmo Ep. Artenſi, *to. 4. Vghel. p.* 520. & 4. Id. April. pro Canonicis S. Petri Romæ, *to. 10. Concil. p.* 1054. Plura quoque Anaſtaſii IV. ſcilicet Laterani, Anno 1153. 16. Kal. Aug. Bened. Ep. Fulginatenſi, *to. 1. Vghel. p.* 648. & 6. Idus Septemb. Canonicis Piſanis, V. Kal. Decemb. Guidoni Ep. Apruntino, & II. Kal. Ian. Rodulpho Feſulano. An. 1154. Ep. Beneuentano. *to. 4. p.* 177. Eodem Anno *to. 4. Vghel. p.* 520. Anſelmo Ep. Aſtenſi 1156. eidem 16. & 14. Kal. Maii, *to. 4. p. 663.* Canon. Bergomen. & Abbatiſſę S. Zaccariæ Venetiarum, teſte *Bozzono?* & An. 1157. Ep. Ferrar. *to. 2. Vghel. p.* 572. & Archiep. Beneuent. *to. 8. Vghel. p.* 184. & ad Henr. Patriar. Gradenſem. *to. 10. Concil. p.* 1170. *& p.* 1074. Canonicis Ferrarien. *to. 2. p.* 572. & Anno 1158. Canonicis Ianuenſibus, & Abbati S. Nazarii *to. 5. Vghel. p.* 746.

44. Dominus benedicet populo ſuo in pace.
Pſal. 28.



GVido de Vico ſecundum Panuinium; vel (teſte Ciaconio) ex Comitibus Captonæ, natu Piſanus, Diac. Card. *S. S. Coſmæ, & Damiani.* Concilio adſuit Piſano cum eodem Innocentio IJ. à quo vnà cum S. Bernardo Abbate Claræuallenſi, & Matthæo Ep. Card. Albano Mediolanum miſsus ad placandum ſciſma quod excitauerat Anſelmus pſeudo Archiep. fæliciter legationem abſoluit Mediolanenſibus Eccleſię reſtitutis: ad Gallos poſtea Legatus ab eodem Innocentio IJ. epiſtolam accepit S. Bernardi *n.* 196. contra Arnaldum Brixianum; *Arnaldus de Brixia,* (inquit S. Bernardus) *cuius conuerſatio mel, & doctrina venenum; cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt, quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abhominatur, Italia non vult recipere, fertur eſſe vobiſcum.* Tertiam legationem ſubiit nomine Lucii II. Anno 1144. ad Conradum Imperatorem (teſte *Ottone Friſingenſi l. 1. de Geſtis Frid. 1. Imper. c. 28.*) ad quem Senatus Romanus cum Arnaldiſtis nobiles direxerat Legatos, quibus cum Chriſtianiſſimus Princeps, aures negaſſet; *quinimò venientes ad ſe ex parte Romanę Eccleſiæ viros magnos, & claros, quorum vnus Guido Piſanus eiuſdem Curiæ Cardinalis, & Cancellarius erat, renouationem quę antiquorum priuilegiorum ſuorum poſtulantes honorificè ſuſcepit, & honeſtè dimiſit.* Pluribus cum ſubſcripſiſset diplomatibus Innocentii II. Groſseti Anno 1133. 14. Kal. April. Syro Archiep. Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1186. 10. Cal. April. 1037. Canon. Eugubinis, III. Idus Iunii, 1038. Bened. Ep. Fulginat. An. 1139. Ep. Ferrat. *to. 2. Vghel. p.* 570. 8. Kal. Mar. 1132. Cluniacen. & Abbati S. Egidii, *to. 10. Concil. p. 964.* Et 13. Kal. Decemb. 1140. Nicolao Abbati S. Iacobi de Bexm, in Vercellenſi ditione. Idibus Decemb. 1411. Greg. Ep. Bergom. & 7. Cal. Maii, 1142. Canonicis Vercellen. apud Vghellum *to. 4. p. 1076.* Et 14. Cal. Iunii, 1142. Cluniacen. *to. 10. Concil. p. 963.* Subſcripſit etiam diplomatibus Cæleſtini II. Cal. Martii 1143. Lanfranco Abbati S. Mariæ de Bonſolatio: & II. Nou. Mar. Ionathæ Ep. Feſulano, *to. 3. Vghel. p.* 313. Extincto Cæleſtino, adſuit electioni Lucij II. cuius diplomati dato Id. Mar. 1143. Opler. 10. Maluicino Ab. S. Columb. & 16. Cal. Apr. Vb. Ep. Cremonenſi, & 12. Kal. Ap. 1144. Io: Oliuolenti, ſeù Caſtellano. Ep. *to. 5. Vghel. p.* 1321. Et pro Cluniacen. *to. 10. Concil. p.* 1039. Promouit tandem Eugenium III. ſub quo pro Ep. Veron. ſubſcripſit, *to. 5. Vghel. p.* 735. & tamquam Cancellarius S. R. E. exarauit, & ſubſcripſit diploma eiuſdem Eugenii III. *vt electi Ep. Placentini conſacrationem accipiant ab Archiep. Rauennat o. 10. Concil. p.* 1088. Ab eodem Eugenio III. Papa Legatus quartò in Galliam Ciſalpi-

ſalpinam (vt ex antiquo Tabulario Canonicorum Veronen. tranſcripſiſſe teſtatur *Ciaconius*) Veronæ per aliquod tempus ſubſtitit, contra Sciſmaticos Mediolanenſes, qui in ciuitates vicinas aufugerant, cauſam iuuit Romanam. Romam reuerſus Anno Sal. 1153. 18. Kal. Septemb, exceſſit, humumque ſubijt in ſua Diaconia, poſtquàm Piſis Baſilicam condidiſset S. Torpetis, cum ſequentibus inſcriptionibus.

Prima in Ciborio; quod excitari mandauit in ſua Diaconia.

Guido Cardinalis Huius Eccleſię, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Cancellarius.

A

Inſcriptio ſepulchralis.

Sedis Apoſtolicæ Guido Cancellarius in ſe,
Quam nihil eſt Mundi Gloria, morte probat.
Piſa virum peperit, quem donat Roma ſepulchro,
Vix paritura parem, vix ſeruitura pari.
Non opera pictoris eget, non marmore ſculpta,
Non titulo celebris tam tituloſus Homo.
Tertia poſt Idus Auguſti peperit illum,
Virtutum titulis inuidioſa dies.
Huic ſine nocte diem, vitam ſine morte, quietem
Det ſine ſine Quies, vita dieſque Deus.

B

45. *Exultabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.* Pſal. 29.

G*Vido*... Diaconus Card. *S. Hadriani* (teſte *Ciaconio*) natu Romanus, vt adiungit Panuinius, miniſter altaris Lateranenſis, ſubſcribit diplomatibus Innocentij II. An. 1136. pro confirmatione Eccleſiæ Roccabouecurtienſis. *to.* 10. *Concil. p.* 966. & pro confirmatione Montis Deſiderij, *ib. p.* 966. & Kal. Decemb. 1134. Io: Ep. Feſulano, *to.* 3. *Italia p.* 312. & pro Canonicis S. Fridiani Lucen. An. 1135. Pro Bergomen. apud Vghel. *to.* 4. *Italia p.* 651. Et pro Canonicis S. Mariæ de Rheno Bononienſi An. 1136. & Canonicis Ianuen. An. 1136. 7. Id. Decemb. *to.* 4. *Vghel. p.* 187. Iterum pro Canonicis S. Fridiani, An. 1137. & 10. Kal. April. pro Canon. Eugubinis. Et *to.* 3. *Italia p.* 452. 3. Non. Mar. 1138. apud Campilium, Vberto Archiep. Piſano. Et Kal. Maij Balduino Card. & Archiep. Piſano. Demum 3. Idus Iunij Bened. Ep. Fulginenſi. Et Anno 1142. pro Canon. Vercellen. apud Vghellum, *to.* 4. *p.* 1076. Multas paſsus criminationes, innocentiæ lumine omnes difflauit.

Obijt ſub eodem Innocentio II. qua die? incertum.

46. *Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij.* Sap. 5.




H*Vbaldus* Diaconus Card. *S. Mariæ in Via Lata* ab Innocentio II. promotus in ſecunda Cardinalium creatione, ſubſcribit diplomatibus Innocentij II. Anno 1136. pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 966. Pro Petro Nicienſi Ep. An. 1137. Anno 1138. pro Balduino S.R.E. Card.
A Archiep. Piſano, *to.* 3. *Italia p.* 452. Anno 1141. Cregor. Bergomen. Ep. & Cæciliæ Abbatiſsæ S. Ambroſij de Petra plana, apud Vghellum *to.* 3. *Italia p.* 121. Anno 1142. Canon. Vercellen. *to.* 4. *Italia p.* 1076. Firmauit quoque Cæleſtini II. diploma 14. Kal. Nouemb. 1143. Benedicto Præpoſito Eugubinæ vrbis: & Nonis Decemb. Alberto Abbati S. Saluatoris, Diœceſis Populonien. & An. 1135. pro Canon. Bergom. apud Vghellum *to.* 4. *Italia p.* 651. Virtute præditus Hubaldus, quia ęre pauper ab aulicis deriſus, repente in Cardinalem aſſumptus improperia in venerationem conuertit.

B 47. *Genua mea infirmata ſunt a ieiunio.* Pſal. 108.

B*Oetius*... Diacon. Card. *S. S. Viti, & Modeſti, in macello Martyrum*, teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*, in tertia creatione promotus. Subſcribit Bullæ Innoc. II. An. 1138. pro S. Petro Romæ, & pro Archiep. Piſano *to.* 3. *Italia p.* 453. Anno 1135. pro Canon. Bergomen. An. 1135. apud Vghellum *to.* 4. *Italia, p.* 615. Rigidus anachoreta ieiunio, & vigiliis carnem domuit, vt ſecurius vacaret contemplationi cœleſti.

48. *Immortalis memoria illius: quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.* Sap. 4.

C



V*Aſſallus*... Diaconus Card. *S. Euſtachij* primùs, in tertia Cardinalium creatione promotus ab Innoc. II. poſtea tranſlatus ad titulum *S. Mariæ in Aquiro*, teſte Ciaconio, à quo diſſentiens Panuinius, Vaſsalum dicit Diaconum Cardinalem *S. Mariæ in Coſmedin* Cardinalis fuerit primò S. Euſtachij, patet ex ſubſcriptione confirmationis Eccleſiæ Rocabouecurtienſis, Idib. Decemb. 1133. *to.* 10. *Concil. p.* 966. & pro confirmatione Montis Deſiderij *ib. p.* 967. & pro Canon.
D Bergomen. apud Vghellum, *to.* 4. *Italia p.* 651. Gualfredo Archiep. Ferrar. 10. Kal. Iunij 139. apud Vghellum, *to.* 2. *Italia Sacra p.* 570. & 4. Non. Maij 1141. Cæciliæ Abbatiſſę S. Ambroſij de Petra plana, apud Vghellum, *to.* 3. *p.* 120. & 7. Kal. Maij, 1142. Canon. Vercellen. *to.* 4. *Italia p.* 1076. quo tempore arguitur deceſſiſse, quia poſterior ſubſcriptio non reperitur. Crucem cum duobus globulis ex M.S. habui Cornelio. Obijt Vaſsallus Deo natus & hominibus.

49. *Quis*

49. *Quis mihi det te fratrem meum ſuggentem vbera matris meę, vt inueniam te foris, & deoſculer te; & iam me nemo deſpiciat?* Cant. 8.



CHryſogonus natu Gallus, in tertia Cardinalium promotione ab Innoc. IJ. creatus Diac. Card. *S. Marię in Portica*, teſte Ciaconio, & Panuinio, poſtea Presb. Card. S. Praxedis, familiaris S. Bernardi qui in *ep.* 44. *fratrem* vocat *vterinum*, non ea ratione, qua interpretatur Oldoinus, quia apud Claramuallem matrem fuiſſet Monaſtica diſciplina inſtitutus; ſed quia propter amorem, & obſequium erga S. Bernardum ipſe ſe *fratrem exhiberet vterinum*, vt idem teſtatur Bernardus. Diaconi munere functus diplomati ſubſcripſit Innoc. IJ. dato 7. Id. Dec. 1136. Piſis Canon. Ianuen. 13. Kal. Iulij 1135. pro Bergomen. apud Vghellum, *to. 4. Italia p.* 451. & *to. 4. Vghel. p.* 1187. Et 4. Cal. Ap. An. 1137. Petro Ep. Nicienſi: & 3. Non. Martij, 1138. Vberto Archiep. Piſano *to. 3. Italia p.* 456. & Kal. Maij Balduino S. R. E. Archiep. Piſano. Presb. Card. S. Praxedis duobus diplom. ſubſcripſit, 16. Kal. Maij Canon. Veronen. & 13. Cal. Decemb. Nicolao Abbati S. Jacobi de Bexia, Vercellen. Obijt ſub eodem Innoc. II. quia in creatione Cæleſtini II. alius legitur Cardinalis in eodem titulo. Moriens communi mandauit humari ſepulchro. *Anonymus M. S. in bibliotheca Io: Bapt. Cornelij Piſcopia. Procurat. S. Marci. Venetijs.*

51. *Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondit Ieſus: Neſcitis, quid petatis.* 20. Matthæi 22.



51 GRegorius de Papa, ſeu Papareſchis natu Romanus nepos ex fratre Innocentij IJ. Diaconus Card. *S. Angeli* in tertia creatione à patruo promotus; ſubſcripſit diplomatibus eiuſdem Innocentij IJ. Anno 1138. & 1139. Romæ datis. Hunc Papa promouere diſtulit vſque in tertiam creationem, vt rumorem effugeret, viuente Anacleti II. pſeudopapæ ſciſmate, ne diceretur ſanguini ſtudere, & familiæ. Obijt ſub eodem Innoc. IJ. Nota hunc Gregorium Diac. Card. S. Angeli, diuerſum ab eo, quem dedimus in Callixto IJ. *n.* 26.

51. *Sepultus in Senectute bona.* Geneſ. 15.



GErardus Diaconus Card. *S. Mariæ in Dominica* ſeù *in Domnica*, teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*. Subſcripſit Bullæ Innoc. IJ. 10. Cal. April. 1137. Canonicis Eugubinis, & 16. Cal. Maij, 1142. Canonicis Veronen. *to. 4. Vghel. p.* 717. & 7. Cal. Maij, 1142. Canon. Vercellen. apud Vghellum, *to. 4. p.* 1076. & 14. Cal. Iunij 1142. ad Ottonem Ep. Bamberg. Sub Cæleſtino IJ. ſubſcribit IJ. Non. Mar. 1143. Jonathæ Ep. Feſulano, *to. 3. Italia p.* 313. Demum Lucij IJ. Anno 1144. 17. Cal. April. Io. Oliuolenſi, *to. 5. Vghel. p.* 1321. & Cluniacen. *to. 10. Concil. p.* 1030. Creationi cum adfuiſſet Cæleſtini IJ. Lucij IJ. Eugenii IIJ. Pontificatui proximus, niſi morte præuentus fuiſſet ſub eodem Eugenio IIJ.

A 52. PEtrus ..., Diaconus Cardinalis S... teſte Ciaconio.

53. *Virtutis nullum ſignum valuimus oſtendere: in malignitate noſtra conſumpti ſumus.* Sap. 5.



OCtauianus de Môticello Diaconus Card. *S. Nicolai in carcere Tulliano*, in IV. Cardinalium promotione creatus, Ab Innoc. IJ. poſtea ſub Eugenio IIJ. Presb. Card. *S. Cæcilia* tandem Antipapa nomine *Victoris IV.* contra A-
B lex. IIJ. Vide *in vita Alex. II.* Subſcribit cũ Jnn. IJ. pro Canon. Vercel. An. 1142. apud Vghellũ *to. 4. p.* 1076. & An. 1149. Ep. Lunenſi *to. 1. Ughel. p.* 910. An. 1150. Abbat. Melitenſi *to. 1. Ughel. p.* 1034. & Canon. Januen. *to. 4. p.* 1194. & An. 1151. Abbatiſſæ S. Petri, *to. 3. Ughel.* & *to. 3. p.* 452. Anno 1138. pro Archiep. Piſano, & *p.* 315. Abbati Feſul. An. 1041.

54. *In ſpiritu vehementi conteret naues Tharſis.* 47. Pſal. 1.

YVo (cuius nulla mentio apud Ciaconium vel Panuinium) Diaconus Card. *S. Mariæ in Aqui-*
C *ro*, ſubſcribit litteris Innocentij IJ. datis 6. Id. Feb. 1137. Bernardo Abbati Claræuallenſi: & 3. Non. Mar. 1138. Vberto S. R. E. Card. Archiep. Piſano. vt apud Vghellum *to. 3. Italiæ Sacræ p.* 151. *in Archiep. Piſanis* Sciſmaticos contriuit cum Jnnocentio. IJ. Papa legitimo.

55. *Comei peregrinationis noſtræ in hanc gratiam, quæ miniſtratur a nobis, ad Domini gloriam.* 2. Cor. 8.

D. *Thomas* Mediolanenſis, Canonicus Regularis S. Mariæ de Creſcentiaco, Diæceſis Mediol. tertio circiter ab illa vrbe milliario, à quodam nobili Mediolanenſi, in honorem B. Mariæ virginis
D erectæ, in quarta Cardinalium promotione creatus ab Innoc. IJ. Diacon. Card. S.... & vt Diaconus ſubſcribit cum eo An. 1111. Veronen. *to. 5. Ughel. p.* 717. Poſtea Presb. Cardin. *S. Vitalis tit. Veſtinæ.* Ciaconius, Pennotus in *Chron. Canonic. Regul.* ſubſcripſit Bullæ Innocentij II. Laterani. An. 1141. & An. 1143. pro S. Frid. Lucen. Mortuo Innocentio IJ. promouit ſucceſſiuè Cæleſtinum IJ. Lucium IJ; quem comitatus in Galliam, cum eo ſubſcribit, Anno 1144. ad Cluniacen. *to. 10. Concil. p.* 1039. Tandem Eugenium IIJ. cum quo Anno 1145. pro S. Fridiano Lucenſi ſubſcribit, Carpit Ciaconium Oldoinus,

nus, quia Thomas pingatur primò Diaconus Cardinalis, cum ille qui Diaconus Cardinalis erat, diuerſus fuerit ſecundum Panuinium, ab eo qui Presb. Cardinalis erat S. Vitalis: & duo fuerint Thomæ Cardinales eodem tempore, quorum alter Diaconus; & alter Presbyter. Sed decipitur Oldoinus more ſuo; quia apud Panuinium (vt ipſe recitat) non inuenies duos Thomas eodem tempore Cardinales, Diaconum, & Presbyterum alterum. Panuinius ponit vnum Thomam Presb. Card. S. Vitalis, A de cuius Cardinalis Diaconatu ipſe ſilet; Ciaconius verò fuſiùs deſcribendo, vtrumque memorat eiuſdem Thomæ, ſcilicet Diaconatum, & Presbyteratum. Tanquam Presb. C. tit. Veſtinę legitur ſubſcsipſiſſe cum Innoc. II. apud Vghellum, *to.* 3. *p.* 121. pro Cæcilia Abb. de petra plana, Anno 1141. & Anno 1142. pro Canon. Vercellen. *to.* 4. *p.* 1076. ſub Cæleſtino II. Anno 1143. Ep. Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 313. Sub Eugenio III. Anno 1145. Ep. Veron. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. Sub Lucio II. An 1144. pro Cluniaçen. *to.* 10. *Concil. p.* 1039.

56. Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius, Pſal. 98. B

HVbaldus Diac. Card. *S. Hadriani*, teſte Ciaconio; ex Panuinio verò *Ioannes*, non *Hubaldus* (quem Ioannem vult Ciaconius creatum Diaconum Card. longè poſt obitum Innocentij IJ.) promotus ab Innoc. IJ. in quarta Cardinalium creatione, vſq; ad obitum cum ſolis Catholicis communicauit.

57. Mirabilis facta eſt ſcientia tua. Pſal. 158.

HVgo de Folieto, natu Gallus ex Canonico Regulari S. Petri Corberenſis in Saxonia, ſecundum Ciaconium; C vel S. Petri Cordubenſis ex S. Antonino; vel S. Petri Corbitienſis cum Ioanne de Nigraualle, Cardinalis Diaconus S...., in quinta creatione promotus ab Innocentio IJ. vel cum Onuphrio, ab Eugenio IIJ. non tam à Canonicis inter ſuos aſſeritur, quàm à Monachis. Veritas obſcuratur ex incerto Monaſterio. Si enim non Corbeię, ſed alterius, *Cordubenſis* ſcilicet, vel Corbitienſis profeſſus fuit; cum conſtet vtramque Corbeiam in Galijs ſcilicet, ac in Germania eſse: non Ordinis fuiſſe Canonicorum, ſed Monachorum fatetur Pennotus *l.* 3. *c.* 53. *Hiſtor. Tripartinæ*. Hinc Arnold. Vvion D in *Ligno Vitę*, Monachorum dicit S. S. Petri, & Pauli Dorbienſis in Picardia. Virum fuiſse vtriuſque litteraturę, ſacræ, & Prophanæ clariſſimum monumenta teſtantur, quæ poſteris tranſmiſit.

De quadruplici clauſtro Animæ lib. 4.
De Diſciplina ad Religioſos
De Abuſibus Clauſtri
De Patriarchis

De illo cecinit Petrus Appollonius.

Ecce ſecundus Hugo redimitus tegmine fuluo
Tempora dum vixit, nunc Diadema ferens.

58. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Prouer. 1.



GVido Picenus natu, de Caſtro Ficardę, Miniſter altaris Lateranenſis, Diaconus Cardinalis S.... in quinta creatione promotus. Subſcribit Bullæ Innocentij IJ. pro Eccleſ. Parmeſ. Anno 1141. & An. 1142. pro Canon. Vercellen. apud Vghellum *to.* 4. *p.* 1076. Promouet ſucceſſiuè in Romanos Pontifices Cęleſtinum IJ. Lucium IJ. cuius Bullę, Laterani ſubſcribit Anno 1144. Is ille forſan qui litteris Innocentij IJ. An. 1141. ſubſcribit ad Abbatem Feſulanum, *to.* 3. *Vghel. p.* 315. *Guido Diac. Card. S. Apolinaris*.

Legatus ad Mediolanenſes, prudentia ſua inſidias declinauit, quas ei parauerant Longobardi: vnde gloria onuſtus Romam redijt confirmato fędere cum Catholicis.

59. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Sap. 1.



PEtrus.... Diac. Card. *S. Marię in Aquiro* in quinta promotione creatus ab Innocentio IJ. eius bullę ſubſcribit pro S. Bened. de *Mantua*, An. 1142. Adfuit creationi Cæleſtini IJ. & cum eo ſubſcripſit pro S. Frid. Lucen. An. 1143. Lucij IJ. Eugenij IIJ. teſte Ciaconio, ſed apud Panuinium nulla mentio. Petrus iſte (teſte Vghello in *Additionibus ad Ciaconium*) legatus mittitur ab Alex. IIJ. ad Vvillelmum Iuniorem Siciliæ Regem, teſte Baronio, *to.* 12. *Annal.* ſed decipitur Vghellus; quia ſub Eugenio IIJ. Centius non Petrus titulum Cardinalem occupat S. Mariæ in Aquiro; vnde diuerſus eſt Petrus ſub Alex. IIJ. à Petro ſub Innocentio IJ. fuit Petrus vir iuſtus, & rectus.

60. Et erat vir ille ſimplex & rectus. Iob. 1.



PEtrus.... Diacon. Card. *S. Maria in Porticu*, mortuo Chryſogono Cardinali S. Marię in Porticu, Cardinali Innocentio ſubrogatur in quinta Cardinalium promotione teſte Ciaconio, & Panninio. Eius nomen recurrit in Bulla Innoc. II. ad Eccleſ. Parmen. An. 1141. & P. S. Bened. de Mantua, An. 1142. Et pro Canonicis Vercellen. *to.* 4. apud Vghellum, *p.* 1076. Adeſt creationi Cęleſtini IJ. Lucij IJ. ſubſcribit cum Cęleſtino An. 1143 pro S. Frid. Lucenſi: cum Lucio An. 1144. Laterani. Cum Eugenio IIJ. An. 1145. pro Eccleſ. Veron. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. Vir bonus & ſimplex Innocentii IJ. ab eodem.

61 Hu-

61. Humiles ſpiritu ſaluauit. Pſal. 33.



M. Gilibertus .... in ſexta Cardinalium deſignatione promotus ab Innoc. IJ. in Diacon. Card. S....poſtea à Lucio tranſlatus ad presbyterium *S. Marci*. Adſuit creationi Cęleſtini IJ. Lucij IJ. Eugenij IIJ. Sub Cęleſtino ſubſcribit tanquàm (A) Diaconus Card. An. 1143. pro S. Fridiano Lucen. Sub Lucio tanquàm Presbyter pro S. Bened. de Mantua, An. 1443. & pro Cluniacenſibus Anno 1144. die 2. kal. Junij *to.* 10. *Concil. p.* 1039. ſub Eugenio IIJ. pro S. Fridiano Lucenſi An. 1145. S. Germano in Tuſcia, An. 1148. Eius memoria extat in tabula marmorea Aræ Maximæ S. Marci, cum eius inſignibus.

Mag. Gilibertus Presb. Cardinalis S. Marci
Fieri iuſſit. Anno Domini MCLIV. Ind. II.

(B) Inter dotes, quibus enituit, humilitate præſtauit vnde præcipue ſub Eugenio IIJ. ſub quo obijt; ita ſubſcribebat *Ego Gilibertus indignus Sacerdos S. R. E.*

62. Apparuit catulus Leonis ſæuus & rugiens, & occurit ei Irruit autem Spiritus Domini in Sanſon, & dilacerauit Leonem: 14. Iud. 5.



G*Vido* Moricoſus de Vico, natu Piſanus, vel *Moriconius* non *Moricottus*, familia, quæ adhuc Piſis viget, teſte *Silueſtro Petra Sancta in Teſſeris Gentilitijs*; quarũ pars adaptatur Cardinali (C) præſenti; Diaconus Cardinalis *S. S. Coſmæ: & Damiani* promotus ab Innocentio IJ. in ſexta Cardinalium creatione, tranſlatus poſtea à Cæleſtino IJ. ad Presbyterium *S. S. Laurentij, & Damiani*, amicus S. Bernardi, à quo epiſtola ſalutatus *n.* 332. inquit Ciaconius: quod ſi verum, ep. 332. S. Bernardi, cuius conſcriptio *G. Cancellario CCCXXXII.* ad eum dirigi falſum eſt, quòd tranſlatus fuerit à Cęleſtino IJ. ad Presbyterium S. S. Laur. & Damaſi: quia Guido Diac. Car. & Cancellarius etiã ſub Eugenio III. ſubſcribit diplomati dato Epiſcopis Placentinis, Anno 1146. 4. Idus Nouemb. tamquàm Diaconus, non Presbyter, *to.* 10. *Concil. p.* 1088. Imò in eodem diplomate alter *Guido Presbyter Card. S. S. Laur. & Damaſi* ſubſcribit: ergo vel Guido Moricoſus non ille eſt, quem Cæleſtinus tranſtulit ad Presbyterium, vel ad eum non dirigitur epiſtola S. Bernardi. Diaconum verò, & Cancellarium fuiſſe Guidonem S. R. E. patet ex epitaphio, quod tempore Ferdin. Vghel. legebatur in Diaconia *S. S. Coſmæ, & Damiani*, in Ciborio, quod Guido conſtrui curauit ad Aram Maximam. *Guido Cardinalis huius eccleſiæ, Sanctę Sedis Apoſtolicæ Cancellarius*. Tamquam Presb. Card. S. Laurentij in Damaſo ſubſcribit Guido litteris Innocentij, Abbati Feſulano An. 1141. *to.* 3. *Vghel. p.* 315. Quiſquis fuerit, fortiſſimus Sanſon in Antipapam pugnauit pro legitimo Papa Innocentio. II.

63. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum. Pſal. 1.



N*Icolaus*, ... Diac. Cardinalis in ſexta creatione Cardinalium promotus ab Innocentio II. poſtea ad Presbyterium translatus *S. Cyriaci in Thermis* à Cæleſtino II. Eius memoria tamquàm Diaconi Card. in Bulla pro S. Bened. de Mantua, ſub Innoc. II. Anno 1142. ſub Cæleſtino II. Presbyter ſubſcribit pro Eccleſia Feſulana. Sub Lucio II. Laterani. An. 1144. Sub Eugenio III. pro S. Io: Euang. Parm. An. 1145. & An. 1150. Abbati Melitenſi. *to.* 1. *Vghel. p.* 1034.

64. S*Anctius* Diac. Car. *S. Sabinę* ſubſcripſit cum Innoc. II. An. 1139. Ep. Ferrar. *to.* 2. *Vghel. p.* 570.

Cancellarij, & Bibliothecarij ſub Innocentio II.

HAymericus Burgundus Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, Cancellarius, vt in *to.* 10. *Concil.* ſub Innoc. II.

Baro Capellanus, & Scriptor Apoſtolicus Pro- (D) cancellarius, vt *to.* 10. *Concil. p.* 1037.

Gerardus Caccianimicus Bibliothecarius S.R.E. vſque ad finem Cæleſtini II.

Nomina Cardinalium ſub Innoc. II. qui Anaclètum II. Pſeudopapam promouerunt.

1. Petrus Ep. C. Portuenſis creatus à Paſchali II.

2. Egidius Ep. C. Tuſculanus à Callixto II.

Pres-

Presbyteri Cardinales ſub Innoc. II. qui Anacletum Antip. promouerunt,

3. Bonifacius Presb. Card. tit. S. Marci ab Vrbano II.
4. Deſiderius P. C. tit. S. Praxedis à Paſchali II.
5. Saxo tit. S. Stephani, in monte Cælio, à Paſchali II.
6. Petrus Piſanus tit. S. Suſannę, à Paſchali II.
7. Amicus tit. S. S. Nerei, & Achillei, à Paſchali II. A
8. Petrus Petri Leonis S. Mariæ transtyberim, tit. Callixti, à Paſchali II. & Callixto. II.
9. Petrus Burgundus tit. S. Marcelli, à Callixto II.
10. Oderiſius de Sangro tit. S. Cyriaci in Thermis à Paſchali II. & Callixto II.
11. Creſcentius tit. S. S. Marcellini, & Petri à Paſchali II. & Callixto II.
12. Gregorius tit. S. S. XII. Apoſt. à Callixto II.
13. Comes tit. S. Sabinæ, ab Honorio II.
14. Gregorius tit. S. Balbinæ, ab Honorio II.
15. Matthæus tit. S. Petri ad Vincula, tit. Eudoxiæ: ab Hoborio II.
16. Sigizzo tit. S. Sixti: ab Honorio II.
17. Vldaricus S. S. Io: & Pauli, tit. Pam: ab Honorio II.
18. Lectifredus tit. S. Vitalis: ab Honorio II.
19. Henricus S. Priſcæ: ab Honorio II.

Diaconi Cardinales,

20. Stephanus S. Mariæ in Coſmedin, à Callixto II.
21. Ionathas S. S. Coſmæ, & Damiani, Callixto *II.*
22. Gregorius S. Euſtachij, iuxta templum Agrippę: à Callixto II. B
23. Angelus S. Mariæ in Dominica, à Callixto II.
24. Io: Salernitanus S. Nicolai in carcere Tulliano, à Callixto *II.*
25. Stephanus S. Luciæ in Silice, aliàs in Orphea: ab Honorio *II.*
26. Ruſticus S. Georgij in Velabro, ab Honorio *II.*
27. Petrus S. Hadriani ab Honorio *II.*

Ita Panuinius, à quo diſſentiens Ciaconius ab vno ſupra viginti dicit promotum Anacletum *II.*

Cardinales creati ab Antipapa Anacleto II, Anno Sal. 1130. in Sabbato Sancto.

1. Ionathas Iunior ex Diacono Card. S. S. Coſmæ & Damiani ſub Callixto *II.* Pſeudo Presbyter Cardinalis *S. Mariæ Transtyberim, tit. Callixti.* C
2. Ioannes ex Diacono Cardinali S. Nicolai in carcere, Pſeudo Presb. Card. *S. Pudentianæ, tit. Paſtoris.*
3. Stephanus ex Diacono Card. S. Luciæ in Silice, ſub Honorio *II.* Pſeudo Presb. Card. tit. *S. S. Laurentij & Damaſi.*
4. Petrus Octauianus de Alberico, de Vico, ex Comitibus Tuſculanis, ex Diacono Card. S. Hadriani, ſub Honorio *II.* pſeudo Presb. Card. *S. Euſebij.*
5. Syluius, ſeu Siluinus Romanus, Diacon. Card. *S. Lucię in Septiſolio* ſubſcribit diplomati Anacleti *II.* dato ad Franconem Abbatem S. Sophiæ, Nonis Decemb. 1130. *to.* 8. *Vghel. p.* 687. *& p.* 692. *& p.* 694. D
6. Hermanus Diaconus Card. *S. Angeli in foro Piſcium* in prima creatione promotus ab Anacleto *II.* Antipapa, Beneuenti, Anno Sal. 1131. pro Francone Abbate S. Sophiæ, *to.* 8. *cit. Vghel. p.* 694.
7. Gregorius Ottonius è Matelica Diac. Card. *S. Mariæ in Aquiro.*
8. D. Petrus Piſanus Monachus Caſſinenſis. Diac. Card. S.... promotus Anno Sal. 1130. ſubſcribit cum Anacleto *II.* Antipapa ad Franconem Abbatem S. Sophiæ, apud Vghellum *to.* 8. *cit. p.* 668. Signat epiſtolam ad Lotharium Imperatorem contrà Innocentium *II.* R. P.
9. Creſcentius Presb. Card. *ad S. Marcellum Procuſor*, Anno Sal: 1130. promotus, ſubſcribit in Bulla Anacleti *II.* ad Franconem Abbatem S. Sophiæ, 4. Id. Nouemb. in Chron. Beneuentano Monaſterij S. Sophiæ apud Vghellum, *to.* 8. *Italiæ, p.* 687. *& p.* 694. & ad Archiep. Beneuentanum, Anno 1136. *to.* 8. *Vghel. p.* 170.
10. Romanus Diacon. Card. *S. Hadriani iuxta Aſylum* promotus Sal. Anno 1130. ſignat ſubſcriptione ſua, epiſtolam ad Lotharium Imperatorem, contra Papam Innocentium *II.* Subſcribit cum Antipapa ad Franconem Abbatem S. Sophiæ: Nonis Decemb. Anno Sal. *to.* 8. *cit. p.* 687.
11. Rocchus Diaconus Card. *S. S. Hadriani, & Mariæ* Beneuenti ſubſcribit cum Anacleto Antipapa, ad Franconem, Abbatem S. Sophię. *to.* 8. *cit. p.* 694.
12. Pandulphus Diaconus Card. *S. S. Martyrum Coſmę, & Damiani*, ſubſcribit cum Anacleto *II.* Beneuenti ad Franconem *to.* 8. *Vghel. cit. p.* 694. *& p.* 692.
13. Benedictus Presb. Card. tit. S... cum Anacleto Antipapa ſubſcribit, *to.* 8. *cit. p.* 694.

14. Ray-

14. Raynerius Archipresb. *S. Mariæ Nouæ*,
15. Petrus Presb. Card. ad *S. Mariam*, & *Suſanam*, ita ſubſcribit cum Antipapa Anacleto Beneuenti, Nonis Decemb. 113. ad Franconem Abbatem S. Sophiæ, *to.* 8. *Vghel. p.* 687.
16. Matthæus Presb. Cardinalis ... ſubſcribit cum Antipapa Anacleto ad Franconem ſupradictum, *to.* 8. *cit. p.* 687. *& p.* 688. *& p.* 692.
17. Gregorius Presb. Card. ... ſubſcribit cum Antipapa Anacleto ad Franconem Abbatem *to.* 8. *Vghel. p.* 492.

Secunda creatio Pſeudo Cardinalium Anno Sal. 1131.

A

18. Adeſiſus Diaconus Card. *S. Agathæ* in ſecunda creatione promotus ab Anacleto II. ſubſcribit cum eodem ad Franconem Abbatem S. Sophię. 6. Idus Martij 1130. Beneuenti, *to.* 8. *Vghel. p.* 668. *& p.* 692.
19. Amatus Presb. Card. *S. Euſebij* promotus ab Anacleto II. in locum Petri Card. qui relicto Antipapa redierat ad Innocentium, cum eo ſubſcribit ad Archiep. Beneuentanum, Anno Sal. 1136. *to.* 8. *Vghel, p.* 170.
20. Donatus Presb. Card. *S. Euſebij*.
21. Anſelmus Mediolanenſis Presb. Card. tit. S. ...
22. Raynaldus Abbas S. Laurentij extra Muros Diacon. Card. S. ...,
23. Benedictus Presb. Cardinalis .... ſubſcribit cum Antipapa Anacleto, 12. Kal. Aprilis, An ... ad Franconem ſupradictum *to.* 8. *Vghel. p.* 694.
24. Amatus vel Amandus Presb. Card. tit. *S. Sabinę* ſubrogatus in locum Comitis Cardinalis tit. S. Sabinę (qui relicto Antipapa, ad Innocentium II. redierat) ſubſcribit cum Anacleto pſeudopapa ad dictum Franconem, 12. Kal. April. Anni ... *to.* 8. *Vghel. p.* 694.
25. Saxo Anagninus Presb. Card. *tit. S. Stephani in Monte Cælio*, S. R. E. Cancellarius creatus ab Anacleto II. Antipapa, in locum Haymerici ſpoliati ab eodem Anacleto.

Supradicti omne an fuerint Cardinales S. R. E. dubium cum nomen Cardinalis datum legatur etiam ſacris miniſtris aliarum Eccleſiarum, apud Vghellum *to.* 2. *Italiæ p.* 751. *& p.* 755. & plures ex
B ſupradictis ſubſcribant *Cardinalis* ſine tamen additione *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ*.

COELESTINVS II. P. CLXV.

COElestinus II. Electus Anno Sal. 1143. die 6. Kal. Octob. obijt 8. Id. Martij, creauit Cardinales infraſcriptos.

Cardinales Epiſcopi, qui Cœleſti no II. ſuffragati ſunt.

C

1. Conradus de Suburra Ep. C. Sabinus creatus ab Honor. II.
2. Theodeuinus Ep. C. Portuen. promotus ab Innoc. IJ.
3. Albericus Ep. C. Oſtien. promotus ab Innoc. II.
4. Stephanus Ep. C. Præneſtin. ab Innoc. II.
5. Imarus Ep. C. Tuſculanus ab Innoc. II.
6. Petrus Ep. C. Albanus ab Innoc. IJ.

Cardinales Presbyteri ſub Innoc. II.

7. Gerardus Caccianimicus Presb. Card. S. Crucis à Callixto II.
8. Guido Typhernas P. C. S. Marci ab Honorio II.

Vſquehuc concordant Panuinius, & Cianconius.

Duos alios adijcit Panuinius nempè Anſelmum P. C. *S. Laur. in Lucina*, ab Honorio II. & Jozelinum P. C. *S. Cæciliæ*, ab Honorio IJ. de quibus ſilentium apud Ciaconium.

Reliqui promoti ab Innoc. II. teſte Ciaconio.

9. Guido Bellaius P. C. S. *Chryſogoni*.
10. Gregorius Presb. C. *S. Mariæ Tranſtyberim*.
11. Raynerius P. C. *S. S. Aquilæ, & Priſcę*.
12. Goizo P. C. S. Cæciliæ. Silet *Panuinius*.

D

13. D. Raynaldos P. C. *S. S. Mar. & Petri*.
14. Thomas P. C. *S. Vitalis*.
15. Petrus P. C. *S. Pudentianæ, tit. Paſtoris*.

Hubaldus Allucingolus P. C. *S. Praxedis*.

Hubaldus P. C. S. S. Jo: & Pauli *tit. Pam.* Hic loco Hubaldi *Lucam* dicit Panuinius.

Adiungit Panuinius *Martinum P. C. S. Stephani in Monte Cælio*, & Robertum Piſanum P. C. S. ...

Cardinales Diaconi à Callixto II.

GRegorius Tarquinius D. C. *S. S. Sergij, & Bacchi*, Prior Diaconorum ex Callixto IJ.

Ab Innoc. II.

Otho Diaconus C. *S. Georgij in Velabro*.

Guido ex Comitibus Caproniæ D. C. *S. S. Coſmæ & Damiani, in via Sacra*.

Hubaldus D. C. *S. Mariæ in via Lata*. Silet *Panuin.*

Gerardus D. C. *S. Mariæ in Dominica*.

Octauianus Romanus D. C. S. *Nicolai in carcere Tulliano*.

Guido de caſtro Ficardæ; Miniſter Altaris Lateran. D. C. S....

A

Petrus D. C. *S. Mariæ in Aquiro*. Silet *Panuinius*.

Petrus D. C. *S. Mariæ in Porticu*.

Nicolaus S. R. E. D. C.... Silet Panuinius.

Gilibertus D. C. S.... Silet Panuinius.

Guido D. C. S..... Silet Panuinius.

Adiungit Panuinius.

Boetio D. C. *S. S. Viti & Modeſti, in macello*.

Ioannes D. C. *S. Hadriani*.

Gregorius Romanus D. C. *S. Angeli in Piſcina*.

Presbyteri Cardinales creati à Cœleſtino II. An. Sal. 1144. feria IV. Cinerum.

1 MAgiſter Gilibertus ex Diacono Cardinali S... ſub Innocentio II. Presbyter Card. *S. Marci*. de quo vide n. 59. ſub Innoc. II. alij namque promotum volunt à Lucio II, non à Cœleſtino.

2 GVido ex Diacono Card. S. S. Coſmæ & Damiani, Presbyter Cardinalis *S. S. Laurentij, & Damaſi*; de quo vide ſub Innoc. II. n. 60. ſubſcribit cum Eugenio III. ad Ep. Lunenſem, Anno *1149. to. 1. Vghel. p. 910.* B

3 NIcolaus ex Diacono Cardinali S...., Presbyter Cardinalis *S. Cyriaci in Thermis*, de quo vide ſub Innoc. II. n. 63.

4. *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus lapidem mittat. Quod cum audiſſent, receſſerunt omnes incipientes à ſenioribus* Io: 8.

C

ROBertus Bullenus, vel *Pulcij*, Anglus Presb. Card.... ob eximiam eruditionem, & rerum diuinarum ſcientiam optimè audijt. Quolibet litteraturæ, ac ſcientiarum genere apprimè inſtructus, apicem gloriæ promeruit, quùm euerſis ab Haralito Anglorum Rege, Oxonienſis Gymnaſij ſcholis, pro ijs reſtituendis ſtrenuè laborauit, & Pariſijs, in Angliam rediens, conuocatos ex omni Regni parte ſtudioſos, ſcientias omnes, ac optimarum artium diſciplinas gratis edocuit, ergaque auditores nullum humanitatis officium prætermiſit. In Vrbem vocatus ab Innocentio IJ. ab eius ſucceſſore Cœleſtino, Cardinalis dictus S. R. E. *tit.*... & à Lucio II. Cancellarius Sedis inſtitutus Apoſtolicæ, ſtudijs ſuis cauſam non tàm Eccleſiaſticam quàm litterariam meliorem reddidit, pluribus relictis opuſculis ad poſteritatis eruditionem, celebri ſui nominis ſama, & vitæ Sanctimonia. D

Scripſit *Pænitentiarum libros octo*.

De Mundi Contemptu, lib. 1.

In Apocalypſim S. Ioannis Commentaria.

In Pſalmos Commentaria.

Prælectiones. *Aliaque Opuſcula*.

Sales etiam opuſculo recollectos *ab Arnaldo* eius diſcipulo, M. S. habes in Bibliotheca *Io: Bapt. Cornelij Procur. S. Marci Venetiarum*. Notatus ab aulicis, cum gymnaſia repararet, quòd puero haberet encomiaſtes, *Vos ergò primos* reſpondit: ſenes redarguens vt pueros: vnde Symbolum ei appoſitum mendaces ſenes arguit, qui Robertum carpebant.

5 ADinulphus Monachus, & Abbas Farfenſis Presb. Card. S... promotus à Cæleſtino II. & ab eodem in Germaniam legatus ad Conradum Imperatorem. Vide ſub Innoc. IJ. n. 38.

6. *Tenebræ eam non comprehenderunt*. Jo: 1.



RAinerius Presb. Card. *S. Stephani in Monte Cælio* (cuius nulla mentiò apud Panuinium) promotus à Cæleſtino II. in prima Cardinalium creatione, adeſt creationi Lucij II. eiuſque litteris ad Regulares S. Fridiani Lucen. ſubſcribit An. 1144. teſte Ciaconio: & Io: Ep. Oliuolenſi, ſeu Veneto, *to. 5. Vghel. p.* 1321. Imò fratres S. Saluatoris Venetiarum altercantes cum Ioanne Pollano Ep. Caſtellano, ſuper Decimis ſuæ viciniæ (quæ tunc temporis quatuor diuidebantur in partes) iuuit, promouit, defendit: ſubſcribit ad Cluniacen. An. 1144. *to. 10. Concil. p.* 1039. Opuſculum ſcripſiſſe dicitur de Immaculata Virginis Conceptione vt ex ſymbolo ei adiecto.

7 MAnfredus Presb. Card. *S. Sabinæ in Auentino* promotus à Cæleſtino II. non diuerſus à Manfredo Presb. Card. *S. Sabinæ* qui cum Innocentio II. ſubſcribit Cal. Octob. Anno 1141. pro Abbate Feſulano, vt vult Oldoinus, quamuis reperiatur in eodem titulo S. Sabinæ, ſubſcribere Gratianus Presb. Card. de quo diximus ſub Innocentio II. n. 11. quia Gratianus. P. C. *S. Sabinæ* ſubſcribit Anno 1147.

1154. 13. Kal. Iunij, *to. 4. Vghel. p.* 657. Manfredus verò 10. Cal. Octob. 1141. *to. 3. Vghel. p.* 315. Propterea eumdem dicas hunc Manfredum cum eo, quem poſui ſub Innoc. II. n. 40. Vbi adijcies memoriam Manfredi haberi in litteris Lucij II. An. 1144. Ep. Oliuenſi, ſeu Veneto, *to. 5. Vghel. p.* 1321. & pro Cluniacen. *to. 10. Concil. p.* 1039. & An. 1151. Ep. Imolenſi ſub Eugenio III. *to. 2. Vghel. p.* 677. Promouit etiam Anaſtaſium IV. cuius litteris ſubſcribit An. 1153. Ep. Feſulano, *to. 3. Vghel. p.* 317. & Anno 1154. Ep. Aſtenſi, *to. 4. p.* 521. & Archiep. Beneuent. An. 1157. *to. 8. p.* 124.

8. *Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius.* Pſal. 36.



8 HVgo Presbyter Card. *S. Laurentij in Lucina*, natu Bononienſis, de quo diſceptatur, an cum Hugone Bononienſi coincidat Cardinale *S. Laur. in Lucina*, qui fuit ſub Lucio II. cuius litteris ad Cluniacen. ſubſcribit An. 1144. *to. 10. Concil. p.* 1039. Quis quis fuerit, idem, vel diuerſus, Deo tamen concors & legi, hanc B tulit ſemper in ore & in corde.

9. *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ.* 3. ad Philippen.



ARibertus Presb. Card. *S. Anaſtaſiæ ſub Palatio* in prima Cardinalium promotione creatus, legatus abijt Sedis Romanæ Veronam, vbi cum duobus alijs S. R. E. Cardinalibus, Guidone ſcilicet Florentino tit. *S. Chryſogoni*, & Guidone C Cremenſi Presb. Cardinali, Peregrino Patriarcha Aquileienſi, & Theobaldo Ep. Veronenſi, 14. Cal. Septemb. 1148. conuenit, pro eccleſiæ Veronenſis reformatione in qua Clerus delicijs diffluens vitijs affluebat, & gloriam Dei non curabat.

Eius memoria in Litteris Lucij II. An. 1144. ad Cluniacen. *to. 10. Concil. p.* 1039. vbi Aubertus appellatur non Aribertus in litteris Eugenij III. An. 1151. Abbatiſsę S. Petri, *to. 3. Vghel. p.* 122. & Abbatiſsę S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*. & Ep. Imolenſi, *to. 2. p.* 677. & Anno 1153. ſub Anaſtaſ. IV. ad Ep. Feſulanum, *to. 3. p.* 317. & Ep. Aſten- D ſi, *to. 4. p.* 520 & Anno 1154. pro eodem; *ib.* & Canon. Bergom. *to. 4. p.* 662. Vbi, & quando mortuus? ignoratur. Fama eius inſepulta refulget optimis legibus conſtitutis pro eccleſiaſtica diſciplina.

10. *Et planget eum quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti.* Zacchar. 12.



A IVlius Presb. Card. *S. Marcelli* à Cæleſtino II. An. 1144. promotus adfuit comitijs Lucij II. Eugenij III. cum quo ſubſcribit ad Ep. Lunenſem, An. 1149. *to. 1. Vghel. p.* 910. An. 1151. Abbatiſsę S. Zachariæ Venetiarum, teſte Bozzono, & Abbatiſſæ S. Petri, *to. 3. p.* 122. Promouit Anaſtaſium IV. cuius litteris ſubſcribit Ep. Feſulano, An. 1153. *to. 3. Vghel. p.* 317. Hadrianum IV. cum quo ſubſcribit Anno 1156. Ep. Aſtenſi *to. 4. p.* 522. & Præpoſito Vrbeuetano *par. 2, to. 1. Vghel.* & Canon. Bergom. An. 1154. *to. 4. p.* 662. & Ferrarienſi Anno 1157. *to. 2. p.* 572. & Patriarchæ Gradenſi, *to. 5. p.* 1200. & An. 1158. Abbati S. Nazarij, *to. 5. p.* 746. & Archiep. Ianuen. *to. 7. p.* 1196. Iude ab eodem Hadriano IV. creatus *Ep. Præneſtinus*, ſub- B ſcribit Ep. Sipontino, *to. 7. Vghel. p.* 1123. Legatus abijt Apoſtolicus ad Gulielmum Siciliæ Regem, cum quo nomine Hadriani IV. R. P. pacem firmauit graui Federici Imperatoris indignatione, quod Regi Siculo indulſiſſet Pontifex, quę Cæſari fuerant ſemper negata. Obſeſſus namque An. 1156. Hadrianus Beneuenti, vt libertatem impetraret à Rege Vilhelmo, iurauit; vt in Siciliam Sedes Apoſtolica Legatos non emitteret, quàm ad petitionem Regis Sicilię. Promiſit etiam; ne in Sicilia ius eſſet appellandi ad Sedem Romanam; vt dedimus *n. 5. in vita Hadriani IV.* Hinc origo diſſidij inter Cæſarem, & Pontificem.

C Hadriano mortuo, Alexandrū III. verum Chriſti Vicariū aduersùs Victorem Pſeudopapam conſtantiſſimè propugnauit, vt ex epiſtola, quam ad omnes Chriſti fideles, & Fridericum Imperatorem ſcripſit cum alijs Cardinalibus; poſteà Legatus abijt ad Pannones cum Petro D. C. S. Euſtachij, communioneque facta cum Alexandro, Victorem abjurarunt. Reuerſus in Vrbem, Sciſmaticorum veſaniam declinante Pontifice, Romam, abſente Pontifice, ſeditioſam, turbidam, & turgidam, fæliciter rexit, & in ſeditione pacem ſeruauit. In hac Vicaria Anno Alex. III. quinto, diem clauſit, graui mærore populi, qui (*ex M. S. cit. in Bibliotheca Corneliana*) veſtem per triduum induit pullatam. Eius laudes breui cumula- D uit periodo Ioannes Saresberienſis *l. 6. c. 24. Policratici*. *Quis non ſtupeat Epiſcopum Prēneſtinum, qui ſcrupulum conſcientiæ metuens, & à participatione bonorum communium abſtinebat?*

Diaconi Cardinales ſub Cæleſtino II.

11. *Pacifice loquebantur mihi inimici mei: & in ira moleſti erant mihi*. Pſal. 84.



G*Regorius* Diac. Card. . . . . . promotus Anno 1144. forſan *S. Mariæ in Porticu*; nam huius nominis mittitur ab Hadriano IV. Anno Sal. 1155. ad Fridericum Ænobarbum, cũ Iacobo P.C.*S. S. Io: & Pauli*, & Gerardo P. C.*tit.S. Pudentianę*. Vide ſub Had. IV. 22. Plures paſſus æmulos & inimicos apud Pontificem pro ſuis legationibus, omnes teſtimonio veritatis diſlauit. A

12. *Et terram vobis diuident*.

Numer. 34.



I*Oannes* de Papiro, ſeu Paparo, Diaconus Cardinal. *S. Hadriani*, Anno 1134. promotus à Cæleſtino II. deinde ab Eugenio III. translatus ad Presb. Cardinal. *S.S. Laurentij & Damaſi*, Anno 1150. nec diſtinguitur Io: P. C. *S. S. Laur. & Damaſi* à Ioanne D. C. *S. Hadriani*; quia Anno 1149. ſubſcribit litteris Eugeni. III. pro creatione monaſterij Archauſani Ordinis S. Benedicti in Ducatu Vuitembergico; & An. 1150. ad Canonicos Ianuen. his verbis: *Ego Ioannes de Paparo D. C. S. Hadriani, to.4.Vghel.p.*1195. Legatus poſtea abijt Anno 1151. nomine Eugenij III. ad Hibernos vnà cùm Chriſtiano Epiſcopo, datis ei quatuor Pallijs iuxta numerum Prouinciarum illius inſulę, quæ ex M. S. Vaticano apud Baronium, in quatuor Metropoles tunc diuiſa, cum hoc titulo, *Tempore Domini Eugenij Papę III. facta eſt diuiſio totius Hiberniæ in quatuor Metropoles per Ioannem Paparonem Presb. Cardinal. tit. S. Laurentij in Damaſo, Apoſtolicę Sedis Legatum*. Functus eſt Ioannes Legationis officio, laudabili eccleſię incremento, & ſui nominis gloria, vt ex *ep. 290. S. Bernardi ad Hugonem Oſtien.* excitantis, vt Eugenius Papam certiorem faceret de auaritia Iordani in Germaniam Legati *Perſtranſijt Legatus veſter de gente in gentem, de Regno ad populum alterum, fœda, & horrenda veſtigia apud nos vbique relinquens: à radice Alpium, & Regno Theutonicorum per omnes penè Eccleſias Franciæ, & Normanniæ, & circumquaque circumiens vſque Rhotomagum vir Apoſtolicus repleuit non Euangelio, ſed ſacrilegio. Turpia fertur vbique commiſiſſe, ſpolia aſportaſſe Eccleſiarum, formoſulos pueros in honoribus Eccleſiaſticis, vbi potuit, promouiſſe, vbi non potuit, voluiſſe. Multi ſe redemerunt, ne veniret ad eos: ad quos peruenire non potuit, exegit, & extorſit per nuntios; in Scholis, in Curijs in triuijs fabulam ſe ipſum fecit. Sæculares Religioſi omnes malè loquuntur de eo. Pauperes, & Monachi, & Clerici conqueruntur de eo: homines quoque ſuæ profeſſionis ipſi ſunt, qui magis exhorrent & famam eius, & vitam: hoc teſtimonium habet, & ab his, qui intus, ſic ab his qui foris ſunt. Non D. Ioannes Paparo, non ſic; cuius laus eſt in Eccleſia; quippe honorificantis vbique miniſterium ſuum, Legite has litteras Domino meo, ipſe viderit, quid te homine faciendum ſit: ego liberaui animam meam, dico tamen præcipitatione, qua ſoleo. Bonum eſt ei, ſi purget ipſe Curiam ſuam, & ſic liberet conſcientiam ſuam &c.* Quid autem Ioannes in Hibernia egerit? ſcribit Iacobus Vuareus in *vita Donati Lonargani Ep. Caſſelienſis*. Lonarganus noſter auctoritate Pontificia, primus creatus eſt huius ſedis Archiepiſcopus, An. 1142. Ad quem Annum ſic loquitur Anonymus, qui tunc vixit. *Ioannes Paparo Cardinalis, ab Eugenio III. P.R. miſſus, cum Chriſtiano Ep. Liſmorenſi, totius Hiberniæ Legato, in Hiberniam venit, Idem Chriſtianus Mell. (ſiue Mellifontis monaſterio) concilium celebrauit, cui interfuerunt Epiſcopi, Abbates, Reges, Duces, & maiores natu Hiberniæ: quorum conſenſu Archiepiſcopatus conſtituti ſunt quatuor, Armacanus, Dublinienſis, Caſſelienſis, Toamenſis. Quibus præfuerunt eo tempore Gelaſius, Gregorius, Donatus, Edanus; Ioannes Cardinalis benedicens Clero poſt Paſcha 1153. vt mihi auctor eſt Ioannes Haguiſtadenſis, ſiue Hexamenſis, per; Scotiam iter faciens Romam reuerſus eſt. to. 10. Concil. p.* 1130. Concordat Rogerius *in Annal.* Hoc eodem Anno 1153. priuilegio legitur ſubſcripſiſſe dato per Eug. III. Canonicis S. Petri. Subſcripſit cum eodem Eugenio, An. 1150. pro Canon. Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1194. Quando obierit? incertum. Pro Inſignibus Gentilitijs Crucem Ciaconius pinxit in ſiniſtris declinantem, ſurgentem in dextris; cum ego e x diametro aduerſam habeam in *M.S. Cornelio*.

B

13. *Manum aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem*. Prouer.

C



R*Odulphus* Diaconus Card, *S. Luciæ in Septiſolio* eccleſiaſticæ amator libertatis, & pater pauperum, vt ex M. S. apud *Io. Bapt. Cornelium*, moriens mandauit maiorem bonorum ſuorum partem in egenos erogari, quibus domum ſuam nunquàm clauſerat.

Adfuit creationi Lucij II. & cum eo litteras dedit Ep. Caſtellano, Anno 1144. *to. 5. Vghel. p.* 1321. Adfuit etiam comitijs Eugenij III. cum quo litteras dedit ad Ep. Veronenſem, An. 1147. *to. 5. cit. p.* 735. ad D Canon. Ianuen. An. 1150. *to. 4. Vghel. p.* 1194. & Archiep. Colonien. *to.* 10. *Concil. p.* 1056, & An. 1153. Ep. Fulginati, *to. 1. p.* 748. & Bergomen. An. 1154. *to. 4. p.* 663. & An. 1156. Abbatiſſę S. Zacharię Venetiarum, teſte *Bozzono*. In ſciſmate contra Octauianum, ſeù Victorem IV. Antipapam, iura propugnauit Sancti Pontificis Alex. III. vt ex epiſtola, quam ipſe cum cæteris Cardinalibus dedit Imperatori, & Vniuerſis Chriſti fidelibus; licet apud Baronium pro Rod. legatur Rom. quaſi Romanus non Rodulphus Cardinalis Diac. *S. Luciæ in Septiſolio*. Crucem habes nigram ex *M.S. Cornelio*.

14. *Pe-*

14. *Pecuniæ obediunt omnia.* Eccli. 10.



GRegorius Diacon. Card. *S. Angeli* deuotus S. Zaccha- riæ Prophetæ propterea apud Eugenium III. Rom. Pontif. promotor cuiuſdam priuilegij dati ab eodem Eugenio Monialibus Ciſtercienſibus S. Zaccha- riæ Venetiarum, Anno 1151. *6.* Cal. Octob, cui etiam Gregorius ſubſcripſit, vt apud *Dominicum Bozzonum lib. Il ſilentio di S. Zaccaria.* Adfuit creationi Lucij II. cum quo ſubſcripſit ad Ep. Veron. An. 1145. *to.* 1, *Vghel. p.* 735. Promouit Eugen. III. cum quo ſubſcripſit An. 1149. ad Ep. Lunenſem *to.* 1. *Vghel. p.* 910. An. 1150. Abbati Militenſi, *to.* 1. *p.* 1034. & Canon. Ianuen. *to.* 1. *Vghel. p.* 1194. An. 1151. Abbatiſſæ S. Zaccha- riæ Venetiarum apud *Bozzonum*. Cum alijs Cardinalibus interpres fœderis acceſſit inter Eugenium III. Papam, & Fridericum Imperatorem, cuius autographum habes, apud Baronium An. 1152. Legatus inde ab Eugenio ad Germanos, ad cognoſcendam cauſam Eccleſiæ Magdeburgenſis, nec non Henrici Archiep. Moguntini, teſte *Othone Friſingenſ, l. 2. c. 9.* facta inquiſitione eorum, in quibus accuſabatur Henricus, hunc legatus depoſuit; quamuis pro Henrico interceſſor acceſſiſſet S. Bernardus *ep.* 302. *Dom. & Patribus Reueren. Apoſtolicæ Sedis Legatis puer Sanctitatis eorum Bernardus Clareuallis vocatus Abbas. Et ſi corpore remoti, ſed affectu, & bona voluntate vobis appropiauimus optantes, & orantes duci actus, & ſtudia veſtra ad omne, quod decet, & expedit. Inde eſt quod audientes miſerandum illum Archiep. Moguntinum vocatum ad veſtram præſentiam, ibique reſponſurum aduerſarijs ſuis, auſi ſumus veſtram pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimus honorificari miniſterium veſtrum, ſi (quatenus ſalua iuſtitia licet) parieti inclinato, & maceriæ depulſæ humeros veſtræ auctoritatis ſupponitis, nec calamum quaſſatum conteri, nec linum fumigans (quod in vobis eſt) extingui permittitis. Sentiat, obſecramus, ſibi profuiſſe, & precem noſtram, & ſuam ſimplicitatem, ob quam fertur à falſis fratribus circumuentus potiùs quàm inuentus in aliquo dignus depoſitionis.* S. tamen Bernardi commendatione præterita, dignitate Legati eum depoſuerunt Epiſcopali, teſte Othone *cap. 9. l. 2.* Iuſtè, vel iniuſtè? dubium. Otho Friſingen. noxium aſſerit. Rex Fridericus *in proximo Paſchate Babembergh coronam geſtans, duos Cardinales videlicet, Bernardum Presbyterum, & Gregorium Diaconum ad depoſitionem quorumdam Epiſcoporum ab Apoſtolica ſede deſtinatus ſecum habuit, proximam dein Pentecoſtem Vuormatiæ ferians, Henricum Maguntinum Archiep. virum pro diſtractione Eccleſiæ frequenter correptum, & non correctum, per eoſdem Cardinales depoſuit, & Arnoldum Cancellarium ſuum per quorumdam ex Clero, & populo, qui illuc venerant, electionem ei ſubrogauit.* Concordat Trithemius in *Chron.* Hirſaugenſe. *Cauſam depoſitionis Henrici* Hiſtoriarum *ſcriptor tacuit; nos tamen in quadam epiſtola S. Hildegardis ad eum ſcripta, negligentem in cura paſtoralis officij fuiſſe conſiderauimus, ad quem ita dicit S. Hildegardis. Sedit ille, qui & ille eſt, ò homo dicit tibi: Audi quòd in multis ſerutinijs me negligis. Cœlum de vltione Domini apertum eſt, & nunc inimicis funes demiſſi ſunt. Tu autem ſurge, quia dies tui breues ſunt; & reminiſcere, quia Nabuchodonoſor cecidit, & quòd corona ipſius perijt, & alij multi ceciderunt, qui ſe temerè in Cœlum exaltauerunt. Ah tu cinis, quare non erubeſcis in altum te ſpargere, cum debeas in putredinem conuerti.*

Conradus autem Epiſcopus, qui poſt centum Annos Chronicon ſcripſit Moguntiacum, culpam omnem reycit in Arnoldum eiuſdem Epiſcopi proditorem, atque in Apoſtolicos pecunia corruptos. Accuſatos enim Henricus, (qui vir pacificus erat, & amator Cleri, & iuſtitiæ cultor) apud Papam, *quòd ſomnolentus haberetur, & inutilis, miſit omnium ſuorum ſecretiſſimum cognitorem Arnoldum clericum, quem ipſe Archiep. ad Præpoſituram maiorem promouerat, & Camerarium conſtituerat Ciuitatis Moguntiæ, tanquàm eum, qui non poſſet eſſe immemor beneficij tam nouitèr conſecuti. Erat autem Arnoldus miri ingenij, [illegible] auaritiæ atque congeſtor pecuniæ infinitæ. Is veniens [illegible] Curiam Romanam, Pontificatum ambiens Moguntium, primò ſibi Cardinales pecunia fauorabiles acquiſiuit, deinde ſuos ſpecialiter pecunia corrumpens, cœpit in Dominum ſuum iacula accuſationis dirigere, quem venerat excuſare. Breuiter tantum in ſua profecit audacia, vt duos Legatos deſtinari petierit huius rei cognitores, & iudices, obtinuitque eoſdem duos, quos corruperat.* Ergo Vuormatiam cum veniſſent, Friderico etiam conſpirante Imperatore, inſtructa inquiſitione, *Henricum virum laudabilem ab Epiſcopatu amouent Moguntino, Arnoldum ſubſtituunt. Venerabilis vir Henricus tam manifeſta peruerſitate turbatus, ipſos peruerſos alloquitur in hunc modum. Si ad ſedem Apoſtolicam appellarem, contra veſtrum iniquum proceſſum; Papa forſan nihil ampliùs attentaret; & nihil mihi accreſceret, niſi labor corporis, amiſſio rerum, afflictio ſpiritus, euiſceratio mentis, & euacuatio gratiæ. Appello ergo ad D. Ieſum Chriſtum tanquàm iudicem iuſtiſſimum; vos cito ad eius tribunal, ibi vobis coram ſummo iudicè me reſponſurum exhibeo. Non enim iuſtè, nec ſecundum Deum, ſed mercede corrupti, ſicut placuit, iudicaſtis. At illi: cum tu præceſſeris, nos ſequemur. Hæc ridentes, & deridentes dixerunt.* Poſt Annum, & dimidium Henricus obijt; Cardinales, qui eum Epiſcopatu deiecerant, & ſe ſecuturos promiſerant, ludentes morte cognita dicebant ad inuicem: *Ecce præceſſit, ſuo tempore nos ſequemur; Et ecce tranſijt tempus breue; & ambo vna die moriuntur: vnus ſedens in ſede naturæ, vt purgaret ventrem, omnia inteſtina ſua in cloacum egecit, & animam miſerabiliter exhalauit: alius manuum ſuarum digitos articulatim admordens, & de ore expuens, deformatis manibus, quaſi ſeipſum deuorans expirauit.* Arnoldus verò ſibi ipſi manus intulit in ſuſpendium, teſte eodem Conrado. Ex Trithemio verò in Chron. Hirſaug. occiſum refert in proceſſione ſolemni à ſuis Moguntinis. Miſerabilem porrò Cardinalium exitum vellicat Baronius, Anno 1153. quia apud antiquiores Hiſtoricos nulla tanti facti mentio reperiatur: & quòd ambo

ſupra-

ſupradicti Cardinales vixiſſe reperiantur etiam poſt tempus à Conrado pręfixum. Nam teſte Radeuico, qui Othoni Friſingenſi appendicem adiecit, aliam legationem aſſignat in Germaniā ſub Hadriano IV. eidem Bernardo Cardinali Presb. cum quo concordant litteræ eiuſdem Pontificis Hadriani IV. & Imperatoris;

Tragicum exitum ſupradictorum Cardinalium ſicut ego affirmare vel negare non audeo; obſeruo tamen eorum negligentiam in prolatione ſententię aduersùs Burkardum Ep. Eiſtetenſem, quem permittente Friderico Imperatore, *ſeniograuem, de inutilitate cauſantes itidem ſubmouere*; teſte Othone *l. 2. c. 9.* A Ecquando enim Senectus, ob quam corpus inutile redditur ad laborem, cauſa eſt legitima depoſitionis? Ex hoc capite priſca Eccleſia Ioannem etiam debuiſſet remouere Euangeliſtam, quem ob ſenectutem trahere conabantur ad manus, in Eccleſiam. Sapientiſſima Venetorum Reſpublica, cum ſemel contigiſſet Franciſcum Fuſcarum Optimum principem, palmarum plenum, Domum ob ſenium remitti, lege prohibuit ſempiterna, ne in poſterum Principes quamuis decrepiti deponerentur. Obſeruo etiam in eodem Othone Friſingenſi, quòd cum Iidem Cardinales *in Magdeburgenſem, & quoſdam alios* B *ſententiam ferre cogitarent, à Principe inhibiti & ad propria redire iuſſi ſunt*. Vnde abſque honore, & nullo plauſu remiſſi. Obſeruo tandem, quòd ſub Eugenio III. 7. Cal. Maij Anno 1151. *to.* 3. *Vghel. p.* 123. Gregorius non occupat Diaconatum Cardinalem *S. Angeli*; vt ex litteris ad Abbatiſſam S. Petri *ib.* ſed Rodulphus. Veruntamen cum legam litteris eiuſdem Eugenij 15. Kal. Iulij eiuſdem Anni 1151. *to.* 2. *Vghel. p.* 678. in quibus ſubſcripſit *Gregorius D. C. S. Angeli*; cogita lector concordantiam. Subſcripſiſſe legitur etiam eodem Anno 1151. pro Archiep. Colon. *to.* 10. *Concil. p.* 1056. Niſi forſan loco Gregorij, in his poſtremis ſubſcriptionibus legendus ſit *Georgius*, non *Gregorius*. Nam ſub Anaſtaſio IV. Georgius D.C.S. C Angeli ſubſcribit, Epiſcopo Fulginati, *to.* 1. *Vghel. p.* 748.

15. *Poſuit me deſſolatam, tota die mœrore confectam.* 1. Tren.



ASTALDUS Aſtallus, natu Romanus Diac Card. *S. Euſtachij*, à Cæleſtino II. promotus, coronationi adeſt Lucij II. cuius litteris ſubſcribit ad Cluniacen. An. 1144. *to.* 10. *Concil. p.* 139. Promouit Lucium II. Eugenium C III. eiuſque litteris ſubſcribit, Anno 1150. ad Abbatem Militenſem, *to.* 1. *Vghel. p.* 1034 inde ab eodem Eug. tranſlatus ad Card. Presb. *S. Priſcæ* (vt ex ſubſcriptione in priuilegio dato Canonicis S. Petri, Anno 1155, & Ep. Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 317. & Archiep. Piſano *ib. p.* 462. & Archiep. Beneuentano *to.* 8. *p.* 177. & An. 1154. ſub Anaſtaſio IV. Canonicis Bergomen. *to.* 4. *p.* 662. & An 1156. Abbatiſsę S. Zachariæ Venetiarum, ſub Had. IV. teſte *Bozzono*. Et Archiep. Sipontino An. 1158. *to.* 7. *Vghel. p.* 1123. & Abbati S. Nazarij *to.* 5. *p.* 746. cum Hadriano IV. quem promouit, Tandem in Sciſmate Alexandri III. contra Victorem Antipapam, veritatis cuſtos Catholicæ, Romano ſemper adhæſit Pontifici, cuius cauſa, anguſtijs penè confectus vitam mœrore confecit,

16. *Sapiens in verbo producet ſeipſum; & homo prudens placebit magnatibus*. Eccl. 20.



IOANNES Canonicus Regularis Congregationis S. Fridiani Lucen. in Diaconum Cardinalem *S. Mariæ Nouæ* promotus à Cæleſtino II. Anno 1144. adeſt creationi Lucij II. cum quo ſubſcribit pro Cluniacen. *to.* 10. *Concil. p.* 1039. Promouit Eugenium III. & cum eo ſubſcribit ad Ep. Lucenſem An. 1149. *to.* 1. *Vghel. p.* 810. & Anno 1151. Ep. Imolenſi, *to.* 2. *Vghel. p.* 678. & Archiep. Colon. *to.* 10. *Concil. p.* 1056. Sub Anaſtaſio IV. dicitur deceſſiſſe, auro vacuus, non aureis moribus. Lege Pennotum in *Hiſtor. Canonicorum Regularium*, Manriquez in *Annal. Ciſtercien.* Sed falſum; quia cum Eug. III. An. 1149. *to.* 10. *Concil. p.* 1088. ſubſcribit pro Archiep Rauennę Gregorius Diaconus Card. S. *Mariæ Nouæ*; ni error irrepſiſſet in numerum.

17. *Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in vtriſq;* Eccli. 20.

HIACINTHUS Bobo natu Romanus Diac. Card. *S. Mariæ in Coſmedin* Papa futurus nomine *Cæleſtinus III.* Eius memoria in litteris Eugenij III. ad Ep. Veronen. An. 1145. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. Volunt alij Hiacinthum non ex familia *Boboniа*, ſed Bobonis nomen fuiſſe paternum, filium ſcilicet Bobonis de Vrſinis. Vide ea, quæ diximus *in vita Cæleſtini III.* Anno 1150. in *to.* 1. *Vghel. p.* 1034. ſubſcribit cum Eugenio III. pro Abbate Militenſi: & Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* Anno 1151. Archiep. Colon. *to.* 10. *Concil. p.* 1053. & Abbatiſſe S. Petri, *to.* 3. *Vghel. p.* 123. & Ep. Imolenſi *to.* 5. *p.* 677. & An. 1153. Archiep. Beneuent. *to.* 4. *Vghel. p.* 177. & Canon. S. Petri, *to.* 10. *Concil. p.* 1956. & Anno 1157. Ferrarien. *to.* 2. *p.* 572. ad Patriar. Graden. *to.* 5. *p.* 200. & Anno 1162. Canonicis Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. Ad Priorem Carthuſię 1166. *to.* 10. *Concil. p.* 1386. & Anno 1168. ad Abbatiſſam S. Victorini, *to.* 8. *p.* 187. & An. 1269. ad Taidem Abbatiſſam S. Fabiani, *to.* 4. *p.* 918. & Anno 1170. ad Abbatem S. Geruntij *to.* 2. *p.* 895. Archiep. Ianuen. An. 1171. *to.* 4. *p.* 1201. Ad Magiſtrum militiæ S. Iacob. An. 1175. *to.* 10. *Concil.* Ad Abbatem de Nouo Portu, An. 1177. & Anno 1178. ad Abbatem

tem S. Simpliciani, *to. 4. p.* 168. Ad Abbatem Morimundi, *to. 4. p.* 307. An. 1179. & Abbatię *S.* Zachariæ Venetiarum, Anno 1180. apud *Bozzonum*. Epiſcopo Monopolitano, *to. 1. p.* 1046. Canonicis Iſcen. *to. 2. p.* 1072. & Anno 1186. cum Vrbano III. Eccleſiam conſecrat S. Iuliani de Lepida, Veronæ *to. 5. Vghel. p.* 760. Subſcribit ad Archiep. Mediolan. *to. 4. p.* 237. Vir iſte ſapiens & grauis literaturę; eloquio vero miſer & infacundus.

LVCIVS IJ. P. CLXVJ.

LVcius II. Electus, Sal. An. 7. Idus Martij, die 1144. Obijt 5. Cal. Mar. 1145. cuius electioni interfuere.

IV. Epiſcopi Cardinales, teſte Ciaconio, & Panuinio.

1. D. Conradus de Suburra Rom. Canon. Regular. S. Ruffi, Ep. Card. Sabinus, in vrbe Vicarius promotus ab Honorio II.
2. Theodeuinus German, Ep. Card. Portuen. & S. Ruffinæ, ab Innocentio II.
3. Albericus Beluacen. Gallus, Ep. Card. Oſtienſis ab Innocentij II.
4. F. Stephanus Catalaurenſis, Gallus, Monachus, Ciſtercien. Ep. Card. Preneſtinus.
5. F. Imarus Gallus, Monachus Cluniacen. Ep. Card. Tuſculan. Innoc. II.
6. Petrus Ep. Card. Albanus Innoc. II.

Cardinales Presbyteri Callixti II.

7. GEratdus Caccianimicus Bonon. Canon. S. Fridiani P. C. S. Crucis in Hieruſalem, Prior Presbyterorum & Cancellarius.
8. M. Gilibertus P. C. S. Marci, quem creatum dicit à Cæleſtino Panuinius; imò Ciaconius immemor ſui, hic *Gilibertum* creatum dicit à Callixto II. cum tamen in Callixto II. nullam mentionem habuerit de Giliberto.
9. Guido Piſanus ex Comitibus Captonę. P. C. S. S. Coſmæ, & Damiani; de quo ſilentium apud Panuinium. Imò Ciaconius, quem P. C. S. S. Coſmæ &c. creatum dicit à Callixto II. alibi Diaconum C. dixit S. S. Coſmæ &c. creatum ab Innoc. II.
10. Nicolaus P. C. S. Cyriaci in Thermis. Hunc Panuinius creatum dicit à Cæleſtino II.

Cardinales Presbyteri Innocentij II.

11. Guido Bellaius Florent. P. C. S. Chryſogoni.
12. Gregorius P. C. S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti.
13. Raynerius P. C. S. S. Aquilæ, & Priſcæ.
14. Goizo P. C. S. Cæciliæ. Silet Panuinius, eiuſque loco ponit Iozelinum.
15. D. Raynaldus Abbas Caſſinen. ex Comitibus Marſorum P. C. S. S. Marcellini, & Petri, ſilet Panuinius.
16. Thomas Mediolanen. Canon. Regular. P. C. S. Vitalis tit. Veſtinæ.
17 Hubaldus Allucingolus Lucenſ. P. C. S. Praxedis.
18. Hubaldus P. C. S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij. *Panuinius* loco Hubaldi dicit *Lucam*.
19. Petrus P. C. S. Suſannę. Panuinius ſilet.

Cardinales Presbiteri à Cæleſtino II.

20. M. Robertus Bollonus Anglus, P. C. tit. S..... Hunc Panuinius creatum dicit ab Innocentio IJ.
21. F. Adinulphus Abbas Farfenſis, P. C. tit. S.... Silet Panuinius.
22. Raynerius P. C. tit. S. Stephani in monte Cælio. Loco Raynerij Panuinius dicit Martinum.
23. Manfredus P. C. tit. S. Sabinæ.
24. Hugo P. C. tit. S. Laur. in Lucina.
25. Albertus P. C. tit. S. Anaſtaſiæ. Hunc Panuinius dicit Aribertum.
26. Iulius P. C. tit. Marcelli.
27. Petrus P. C. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris. Guidonem P. C. S. Laur. in Damaſo ponit Panuinius, ſilet Ciaconius.

Diaconi Cardinales ex Callixto. II.

28. Gregorius Tarquinius Archid. Card. S. S. Sergij & Bacchi.

Diaconi Cardinales ex Innocentio II.

29. Otho D. C. S. Georgij in Velabro.
30. Gerardus D. C. S. Mariæ in Dominica.
31. Hubaldus D. C. S. Mariæ in Via lata: De quo Pauinius.
32. Octauian. Romanus D. C. S. Nicolai in carcere.
33. Guido de caſtro Ficardæ, Altaris Lateran. Miniſter Diac. Card.
34. Petrus C. C. Mariæ in Aquiro.
35. Petrus D. C. S. Mariæ in Porticu.

Diaconi Cardinales ex Cæleſtino II.

36. Gregorius D. C. S. Angeli.
37. Rodulphus D. C. S. Luciæ in Septiſolio.
38. Aſtaldus de Aſtallis Rom. D. C. S. Euſtachij, iuxta templum Agrippæ.
39. D. Ioannes Canonicus Regular. S. Fridiani Lucen. D. C. S. Mariæ Nouæ.
40. Hiacinthus Bobo Romanus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.

A 41. Gregorius S. R. E. D. C.
42. Ioannes de Papiro D. C. S. Hadriani.

Adiungit Panuinius.

GVidonem D. C. S. S. Coſmæ & Damiani.
Boetium D. C. S. S. Viti, & Modeſti in macello.

Cardinales Epiſcopi creati à Lucio II.

1. *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Eccli. 7.



GVarinus, ſeù Garinus, ex nobili *Fuſcariorum* familia; Bononiæ natus Magiſtra Deipara, quam horarijs precibus cæpit à pueritia dietim ſalutare mundanis illecibris puer vale dixit, ſumpto habitu clericali, in cathedrali Bononienſi, tonſus more priſco, vt Chriſti coronam haberet præ oculis, diuinæ contemplarioni ſemper intentus, ne ſociorum abſtraheretur illecebris, quos ad ſæcularia deſideria declinare abhorrebat, vitam elegit ſanctiorem in cænobio S. Mariæ Rhenanæ, vel Mortarienſis; vt ſcribit *Auguſtinus Ticinenſis; & Gabriel Pennotus l.* 3. c. 53. & 50. cuius verba. *S. Guarinus patria Bononienſis ex nobili familia de Fuſcarijs, Lucij II. Pontificis conſanguineus & Clericus eccleſiæ Bononienſis, tunc quidem regularis, ſed ſatis relaxatæ, arctioris vitæ deſiderio ad Mortarienſem Canonicam regularis diſciplinæ laude celebrem contendens, ibi tantum profecit, vt à Papienſibus Epiſcopo deſtitutis magno deſiderio non ſolum poſtularetur, ſed quòd fugam illum meditatum intellexiſſent, in cuſtodia detineretur, quorum de manibus elapſus per feneſtrum tandiù latuit, donec alius in Epiſcopum fuiſſet conſecratus. Poſtea verò ad S. Frigdiani Eccleſiam pergens, cum inter monaſterij illius canonicos aliquot annis ſanctiſſimè vixiſſet., à Lucio II. Romam accitus, S. R. Cardinalis, & Epiſcopus Præneſtinus inuitus, & renitens fuit ordinatus.* Fuſius etiam Auguſtinus Ticinenſis Canon. Regularis, in vita S. Guarini, apud Surium *to. 7. Ex ſuæ proſapiæ ſtirpe fuit ſeptimus Epiſcopus, qui doctrina, & religione miraculorum patrator Catholicam illuſtrauit Eccleſiam. Cum autem Hieruſalem proficiſci decreuiſſet, vt inde Ægyptum Eremiticam duceret vitam, & Romæ parumper eſſet immoratus, ab Apoſtolico detentus in Reatina* B *eccleſia Epiſcopus ordinatur. Vbi verò paruo tempore admirandæ religionis vitam duxit, iterum in priori perſeuerans propoſito, Ægypti partibus Eremiticæ auſteritate, in vaſtia, & optata ſolitudine, potitus eſt. Lucius II. natione Bononienſis, fama eius creſcente, quanta potuit inſtantia egit, ut B. Guarinus ad ſe ueniret; Dei uerò Amicus in humilitatis cuſtodia perſiſtens, piè renuit inſtantiam Pontificis, aſſerens ſupra meritum ſuum eſſe, quod ab illo petebat; uictus tandem Pontificis inſtantia Romam profectus, in Præneſtinum Epiſcopum eſt conſecratus. Clerum ille, & populum ſalubri reficiebat pabulo, pauperibus alimenta, & indumenta proprijs manibus erogabat. Conuer-* C *ſabatur autem in loco apud Eccleſiam Præneſtinam, ieiunijs, & orationibus plenè uacans, & cæteris omninò ſtudijs pietatis inſiſtens, Euangelicus negotiator uitæ perpetuæ margaritam pratiotis opibus præponebat.* Vt autem Cardinaliriam dignitatem tueretur ſplendidis Guarinus; narrant, præcipuè Sigonius de Ep. Bononien. nobili ſuppelectili, ac nobilibus quadrigis decoratum à Lucio P. P. ita recipiſſe, vt ſtatim diuendita, prætium pauperibus diſtribuerit, modico, ac fermè nullo, quod ſplendorem præſeferret, inſtrumento contentus.

Adfuit Guarinus electioni Eugenij III. cuius lit- D teris ſubſcribit ad Canon. Ianuen. An. 1150, *to. 4. Vghel. p.* 1194. & An. 1153. Archiep. Beneuentano, *p.* 177.

Denique ſenectute grauatus (concludit Auguſtinus Ticinenſis) *cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, depoſitionem præuidens tabernaculi ſui, uniuerſum clerum ad ſe conuocauit; quamquam autem ſemper ei fuerit temporalis uitæ faſtidio, tunc tamen ardentiori mentis inceſſu, ad Chriſti pulchritudinem contemplandam rapiebatur. Tandem poſt ſalubria monita uoluit eum Deus iter uniuerſæ carnis ingredi communi mortalium lege; ſequenti namque nocte totus aer immenſo refulſit lumine, tanta poſtremò emicuit claritas, ut ſereno aere iubar ſolis appareret appro-*

appropinquante verò Solis aurora, S. Guarinus cum claritate, carnis vinculis expeditus ad vitam, quæ fine claudi non poteſt, cum gaudio migrauit ſexto Februarij die Plenus miraculis, quæ ibidem legere eſt, vnde *ſuſpenſis lampadibus ante ſepulchrum confeſtim. ſine ignis appoſitione, cernentibus omnibus, luminaria accenduntur.*

Conſonat Petrus Appollonius de Guarino canens.

Terrenas contempſit opes, faſtumque Guarinus,
Clarior vt Cælo diuitiorque foret.

Bononiæ eius corpus quieſcit vt legitur in *Martyrologio*. Eius officium cum lectionibus auctore Pio V. R. P. Canonici recitant Regulares. Nonnullas Reliquias Guarini, Corneti aſſeruari ſcripſit *Ioſeph Maria Suareſius de Ep. Preneſtin.*

2. *Quid proderit homini de vniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus, qua ſub Sole cruciatus eſt?* Eccl. 1.



HVbaldus Caccianimicus, Bononiæ natus, ſanguine iunctus cum Lucio II. Romano Pontifice, Anno 1144. in prima creatione Cardinalium, ſolus promotus; teſte *Sigonio de Epiſcopis Bononien.* ex Canonico Regulari S. Mariæ Rhenanæ, vel (teſte Pennoto) ex Monacho S. Frigdiani Lucenſis in Presb. Card. *S. Crucis in Hieruſalem*; non menſe Decembri, vt vult Sigonius, ſed menſe Maij, in vigilia Pentecoſtes, teſte Ciaconio, & Panuinio, vir magnæ exiſtimationis in Eccleſia Dei, Lucio Pontifici propinquo ſuo, honori fuit, non oneri, vt ſolent eſſe cognati. Promouit Eugenium III. cuius litteris ſubſcripſit ad Giſeldrudem Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*. ad Ep. Imolen. An. 1151. *to.* 2. *Vghel. p.* 677. & Abbatiſſe S. Petri *to.* 3. *p.* 122. & Anno 1153. pro Canon. S. Petri apud *Baronium*; & Anno 1153. Ep. Feſulano, *to.* 3. *Vghel. p.* 317. & Anno 1155. Ep. Senenſi, *to.* 7. *p.* 1423. & An. 1157. Patriar. Gradenſi, *to.* 5. *p.* 1198. *& p.* 1200. & Rauellenſi, *to.* 9. *Vghel. p.* 924. & Ep. Ferrarien. *to.* 2. *p.* 572. & Sipontino An. 1158. *to.* 7. *p.* 1123. Adfuit tandem comitijs Alexandri III. cum quo optimè ſentiens Victorem IV. Antipapam abhorruit. Alexandrum comitatus fugientem in Gallias, ex mandato Pontificis adfuit conuentui Diuionenſi contra Octauianum pſeudopapam, eiuſque fautorem Fridericum Imperatorem: vbi Octauianum prouocaſſe dicitur Papatu cedere, quòd & ipſe faceret purpura Cardinalitia. Sic ambo certarent opere, non verbis. Quod Octauianus recuſauit. *M. S. in bibliotheca Corneliana.* Cum eodem Alex. III. ſubſcribit ad Abbatiſſam S. Victorini, *to.* 8. *p.* 187. Anno 1168. & Anno 1169. ad Taidem Abbatiſſam S. Fabiani, *to.* 4. *p.* 917. & Abbati S. Geruntij, Anno 1170. *to.* 2. *p.* 895.

3. *Innocentem & iuſtum non damnabis.* Dan. 13.

M. *Guido* Cibo, patria Ianuenſis, Presb. Card. *S. Pudentianæ, tit. Paſtoris*, vixit etiam ſub Hadriano IV. licet aliqui hunc ab eo diſtinguant, quia ibi Clemens appelletur, qui Cardinal. Presb.



tenebat *S. Pudentianæ*; cum tamen Guido Cibo duplici nomine ſit appellatus *Guido Clemens*, teſte Ioanne Sariſberienſi: accipe verba. *Veruntamen quia Guido Clemens S. Pudentianæ Presb. Card. populo teſtimonium perhibet, & vſquequaque contradicere non præſumo*: in Policratico *l.* 2. *c.* 24. Fuit Guido vt moribus incorruptus, ita lingua ſolutus; & grauis, vir ſeueritatis antiquæ, omnes coluit, neminẽ formidauit, Vbicũque quoſcunque vitioſos inuenit,
A redarguit, corripuit, vitia vel Regalia deteſtari non timuit. In pleno Conciſtorio cum Ferentini Ioannem accuſarent Saresberienſem, huius factus patronus, quia innocentis, Curiales, aulicos, palatinos, qui contra Ioannem conſpirare videbantur, increpauit publicè, dicens: *In Romana Eccleſia quædam duplicitatis eſt radix, & fomentum auaritiæ, quæ caput, & radix omnium malorum. Neque id quidem in angulo, ſed conſiderantibus Fratribus, Sancto Eugenio præſidente, quando aduersùs innocentiam meam* (ait Io: Sariſberienſis (*Ferrentini gratis excanduerant, hoc publicè proteſtatus eſt*. Adfuir Guido comitijs Eugenij III. cuius litteris ſubſcribit, ad Ep. Imolen. An. 1151.
B *to.* 2. *Vghel. p.* 677. & ad Archiep. Colonien. *to.* 10. *Concil. p.* 1056. Promouit Anaſtaſium IV. & cum eo ſubſcribit Ep. Fulginat. Anno 1153. *to.* 1. *Vghel. p.* 747. & An. 1154. Canon. Bergomen. *to.* 4. *p.* 662. Promouit tandem Hadrianum IV. ſub quo, in ea vrbis ſeditione, qua ob creatos Senatores, Pontifex à Romanis diſſentiebat, *& non ſolum nobilium* (ait Otho Friſing, *l.* 2. *c.* 20) *ſed Cardinalium diruerentur Domus, & ſplendida palatia: verum etiam de Cardinalibus venerendæ perſonæ, inhoneſtè fauciatis quibusdam à furenti plebe tractaretur*, inter hos fuit Guido Clemens C. P. S. Pudentianæ, tunc temporis ex ædibus ſuis ad Pontificem vocatus, quem nefarij quidam Ciues aggreſ-
C ſi vno, atque altero vulnere illato, ad necem penè confecerunt; vt ex Vaticano Codice tranſcripſit Baronius An. 1155. vbi *Gerardi* loco Cardinalis, Guidonem reponere intereſt, & nos ipſos corrigere in *Vita Hadriani IV. n.* 3. Notæ namque compeudiariæ confundũtur facillimè, & littera G tam pro *Guidone*, quàm pro *Gerardo* cum exprimi valeat, in errorem facillimè induxit. Vbi conualuit, iubente Hadriano cum *Io: P. C. S. S. Io: & Pauli tit. Pam.* (& hic nos ipſos corrigere in vita Hadriani IV. n. 3. & Baronium vnà neceſſe eſt, & loco Iacobi, Ioannem reponere) & *Gregorio D. C. S. Mariæ in Porticu*. Legatus abijt ad Fridericum Ænobarbum Romam pro corona-
D tione venientem, à quo *Arnaldum* primò Hæreſiarcham, qui Romanos aduersus Clerum in ſeditionem excitabat, in vinculis impetrauit, vt rogo traderetur, & ligno verùm cum pacis, & coronationis conditiones firmare non daretur, propter abſentiam Legatorum Friderici, qui Pontificem adierant, redire compulſus, in itinere eoſdem obuios habens, cum eiſdem remeauit ad Cæſarem, coram quo aduerſum paſſus Octauianum Comitem Tuſculanum Presb. Card. tit. S. Cæciliæ, qui ad Fridericum deſcende-

rat, vt contra Papam Theutones concitaret, facundia ſua ſilere coegit, receptoque fidelitatis iuramento: in Vrbem redijt cum ipſo Cęſare.

4. *Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis*. Eccl. 44.



D. *Hildebrandus Craſſus Bononiæ natus Canonicus S. Mariæ Rhenanæ* (Sigon. *de Ep. Bonon. l.* 2. Anno 1161) *Diaconus Card. S. Euſtachij, ab Eugenio, Anno* 1145. *factus eſt. Inde Anno* 1161. *Presbyter Baſilicæ Apoſtolorum, Epiſcopus Bononienſis reperitur. Verùm, vt opinor electus abdicauit: ſi quidem Anno* 1178. *Epiſcopus Mutinenſis, & Legatus Sedis Apoſtolicę Vicentię obijt.* Adiungit Vghellus *in Ep. Mutinen. n.* 29. *to.* 2. *Italiæ. Hic Epiſcopus factus ſumma cum laude prudentiæ, Mutinenſes, & Bononienſes diſcordantes pacificauit: ita Tabulæ* Mutinenſes. Hæc tamen de Epiſcopatibus incerta: vt notat Io: Bapt. Sigonius de Ordine, & Statu Canonicor. l. 2. c. 8. *ſed alibi dicitur maximè autem noſtris in Annalibus à Lucio II. inter Cardinales poſitus; & eius obitus commendatur Anno* 1178. 6. *Id. Nouemb. ſepultus apud Vicentiam in Eccleſia maiori, cum ibi legatum ageret.* B *De quo Rhenanum Monaſterium habuit ducentos Byzantios cum capella, & quibuſdam vaſis argenteis, tam ad diuinum quàm ad humanum opus deputatis, cum vineis etiam, & terris, quas in hodiernum vſque diem nos poſſidemus.* Eodem annuente Pontifice Lucio, vt ſcribit Ciaconius, Hildebrandus, Senone Galliarum, collecta Epiſcoporum Synodo, adſtante Ludouico VII. Gallorum Rege, Petrum Abailardum, Peripateticæ ſectę Philoſophum, magnę eruditionis virum à Catholica veritate diſſentientem, validiſſimis rationibus conuictum Eccleſiæ reſtituit. Vnde hæc deduxerit Ciaconius? quæſiui, ſed non inueni.

Ne autem de Hildebrando videamur omittere, quæ ſcripſit *Alidoſius de Cardinal. Bononien.* ſcias hunc C Hildebrandum fratrem credi S. Guarini Ep. Præneſtini: & teſte Sigonio *loco citato*, & Panuinio, promotus eſt in Diaconum Cardinalem *S. Euſtachij iuxta templum Agrippæ*, ab Eugenio III. non à Lucio II. vt vult Ciaconius; & nomen Presbyteri Card. *Baſilicæ S. S. XII. Apoſtolorum* accepit ſub Hadriano IV. ſecundum Panuinium, cum quo ſubſcribit An. 1156. Abbatiſſę S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono* & Ep. Ferratien. An. 1157. *to.* 2. *Vghel. p.* 527. & An. 1158. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1196. & Abbati S. Nazarij, *to.* 5. *p.* 746. Subſcribit etiam cum Alexãdro III. Papa ad Abbatem de Nouo Portu, Anno Sal. 1177. *to.* 1. *p.* 377. & pro Monaſterio S. Mariæ in Organo, Venetijs; licet Oldoinus ſub Alexandro III. loco Hildebrandi legat Hildebertum tanquàm diſtinctum ab Hildebrando, temporis forſan veritus longitudinem, quo vitam protraxit; Panuinium prætericns in creatione Alexandri III. in qua Hildebrandum recenſet.

A 5 GIllebertus P.C. tit. *S. Mariæ* priuilegio Cluniacenſium ſubſcribit cum Lucio II. Anno 1144. *to.* 10. *Concil. p.* 1039.

6. *Veni dilecte mi. Egrediamur in agrum, commoremur in Villis*. Cant. 7.



VIllanus natione Piſanus, ex familia Caietana, teſte Conſtantino Caietano *in notis ad vitam Gelaſij II.* propterea teſſeram mutauit Gentilitiam, quam appoſuerat Ciaconius; mortuo Raynerio ſubſtituitur Presb. Card. *S. Stephani in Monte Cælio*, An. 1144. cur autem à Ciaconio recedamus? cum deſit fundamentum; antiqua retinemus inſignia. Vir fuit eloquio, moribus caſtus, delitiæ hominum appellatus.

7. *Congregati ſunt Sacerdotes & Leuitæ ad Eſdram Scribam, vt interpretaretur eis verba legis.* a. Eſdræ 8.



N*Icolaus* Presb. Card. tit. *S. Damaſi*; & Præfectus Bibliothecæ Pontificię, cui Lucius ipſe præfuerat, peritiſſimus linguæ Hebraicæ (, teſte *Andrea Victorello in Additionibus ad Ciaconium*, & Baronium ex *Cod. Vaticano* ſcripſit ad Canonicum S. Petri.

De emendatione Sacræ Scripturæ; quem libellum Beſſario Patriarcha Conſtantinopol. Cardinalis S. R. E. valde laudat in Opuſculo, quod ab eo ſcriptum eſt ſuper verba Io: Euangeliſtæ: *Sic eũ volo manere &c.*

Diaconi Cardinales.

8. *Pepigit fœdus cum oculis ſuis: vt ne cogitaret quidem de Virgine* 32. Iob.



B*Erardus* Diac. Card. S. R. E. qui ab aliquibus confunditur cum Bernardo D. C. S. R. E. ſed cum ambo litteris ſubſcribãt Lucij II. An. 1144. 16. Kal. Mar. Berardus, & Bernardus nequeunt vnus eſſe ſed duo: quia vnus, & idem bis non ſubſcribit. Comitijs adfuit Eugenij III. cuius litteris ſubſcripſit ad Ep. Veronen. An. 1145. *to.* 5. *Vghel. p.* 735.

Virginitatis, ac caſtitatis ſtudioſus oculos præcipue habuit ſemper in vinculis.

9. An-

9. Ante mortem ne laudes hominem quemquam?
Eccl. 11.



B*Ernardus* S.R.E. Diac. Card. promotus à Lucio II. An. 1144. ſubſcribit eiuſdem litteris XVI. Kal. Mar. 1144. cum Berardo D. C. S. R. E. Adulationem cum abhorreret, à laudibus etiam iuſtorum abſtinuit.

10. Solum mihi ſupereſt ſepulchrum. 17. Iob. 1.



P*Etrus* Diaconus Card. *S. Mariæ in Via Lata*, promotus Anno 1144. breui vitam cum morte commurauit, poſtquam comitiis adfuiſſet Eugenij III. cuius litteris ſubſcripſit ad Ep. Veron. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. XVI. Kal. Iunij. Is ille forſan Cardinalis, qui iniuria petitus à Placentinis, vindicem habuit Gregorium Cardinalem Diaconum *S. Mariæ in portica*, ſub Clem. III. de quo ibi vide *n.* 19.

11. Ego Eccleſiaſtes fuit Rex Iſrael in Iſrael, in Ieruſalem.
Eccleſ. 1.



A R Aynerius Mareſcottus, Bononiæ natus, ſanguine illuſtri, Diacon. Card. *S. S. Sergij, & Bacchi* creatus à Lucio II. teſte Sigonio *De Ep. Bonon. l.* 2. An. 1144. Habitus, & inſignia concordant, quibus tunc temporis vtebantur Cardinales. Iacobus Corilius Hiſpan. *in hiſtor. Cardinal.* F. Cherubinus Ghirardacius *Hiſtor. Bonon.* Sibi tamen contradicit Ciaconius, immò litteræ obſtant Eugenij III. datę Epiſcopo Veronenſi Anno 1145. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. quibus viuens ſubſcripſit *Gregorius Tarquinius Diac. Card. S. S. Sergij & Bacchi*: quomodo ergo viuente Gregorio Tarquinio, ſubrogatur Raynerius? Eodem Anno obijſſe Raynerium, quo purpuram accepit, ſcribit Ciaconius.

B *12. Vidi Lacrymas innocentium & neminem conſolatorem*
Eccleſ. 4.

H*Vgo* Miſanus Bononienſis concivis Lucij II. Rom. Pontif. ab eodem creatus Presb. Card. *S. Laurentij in Lucina*, teſte Sigonio, *lib. 2. de Ep. Bononien.* an idem ſit cum Hugone, qui litteris ſubſcripſit Cœleſtini II. *to.* 10. *Cöcil. p.* 1039. An. 1144? incertum. Subſcribit oppido An. 1150. pro Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1194. Pauperum iſte conſolator, & aduocatus Orphanorum; nemini vnquam negauit auxilium ſuum.

Addenda ad *n.* 7. *in vita Lucij II.* in fine.

Canonicam S. Mariæ de Rheno, quam à iuuentu- C te ingreſſus Lucius, bonis, & religione auxit, atque illuſtrem reddidit: ex quibus extat adhuc apud Vergatum in Comitatu Bononię, Prędiũ, quod *Lucij* dicitur, vulgariter autem, & corrupto vocabulo, *Il Prà del Luzzo* ab incolis cognominatum. Inter ſacra etiam Altaris indumenta, quædam planeta ſericea aerei, vel cœrulei coloris cum eius inſignibus, ideſt in ſpatio albo *Vrſus niger* anterioribus pedibus eleuatus, ad noſtra ferè vſque tempora viſa fuit integra. *l. 2. de ſtatu Canonico uocabulo. p.* 136. *Io Bapt. Signius.*

EVGENIVS III. P. CLXVIJ.

E Lectus Eugenius V. kal. Martij, Salutis Anno 1143. vſque ad diem obitus, 8. Idus Iulij 1153. creauit Cardinales vt infra.

Cardinales Epiſcopi. VI. teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*, qui comitijs interfuerunt Eugenij III.

1 D. Conradus de ſuburra Canon. Regul. Ep. C. D Sabinus, ex Honorio II.

Ex Innocentio II.

2. Albericus Beluacenſis Ep. C. Oſtienſis.
3. Theodeuinus Germanus Ep. C. Portuen. & S. Ruffinæ.
4. D. Imarus Gallus Monachus Cluniacen. Ep. C. Tuſulanus.
5. Petrus Ep. C. Albanus.

Ex Lucio II.

6. D. Guarinus Bononienſis. Canon. Regul. Ep. C. Præneſtin. ex Lucio II.

Presbyteri Cardinales XXI.

Innocentij II.

7 GRegorins P.C. S. Matiæ tranſtybcrim; tit. Callixri Prior Presbyterorum. Loco Gtegorij Panuinius dieit *Iozelinum* Archipresbytcrum S. Cæeiliæ Tranſtybcrim.

8. Guido Bellagius Florentinus, P. C. S. Chryſogoni, transtybcrim.

9. Raynerius P. C. S. Priſeæ, in Anentino.

10. Goizo P. C. tit. S. Cœciliæ.

11. D. Rayualdus Abbas Caſſinenſis Campan. ex Comitibus Marſorum, P. C. S. S. Marcellini, & Petri.

12. Thomas Mediolancn. Canon. Regul. P. C. S. Vitalis, tir. Veſtinæ.

13. Hubaldus Allueingolus Lueenſis, P. C. tit. S. S. Praxcdis.

14. Hubaldus P. C. S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij: quem Panuinius *Lucam* dicit.

15. Petrus P. C. tit. S. Suſannæ.

Inocentij II. & Cœleſtini II.

16. Gilibertus P. C. tit. S. Marei.

17. Guido P. C. tit. S. S. Laurentij, & Damaſi.

18. Nieolaus P. C. tit. S. Cyriaci in Thermis. De quo ſilet *Panuinius*.

Cœleſtini II.

19. Robertus Pulij Anglus P. C. tit. S..... Cancellarius S. R. E. Hunc Panuinius cιeatum dieit ab Innocen.

A 20. F. Adinulphus Monaehus Abbas Farſenſis, P. C. tit. S..... De hoc ſilet *Panuinius*.

21. Manfredus P. C. tit. S. Sabinæ.

22. Hugo P. C. tit. S. Laurentij in Lucina.

23. Aribertus P. C. tit. S. Anaſtaſiæ.

24. Iulius P. C. tit. S. Marcelli.

Lucij II.

25. D. Hubaldus Caccianimicus Bononien. Canon. Regul. S. Fridiani, P. C. S. Crucis in Hieruſalem.

26. Guido P. C. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris.

B 27. Villanus P. C. tit. S. Stephani in Cęlio Monte.

Adiungit Panuinus *Bernardum* P. C. tit. S. Clementis Archipresbyterum S. Petri Apoſtoli.

Diaconi Cardinales. XVI. Callixti II.

Ex Callxto II.

28. Gregor. Tarquinius Romanus, D. C. S. S. Sergij, & Baechi, prior Diaconorum.

29. Otho D. C. S. Georgij in Velabro. Hunc Panuinius dicit Arehidiaeonum.

30. Guido ex Comitibus Capronæ, Piſanus, D. C. S. S. Coſmæ, & Damiani. Siler *Panuinius*.

31. Octauianus Romanus D. C. S. Nieolai in carcere.

32. Guido de Caſtro Ficardę, Altaris Latcran. Miniſter D. C. S...

33 Petrus D. C. S. Marię in Porticu. Hunc Panuinius Guidonem dieit.

42. Bernardus D: C. S....

C 43. Petrus D. C. S. Mariæ in Coſmedin: de quo ſilet Panuinius. Adiungit Panuinius *Perardum* D. C. S. Mariæ in Dominica.

Cardinales Epiſcopi creati ab Eugenio III.

Cæleſtini II.

34. Gregorius D. C. S. R. E. ſilet *Panuinius*.

35. Ioannes de Papiro D. C. S. Hadriani.

36. Rodulphus D. C. S. Luciæ in Seprifolio.

37. Gregorius D. C. S. Angeli in Piſeina.

38. Aſtaldus de Aſtallis Romanus, D. C. S. Euſtachij iuxta templum Agrippæ.

39. D. Ioannes Canonieus Regul. S. Fridiani D. C. S. Mariæ Nouæ: ſilet *Panuinius*.

40. Hiaeinthus Bobo Rom. D. C. S. Mariæ in Coſmedin. D

Lueij II.

41. Berardus D. D. C. S...., Hunc Panuinius dicit. P. C.

1 JOannes Ep. Card. *Tuſeulanus* ſubſcriptus legitur eum Eugenio III. Anno Sal. 1153. pro Ep. Artenſi, *to.* 4. *Vghel. p.* 520. Qui tamen non reperitur in ſerie Epiſeoporum Tuſculanorum: Immò adhue viuerct Igmarus Ep. Card. Tuſculanus, qui ad Seiſmaticos declinauit ſolum in creatione Alcxandri III.

2. *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa*. 67. Pſal. 12.



D. *Nicolaus* BreKſpear, aliàs Haſtifragus, Roberti filius ex villa Langleyac, ideſt, Maluiesbyria oppido Verolanico, ideſt S. Albani, Diæcesis Bathonenſis, Anglus, Clerieus ecelesiæ S. Iacobi in Melgotio, Diæceſis Magalonenſis, poſtea Canonicus Regularis, & Abbas S. Ruffi, propè Valenriam, in Arelatenſi Galliarum prouineia, (teſte Manriquez *in Annal. Ciſtercien.*) quò iuuenis ſe tranſtulerat ad famulatum hoſpitij, vt patetnę

terne familiæ anguſtias effugeret, ſama virtutis e-
gnitus Eugenio III. Rom. Ponrificiab eodem in ſe-
cunda Cardiualium promotione creatus Epiſcopus
Cardinalis *Albanus*, in Suetiã, & Nornegiã Legatus,
eam gentẽ inſuperabili penè barbarie laborãtẽ tra-
duxit ad Chriſtum. Romãque reuerſus, Anaſtaſio IV.
in Pontificaru ſucceſſot darur, nomine *Hadrianus IV.*

Eius memoria in litteris eiuſdem Eugenij III. An.
1150. Abbati Meliten. *to. 1. Vghel. p.* 1034. & Canon.
Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1194. & An. 1151. Abbatiſſę
S. Petri, *to. 3. eiuſdem, p.* 122. & Ep. Imolen. *to. 2. p.* 677.

3. *Volo omnes eſſe ſicut meipſum.* 1. Cor. 7.



D..., Hugo natu Gallus, Mo-
nachus Ciſtercienſis, Abbas
non S.S. Vicentij, & Anaſtaſij, ad
tres Fontes Romæ, vt pletique aſ-
ſetuetunt; ſed Trium Fontium, vel
de Tribus Fõtibus, quod in Catha-
launẽſi Diœceſi in Gallia fundauit
Guillelmus de Cãpellis, Epiſcop.
Cathalaunenſis, amicus D. Betnar-
di, An. 1118. Quia eodem Anno, &
die vocantur ad purpuram Henricus, & Hugo: iſte
ad Ep. Card. *Oſtienſem*; ille ad presbyterium Cardi-
nale *S. S. Nerei, & Achillęi*. Iſte Henricus ex Abbare
S. Vicenrij & Anaſtaſij, ad Tres Fontes Romæ; teſte
Gaufrido Clareuallen. Monacho, qui runc viuebar,
ep. ad Albinum Ep. Albanum. Hugo ex Abbate Mona-
ſterij, de Tribus Fontibus Diæceſ. Cathalaunenſis:
Duo namque eodem Anno, & Die, pręeſſe non poſ-
ſunt eidem Monaſterio. Henricus in Abbatia S. S.
Vincentij, & Anaſtaſij ſucceſſit non Hugoni, (vt ali-
qui aſſerunt) ſed Rualeno Eugenij III. ſucceſſori;
Hugo Turoldum excepit, teſte S. Bernardo, *ep. ad
eundem Hugonem factum Ep. Oſtien.* Vocatus eſt Hugo
ad purpuram non Anno 1146. ſed Anno 1150. in
tertia Cardinalium promotione; quia anteceſſor
eius Albericus, Oſtienſis Epiſcopus extrema clauſit,
An. 1147. Ab Eugenio itaque Tertio promotus eſt
Hugo, non ab Innocentio II. vt ſcribit Philippus Se-
guinus in *catalogo Sanctorum*; *Ord. Ciſtercien.* & cum
eo Hugo ſubſcribit Canon. Ianuen. An. 1150. *to.* 4.
Vghel. p. 1194. & Anno 1151. Abbatiſſę S. Petri, *to.*
3. *Vghel. p.* 122. & Ep. Imolen. *to.* 2. *p.* 677. & Ar-
chiep. Colon. *to.* 10. *Concil. p.* 1046. & An. 1153.
Canonicis S. Petri, *to.* 10. *Concil. p.* 1154. & cum
Anaſtaſio IV. Ep. Feſulano, *to.* 3. *p.* 316. & Archiep.
Piſano, eodem *to.* 3. *p.* 462. & Ep. Fulginati, *to.* 1. *p.*
748. & Ep. Beneuentano, *to.* 8. *p.* 177. & An. 1154.
Ep. Bergomen. *to.* 4. *p.* 662. Monachum induit in
Claraualle, ſub diſciplina D. Bernardi, vnà cum Pe-
tro Bernardo, qui ad Cathedram S. Petri euectus, &
Eugenius III. dictus, Hugonem Abbatem tunc
Trium Fontium (ita Vghellus *in Ep. Oſtien.*) in Gal-
lia vocauit ad purpuram, in qua tam piè, & ſanctè
ſe geſſit, vt Albanus Ep. Altiſiodorenſis in *vita S.
Bernardi*. hominem magnarum virtutum, ac Sancti-
tatis appellet. Extant ad eum plures D. Bernardi
epiſtolæ 274. 277. 290. 296. 306. 307. qui illum
prædiligebat. Quanta familiaritate ſtrictus eſſet
cum Eugenio III. habes ex epiſtola, qua Ciſtercien-
ſes ſuos certiores fecit, de obitu Eugenij IIJ. quam
adhuc ſeruat Monaſterium Moribundum Ciſter-
cienſis Ordinis propè Mediolanum.

*Amatiſſimis in Chriſto Patribus Gozouino Ciſtercien-
ſi, & Bernardo Clareuallenſi, totiq. Ciſter. Capitulo, ad
honorem Dei congregato, Hugo Dei gratia, Oſtienſis Ep.
vnitatem Spiritus in vinculo pacis.*

*Sicut ſacra docet auctoritas, omnis caro fœnum, & om-
nis gloria eius quaſi flos fœni; Breues dies hominis ſunt;
Tranſit homo velut vmbra, nunquam permanens in eodem
ſtatu; deficit vt fumus, cadit vt folium, quod à vento rapi-*
A *tur. Decus Eccleſiæ, Pater iuſtitiæ, Amator Religionis
& Patronus, qui ſuperborum, & ſublimium colla propria
virtute calcauerat, qui ſuper ſolium Dauid, & ſuper Re-
gnum eius ſedebat, vt eccleſiam ſibi commiſſam, quam ad
ſublimem ſtatum reduxerat, Pater inquam noſter, ac de-
fenſor fęlicis memoriæ Papa Eugenius trabea carne exutus
8. Id Iuly, carne immaculatus migrauit ad Chriſtum. Exi-
uit Chriſtus obuiam in aera, & ſic ſemper cum Domino
erit, agnum ſecuturus quocumque ierit: cuius exequiæ
præter ſpem omnium, iam ferè enim ſenatum adnihilaue-
rat, præter morem conſuetum, ita per triduum ſunt à Cle-
ro, & populo celebratæ, vt iam crederetis regnantem in
Cęlis, qui mortuus ita colebatur in terris. O quantus erat*
B *luctus omnium, quanta præcipuè lamenta pupillorum, &
viduarum, iam diceretis eſſe eum Deo qui ita lamentaba-
tur à populo. Procul dubio ereptus eſt à laqueo venantium,
contritus eſt laqueus, & ipſe liberatus eſt, raptus, vt cre-
dimus, qui eius conſcientiam nouimus vſque ad tertium
cęlum, non relinquens nos orphanos, vt quidam autu-
mant. Rogabit enim Patrem, & Vnigenitum cum Sancto
Spiritu, qui eſt Deus benedictus in ſæcula, cum quo eſt pro
nobis. Vos autem, de quorum collegio, ipſe eſt electus,
vt ſederet ſuper Principes, & ſolium gloriæ teneret, ora-
te pro eo, conſtituite perpetua beneficia, vt Deus ſibi in-
dulgeat, & coronam gloriæ ſibi augeat. Pro M. B. fratre
noſtro ſimiliter orate, pro nobis verò, qui in hac valle mi-*
C *ſerię, in hac regione diſſimilitudinis, & in medio prauæ
nationis remanſimus, & pro Eccleſia Romana, quæ ex tam
alto gradu tam breui ſpatio vſque in profundum abyſſi ferè
cecidit, nihilominus rogamus oretis ne demergatur in
profundum huius magni maris, in quo ſunt reptilia quo-
rum non eſt numerus. Precamur obnixè, quatenus ſi par-
uitas veſtra quicquam eſt in oculis veſtris, petitionis, quas
latores præſentium pro domo S. Anaſtaſij, & pro Domo No-
uæ Foſſæ, & pro Domo de Caſamarijs vobis facient, beni-
gnè, & efficaciter exaudiatis. Alioquin ſciatis, quod
inde magnum ſentitur ſcandalum.*

Cardinalis exiſtens Monaſtica exercitia non ne-
glexit; ſed ad maiora extendens manum ſuam, con-
D tra Eccleſiæ hoſtes viriliter ſe oppoſuit. Vnde non
ſemel contra Infideles auctoritate directus Apoſto-
lica, glorioſas de hoſtibus Fidei victorias reportauit.
Pręſertim cum Henricianorum error in tantum prę-
ualuiſſet, vt iam Baſilicæ ſine plebibus, plebes ſi-
ne Sacerdotibus, Sacerdotes ſine debita reuerentia
eſſent; infantibus negaretur gratia Baptiſmi, &
omnia tandem Eccleſiæ ſacramenta paſſim contem-
nerentur: hic vir verè beatus velut alter Elias, fal-
ſos Prophetas in ore gladij, quod eſt verbum Dei,
extur-

exturbauit: de quo pius Bernardus ad Comit S. Ægidij Hildeſonſum, *ep.* 240. dum Hæreticorum errores plangendo recenſet. *Venerabilis* (inquit) *Oſtienſis Epiſcopus ab Apoſtolica ſede ad hoc ipſum directus, homo qui magna fecit in Iſrael, & victoriam dedit Eccleſiæ ſuæ in multis per illum Dominus Omnipotens &c.* Bernardus Bonæ Vallis Abbas in vita S. Bernardi, *Oſtia* (inquit) *Virum magnum Hugonem habuit l.* 2. *c.* 8.

Obijt die prima Decemb. 1158. ſedente R. P. Hadriano IV. vt legitur in Kalend. Ord. Ciſtercien. Mortuus miraculis claruit, teſte *Io: Cyreio*, in Catalogo Sanctorum Ciſtercienſium; & in Miſſali Ciſtercienſi.

De eo lege Ludouicum Donium d'Attichi *in Florib. Card.*

4. *Xenia & dona excæcant oculos iudicum: & quaſi mutus in ore correptiones eorum.* Eccl. 20.



D.... Bernardus Canonicus Regularis S. Fridiani Lucen. & Prior Monaſterij Lateranenſis, in Presbyterum Cardinalem tit. *S. Clem.* primò, deinde Archipresbyterum Baſilicæ Vaticanæ vocatus ab Eugenio III. huius nomine cum alijs Cardinalibus, pacis conditiones ſignauit; firmauit cum Friderico Ænobarbo, An. 1152. deinde tanquàm Archipresbyter S. Petri, priuilegium obtinuit de quarta oblationum parte, quæ fieri ſolent ſuper Altare S. Petri, vt apud Baronium *to.* 12. *Annal. An* 1153. Abijt poſtea in Germaniam Legatus Apoſtolicus, cum Gregorio D. C. *S. Angeli*, & Archiepiſcopum depoſuit Moguntinum, iuſtè? vel iniuſtè? vide ea, quæ dedimus in Gregorio D. C. S. Angeli, *ſub Cæleſtino II. n.* 12. Vbi teſte Conrado in *Chron. Mogunt.* Bernardus propter iniuſtitiam miſerabiliter perijt.

Nec latet Conradum mendacij redargui ex quatuor epiſtolis Pontificis ad Imperatorem, & Imperatoris ad Pontificem, quibus nouis legationibus ornatus Bernardus reſulget. Sub Hadriano IV. Anno 1157. Legatus cum Rolando P. C. tit. S. Marci ad Fridericum Imper. Ænobarbum, *ambo diuitijs, maturitate, & grauitate, inſignes, & penè omnibus alijs in Romana Eccleſia, auctoritate maiores,* (ait Friſingenſis *l.* 1. *c.* 8.) cum ad Cæſarem veniſſet, oblatis litteris; in quibus inter cætera legebatur, *Dignitatis & honoris plenitudinem ſibi à Romano Pontifice collatam, & inſigne Imperialis coronæ de manu eius Imperatorem ſuſcepiſſe: nec ipſum pœnitere, ſi maiora beneficia de manu eius ſuſcepiſſet habita conſideratione, quanta Eccleſia Romana, per ipſum poſſent incrementa, & commoda prouenire.* Quaſi diceret Romana Curia, *Imperium Vrbis, & regnum Italicum Donatione Pontificum Reges Germaniæ hactenus poſſediſſe; idque non ſolum dictis, ſed & ſcriptis, atque picturis repræſentare, & ad poſteros tranſmittere. Vnde de Imperatore Lothario in Palatio Lateranenſi ſuper huiuſmodi picturam ſcriptum eſt.*

D

Rex venit ante fores, iurans prius vrbis honores,
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

His in vnum collatis, cum ſtrepitus inter optimates Regni, de tam inſolita Legatione magis, ac magis inualeſceret; quaſi gladium igni adderet, dixiſſe ferunt vnum de Legatis; A quo ergo habet, ſi à Domino Papa non habet Imperium? Ob hoc dictum eò proceſſit iracundia, vt vnus eorum, videlicet Otho Palatinus Comes de Baioaria, prope exerto gladio, ceruici illius mortem intentaret. At Fridericus auctoritate præſentia ſua interpoſita, tumultum quidem compeſcuit: ipſos autem Legatos ſecuritate do-
A *natos ad habitacula deduci, ac primo mane, via ſua proficiſci præcepit: addens in mandatis, nec hac vel illac, in territorijs Epiſcoporum, ſeù Abbatum vagarentur, ſed recta via, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinantes reuerterentur ad Vrbem,*

Romam reuerſi (ait Radeuicus, *l.* 1. *c.* 15.) Rolandus, & Bernardus, *quantas iniurias ſuſtinuerint, in quo periculo fuerint, exponunt, grauibus grauiora adijcientes, vt in vltionem eorum, quæ ſe pertuliſſe dixerunt, Romanæ Vrbis Epiſcopum prouocarent. In hoc negotio Clerus Romanus ita inter ſe diuiſus eſt, vt pars eorum partibus faueret Imperatoris, & eorum qui miſſi fuerant, iniuriam & imperitiam cauſarentur.*

B Hoc tempore dicitur Bernardus P. C. *S. Clem.* tranſlatus ab Hadriano IV. ad Epiſcopatum Cardinalem *Portuenſem* quod ſi verum; mentitur ſanè Conradus in *Chron. Moguntiaco*, referens Bernardum cum Gregorio D. C. S. Angeli citatos ad tribunal Dei miſerabiliter expiraſſe. Quod ſi alius eſſet Bernardus, qui ad Epiſcopatum aſſumitur Portuenſem, ſalus nutaret præſentis Bernardi. Bernardus oppidò Portuenſis Ep. mortuo Hadriano IV. Alexandrum III. Romanum Pontificem contra ſciſmaticum Octauianũ propugnauit datis litteris ad Vniuerſos Chriſti fideles, cum alijs Cardinalibus: *Rudeuic, l.* 2. *c.* 593. Fugientem in Gallias Alexandrum
C proſecutus, in Diuionenſi conuentu, ac Papienſi, nunquam adduci potuit à Sciſmaticis, vt ad Victorem Antipapam declinaret. Humanis exceſſiſſe dicitur 8. Id. Nouemb. 1176. ſepultus in Baſilica Lateranenſi.

Eius memoria in litteris Eug. 3. ad Canon. Ianuen. An. 1150. *to.* 4. *Vghel. p.* 1094. An. 1151. Abbatiſſę S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*; & Abbatiſſę S. Petri, *to.* 2. *eiuſdem*, *p.* 122. Anno 1153. Ep. Fulginat. *to.* 1. *Vghel. p.* 748. An. 1154. cum Alexandro. III. Ep. Bergom. *to.* 4. *p.* 662. & An. 1155. Ep. Senenſi, *to.* 7. *p.* 1421. & Ferrarienſi, An. 1157. *to.* 2. *p.* 572. & Ianuenſi. An. 1158. *to.* 4. *p.* 1196. eidem Anno 1162. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. & ad Homodeam Abbatiſſam S. Victorini, Anno 1168. *to.* 8. *p.* 187. & Anno 1169. ad Taidem Abbatiſſam S. Fabiani *to.* 4. *p.* 917. & Abbati S. Geruntij, Anno 1170. *to.* 2. *p.* 895. & Anno 1171. Abbati S. Mariæ Morimundi, *to.* 4. *p.* 205. & Archiep. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1201.

5. *Sacer-*

5. Sacerdotes eius contaminant Sancta, & reprobant legem. 1. Sophon.



IOrdanus natu Romanus, ex nobili Vrſinorum familia Diaconus Card. poſtea Presb. Card. tit. *S. S. Gabinij, & Suſannæ ad duas domos* ab eodem Eugenio III. promotus, vt Vrſinorum potentia (tunc enim diuitijs, & cliẽtibus in Latio præualebant, teſte *Sanſouino p. 17. l. 1. Vrſinæ* A *Domus*) populum Romanum domaret laſciuientem, & pro Senatoria dignitate ferocientem. Hoc voro promotus Iordanus Vrſinorum caput, & primus inter Cardinales & gente Vrſina, iurato fædere cum *Hyacintho Bubone D. C. S. Mariæ in Coſmedin*, noctu intromiſſis intra Romana mænia armatis phalangibus, Romanos conſtrinxit obſequium pręſtare Pontifici. Idem contigit ſub Hadriano IV. quo ſedenre, auctore Arnaldo Brixiano ſeditionem populus inſtaurauit Romanus, ſed iterum ab Vrſinis victus Magiſtratum etiam abiurauit. Legatus poſtea ad Conradum Imperatorem, Ratiſponæ vnà cum *Octauiano Card. P. tit. S. Cæciliæ*, obuiauit Cœſari; quo per B venenum ſublato, Siculorum aſtu, matrimonium Friderici I. noui Germaniæ Regis eum vxore Iordanus diſſoluit, & conſanguinitatis cauſa nullum declarauit, vt Cœſar nouum valeret inire coniugium teſte *Friſingenſ. l. 2. c. 11.* In hac legatione, quàm malè, & indecorè ſe geſſerit Iordanus, audi S. Bernardum, *ep. 290. ad Ep. Oſtien. de Iordano Cardinali. Pertranſijt Legatus veſter de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, fœda, & horrenda veſtigia apud nos vbique relinquens. A radice Alpium, & regno Theotonicorum per omnes Eccleſias penè Franciæ, & Normaniæ, & circumquaque circumiens vſque Rothomagum vir Apoſtolicus repleuit non euangelio, ſed ſacrilegio. Turpia fertur vbique commiſiſſe, ſpolia Eccleſiarum aſportaſſe, formoſulos pueros in Eccleſiaſticis honoribus vbi potuit promouiſſe, vbi non potuit, voluiſſe. Multi ſe redemerunt ne venirent ad eos. Ad quos peruenire non potuit, exegit, & extorſit per nuncios. In ſcholis, in curijs in triuijs fabulam ſe ipſum fecit. Seculares religioſi omnes malè loquuntur de eo. Pauperes, & Monachi, & clerici conqueruntur de eo. Homines quoque ſuæ profeſſionis ipſi ſunt, qui magis exhorrent & famam eius, & vitam. Hoc teſtimonium habet & ab his, qui intus, & ab his qui foris ſunt.* C

Romam reuerſus abijt impunitus, quòd contra D Romanum Populum ſeditioſum opus eſſet Pontificibus Romanis, Vrſinotum atmata familia. Anno 1153. ſubſcripſit priuilegio dato Canonicis S. Perri, quod habes in Baronio; & Anno 1150. pro Abbate Melitenſi, *to. 1. Vghel. p.* 1034. & Canon. Iuanuen. *to. 4. Vghel. p.* 1194. & Archiep. Piſano, *to. 3. p* 462. & An. 1154. Canon. Bergom. *to. 4. p. 662.*

Obijt Iordanus (teſte *Franciſco Sanſouino, Iſtoria della Caſa Orſina, p. 19. l. 1.*) circa Annum Salutis 1167. vir honorabilis, & de Eugenij, Anaſtaſij, Hadriani, & Alexandri Pontificatu meritus, magno Romanorum, ac Principum Italię luctu; eloquio namque facundus, argutus conſilio, manu promptus, Barbatis ipſis venerabilis, Deo adiuuante, officium optimi ciuis expleuerat erga Patriam & Amicos: quę tamen cũ D. Bernardo nõ cõcordant.

6. Effundit deſpectionem ſuper Principes, eos, qui oppreſſi fuerant, releuans. Iob. 12.



A IOannes Sutrinus P. C. *S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij* promotus Anno 1150. ab Eugenio III. interprete Iordano Vrſino, qui ad firmandam Eugenij cathedram vbique vigilabat. Porrò eum Ioannes Sutrij antiquiſſimi Etruſcorum oppidi præualeret, purpura adlectus eſt contra Romanos in partes Pontificis: cuius litteris ſubſcripſit ad Abbatiſſam Militenſem, An. 1151. *to. 3. Vghel. p.* 122. & Anno 1153. Beneuentano, *to 8. p.* 177. & An. 1153. Ep. Feſulano, *to. 3. Vghel. p.* 317. & Canonicis S. Petri, apud Baronium: & An. 1154. Ep. Aſtenſi, *to. 4. p.* 522. & Canon. Bergomen. *to.* 4. *p.* 662. & Anno 1155. Ep. Senenſi, *to. 7. p.* 1421. & B An. 1156. Abbatiſſę S. Zacchariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*; & Ferrarienſi An. 1157. *to 2. p.* 572. Patriar. Gradenſi, *to. 5. p.* 1200. & Ep. Sipontino, An. 1158. *to. 7. p.* 1123. Comitijs cum adfuiſſet Anaſtaſij IV. Hadriani IV. & Alexandri III. litteras ſubſcripſit cum alijs Cardinalibus Catholicis, ad Fridericum Imperarorem, contra Sciſmaticum Victorem IV. Antipapam; inde ad Orientales Legatus ab eodem Alexandro, eum peruenisset in Orientem, apud Biblium, *Ioannes admodum, litteratus* (ait Tyrius *l. 18. c. 29.*) *prætentauit D. Regis, & aliorum Principum Eccleſiaſticorum, & ſæcularium mentes, quidnam de eius ingreſſu ſentirent. Diuiſus enim erat occaſione Sciſmatis oborti pe-* C *nè Orbis vniuerſus, alijs D. Alexandro Papæ, alijs parti oppoſitæ fauentibus.* Iuſſus ſubſiſtere, quouſque in communi deliberarent, in Nazareth conuenere Patriarcha cum alijs Eccleſiæ prælatis, & cum Rege Principes in plura diſtracti, alij pro Victore, alij pro Alexandro. Rex incedens medius perſuadebat neutram partem ſuſcipiendam. Legatus ſi orationis gratia tanquàm priuatus abſque Legationis inſignibus, ad loca Sancta vellet accedere, permitteretur, vſque dum tranſitus daretur occaſio; & tunc ei redeundum eſset. Eorum tamen ſententia præualuit, qui D Legatum eſse recipiendum aſserebant. *Vocatus igitur in Regnum venit: multiſque quibus aduentus eius placuerat, poſtmodum fuit oneroſus.* Solebant namque Legati Decimas Sedi debitas Apoſtolicæ exigere ab Epiſcopis, & Abbatibus Monaſteriorum. Contigit etiam, vt moreretur Rex Balduinus, cui Amalricus frater ſucceſſit; priuſquàm tamen coronaretur coactus eſt ab Apoſtolico Legato Ioanne P. C. *S. S. Io: & Pauli*, vxorem dimittere, quam inuito Patriarcha Hieroſolymitano duxerat quarto ſibi conſanguinitaris gradu coniunctam. *Tyrius l. 19. c. 1. & 4.* Romam tandem reſtitutus Legatus, mortuo Iulio Ep. C. Prę-

neſti-

Digitized by Google

neſtino, in Vrbe, Alexandri III. Vicario, ſubrogatus eſt eo plauſu, quod eius induſtria, armataque auro lingua, Alexandrum ex Gallijs Romanus Populus reuocauerit. *Baronius. An.* 1164. Sub eodem Alexandro exceſſiſſe creditur, quia in diplomatum ſubſcriptionibus ad ſequentes Pontifices non extenditur. Anno 1166. ſubſcribit ad Priorem Carthuſiæ, *to.* 10. *Concil. p.* 1386. & Anno 1168. ad Abbatiſſam S. Victorini apud Vghellum *to* 8. *p.* 187. & Anno 1171. ad Abbatem Moribundi *to.* 4. *p.* 205. & ad Magiſtrum militiæ S. Iacobi, Anno 1175. *p.* 1381. *to.* 10. *Concil.* ad Abbatem S. Simpliciani, An. 1178. *to.* 4. *p.* 167. ad eumdem Anno 1179. *p.* 207. Ad Ep. Monopolitanum, An. 1180. *to.* 1. *p.* 1046.

7. *Rogate qua ad pacem ſunt Ieruſalem, & abundantia diligentibus te.* Pſal. 121.



F. Henricus *Moricottas* (ſcribit Vghellus in additionibus ad Ciaconium, legerem ego, *Moriconius*, non *Moricottus*; quia familiam Moriconiam Lucæ inuenio, teſte Petra Sancta in *Teſſeris Gentilitijs*, & Gamurino; *Istoria delle famiglie Toſcane & Vmbre, to.* 1. Cuius inſignia apud Petram Sanctam, ſunt faſciæ argenteæ in æquore atro, licet apud Oldoinum vndulatæ ſint faſciæ ex oſtro in areola argentea. Ex aduerſo Ciaconius huic Cardinali trinam arborem aſſignat. Ego in M. S. Cornelio cienam arborem inuenio ſub Cruce ſanè ex S.R.E. Subdiacono Monachū induit in Clarauallenſi cœnobio, ſub diſciplina S. Bernardi, vbi Doctrina & moribus adeò præualuit, vt Hugone Abbate S. S. Vincentij & Anaſtaſij, ad tres fontes translato, ipſe à S. Bernardo Abbas eligeretur, teſte Gaufrido Claræuallenſi Monacho *ep. ad Albinum Ep. Albanum, de rebus in Concilio Rhemenſi, contra Gilbertum Porretanum; Præcepit ſummus Pontifex & D. Henricus Piſanus, tunc Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, futurus poſtea Claræuallenſis Monachus, & ex Abbate S. Anaſtaſij, S. S. Nerei, & Achilles Presb. Cardinalis &c.* Promotus ab Eugenio III. Anno Sal. 1150. eius litteris ſubſcribit ad Archiep. Colonien. *to.* 10. *Concil. p.* 1056. & ad Abbatiſſam S. Petri, Anno 1151. *to.* 3. *Vghel. p.* 122. & Anno 1153. ad Canonicos S. Petri, apud Baronium; ad Archiep. Beneuentanum, *to.* 8. *Vghel. p.* 177. Promouit Anaſtaſium IV. cum quo ſubſcribit Canonicis Bergom. An. 1154. *to.* 4. *Vghel. p.* 662. & cum Hadriano IV. ad Ep. Belunenſem, An. 1155. *to.* 5. *p.* 177. & Præpoſito Vrbeuetano, Anno 1156. *par.* 2. *to.* 1. *p.* 385. & Archiep. Beneuentano, An. 1157. *to.* 8. *Vghel. p.* 124. Ab eodem Hadriano legatus ad Guillelmum Siciliæ Regem, non fuit admiſſus, quod in litteris Apoſtolicis, quas Regi deferebat, Papa Guillelmum Siciliæ Dominum diceret, non Regem. Baronius ex *Chronico Romualdi*. Noua poſtea ornatus legatione, miſſus eſt ab eodem Hadriano IV. ad Fridericum Imperatorem, vnà cum Iacinto Cardinali Diac. S. Mariæ in Schola Græca, tanquàm (ait Radeuicus l. 1. c. 17.) *viri prudentes in ſæcularibus, & ad Curialia negotia pertractanda, prioribus miſſis,* (alij cum præceſſiſſent Legati, receſſerant inauditi) *multò aptiores, Ferrariam ergo)* proſequitur Radeuicus c. 21.) *cum ueniſſent, audito quòd Legati imperatoris Mutinum rediſſent, non ſperantes ipſos ſibi occurrere, humilitatis formam præbentes, quod inſolitum antea fuerat ad eos pergunt expoſitaque legationis cauſa, quòd ſcilicet* A *ea, quæ pacis eſſent, & honori Imperio, in mandatis haberent, dimittantur. Iam verò aduentum illorum per omnes partes illas, vbi arta Montium tranſitari erant, fama nuntiauerat, multoſque mortalium, rerum alienarum cupidos id contra eos animauerat, quod penè neminem latebat, maieſtatem Imperialem Romanis infenſam exiſtere, quodque vitio auiditatis quiſque ardebat, ac ſi Regiæ voluntati obſequeretur, temerarius intendebat, ſperans in hoc caſu latrocinium honeſtiori nomine poſſe palliari. A Ferraria itaque Veronam, Verona per vallem Tridentinam iter agunt, habentes ſecum gratia maioris ſecuritatis, Ven. Ep. Tridentinum Albertum. Sed præualuit auri ſacra fames, quæ quos arripuit, nil vnquàm hone-* B *ſtum, nil moderatum ſentire permittit. Nam Fridericus & Henricus Comites, quorum in illis partibus non parum poterat violentia, tum Cardinales, quàm Epiſcopum captos ſpoliatos in uinculis ponunt, donec Romanus quidam datus in obſidem, nobilis uir, germanus Iacincti, Epiſcopum autem euidenter Diuina potentia liberauit. Hanc tamen immanitatem Henricus nobiliſſimus Dux Baioariæ, & Saxoniæ, ob amorem S. Romanæ Eccleſiæ, & honorem Imperij, non multò poſt probè uindicauit. Namque & uadem eripuit, & comites multis malis attritos, ad deditionem, & ſatisfactionem coegit.* Cæſaris eum in conſpectum veniſſent (Radeuicus c. 22.) *reuerenter, ac demiſſo uultu, uoce modeſta, tale ſuæ legationis aſſumunt* C *principium. Præſul S. R. E. ueſtræ Excellentiæ deuotiſſimus in Chriſto pater ſalutat uos ſicut chariſſimum, & ſpecialem S. Petri filium. Salutant etiam uos Vener. fratres noſtri, clerici autem ueſtri, uniuerſi Cardinales tanquàm Dominum, & Imperatorem urbis, & orbis. Quanta dilectione S. R. E. amplitudinem, & honorem imperij ueſtri amplectatur, quam ſine peccati conſcientia ueſtram ſatis in acta ſuſtinuerit indignationem, & ſcripta præſentia, & in ore noſtro poſita uiua uocis officium declarabit. Poſt hac litteras efferunt, quæ Venerabili Ottoni Friſingenſi Epiſcopo ad legendum, ſimul & interpretandum data ſunt, &c.* Lectis & benigna interpretatione expoſitis litteris, Imperator mitigatus, *quaſdam cauſa alio loco* D *memorandas, quæ ſeminarium diſcordiæ præſtarent, ſi non congrua emendatio interueniret, Legatis per capitula diſtinxit. Quibus ad nutum Principis, & per omnia benè reſpondentibus, Præſulemque Romanum in nullo Regiæ Dignitati derogare, ſed honorem, ac iuſtitiam Imperij ſemper illibatam conſeruare pollicentibus, pacem, & amicitiam tam ſummo Pontifici, quàm omni Clero Romano reddidit, eamque ſigno pacis & oſculo, abſentibus per præſentes deſtinauit. Sicque hilariores Legati facti, donatique regalibus muneribus, diuertunt in ciuitatem.* Anno



Digitized by Google

no poſtea 1159. iterum venit Henricus in caſtra Cæſaris, miſſus ab Hadriano Papa, cum Vvihelmo & Guidone Cremenſi Diaconis Cardinalibus cum litteris, quibus exigebat Papa, ne *Nuncij mitterentur ab Imperatore in Vrbem, inſcio Papa; cum ibi omnis Magiſtratus B. Petri ſit, cum omnibus Regalibus. De Dominicalibus Apoſtolici, fodrum non eſſe colligendum, niſi tempore ſuſcipiendę coronę. Epiſcopos Italiæ ſolum Sacramentum fidelitatis ſine hominio facere debere D. Imperatori. Neque Nuncios Imperatoris, in palatijs Epiſcoporum recipiendos. De Poſſeſſionibus Eccleſiæ Romanę reſtituendis, & tributis Ferrariæ, Maſſæ, Ficorolu, totius terrę, Com. Mathildis: totius terra, quę ab Aquapendente eſt vſque Romam Ducatus Spoletani, Inſalarum Sardinia, Corſica.* His cum reſponderet Imperator (ex Radeuico l. 2. 30.) *Epiſcoporum Italiæ ego quidem non affecto dominium, ſi tamen & eos de noſtris Regalibus nihil delectat habere. Qui ſi gratanter audierint à Romano preſule, quid tibi, et Regi? conſequenter quoque eos ab Imperatore audire non pigeat: quid tibi, & poſſeſſioni? Nuntios noſtros non eſſe recipiendos in palatijs Epiſcoporum aſſerit. Concedo, ſi fortè aliquis Epiſcopus habet in ſuo proprio ſolo, & non in noſtro palatium. Si autem in noſtro ſolo, & allodio ſunt palatia Epiſcoporum; cum profectò omne, quod ædificatur, ſolo cedat, noſtra ſunt & palatia. Iniuria ergo eſſet, ſi quis Nuncios noſtros à regijs palatijs prohiberet. Legatos ab Imperatore ad Vrbem non eſſe mittendos affirmat, cum omnis Magiſtratus inibi B. Petri ſit, cum vniuerſis Regalibus. Hae res, fateor, magna eſt & grauis, grauiorique, & maturiori egens conſilio. Nam cum diuina ordinatione ego Rom. Imperator dicar, & ſim, ſpeciem tantum dominantis effingo, & inane vtique porto nomen ac ſine re, ſi Vrbis Romanæ de manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa.* Sic vacui rediere Legati Pontificis. Romam itaque reſtitutus Henricus, nouis creandi Pontificis comitijs adſuit, ob Hadriani mortem, in quibus Alexandrum III. promouit, & contra Octauianum Antipapam litteras dedit ad Fridericum Imperatorem, teſte Radeuico *l. 2. c. 53. & c. 70.* Nutante verò Chriſtiano populo, inter Victorem, & Alexandrum; cum celebrare Concilia Reges decreuiſſent prouincialia; miſit in Gallias Henricum Alexander vnà, & Ioannem Neapolitanum, & Vvillemum Papienſem S.R.E. Cardinales, coram quibus Anglorum Rex apud Nouummercatum, congregati Epiſcopi, Abbates, & Barones Northmannię, Rex verò Francorum Bellouaci, damnauere Victorem. *Robertus in appendice ad Sigebertum.* Clarius autem Vuillelmus Neubrigenſis narrat hiſce comitijs adfuiſſe Victoris nomine Guidonē Cremenſem, & Ioannē de S. *Martino* Cardinales; ex parte verò Alexandri, Henricum Piſanum P. C. S. S. Nerei, & Achillei, Io: Neapolitanum, Vvillelmum Papienſem, S. R. E. Cardinales, vbi poſt eloquentiſſimas declamationes Cremenſis in fauorem Victoris; & Papienſis pro Alexandro, in huius nomen iurauere Comitia. Anno ſequenti, qui fuit Salutis 1162. Ludouicus Francorum Rex cum ex Leonora coniuge filiam ſuſcepiſſet, baptizari eam voluit ab eodem Henrico Card. S. S. Nerei, & Achillæi, adhuc Legati munere fungentis in Gallia; teſte *Roberto* ſupracitato.

Nouiſſima Henrici legatio ad Anglos fuit, quum ob mortem Theobaldi Archiepiſcopi Cantuarienſis, proponente Rege ſubrogatus eſt ab omnibus Thomas Regni Cancellarius, *qui cum diù reluctatus eſſet, vrgente, & inſtante Henrico Piſano P. C. S. S. Nerei, & Achillei, tandem acquieuit*, teſte Ioanne Sareſberienſi. Peruenit Henricus vſque ad extrema Alexandri III. tempora, ſub quo plenus meritis, & virtutibus ſanctis migrauit ad Dominum. De eo ſcripſere Alanus Epiſcopus Altiſiodorenſis in *vita S. Bernardi*. Montal. in *Hiſtoria Ciſter.* Gaufridus Clareuallen. apud *Baron.* Myræus in *Chron. Ciſtercien.*

A *8. Fuit ergo arca domini in regione Philiſtinorum, ſeptem menſibus*, 1. Reg. 6.



CEntius Romæ natus, Presb. Card. tit. *S. Laurentij* in Lucina ab Eug. III. promotus, Anno 1150. cum eo ſubſcribit pro Canonicis S. Petri, Anno 1153. apud Baronium, & *to.* 10. *Concil. p.* 1054. Adfuit comitijs Anaſtaſij IV. & cum eo ſubſcribit, An. 1153. Archiep. Beneuen. *to.* 8. *Vghel. p.* 662. ab eodem promotus in Ep. C. *Portuenſem, & S. Ruffinę*, cum eo ſubſcribit ad Patriarcham Gradenſem, An. 1157. *to.* 5. *Vghel. p.* 1200. Succeſſorem habuit Bernardum in Epiſcopatu, Anno 1159. humo datus in ſua Cathedrali ſequens habuit epitaphium:

Centius P. C, S. Laur. in Lucina
Ep. Portuen. & S. Ruffinę,
Donec à mortuis reſurgat.

Crucem in ſtemmate ſupra vides, forſam ob expeditionem in Terram Sanctam, ad redimendum Chriſti ſepulchrum.

C *9. Veritatis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere: & in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in Inferno qui peccauerunt*, Sap. 5.

IOannes de Mercone Piſis natus, ex Archidiacono Tyrenſis Eccleſiæ trans mare, Presb. Card. S. S. *Silueſtri & Martini in Montibus, tit. Equitij* Archidiaconus cum eſſet Tyrenſis, reſtitit, ne Rodulphus Regis Hieroſolymitani Cancellarius, in Archiepiſcopum crearetur Tyrenſem. Promouit Ioannes Anaſtaſium IV. cuius litteris ſubſcribit ad Ep. Feſul. An. 1153. *to.* 3. *Vghel. p.* 317. Archiep. Piſano, *p.* 462. & Canon. Bergom. An. 1154. *to.* 4. *p.* 662. & An. 1155. Ep. Senenſi, *to.* 7. *p.* 1421. & An. 1156. Prępoſ. Vrbeuetano *par.* 2. *to.* 1. *p.* 385. *Vghel.* & An. 1157: Ferrarienſi *to.* 2. *p.* 572. Beneuentano, *to.* 8. *p.* 124. Patriar. Gradenſi, *to.* 5. *p.* 1200. & Sipontino, Anno 1158. *to.* 7. *Vghel. p.* 1123. Hadriano defuncto, comitijs adfuit Alexandri III. ſed ad Sciſmaticos declinauit, Octauianum adorans pſeudopontificem, nomine *Victoris*, quem fouit vſque ad vltimum vitę exitum,

lingua, manu, ęre, & auro. Eius Legatus ad comitia Bellouacenſia (teſte Vuillelmo Neubrigenſi) vnà cum Guido Cremenſi declamauit facundè, perorauit ferociter contra Alexandrum, donec ſuo telo confoſsus, & confuſus abijt obſtinatus tamen, & impęnitens, Anno namque 1164. mortuo Octauiano Antipapa, de clementia Ioannes deſperans Alexandri, nouum Idolum promouit Guidonem Cremenſem Cardinalem, tit. Callixti, quem adorauit nomine Paſchalis III. & vſque ad Annum 1169. Eccleſię, magis oneroſus, ſchiſma fouit, donec vrgente Iuſtitia ſuperna, dum extra Viterbum equitaret, equo corruens, confractis ceruicibus, impęnitens morte A vitam abſoluit repentina. *Baronius ex Actis Vaticanis.*

10. *Ab Initio confirmatus ſum, conſiliatus ſum, & cogitaui, & ſcripta dimiſi.* Eccl. 39.

I*Oannes* natu Gallus, Monachus, & Abbas Dolenſis in Britannia minori, vel ſecundum Frizonium, in Prouincia Bituticenſi Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cluniacenſis, Presb. Card. *tit. S...* ab Eugenio III. promotus; nec verum, vt mentitur, Oldoinus, quod Panuinius ſibi aduerſus aſserat, huic Ioanni Abbati Dolenſi collatum fuiſse Titulum *S. S. Silueſtri & Martini in Montibus, tit. Equitij.* B Hunc enim titulum S.S. Silueſtri & Martini, ſub Eugenio III. vni tantùm *Ioanni de Mercone* datum refert idem Panuinius. Eodem errore deceptus Frizonius *in Gallia Purpurata*, Ioannem Abbatem Dolenſem. Cardinalem dicit *tit. S. Martini in Montibus, teſte Panuinio*; cum de Ioanne Mercone Panuinius expreſsè loquatur. Hunc Ioannem (ſi vera refert Frizonius(Trithemius *l. 4. de viris Illuſtribus c. 38. in negotijs tractandis Eccleſiaſticis* vocat *virum ſtrenuum, & plura ingenij monumenta poſteris tradidiſſe.* *Vuon l. 2, Ligni Vitę. c. 9.*

11 A*Staldus* de Aſtallis ex Diacono Cardinali S. Euſtachij, Presb. Card. *S. Priſca*, promotus Anno 1150. ab Eugenio III. Vide in Cæleſtino II. *n.* 15.

12 I*Oannes* Paparo ex Diacono Card. S. Hadriani (vt in *Cæleſtini II. n.* 12.) Presb. Cardinalis *S. S. Laurentij & Damaſi.* Vide ſub *Cęleſtino II.*

13 O*Ctauianus* de Monticello, ex Diacono Card. in Carcere Tulliano, ſub Innoc. D II. *n.* 52. Presb. Card. *tit. S. Cæcilia.* Vide in *Innocentio II.*

14. *Iuſtum deduxit dominus per vias rectas.* 10. *Sap.* 10.

G*Erardus* Presbyter Card. *S. Stephani in monte Cælio* ab Eugenio III. promotus Anno 1150. cuius diplomati pro Canonici SS. Petri ſubſcribit apud Baronium, Anno 1153. & An. 1151. Ep. Imolenſi, *to. 2. Vghel. p. 677.* & Abbatiſsæ S. Petri. *to. 3. p. 122.* & Archiep. Colon. *to. 10. Concil. p. 1056.* & Ep. Bergom. An. 1154. *to. 4. p. 662.* & Ep. Bellunenſi. An. 1155. *to. 5: p. 177.* & An. 1156. ſub Had. IV. Abbatiſsę S. Zaechariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*: & An. 1157. Archiep. Beneuent. *to. 8. p. 184.* & Ferrarienſi, *to. 2. p. 572.* & Ianuenſi, Anno 1158. *to. 4. p. 1196.* & Abbati S. Nazarij, *to. 5. p. 746.*

Gerardum hunc Oldoinus legatum ſcribit ab Hadriano IV. in Germaniam ad cognoſcendam cauſam Guiemani Ep. Magdeburg. obijſseque in itinere: ſed A fallitur, quia ille fuit Gerardus Diac. Card. *S. Mariæ in Via lata*; nam Gerardus *P. C. S. Stephani* ſuperuixit etiam An. 1156. Adiungit idem Oldoinus Eugubinum fuiſse, ex familia Marconia, Fides ſit penès ipſum

15. *Nolite vocare me Nohemi idest pulchrum; ſed vocate me Maram, quia amaritudine plenus ſum.* Ruch. 1.

R*Olandus* natu Senenſis filius Ranutij Bandinelli, Bendinelli nepos ex clerico Eccleſię Pi- B ſanæ, Subdiaconus Apoſtolicus, deinde Diaconus Cardinalis *S. S. Coſmę & Damiani*, poſtea Presb. Card. *S. Marci*, & S. R. E. Cancellarius, tandem Papa nomine Alex. III. Eius memoria in litteris Eugenij III. Anno 1151. Ep. Imol. *to. 2. Vghel. p. 677.* & Abbatiſſę S. Petri *to. 3. p. 122.* & Abbatiſsæ S. Zaechariæ Venetiarum teſte *Bozzono*, vbi *Vrlandus* nominatur.

16. *Dixi in corde meo vadam, afluam delitijs, & fruar bonis & vidi, quod eſſet vanitas.* Eccleſ. 2.



C F. Bernardus, vel Rolandus Redonenſis Monachus Caſſinas, Diaconus Card. *S. S. Coſmę & Damiani iuxta templum Romuli*, cuius diplomati ſubſcribit pro Canonicis S. Petri, apud Baronium, Anno Sal. 1153. Vnde mentitur Oldoinus apud ſolum Ciaconium inueniri Bernardi memoriam. Si legiſſet, inueniſset apud citatum Baronium; apud Ioannem Sareſberienſem *l. 6. Policratici c. 24.* *Quis Bernardi Rodenenſis S. S. Coſmę & Damiani Diaconi Cardinalis continentiam, contemptumque pecunia non miretur? Nondum natus eſt, à quo munus acceperit. Quod tamen à communione fratrum ſinceriore* D *iure prouenit ebat interdum accipere perſuaſus eſt? Quis non ſtupeat Ep. Praneſtinum, qui ſcrupulum conſcientię metuens, & à participatione bonorum communium abſtinebat? Plurium tanta modeſtia, tanta grauitas eſt, vt Fabritio non inueniantur inferiores, quem agnita ſalutis via modis omnibus antecedunt.*

Hic Monachum primò apud Claram Vallem profuſſus, Doctorem Meliſluum perfectionis magiſtrum, & exemplar habuit, Ob egregias autem virſeſſus (ita *in Menologio Benedictino*) Eminentiſſimo

Patrum

Patrum Purpuratorum ad lectus Senatui, Cardinalis Diaconus S. S. Coſmæ & Damiani creatus, cum honorem ſumma animi demiſſione, & rariſſima vitæ puritate mirificè adornans humillimus idem, & Eminentiſſimus Sanctitatis celeber titulo, è ſacro Collegio peregrinantium, ad feliciſſimum illud aſſumptus eſt æternè triumphantium. Etſi autem omni virtutum genere decoratus venerandus cunctis extiterit, & inter præcipuos viros, quos illo æuo Sanctitas commendauit, egregium locum obtinuerit, inter priuatas tamen laudes eius præcipuè celebratur; adeò à muneribus fuiſſe alienum, vt ſanè admirandus eo nomine pluribus videretur. Obijt feliciſ- A
ſimum regij, & Apoſtolici honoris ſpeculum, Anno C. 1170. Ex Ioan Sariſberien. Cuſan Card. Baron. Ferd. Vghel. Henriquez. Romę ſepultus. Inſignia ſupradicta Oldoinus adiecit nullo tamen fundamento.

17. *Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.*
Sap. 5.



GVido Diaconus Card. *S. Mariæ in Porticu*, teſte B
Ciaconio, promotus ab Eugenio III. in prima Cardinalium creatione Anno 1145. epiſtolam accipit à S. Bernardo n. 135, ſed error irrepſit in numerum, erit forſan. 335, Cum eodem Eugenio ſubſcribit litteris ad Abbatiſſam S. Petri, Anno 1151. *to.* 3. *Vghel. p.* 123. & Archiep. Colon. *to.* 10. *Concil. p.* 1056. Subſcribit etiam pro Canonicis S. Petri, Anno 1153. apud Baronium. Sed error contigit in nomine vel apud Baronium, vel apud Vghellum: is *Gregorium* legit; ille *Guidum*. Sanè Anno 1153. ſub eodem Eugenio C
ſubſcribit apud eumdem Vghellum, *to.* 4. *p.* 520. Guido, non Gregorius Epiſcopo Aſtenſi, & Ep. Fulginati, *to.* 1. *p.* 748. Sic pro eodem Ep. Aſtenſi. *sit. to.* 4. *p.* 521. Anno 1154. Subſcribit Guido: ſic Anno 1156. *p.* 522. Guido: & An. 1154. Canon. Bergom. *to.* 4. *p.* 663. Ex An. 1156. Abbatiſſę S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*; & An. 1157. Ep. Ferrar. *to.* 2. *Vghel. p.* 572. Ad hunc S. Bernardus Abbas epiſtolam ſcripſiſſe creditur à Ciaconio, de eius laudibus, zelo, & Religione gratulatoriam *n.* 135. cuius cauſa Guido non pauca per peſſus opprobria.

18. *Legit autem in libro legis Dei, per ſingulos dies.*
a. Eſdrę. 8.



GAlfridus Arturius, ſeù Gaufridus Lancarnenſis, Anglus, ex Cambria Angliæ prouincia, Archidiac. Monumutenſis, Diac. Card. *S. R. E.* promotus in ſecunda Cardinalium creatione Poſtea Eluēſis Epiſcopus alias S. Aſaphi, ab Eugenio III. promotus, teſte Ciaconio, (nam ſi fides eſſet *Antonio Poſſeuino in Apparatu ſacro*, ſub Agathone P. M. creatus eſt Cardinalis) dicitur ab eodem Poſſeuino, & à Conrado Geſnero Monachus Benedictinus, cognomento *Arturius*, quia virtam carmine, quàm proſa eruditus, de Arturo Britannorum Rege plura ſcripſit. Magnæ apud Robertum ClaudioCaſtriæ ducem, Henric. Regis filium, auctoritatis fuit.

Scripſit *Arturi Regis geſta ad Gualterium Oxonienſem.*

Librum prędictionum Ambroſij Merlini.

Vaticiniorum Merlini Chalcedonij.

B *De Corpore, & Sanguine Domini.*

Carmina varij generis.

Breuiarium Gildę .... De Exilio Eccleſiaſticorum.

De rebus Britannicis libros 10.: qui Lugduni fuere excuſſi, Anno 1587. apud Renatum Potelerium, hac prænotatione, *Galfredi Monumetentis Cardinalis.*

Apud Poſſeuinum *Nonnus Galfridus* appellatur, non, *Galfridus* abſolutè. Eius tamen hiſtoriam Polydorus Virgilius, & Guillelmus Parius Nonoburgenſis fabuloſam in pluribus arguunt. Hęc primo Lutetię excuſſa eſt à Badio, in 4. Inſignia appoſuit Oldoinus ad libitum.

C 19. *Et in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis,*
Pſal. 43. n. 6.

M. Otho de Brixia Lombardus, Diac. Card. *S. Nicolai in carcere*, in tertia Cardinalium creatione promotus, An. 1150. promouit Anaſtaſium IV. & cum eo ſubſcribit Archiep. Piſano, An. 1153. *to.* 3. *Vghel. p.* 463. & Canonicis S. Petri, *to.* 10. *Concil. p.* 1054. & Ep. Fulginati, *to.* 1. *p.* 748. & Canon. Bergom. An. 1154. *to.* 4. *p.* 664. & Anno 1158. Archiep. Sipon. *to.* 7. *p.* 1123.

Miſſus ab Hadriano IV. R. P. cum Arditione Card. S. Theodori, Legatus ad reconciliandos Lon-
D gobardos inter ſe diſſidentes, vacuus redijt, & ingratus, quia Mediolanenſes Laudenſibus parcere recuſarunt. Hinc extorres facti ciuitatem diripiendam Mediolanenſibus permiſere. *Otto Morena in Chron. Laudenſi.* In creatione Alexandri III. huic fidelis adhęſit contra Octauianum Antipapam e. 53. *l.* 2. *Radeuies*; hinc ad Concilium vocatus Papienſe, & per litteras, & per Legatos conuocatum à Friderico Imperatore, & per octo dies expectatus venire contempſit; Radeuicus *l.* 2. *c.* 70. Legatus ad

Hiſpanos, vt eos in obſequio ſeruaret Alexandri veri Pontificis, feliciter adimpleuit; & ſub eodem vitam poſuit plenus merito erga Sedem Romanam.

20. *Melius eſt bonum nomen, quàm vnguenta pretioſa; & dies mortis die natiuitatis.*
Eccleſ. 7.

CEntius in tertia promotione, Diaconus Card. *S. Mariæ in Aquiro* ab Eugenio IIJ. promotus (teſte *Ciaconio*) cuius litteris ſubſcribit ad Ep. Veronen. An. 1145. *to.* 5. *Vghel. p.* 735. Anno 1151. Ep. Imolen. *to.* 2, *Vghel. p.* 678. & Archiep. Colon. *to.* 10. A *Concil. p.* 1056. & An. 1153. Canonicis S. Petri, *to.* 10. *Concil. p.* 1054. Centiorum inſignia huic Cardinali appoſuit Ciaconius; cum tamen nomen, quod recurrit, ſit potiùs perſonæ, quàm familiæ. Accedit quod, (teſte *Petra Sancta*, Teſſeræ Gentilitiæ Cenciorum habeant latus parmulæ dexterum nubiloſum. Succeſſorem Centius habuit in diaconia S. Mariæ in Aquiro, Guidum, nam die XV. Iunij Anni 1157. cum Hadriano IV. ſubſcribit Guido pro Patriarcha Gradenſi: *to.* 5. *Vghel. p.* 1198. Sollicitus de bono nomine, ſemper vixit vt moriturus.

F. Rolandus Piſis natus Rhedonenſis, Monachus Ciſtercienſis Card. *SS. Coſmæ, & Damiani*, ab omnibus *Bernardus* dicitur: vide ſupra n. 15. B

21. *Breuis viuens tempore.* Iob. 14. 21.



IOannes Diac. Card. *S. S. Sergij & Bacchi*, promotus ab Eugenio III. An. Sal. 1150. cuius litteris ad Abbatem Militenſem ſubſcribit, An. 1150. *to.* 1. *Vghel. p.* 1034. & Anno 1151. Abbatiſſæ S. Petri, *to.* 3. *Vhel. p.* 123. Ep. Imolenſi *to.* 2. *p.* 677. & C Archiep. Beneuentano *to.* 8. *p.* 177. & Can. Bergom. An. 1154. *to.* 4. *p.* 663, & Ep. Bellunenſi An. 1155. *to.* 5. *p.* 177. & Senenſi, *to.* 7. *p.* 1421. & An. 1157. Ep. Beneuent. *to.* 8. *Vghel. p.* 184. & Ferrarienſi, *to.* 2. *p.* 572. Concordant Inſtrumentum Eccleſiæ S. Praxedis de Vrbe. in quo Diac. Card. dicitur *S. S. Sergij, & Bacchi*, Vltra Annum 1157. cum non reperiatur ſubſcripſiſſe, obijſſe creditur ſub eodem Alexandro III.

22. *Fecerunt ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt dicentes: Hi ſunt Dij tui.*
Exod. 32.

GVido Cremenſis, Diaconus Card. *S. Mariæ in Aquiro*, promotus ab Eugenio III. Anno Sal. 1150. poſtea ad Presbyterium Cardinalitium. *S. Mariæ Transtyberim* translatus ab Hadriano IV. cum eo ſubſcribit pro Archiep. Ianuen. An. 1158. *to.* 4. *Vghel. p.* 1196. Cum adhuc Diaconus eſſet, ab eodem Legatus ad Fridericum Imperatorem, comitia celebrauit cum eodem Friderico, Anno Sal. 1158. in Roncaliis, teſte Radeuico *l.* 2. *c.* 3. Anno poſtea veniente, qui fuit Salutis, 1159. cum tribus alijs Cardinalibus accedens, vt cum Imperatore concordiam iniret, creditus ab Alemanis faſtum fouere Romanum, re infecta redijt in vrbem, eodem Radeuico teſte *l.* 2. *c.* 30. Hadriano mortuo, Octauianum Cardinalem S. Ceciliæ in pſeudoPapam nomine *Victoris IV.* promouit, adorauit, omnemque lapidem mouit contra Alex. III. legitimum Papam coactis Synodis tàm in Gallia, quàm in Anglia, premiſſis litteris ad Fridericum Imperatorem de Octauiani electione canonica, teſte Radeuico, *c.* 52. vt A ſupra notauimus: *n.* 8. *in lo: de Mercone.* Victore mortuo, ipſe in PſeudoPontificem ſubrogatus, quantum turbauerit Eccleſiam Dei, vide in *vita Alex. III.*

23. SYlueſter Monachus, & Abbas Sublacenſis Monaſterij, (teſte *Panuinio f. Venetijs p.* 117. An. 1157. impenſis Iacobi Stradæ) Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Dominica* (concordat Vuion *l.* 2. *Ligni Vitæ*, *c.* 9. ex Archiuio Sublac.) promotus ab Eugenio III. De hoc nomine tamen *Syluestri* nulla mentio in emendatiore editione Panuinij, quam ipſe exhibuit Venetijs, eodem Anno, in 4.

B

24 ROdulphus Diacon. Card. *S. Angeli* ſubſcribit cum Eugenio III. 7. Cal. Maij An. 1151. Abbatiſſæ S. Petri, *to.* 3. *Vghel. p.* 123. cum tamen Gregorius D. C. *S. Angeli*, qui antea viuebat, reperiatur viuere, etiam 15. Cal. Iunij, An. 1151. *to.* 2. *Vghel. p.* 678. Vnde vel error in nomine Cardinalis apud typographum, vel error in tempore, vel duo Cardinales in eadem Diaconia.

25. *In cogitatione tua ne detrahas Regi, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia aues Cæli portabunt vocem tuam.*
Eccleſ. 10.

C

GErardus Caietanus Piſis natus affinis Eugenij III. à quo Anno Sal. 1146. promotus in Diaconum Cardinalem *S. Mariæ in Via Lata*, ex Canonico Eccleſiæ Piſanæ, pluribus ſubſcripſit diplomatibus eiuſdem Eugenij III, Ann. 1153. ad Canonicos S. Petri *to.* 10. *Concil. p.* 1054. Eo mortuo, comitijs adſuit Hadriani IV. cuius litteris ad Ep. Senenſem ſubſcripſit, An. 1155. *to.* 7. *p.* 1421. *Vghel.* Ab eodem Legatus in Germaniam, vt cauſam terminaret electi Magdeburgenſis; *& quadam ibi*, ſecus Friderici Ænobarbi Imperatoris *natum* traD ctare vellet, indignationem eius incurrens, infectis negotijs, pro quibus venerat, mandatis ſeuerioribus, ingloriè redire coactus, in via etiam vita deceſſit. *Otho Friſingen. l.* 2. *c.* 10. Æniponti ſepulchro donatus, ſepultus eſt more priuati, non iure Legati. Ex *Bibliotheca Cornelia*, Venetijs.

26. HIldebrandus Craſſus, Bononiæ natus D. C. *S. Euſtachij*: vide ſub *Lucio II. n.* 4.

27. Vber-

27. VBertus Diac. Card. *S. Mariæ Novę* ſubſcribit cum Eugenio III. Anno 1151. pro Abbatiſſa S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Dominico Bozzono*.

28. MArrhæus Archipresb. *S.. Marię Maioris*, & Cardinalis S. R. E., teſte *Paulo de Angelis in deſcriptione Baſilicæ Liberianæ*.

Cancellarij S. R. E. ſub Eug. III.

Robertus Presbyter Card. ab Anno 3. Pontif. vſque ad V.

Guido Piſanus P. C. S.S. Coſmæ & Damiani poſt Robertum.

A

Baro Scriptor Apoſtolicus pro Cancellarius.

Rolandus P. C. S. Marci, Anno VIII. Pontif. creatus Cancellarius.

ANASTASIVS IV. P. CLXVIIJ.

ANaſtaſius IV. Electus 7. Idus Iulij, Sal. Ann. 1153. vſque ad 4. Non. Octob. Ann. 1154. elegit Cardi-nales IX.

Cardinales, qui comitijs adfuere Anaſtaſij IV. teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

Epiſcopi Cardinales.

1. D. Gonradus de Suburra Ep. Card. Sabinus *Honorij II.*

Innocentij II.

2. Theodeuinus Ep. Card. Portuen. & S. Ruffinæ.
3. Fr. Imarus Gallus, Ep. C. Tuſculanus.

B 4. F. Guarinus Ep. C. Præneſtinus *ex Lucio II.*

Eugenij III.

5. D. Hugo Ep. C. Oſtien. & Velirer.
6. Nicolaus de Maluiesbiria, Anglus Ep. Card. Albanus.

Presbyteri Cardinales.

Innocentij II.

7. Guido Bellagius P. C. S. Chryſogoni Tranſtyberim. Silet *Panuinius*.
8. Gregorius P. C. S. Mariæ Tranſtyberim tit. Calixti, Archipresb. S. R. E.
9. D. Raynaldus Abbas Caſſin. P. C. SS. Marcellini, & Petri. Silet *Panuinius*.
10. Hubaldus Allucingolus P. C. tit. S. Praxedis.

Cęleſtini II.

11. Manfredus P. C. tit. S. Sabinę.
12. Aribertus P. C. tit. S. Anaſtaſię.
13. Iulius P. C. tit. S. Marcelli.

Lucij II.

14. D. Hubaldus Caccianimicus P. C. S. Crucis in Hieruſalem.
15. Guido P. C. S. Pudentianę tit. Paſtoris.

Eugenij III.

16. D. Bernardus P. C. tit. S. Clem.
17. Iordanus Vrſinus Rom. P. C. tit. S. Suſannę.

Innocentij II. & Eugenij III.

18. Octauianus Rom. P. C. S. Cęcilię.

Cæleſtini II. & Eugenij III.

19. Aſtaldus de Aſtallis P. C. tit. S. Priſcæ.

Eugenij IIJ.

20. Rolandus Bandinellus P. C. tit. S. C.
21. Gerardus P. C. tit. S. Stephani in monte Cęlio.
22. Ioan. Paparo P. C. tit. S. Laur. & Damaſi.
23. Ioan. Anagninus vel Sutrinus P. C. SS. Io: & Pauli tit. Pammachij.

D 24. Centius P. C. tit. S. Laur. in Lucina.

25. Fr. Henricus Piſanus, Mon. Ciſter. P. C. tit. SS. Nerei, & Achillæi.
26. Ioannes de Mercone P. C. SS. Silueſtri, & Martini in montibus, tit. Equitij.

Panuinius recenſet Thomam P. C. S. Vitalis tit. Veſtinæ: de quo ſilet *Ciaconius*.

Dia-

Diaconi Cardinales XIV.

Innocentij II.

27. Otho D. C. S. Georgij in Velabro, Archid. S. R. E.

Cælestini II.

28. Ioannes de Paparo D. C. S. Hadriani.
29. Rodulphus D. C. S. Lucia in Septiſollio.
30. D. Ioannes Canon. Regul. S. Fridiani, D. C. S. Mariæ Nouæ.
31. Gregorius D. C. S. Angeli in Piſcina.

Lucij II.

32. Guido D. C. S. Mariæ in Porticu,
33. Hyacinthus Bobo, D. C. S. Mariæ in Coſmedin.

Eugenij III.

34. Gerardus D. C. S...
35. Ioannes D. C. SS. Sergij, & Bacchi.
36. Hildebrandus Craſſus D. C. S. Euſtachij.
37. Gerardus D. C. S. Mariæ in via lata. Loco Gerardi *Panuinius* dicit *Raimundum*.
38. M. Otho Brixianus D. C. S. Nicolai in carcere.
39. F. Bernardus Redonenſis, Piſanus, D. C. SS. Coſmę, & Damiani.

Panuinius recenſet Guidonem D. C. SS. Viti, & Modeſti in macello Martyrum: & Sij... Abbatem Sublacenſem, D. C. S. Mariæ in
A Dominica, de quibus ſilet Ciaconius.

Quatuor Cardinales tantùm ſcribit Ciaconius creatos fuiſſe ab Anaſtaſio IV. Panuinius verò octo, quod verius puto, vt ex infra poſitis.

Cardinales creati ab Anaſtaſio IV.

1. *Teſtimonium perhibuit veritati*. Io. 5.

GRegorius de Suburra, Romæ natus, nepos Anaſtaſij IV. Rom. Pontif. promotus à patruo in Ep. Card. *Sabinum*, & ſibi ſubſtitutus purpuram decorauit agnatione Pontificis, & ſolida fide erga Alexandrum III. quem elegit, & fouit contra Pſeudopontifices. Eius inſignia (teſte Ciaconio) extant opere vermiculato, in templo S. Euſebij, propè Orphea, quondàm Mariana. Mortuo Anaſtaſio, promouit Hadrianum IV. cuius litteris ſubſcripſit ad Ep. Ferrarienſem, An. 1157. *to.* 2. *Vghel. p.* 572. & Sipontinum, An. 1158. *to.* 7. *p.* 1123. *& to.* 4. Anno 1162. Vgonem Archid. Ianuen. *p.* 1197. In creatione Alexandri III. partes egit viri Catholici, & conſtantis Epiſcopi, contra Octauianum Antipapam, datis litteris ad Fridericum Ænobarbum, tanquàm Decanus Epiſcoporum Cardinalium, pro tutela veritatis. Subſcripſit cum eodem Alexandro III. ad Archiepiſcopum Ianuenſem, Anno Sal. 1171. *to.* 4. *Vghel. p.* 1201. ſi litteram inſpicias; vel Anno 1163. ſi ſenſum: quo Anno, teſte eodem Vghello, *to.* 1. *p.* 184. dicitur obijſſe. Inſignia non apponimus ob diuerſitatem pingentium; alij enim Leunculos duos apponunt ludentes in area dimidiata; Baltheis tribus ſuppoſitis infra ſeniſſem: alij Leones pilà ludentes; alij ſolam aream interciſam.

2. CEntius ex Presb. Card. S. Laurentij in Lucina, tranſlatus ad Ep. Card. *Praneſtinum* ab Anaſtaſio IV. An. 1153. Vide in *Eugenio III. n.* 8.



3 IAcobus Presb. Card. *S. Calixti* ſubſcribit cum Anaſtaſio IV. An. 1153. ad Archiep. Beneuentanum, *to.* 8. *Vghel. p.* 177. cuius diplomatis inſcriptio notabilis, ſequens eſt. *Ego Anaſtaſius Lat. Eccleſ. Epiſcopus* ideſt *Anaſtaſius Latinę Eccleſię Epiſcopus*. Ex qua ſubſcriptione Heterodoxi plurima extorſerunt aduerſùs Romanum Primatum.

B 4 ROlandus ex D. C. S. S. *Coſmæ*, *& Damiani*, Presb. Card. *S. Marci*, poſtea Papa Alex. III. vide ſub *Eugenio III. n.* 15.

5 MArtinus Diacon. Card. *S. Mariæ in Coſmedin* ſubſcribit cum Anaſtaſio IV. ac Ep. Feſulanum, An. 1153. *to.* 3. *Vghel. p.* 317.

6 ARipertus Presb. Card. *tit. S. Crucis in Hieruſalem*, ſubſcribit cum Anaſtaſio IV. An. 1153. Ep. Fulginat. *to.* 1. *Vghel. p.* 748.

C 7 HYacinthus Diac. Card. *S. S. Sergij & Bacchi*, ſubſcribit cum Anaſtaſio IV. pro Archiep. Piſano, An. 1153. *to.* 3. *Vghel. p.* 462.

8. *Princeps dei es inter nos*. Geneſ. 13.

ALbertus humili loco natus, in pago Montis Sacrati, propterea *de Monte Sacrato* dictus, Lucenſis breui vitam abſoluit; nam Anno Sal. 1155. Titulus SS. XII. Apoſtolorum, quem Alberto Ciaconius tribuit, datus legitur ab Hadriano IV. Hildebrando Craſſo. Abramo titulum ab Necheis oblatum apponimus quamuis extraneo: quia genus nobilitatis non tam de naſcendi prerogatiua, quàm de morum elegantia conſurgit. Inſignia Albertus non habuit; Montes ei adijciunt ob loci natiuitatem: quòd natus in pago *Montis Sacrati*.

9 GEorgius D. C. *S. Angeli* ſubſcribit cum Anaſtaſio IV. An. 1153. Ep. Fulginati, *to.* 1. *Vghel. p.* 748. Vide in *Cœleſtino II. n.* 14. Hunc enim Georgium promotum credo ab Eugenio IIJ.

Can-

Cancellarij S. R. E.

ROlandus Bandinellus P. C. *S. Marci* Cancellarius S. R. E.

HADRIANVS IV. P.CLXIX.

HAdrianus IV. Electus 4. Non. Decemb. 1154. Obijt Kal. Septemb. 1159. Cuius creandi comitijs adſuere, reſte *Ciaconio & Panuinio*.

Epiſcopi Cardinales VI.

Innocentij IJ.

1. Fr. Imarus Ep. C. Tuſculanus.

Lucij II.

2. D. Guarinus Ep. C. Preneſtin.

Eugenij III.

3. Fr. Hugo Ep. C. Oſtien. & Veliter.

A 4. D. Nicolaus de Maluiesbiria Ep. C. Albanus.

Anaſtaſij IV.

5. Gregorius de Suburra, Ep. C. Sabinus.
6. Cenrius Ep. C. Portuen. & S. Ruſſinæ. Loco Centij *Panuinius* dicit *Theoden.*

Presbyteri Cardinales XVII.

7. Guido Bellagius P. C. tit. S. Chryſogoni.
8. Gregorius P. C. S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti, Prior Presbyterorum.
9. D. Raynaldus Abbas Caſſin. P. C. S. S. Marcellini, & Petri
10. Hubaldus Allucingolus P. C. tit. S. Praxedis.

Cœleſtini II.

11. Manfredus P. C. tit. S. Sabinæ.
12. Aribertus P. C. tit. S. Anaſtaſiæ.
13. Iulius P. C. tit. S. Marcelli.

Lucij II.

14. D. Hubaldus Caccianimicus, P. C. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
15. Guido P. C. tit S. Pudentianę, tit. Paſtoris.

Eugenij III.

16. D. Bernardus P. C. tit. S. Clementis.

17. Iordanus Vrſinus P. C. tit. S. Suſannę.

B

Innocentij II. & Eugenij III.

18. Octauianus P. C. tit. S. Cęcilię.

Cæleſtini II., & Eugenij III.

19. Aſtaldus de Aſtallis, P. C. tit. S. Priſcæ.

Eugenij IIJ.

20. Rolandus Bandinellus P. Card. tit. S. Marci Cancellarius S. R. E.
21. Gerardus P. C. tit. S. Stephani, in monte Cęlio.

C

22. Ioannes Paparo P. C. tit. S. S. Laur. & Damaſi.
23. Ioannes Sutrinus P. C. tit. S. S. Io. & Pauli, tit. Pammachij.
24. Fr. Henricus Piſanus P. C. tit. SS. Nerei, & Achillei.
25. Ioannes de Mercone, P. C. tit. S. S. Silueſtri, & Martini in Montibus tit. Equitij.

Diaconi Cardinales VIII.

26. Ottho D. C. S. Georgij in Velabro, Archid. S. R. E. *ex Innoc. II.*
27. Rodulphus D. C. S. Luciæ in Septifollio. *Ex Cœleſtin. II.*
28. Guido D. C. S. Marię in in Porticu.
29. Hyacinthus Bobo D. C. S. Mariæ in Coſmedin *ex Lucio II.*

D

30. Io. D. C. SS. Sergij & Bacchi) Eugenij III.
31. Hildebrandus Craſſus D. C. S. Euſtachij.) Eugenij III.
32. Gerardus D. C. S. Marię in Via lata.) Eugenij III.
33. M.. Otho D. C. S. Nicolai in carcere.) Eugenij III.

Epiſcopi Cardinales creati ab Hadriano IV.

HVbaldus Allucingolus Lucenſis, ex Presb. Card. S. Praxedis ſub Innoc. Epiſcopus *Oſtien.* creatus ab Hadriano IV. Anno Sal. 1159. poſtea Papa Lucius III. vide *ſub Innoc. II. n.* 33.

2. Iu-

2. IVlius ex Presb. Card. S. Marcelli, ſub Celeſtino II. Ep. Card. *Præneſtinus*, promotus Anno 1159. Vide ſub *Caleſtino II. n.* 10.

3. D. Bernardus ex Presb. Card. S. Clementis Epiſcopus Card. *Portuen. & S. Ruffinæ*, Vide ſub *Eugenio III. n.* 3.

4. *Dilectus Deo & hominibus*,
Eccli. 45.



GValterus, ſeu Valterus Ep. Card. *Albanus* Anno Sal. 1159. ab Hadriano IV. promotus ſecundum Ciaconium, in tertia Cardinalium promotione, vel in quarta ſecundum Panuinium *in 4.°* quia Panuinius in ſua *Epitome Pontificum*, *& Cardinalium f.* non in tertia aſſerit, neque in quarta. Vir iſte pius, & ſacræ eruditionis non ignarus ſcripſit *de Paſſione Domini*, vt ex *M. S. in Corneliana Bibliotheca*. Hadriano mortuo, promouit Alexandrum III. & contra Octauianum Antipapam fouit litteris datis ad Fridericum Imperatorem cum alijs Cardinalibus. Abſente Alexandro, eius vices egit in Vrbe dilectus populo Romano, vt ex *ep. 6. Io: Salesburienſis ad Bartholom. eum Ep. Exonienſem*. Cum eodem Alexandro Ianuæ ſtante, An. 1162. ſubſcripſit priuilegio dato Canonicis Ianuenſibus, *to. 4. Vghel. p.* 1197, Anno 1171. Archiep. Ianuenſi *p.* 1291. Alexandrum poſtea ſecutus fugientem, Anconæ cum eo ſubſcripſit pro Ruſtico Abbate S. Ma- A riæ de Nouo Portu; *to.* 1. *Vghel. p.* 376. Ad Magiſtrum militiæ S. Iacobi An. 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1381. & Venetijs cum eodem Alexandro III. pro Monaſterio S. Mariæ in Organo, apud Baronium, Anno 1177. Obijt ante 8. Cal. Nouemb. Anni 1184. quia hac die Henricus Ep. C. Albanus Gualteri ſucceſſor ſubſcribit pro Canonicis Eſculanis, cum eodem Alex. III. *to.* 1. *Vghel. p.* 512, eodem *to. p.* 379. Abbati de Nouo Portu, Anno 1177.

Cardinales Presb. creati ab Hadriano IV.

5. HIldebrandus Craſſus ex Diac. C. S. Euſtachij, Presbyter C. Baſilicæ *SS. XII. Apoſtolorum*. vide *n.* 4. in *Lucio II.*

6. AVido Cremenſis ex Diac. S. Euſtachij Presb. Card. *S. Mariæ Tranſtyberim*, *tit. Calliſti* promotus Anno 1155. Vide in *Eug. III. n.* 22.

7. *Et purgato templo, aliud altare fecerunt*
2. Maccab. 10.



D. Ioannes Piuzutus Neapolitanus, ex Canonico Regulari Monaſterij S. Victoris Pariſijs, Diacon. Card. *S. Mariæ Nouæ*, promotus An. Sal. 1155. ab Had. IV. poſtea Presb. Card. *tit. S. Anaſtaſiæ*. Is ille Cardinalis Ioannes, qui (teſte *Pennoto*) vetuſtam & inſignem Canonici ordinis Abbatiam S. Petri ad aram Neapolis penè collapſam reſtituit; & Canonicorum conuentum ibidem repoſuit, accito in illius Priorem, ac deinde Abbatem Domno Nicolao S. Victoris Pariſienſis Canonico. Ad purpuram vocatus pietate interprete, etiam in gradu ſublimi regulam non deſeruit Monaſticam. Hadriano mortuo, Alexandrum III. promouit, Octauianum pſeudo Pontificem execratus, litteras cum alijs Cardinalibus Catholicis dedit ad Fridericum Imperatorem (teſte *Radeuico l.* 2. *c.* 53.) graui ſuæ vitæ diſcrimine, quòd ſciſmatici ab ore Ioannis arbitrarentur Senatum pendere Purpuratorum; hinc ab Octauiano ad Conciliabulum vocatus Papienſe, quia venire contempſit, ep. Præſidentium, *to.* 10. *Concil. p.* 1393. nominatim anathemate notatus more Romano, extinctis candelis (*Radeuic. l.* 2. *c.* 70. & 72. non timuit veritatem propugnare in duobus Concilijs apud Nouum Mercatum, & Bellouaci congregatis à Regibus Angliæ, B & Franciæ, in quibus vnà cum Henrico Piſano P. C. S. S. Nerei, & Achillei, & VVillhelmo Papienſi, patronos Octauiani Pſeudopapæ, confuſione repleuit, teſte *VVilhelmo Neubrigenſi*. Venetias tandem (vbi profugus latuit Alexander III.) deſcendens, cum alijs ſex Cardinalibus delectus, vt ſciſmaticis execrationem faciendam à Friderico Imperatore audiret in monaſterio S. Nicolai de Littore, impleuit fæliciter. In Vigilia namque S. Iacobi, An. 1177. intromiſſus cum collegis ad Imperatorem abiuratione ſuſcepta (quam Fridericus exhibuit contra Octauianum, Guidonem Cremenſem, & Ioannem de Struma, obedientiaque promiſſa Ale- C xandro tanquàm Catholico Pontifici) eum anathemate ſoluit, & Catholicæ aggregauit vnitati. Idem fecit cum maioribus Principibus, qui eodem vinculo tenebantur, iuxta priſcum Eccleſiæ morem: *Baronius ex Codice Vaticano*. Venetijs ſtans ſubſcripſit cum Alexandro, diplomati dato Monialibus S. Mariæ de Organo. Obijſſe Ioannem cadente Alexandri Pontificatu ſcribit Ciaconius: quo exitu? ſupplet Baronius dicens Legatum fuiſſe ad Græcos, vt eos Latinæ reconciliaret Eccleſiæ, & inter eos Martyrem occubuiſſe, vt teſtatur Robertus de Monte, in additionibus ad Sigebertum, ſcriptor illius temporis. *Cum Latini occiderentur per crudelitatem Andronici*, D *quidam Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, Ioannes nomine, quem Romanus Pontifex miſerat Conſtantinopolim ad petitionem Manuelis Imperatoris, qui erat vir religioſus, & volebat per prædicationem illius Cardinalis, reuocare Eccleſiam Græcorum ad inſtituta, & ſubiectionem Eccleſiæ Romanæ. Hic (inquam) Ioannes, cum Latini occiderentur, erat in hoſpitio ſuo, veneruntque ad eum quidam religioſi viri ſuadere ei, vt diſcederet, ne occideretur: quod cum audiſſet, dixit; Abſit hoc nè fiat. Ego*

hic.

hic ſto pro vnitate Eccleſiæ & præcepto Papæ Alexandri Domini mei: Tunc irruentes in eum Græci perfidi occiderunt eum, & ligantes eauem cum eo, ita quòd cauda canis eſſet in os eius, traxerunt per anicos ciuitatis, & facta fouea comburſſerunt eam: & poſtea viri religioſi de fouea tulerunt corpus eius, & optime ſepelierunt illud, vbi ſiunt crebrò miracula. Ex his duplex emergit difficultas: prima, quòd Robertus Titulum non exprimat Cardinalis; vnde difficillimum ſit, diſcernere de quo Ioanne Cardinali loquatur; cùm duo Ioannes Cardinales natu Neapolitani eodem tempore vixerint: A ſecunda, quòd Vvillelmus Tyrius *lib.* 22. *c.* 13. Martyrem hunc non vocat Cardinalem, ſed S.R.E. Subdiaconum. Accipe verba. *Inter quos virum Venerabilem Ioannem nomine, S. R. E. Subdiaconum, quem pro negotijs Eccleſiæ Dominus Papa illuc direxerat, comprehendentes, in contumeliam Eccleſiæ decollauerunt.* Eius memoria in diplomate Alex. III. ad Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. Anno 1162. & ad Abbatiſſam S. Victorini, Anno 1168. *to.* 8. *p.* 187. & Archiep. Ianuen An. 1171. *to.* 4. *p.* 1201. & ad Homodeum Abbatem S. Reparatæ, *to.* 2. *p.* 521. & ad Abbatem de Nouo Portu, Anno 1177. *to.* 1. *Vghel. p.* 377. & ad Abbatem Morimundi, Anno 1179. *to.* 4. B *p.* 207. Leonem Oldoinus huic Cardinali pro Inſignibus adiecit.

8. *Arma Clericorum ſunt lacrymę & orationes, c. non pila.* 23. *q.* 8.



BOnadies de Bonadie, Romanus Diac. Card. *S. Angeli* promotus, Anno 1155. poſtea Presb. Card. *tit. S. Chryſogoni*; ſubſcribit cum Hadriano IV. vti Diaconus *S. Angeli*, Ep. Ferratienſi, Anno 1157. *to.* 2. *p.* 572. & An. 1156. Abbatiſſę S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*, Hadriano mortuo, partes ſequutus eſt Alexandri III. veri C Pontificis, contra pſeudoPapam Octauianum, datis litteris ad Fridericum Imperatorem, in teſtimonium veritatis, (*Radeuic. l.* 2. *c.* 53.) Prouocatus Semel à ſciſmaticis in fauorem Octauiani, ad duellum, iugulum obtulit, reſpondens arma Clericorum lacrymas eſſe, & orationes. *M. S. in Bibliotheca Corneliana, Venetijs.*

Eius memoria in Regiſtro Innocentij III. Romæ ſepultum effoderunt Sciſmatici, neſcio, an voto ſpolij, vel contumeliæ? *M. S. in Corneliana Bibliotheca.* D

9. *Tribus Leui non dedit poſſeſſionem: quoniam Dominus Deus Iſrael eſt poſſeſſio eius.* Ioſ. 13.



HVbaldus Presb. Card. *S. Luciæ*, ita legitur apud Vghellum *par.* 2. *tom.* 1. *Italiæ*, *p.* 385. ſubſcribit cum Hadriano IV. ad Rocchum Præpoſitum S. Conſtantij Vrbeuetani, Anno 1156. Sed mendum irrepſiſſe crederem in impreſſione, & legendum eſſe non *S. Luciæ*, quia huius eſt Diaconia; ſed *S. Lucinæ*; id eſt *S. Laurentij in Lucina*, qui Anno 1157. promotus fuerat in Ep. Card. Portuenſem, vt in Eug. III. *n.* 6. eique datus ſucceſſor Hubaldus. Fuit Aubaldus vitæ auſteræ, à laicis ſemper remotus.

10. BErnardus Presb. Card. *S. Stephani in Monte Cęlio*, ſubſcribit Anno Sal. 1156. cum Had. IV. ad Præpoſitum Vrbeuetanum, *par.* 2. *to.* 1. *Vghel. p.* 385. Cum tamen adhuc viueret Gerardus Presb. Card. S. Stephani in monte Cęlio, qui Anno Sal. 1158. ſubſcripſit Abbati S. Nazarij, *to.* 5. *Vghel. p.* 746. Vide *n.* 13. *ſub Eug. III.*

11. PEtrus Presb. Card. S. Cęcilię, An. 1156. ad Prępoſitum Vrbeuetanum ſubſcribit *par.* 2. *to.* 1. *Vghel. p.* 385. cum tamen adhuc viueret Octauianus de Monticello P. C. S. Cęciliæ, de quo ſupra in *Innoc. II, n.* 22.

12. *Viuat Dominus meus Rex, quoniam in quocumq; loco fueris; ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus.* 2. Reg. 15.



HVbertus Presb. Card. tit. *S. Priſcæ*, qui poſt obitum Hadriani IV. promoto Alexandro III. litteras dedit contra Victorem IV. Antipapam ad Fridericum Ænobarbum, teſte *Radeuico l.* 2. *c.* 53., cum quo concordat Baronius Anno Sal. 1159. Reliqua de eo abraſit Antiquitas.

13. *Redijt Columba portans Oliuę ramum virentibus folijs in ore ſuo.* Geneſ. 8.

IAcobus Presb. Card. *S. S. Io: & Pauli tit. Pammachij*, An. Sal. 1157. ſubſcribit cum Hadriano IV. ad Ep. Rauellenſem, *to.* 9. *Vghel. p.* 924. Quo Anno fuerit promotus? & cum Iacobo coincidat Presb. Card. *tit. Callixti* ſub Anaſtaſio IV.? dubium: niſi de Titulo *Callixti* ad titulum *S. S. Io: & Pauli* fuiſſet translatus Anno Sal. 1155. Hadriani Pontificatus primo, legitur apud Baronium, ex Codice Vaticano, miſſus fuiſſe cum Gerardo P. C. tit. S. Pudentianæ, & Gregorio D. C. S. Mariæ in Porticu, ad Fridericum Viterbij ſtantem; & Hadriani nomine impetrauit ſibi tradi Arnaldum Hereſiarcham: tandem pactus pacificum Imperatoris Romam aduentum, cum eodem redijt ad Hadrianum. Reliqua ſilent.

14. *Statuit illi teſtamentum Pacis.*
45. *Eccl.* 30.



GErardus Presb. Card. *tit. S. Pudentianæ* legarus ab Had. V. ad Fridericnm Ænobarbum cum Iacobo P. C. S. S. Io: & Pauli; vt ſupra dedimus.

15. *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem; fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Pſal. 126.



BOſo natu Anglus, ex ſorore nepos Hadriani IV. Monachus S. Benedicti, ad S. Albanum, pietate atque doctrina preclarus, Theologorum ſui temporis facile princeps, teſte *Pitſeo de Scriptoribus Eccleſiaſticis Angliæ.*

B Scriptor cum eſſet Apoſtolicus, diploma exaranit Eugeni. III. darum Canonicis S. Petri, pluraque alia quæ habes *to.* 10. *Concil.* Ex ſcriptore Apoſtolico, Diaconus Card. *S. S. Coſmæ & Damiani*, ac S.R.E. Camerarius, poſtea Presb. Card. *S. Pudentianæ, tit. Paſtoris* ab Alexandro III. promotus. Hadriano IV. ſemper fidelis, in ſeditione populi Romani, molem Hadriani cuſtodiendam ſuſcepit contra Romanos, & Fridericum. Ænobarbum. Plura cum Hadriano ſuſcripſit diplomata, Anno 1157. ad Ep. Rauellenſem, *to.* 9. *Vghel. p.* 924. Archiep. Sipon. Anno 1158. *to.* 7. *p.* 1122. Ianuenſem *to.* 4. *p.* 1196. Hadriano mortuo, trepidantes Cardinales ab ira Ænobarbi, in arcem introduxit S. Angeli, ibique cuſtodiuit, liberè eduxit, & cum eis Alexandrum III. elegit, propugnauit datis litteris contra Victorem IV. Antipapam, ad Fridericum Ænobarbum (*Radeuic. l.* 2. *c.* 53.) odioſus propterea Sciſmaticis, ab his velut velut *primogenitus Satanæ, & auctor ſcelerum* exprobrarur, ib: *l.* 2. *c.* 66. In eius litteris Baronius decipiuntur & Panuinius, Bonifacium legentes pro Boſone; nam eiuſdem Baronij teſtimonio, Boſo eſt, qui Venetijs ſtantem conuenit Alexandrum, & cum eo ſubſcripſit pro Monaſterio S. Mariæ in Organo. Comes aſſiduus laborum promotoris ſui, cum eodem ſubſcripſit ad Canonicos Ianuen. Anno 1162. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. & Anno 1166. ad Guidonem Priorem Carthuſiæ, *to.* 10. *Concil. p.* 1384. Abbatiſſam S. Seuerini, Anno 1168. *to.* 8. *Vghel. p.* 187. Ad Homodeum Abbarem S. Reparatæ, *to.* 2. *p.* 521. Ad Taidem Abbariſſam S. Fabiani, Anno 1169. *to.* 4. *p.* 917. Ab Abbatem Morimundi, Anno 1171. *to.* 4. *p.* 205. Ad Magiſtrum militiæ S. Iacobi, Anno 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1382.
A Ab Abbatem de Nono Portu, Anno 1177. *to.* 1. *Vghel. p.* 377. Ad Philippum Colonien. Anno 1179. *to.* 10. *Concil. p.* 1331.

Inrer hæc, cum Alexandrum Roma profugum, Venetias ſe recepiſſe cognouiſſet, eò deſcendit protinùs nec deſeruit donec inita pace cum Imperatore Romam redijt in triumphum. Adfuit tandem creationi Lucij IIJ. ſub quo obijt, teſte *Panuinio.* Legationem ſubijſſe dicitur ad Luſitanos, & *to.* 1. *regiſtri Innocentij III.* & ad Hetruſcos ex *regiſtro Alexandri IV.* Vnam crederem ab Anno 1177. ad Annum 1180. quo tempore non legitur ſubſcripſiſſe: eademque
B ratione alteram ab Anno 1180. vſque ad obitum.

16. *Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis ſitis.*
12. Io:



ANtonius Presb. Card. *tit. S. Marci ad Palatinas*, cum Anno 1159. legatus fuerit ad Hiſpanos ab Alexandro III. vnà cum Vuillelmo P. C. tit. S. Petri ad Vincula, & M. Odone D. C. S. Nicolai in carcere, vt ſuam electionem in Pontificem, legitimam oſtenderet Regibus Gal-
C liarum, & Hiſpaniarum (teſte Baronio ex *vita Arnulphi Ep. Lexouien.*) opus eſt, vt Antonius ſaltem ab Hadriano IV. fuerit promotus; quia Alexander III. nullum adhuc creauerat Cardinalem. Facile tamen eſt, quòd ex Diacono Card. S. S. Coſmæ & Damiani, in locum ſui ad Presb. Card. *tit. S. Marci*, aſſumptus fuerit ab Alexandro III. & in Hiſpaniam legatus, vt ex Arnulpho Lexouienſi notauit Baronius. Orarione habira apud Magnares Hiſpanos de vnitate Eccleſiæ Catholicæ, exordium duxit ab illo Ioannis *dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis*,


Diaconi Cardinales.



17. ALbertus de Mora, Beneuentanus, Monachus Ciſtercienſis (teſte Guidone Clarauallenſi, *lib. de Viris illuſtribus ſui Ordinis.*) è Monaſterio vocatus ad purpuram, Anno 1155. ab Had. IV. Diaconus dictus eſt Card. *S. Hadriani*, vt ex ſubſcriptione ad Ep. Ferratien. *to.* 2. *p.* 572. *An.* 1157. *Vghel.* poſtea Presb. Card. *S. Laurentij*, quo titulo ſubſcri-
D bit Archiepiſcopo Ianuen. An. 1158. *to.* 4. *Vghel. p.* 1196. Mortuo Hadriano R.P. poſtquam Alexãdrum III. promouiſſet, eius partes tuendas ſuſcepit in ſciſmate contra Octauianum, & vicit. Plures legationes pro Eccleſia ſubijt Romana, ad Anglos, vbi Regem abſoluit de nece ſuſpectum S. Thomę Cãtuarienſis. Ad Luſitanos, vbi Alphonſo primo Luſitaniæ Regi regalem coronam, iubente PP. Alexandro III. impoſuit, ea lege, vt quotannis Luſitani Reges duas auri libras Eccleſiæ Romanæ perſoluerent.

rent. *Brandao appendice III. p. Monar. Luſit. ſcriptura* 24. *Antonius de Souſa in proemio II. Luſitaniæ liberatæ. p.* 110. Pontifex tandem dictus eſt Romanus nomine Gregorij VIII., de quo reliqua vide *in vita Greg. VIII.* Eius memoria in diplomate Alex. III. ad Canonicos Ianuen. Anno 1162. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. Ad Guidonem Priorem Carthuſiæ, Anno 1166. *to.* 10. *Concil. p.* 1386. ad Taidem Abbatiſſam S. Fabiani, An. 1169. *to.* 4. *Vghel. p.* 917. ad Abbatem S. Geruntij, Anno 1170. *to.* 2. *p.* 895. Creationi eum adfuiſſet Lucij III. & Vrbani III., huic datur ſucceſſor, nomine Gregorij VIII., duorum menſium ſpatio vitam abſoluit.

18. *Illic trepidauerunt timore; vbi non erat timor.* Pſal. 13.



FR. Guillelmus; aut Vuillelmus *Matengus* eiuis, & Archidiaconus Papienſis, poſtea Monachus Ciſtercienſis; in monaſterio Clarçuallis, iuxta Mediolanum, ex clauſtro ad Collegium euocatus Purpuratorum, per Hadrianum IV; Anno Sal. 1155. dictus eſt Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Via lata*, poſtea Presb. Card. *S. Petri ad Vincula, tit. Eudoxiæ*, ſucceſſorem habuit in Diaconatu *Raymundum*, & tanquam P. C. *S. Petri ad Vincula* ſubſcribit eum Hadriano IV. pro Abbate S. Nazarij, *to.* 5. *Vghel. p.* 746. Inde ad Fridericum Imperatorem Legatus vnà cum Octauiano P. C. S. Cęcilię, & Henrico SS. Neræi, & Achillæi, cum dura, & aſpera poſcere videretur Hadriani nomine (*Radeuic. l.* 2. *c.* 30.) remiſſus eſt non ſine Cęſaris indignatione. Hadriano mortuo, contrà Sciſmaticos Octauiani Pſeudopapæ, elegit Alexandrum III; & litteris publicauit datis ad Fridericum Imperatorem (*Radeuic. l.* 2. *c.* 53.) quamuis timidus, vel incoſtans, in Papienſi Conciliabulo, quod pro declaratione legitimi Papæ facienda indixerat Imperator, Anno 1160. (*Radeu. c.* 64.) cum æterna ignominia, non auſit ſuſtinere. Audi Baronium. *Vuillelmus S. Petri ad Vincula Presb. Card. Papienſis dictus, quòd Papię natus eſſet, neſcimus qua occaſione, Papiæ erat apud ſuos, dum eiuſmodi agitaretur conuenticulum Sciſmaticorum. Qui cum non (vt par erat) Imperatori in faciem reſtitiſſet, nec Epiſcopis illuc confluentibus aduerſatus eſſet, ſed tacuiſſet omnino: non caruit ſuſpicione tacitę conniuentia ob id quę etiam ingentem infamia notam contraxit; quæ tunc refricata eſt, cum petente Henrico Anglorum Rege idem Cardinalis Papienſis Legatus miſſus eſt ab Alexandro Papa in cauſa S. Thomæ Archiep. Cantuar. qui eum eiuſmodi notatum infamia habere iudicem penitùs recuſauit: in quem & iſta de ipſius tanta ignominia nota reſperſo ſilentio, ad Conradum Archiep. Moguntinum habet poſt multa, in hominis deteſtationem ſumma animi amaritudine inculcata lib.* 2. *Ep.* 21. *Cod. Vatic. Res nefanda, & nimis ſui crudelitate horribilis, ſui malignitate odibilis, ſui facilitate contemptibilis, ſui iniquitate damnabilis in æternum. Sufficere debuerat Papienſi, Italiam ſubuertiſſe, niſi & Orbem cum Eccleſiæ libertate ſua cura perimeret, &c.* His iunge quod habet Io: Saresberienſis ep. 26. Cod. Vatic. ad Io: Ep. Pictauienſẽ. De Vuillelmo Papienſe quod ab initio creditum eſt, *nunc clarius eluceſcit: quia quam magnanimus, quàm fidelis in cauſa Eccleſiæ Romanæ coram Friderico Papiæ inuentus eſt: talis & tantus in cauſa Eccleſiæ Anglicanæ (ſi licitum fuerit) inueniretur, præſidente, vel aſſentiente Henrico.* Et rurſus idem Saresberienſis ad eumdem *lib.* 2. *ep.* 48. *Et quidem de altero* (Legatorum ſcilicet) *nemo miretur cuius fides ad Deum, & Eccleſiam ab ea die innotuiſſe* A *debuit, qua in Hæreticorum Papienſi Concilio, vbi Octauianus hæreſiercha receptus eſt, Friderico mutus aſſedit, et ſi plures opinentur, eum expreſſum dediſſe conſenſum. Nonne prouerbialiter tritum eſt; quòd taciturnitas non imitatur confeſſionem?* & paulo poſt. *Cæterum Francorum prouerbio in ipſum luditur: quia malè corporis cooperimenta coaptat, cuius verenda & nates patent.* Et de eodem idem Saresberienſis Ep. 98. ad Alexandrum Papam. *Non creditur à prudentioribus alterius regni, quod ille, quem Rex à Sanctitate veſtra petiuit ex nomine, modo ſit aut fide purior, aut charitate feruentior, aut virtute coſtantior, quàm fuerit Papiæ inter amicos, & cognatos, & notos, vbi ſiluit, videns ab Hæreticis, qui conuenerant* B *cauſam Fidei condemnari, & Apoſtolicæ ſedi grauiſſimum de Sciſmaticorum conſenſu roborato ſubinferri diſpẽdium.* En vides Lector; quàm deteſtabile, & opprobrioſum in Cardinali S. R. E. ſilentium habeatur; dum aliquod inferri Eccleſiæ damnum videt, & tacet; vt audiſti de Cardinali Papienſe Vuillelmo, qui cum eſſet vir eloquentiſſimus, tunc laboraſſe creditus eſt angioa Demoſthenis Declamauit autem poſtea, vbi nullus vrgeret metus.

Concordat Abbas Clareuallenſis ep. ad Omnibonum Veronenſem Faſtredi Epiſcop. *to.* 10. *Concil. p.* 1047. *Omnes cum Vuillelmo Papienſi, Presb. Card. S. Petri ad Vincula qui neutri parti adheſerat* (in Concilio C Papienſi) *nunc autem cum duobus alijs, Alexandri Papæ legatione fungitur in Gallia: diutina deliberatione conſilium habuerunt, ſe neutrum ſuſcepturos &c.*

Quomodo autem, & qua cautione Alexander Papa motus, eumdem Vuilhelmum cum duobus alijs Cardinalibus ad Angliæ, & Galliæ Reges legauerit eique cauſam ſuam crediderit? ignoratur. Bellouaci Galli, apud Nouum Mercatum Angli Synodos conuocarunt coram regibus, vbi, teſte Guillelmo Neubrigenſi *lib.* 2. *rer. Anglic. c.* 9. *ex parte Octauiani duo principales eius complices, qui eius fuerant electores, & Sciſmaticis auctores, Guido ſcilicet Cremenſis, & Ioannes de S. Martino Cardinales (nam ignarus Ep. Tuſculan.* D *iam vitauerat hominem) aderant & à parte D. Alexandri tres Cardinales, Henricus Piſanus P. C. S. S. Nerei, & Achillei, Io. Neapolitanus, Guillelmus Papienſis. Surgens ergo ille Cremenſis in conſpectu Regum, & Præſulum & vniuerſa multitudine Cleri, & populi, quæ conuenerat, pro parte ſua, & contra aduerſum, totis ingenij viribus atque facundię allegauit. Ex aduerſo ſurgens Guillelmus Papienſis vir eloquentiſſimus, perſpicuis orationibus obiecta eliſit, & in eum dicta retorſit, vt proprijs irretitus, captuſque ſermonibus videretur. Denique in illo altercationis*

Digitized by Google

tionis mutuę quaſi duello, totius ita negotij veritas claruit vt neuter alterius Princeps cunctaretur, repudiata parte Octauiani, D. Alexandrum recipere.

Reuerſus Vvillelmus in Vrbem, ſubſcripſit cum eodem Alex. Anno 1166. ad Priorem Carthuſiæ, *to. 10. Concil. p. 1486.* licet ibi per errorem legatur *Ruer.* Anno Sal. 1167. rugiente Anglorum Henrico Rege contra S. Thomam Ep. Cantuarienſem, poſtulatus in iudicem ab ipſo Rege, tanquàm ſuſpectus ab Epiſcopo repudiatur, proteſtatione expoſita per ſuum Apocriſarium Romę ſtantem, verbis iſtis, vt ex *S. Thomæ* ep. 164. lib. 1. Cod. Vatic. *Nec ſtabimus iudicio inimicorum noſtrorum, præſertim Papienſis, qui non ſitit niſi ſanguinem noſtrum, vt obtineat ſedem noſtram, quæ ei (vt accepimus) et promiſſa eſt; dumodo à nobis Rex poſſit liberari.* His tamen non obſtantibus, noluit Alexander Papa à Rege expetitum negare Legatum, ſperans vincere in bono malum; propterea S. Thomæ reſcripſit, *ne de memorato Vvillelmo quomodolibet dubitaret: quoniam nos ei, vt ad pacem tuam viribus totis intenderet, firmiter, & diſtinctè iniunximus: & ipſe tantum nobis promiſit, quod nos inde nullatenus dubitamus, ep. 1. l. 2.* apud Baronium ex Cod. Vaticano.

Cum veniſſet in Galliam, Thomam certiorem fecit, ſe miſſum *ad quæſtiones, quæ,* inter Thomam, & Regem *vertuntur, ſicut Eccleſiæ Dei magis expedire videbimus, terminandas in Angliam deſtinati. &c. l. 2. ep. 9. Cod. Vatican.* quibus Thomas acceptis commotus, ſciens non ad iudicandum, ſed ad concordandum fuiſſe legatum, animo ſubinſenſo reſpondit: (ib. ep. 10.). *litteras celſitudinis veſtræ nuper accepimus, ſpeciem mellis in initio propinantes, venenum in medio, oleum in fine. In quibus continetur, vos ad partes iſtas nunc temporis deſcendiſſe, ad terminandas quæſtiones inter D. Regem Angliæ, & nos, prout expedire uidebitis. Non credimus nos ad hoc teneri; nec certè nos ad hoc ſuſcipimus multis ex cauſis, quas loco, & tempore opportuno manifeſtabimus. Veruntamen ſi quid boni, & pacis per manum veſtram nobis acciderit: Deo gratias, & nobis; Valeat Celſitudo Veſtra, vt inde nobis ſit melius.* Priuſquam tamen reſponſum hoc Legato Thomas dirigeret, amicum conſuluit fidelem, Io: Saresberienſem, qui lectas litteras damnauit, vt plenas amaritudine. Hinc Thomas mitiores produxit. Verum cum Vuillelmus palàm iactaret, ſe ad decidendas quæſtiones inter Regem, & Thomam, miſſum, & hoc magno faſtu, & inſolentia effutiret in aula: miſſo Thomas Romam nuncio ad Alexandrum, inter plurima de Vvillelmo habet. *Noſcat Sanctitas V. accidiſſe nobis quod verebamur quod prædicabamus, lucidum eſſe de præſumptione, & inſolentia D. Vuillelmi Papienſis, ſicut ex litteris nobis ſtatim in ipſo aduentu tuo tranſmiſſis poteſtis perpendere. A quo magis ſperabamus iuxta tenorem mandati veſtri, ad D. Regem Francorum, & ad nos emiſſi, ſolatium de conſolatione pacis, quam confuſionem de quæſtionum deciſione inter Regem Anglorum, & nos &c.* Infra. *Credimus non eſſe iuri conſentaneum, nos eius ſubire iudicium, vel examen, qui quærit commercium ſibi facere de ſanguine noſtro. De pratio utinam non iniquitatis quærat ſibi nomen, & gloriam. Proindè ſupplicamus Paternitati V. affectuoſè, ſi ei cura eſt de nobis, ut euacuetur poteſtas eius, ſi quam tamen habet circa nos, & negotia noſtra. Tranſferatur malleus iſte à nobis, qui potiùs elegit eſſe malleator Clericorum, obſequendo Principi, quàm Regum offenſor conſequendo gratiam Diuinam &c.* Ita ſanè erat; corruptus Vvillelmus Angli Regis promiſſis, cum eo conſpirabat aduerſus Thomam, & Gallos; quamuis in mandatis haberet ab Alexandri R.P. vt pacis ſequeſtres inter Gallos & Anglos, ad neutrum declinarent Legati. Hinc Gallorum Rex *cum audiſſet Cardinalem eſſe in conſilio Regis Angliæ: motus eſt dicens, ſe non meruiſſe ab Eccleſia Romana, ut Cardinalis ſicut hactenus ſemper fecerat, foueret hoſtes ſuos, & ſe non recepturum hac* A *uice quidquam pro amore Comitis; uel Cardinalis, ſed pro iure ſuo. Ioan. Saresberien. l. 2. ep. 31.* Soluto Regum colloquio, quod ad Reges reconciliandos indictum fuerat; Rex Angliæ, magno faſtu litteras oſtentauit Pontificis, quibus prohibebatur Thomas excommunicationem in Regem, vel Anglos publicare, quouſque ibi Legati perſeueraret; poteſtate Thomę ſuſpenſa, magno Regis triumpho, quaſi ab ore Regis Romana penderet Eccleſia, Horum omnium machinator fuerat Vvillelmus Papienſis Cardinalis lacrymabili ſupplicatione ab Alexandro depoſcens, vt cum Rege mitius ageretur; ne ipſe cum Oddone collega ſuo, in opprobrium ſempiternum Eccleſiæ B Romanæ, à Rege vinculis traderetur (teſte *Saresberienſi ep. 103.*) quo audito Pontifex Romanus ad Legatorum ſuorum conſolationem deceptus reſcriptũ laxauit ſupradictum, graui Galli Regis indignatione vt litteris ſuis Vvillelmus Carnotenſis electus Alexandro Pontifici ſignificauit *ep. 57. l. 2. Cod. Vatic.* Rumores cum audiſſet Papa, Legatoſque ſuos ad munera & ad perſonas reſpicere, mandauit expreſsè (*ep. 23.*) nè vel minimum derogare præſumerent iuribus, & auctoritati S. Thomę; immò ne Regnum Anglicum ingrederentur, ni priùs Thomam Regi reconciliaſſent *ep. 19. Alexandri in appendice 3. to. 10. Concil. p. 1377.* Diminuta ergo cum crederetur C Cardinalis Papienſis poteſtas aduerſùs S. Thomam; proteruior factus, cum omnem moueret lapidem, vt Thomas cauſa caderet, ſequentibus iterum retuſa fuit eius inſolentia.

Venerabili D. & fratri Vuillelmo, Dei gratia, S. R. E. Cardinali Presb. Thomas eadem gratia Cantuarien. miniſter. humilis, & miſerabilis exul ſalutem, & ſic agere, ut uiuat in Domino,

Non credebam me tibi venalem proponendum emptoribus, vt de ſanguine meo tibi comparares nomen, & gloriam. Alius tibi curandus eſſet prouentus, ſi non ſtatus tui nimis periculosè oblitus, fortunæ ludibria penſares diſſimiliter. Sed fortè vt id ageres efficacius, fortunam meam præſentem D *in concilta habuiſti, cuius dum triſtia ſpectas, lętiora quoque ſperare debueras. Alternę enim ſunt rerum viciſſitudines; & ſicut de ſucceſſibus proſperis eſt lapſus, ſic & in contrarium. Nec prudentiam tuam latere credo, licet hoc experimento non ſenſeris: nihil eſſe tam firmum, cui non ſit periculum è vicino, ſic et verſa vice. Hæc idcirco tibi ſcribo, vt ſubitos fortunæ caſus diligẽtius de cætero examines, examinatos obſerues obſeruatis indulgeas. His certè exponenda nõ fuerat Petri nauicula, quæ & ſæpius cõcati, conuelli non nouit; vt quæ etſi pluries iactata fluctibus, non ſubmerſa*

con-

conſurgit. Huius itaque ſi veri Piſcatoris, ſi optimi gubernatoris verus vis eſſe diſcipulus, nauta bonus; ſicut ſerenitatis gratiam multoties tibi fecit aura ſerena; ſic impetuoſo turbini, inualeſcente tempeſtate, omnes ingenij tui vires, te ipſum etiam animo forti ſub omni diſcrimine oppoſuiſſe debueras. Si enim de manu eius gratanter ſuſcepiſti pacifica: cur non patienter tolerabis aduerſa, forte ad momentum expiratura? Sic & Magiſter ille tuus, Princeps Apoſtolorum reſiſtendo Principibus, non cedendo, ſed diſſipando pacem iniquitatis, ſanguine ſuo nomen meruit in terris, & in cælis gloriam. Sic creuit vigor Eccleſiæ, cum crederetur extingui. Hæc etiam in ſumma tibi opto: ſic agas feliciter, vt viuas in Domino. Vale vt, & inde melius valeam. A

Noua tunc fraude Vuillelmus ſuaſit Regi, contra S. Thomam Romam appellare, data ad Alexandrum relatione facti, vel potius acerbiſſima in S. Thomam accuſatione, ad purgationem Regis; poſtea per eoſdem Legatos Apoſtolicos Thomæ ſignificatum, ne poſthac in præiudicium appellationis aliquid tentaret. His de inhibitione auctoritatis S. Thomæ vulgatis, graui Eccleſiaſticorum, & Catholicorum ſcandalo; Thomas nouas litteras de ſua, ac ſuorum perſecutione dedit ad Alexandrum Papam, & Cardinales, liberiùs eos carpens, & de officio comonens, quia *non ſimulatione, non ingenio regendam eſſe Eccleſiam, ſed iuſtitia, & veritate l. 2, Cod. Vatic, ep,* 104. His B motus Alexander Legatos omni ſpoliauit auctoritate, & ad ſe reuocauit. *Cardinales* (ait Io: Saresberien. *ep.* 105. An. Sal. 1168,) *reuocati non ſine confuſione, pœnitentes, & conquerentes ſe ad Regis voluntatem, nimis cauſam Eccleſiæ depreſſiſſe. Alter enim eorum videlicet Papienſis, ei in omnibus aſſiſtit, altero quoque remiſſiùs agente, quàm tanta expectationis & ſpei hominem decuiſſet.*

Romam reuerſus ſubſcripſiſſe legitur cum eodem Alexandro III. ad Abbatem Moribundi, Anno 1171, *to. 4. p. 205. apud Vghellum.* Promotus poſtea in Epiſcopum Card. *Portuenſem* cum eodem Alex. III. ſubſcribit ad Abbatem de Nouo Portu, Anno Sal. 1177. apud Vghellum, *to. 1. p.* 377. cum eodem Ale- D xandro Venetijs adfuit, donec Ænobarbus penitens, & reconciliatus pacem dedit Eccleſiæ. Vuillhelmus ad Superos euolauit, calumniante Oldoino nomine Ciaconij, Victorem Antipapam à Vuillelmo fuiſſe promotum contra Alexandrum. Innocens enim Vuillelmus ex ipſius Ciaconij depoſitione. Anno obijt Salutis 1177. inter infamiam, & bonam famam. Quem enim propugnant homines accuſant Sancti.

19. *Conſtitue Domine Legislatorem ſuper eos: vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt.*
Pſal. 9.



PEtrus Diac. Card. *S. Euſtachij* iuxta templum Agrippæ, promotus Anno Sal. 1158. ab Had. IV. eum eo ſubſcribit Archiep. Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1196. Anno 1158. & Abbati S. Nazarij, *to. 5. p. 746.* Familiam huius Cardinalis aſſignat Oldoinos, dicens, *de Miſo;* quo fundamento & auctoritate? Silet. Ex Diacono Cardinali S. Euſtachij, promotum fuiſſe ad Card. Presbyterium *S. Laurentij in Damaſo*, idem aſſerit Oldoinus, quamuis Panuinius, & Ciaconius diuerſum faciant, & diſtincta Ciaconius deſcribat inſignia, quia ad Diaconatum Cardinalem S. Euſtachij vocauit Alexander Hugonem, viuente Petro: ergo Petrus ad alium titulum tranſlatus fuerat. Aſſertio hæc cum incerto nitet ſuppoſito; an ſcilicet Petrus viueret? quando ad Diaconatum S. Euſtachij Hugonem vocauit Alexander; à Ciaconio & Panuinio in gratiam Oldoini diſſentire non audeo. Vixit ſanè Petrus vſ- A que ad Alexandrum III. quem promouit, datis litteris ad Fridericum Imperatorem, contra Octauianum pſeudopapam teſte Radeuico *l. 2. c.* 53. Inde ab eodem Alexandro ad Vngaros legatus cum Iulio Ep. Præneſtino (*ep. Arnulphi Ep. Lexouien. ad Alex. III.*) eos ad obedientiam Alexandri traduxit. Quando? Vbi obierit? incertum. Inſignia adieci, quæ picta ſunt in *M. S. Corneliano Piſcopię.*

20. *Et venit vnus de ſeptem Angelis.*
Apoc. 21.



B IOannes ex Comitibus Signiæ Anagninus Diaconus Cardin. *S. Mariæ in Porticu*, Anno Sal. 1158. promotus ab Hadriano IV. dum ſecundò crearentur Cardinales; poſt Hadriani obitum, promouit Alexandrum III. & cum eo damnauit Octauianum ſciſmaticum, datis litteris ad Fridericum Imperatorem (*Radeuicus l. 2. c. 53.*) Placentiæ ſtans ad Conciliabulum inuitatus Papienſe cum Ioanne Piuzuto, non ſolùm accedere recuſauit (hic Ciaconium corrige *ex ep, Præſidentium Papienſi Conciliabulo, to. 10. Concil. p.* 1393. & vbi ſcri- D bit Ioannem Anagninum vocatum ad Papienſe Conciliabulum à Ioanne Piuzuto, lege non *à Ioanne Piuzuto*, ſed *cum Ioanne Piuzuto* l. 2. *Radeuic. c.* 70. quia Piuzutus ſciſmaticos ſemper abhorruit) ſed cauſam Alexandri deſendendam ſuſcepit in comitijs Diuionenſibus, coram Ludouico Francorum Rege, & Friderico Imperatore. Hinc ad Alexandrum Venetijs ſtantem profectus, vnus ex Cardinalibus fuit, in quorum manibus, Fridericus Ænobarbus abiurato Octauiani ſciſmate, Alexandrum III. legitimum agnouit Pontificem: ita Ciaconius: Quod dubium, ſi vera profert Baronius ſcribens Cardinales omnes, qui Venetijs aderant cum Alexandro III. ſubſcri- C pſiſse priuilegio dato Monachis S. Mariæ in Organo, An. Sal. 1177. In hoc autem priuilegio legitur ſubſcripſiſſe Ioannnes P. C. S. *S. Anaſtaſię*, qui fuit Io: Piuzutus, non *Anagninus*. Inſuper teſte eodem Baronio, Anno Sal. 1177. contra Ciaconium, ſex fuere Cardinales, non ſeptem deſignati ab Alexandro, vt abiurationem ſuſciperent de ore Ænobarbi. Vixit Ioannes vltra Clementem III. à quo teſte Rogerio in *Annalibus*) *venit Io: Anagninus Cardinalis ad Reges Francorum, & Anglorum, ex parte D. Papæ*

pa Clem. III. & illos nunc blandis; nunc aſperis ad pacem faciendam exhortatas eſt. Facto colloquio, cum Reges minimè conueniſſent; *Ioannes Anagninus Cardinalis aſſerebat, quod niſi Rex Francia ad plenum componeret cum Rege Anglia, totam terram poneret ſub Interdicto. Cui reſpondit Rex Francia; quòd ſententiam ſuam non timeret, nec teneret, cum nulla ęquitate niteretur: cum non pertineret ad Eccleſiam Romanam, in regnum Francię per ſententiam, uel alio modo animaduertere, ſi Rex Francia in omnes ſuos demeritos, & regno rebelles, cauſa iniurias, ſuas, & coronę dedecus ulciſcendi inſurgit, Adiecit etiam quòd Pręnominatus Cardinalis iam ſterlingos Regis Anglię olfecerat*. Alia legatione functum eſſe in Vm- A broſ teſtantur Vghellus in *Ep. Prę neſtinis n. 32. to. 1, Italia*; & Ciaconius: in qua ait Oldoinus ſacra interdixit Epiſcopis Cremonenſi, Laudenſi, Comenſi, Nouarienſi, Papienſi, Mantuano, aliiſque Primaribus ſæcularibus refractarijs contra Eccleſiā Romanam. Legatione etiam functus ad Britannos, controuerſiam inter Archiep. Cantaurien. ac Monachos ſedauit, teſte Ciaconio. Eius memoria in diplomate Alexandri III., ad Canonicos Ianuen. An. 1162. to. 4. Vghel. p. 1197. Inde ab eodem Alexandro III, tranſlatus ex Diacono Cardinali S. Marię in Porticu, ad Presbyterum Cardinalem *S. Marci ad Palatinas*, cum eodem ſubſcribit ad Prio- B rem Carthuſię, An. 1166. *to.* 10. *Concil. p.* 1386. Ad Abbatiſſam S. Victorini, An. 1168. *to.* 8. *p.* 187. & ad Abbatem S. Geruntij, Anno 1170. *to.* 2. *p.* 895. & Anno 1171. ad Abbatem Morimundi, *to.* 4. *p.* 205. ad eumdem Anno 1179. *p.* 207. Comitijs adfuit Lucij III. & cum eo ſubſcripſit, Anno 1181. Ad Archiep. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1201. Archiep. Florentinum An. 1183. *to.* 3. *p.* 133. Ep. Veronenſem Anno 1184. *to.* 5. *p.* 750. & Canonicis Aquileien. *to.* 5. *p.* 70. & Sicherio Archipresb. Veronen. *to.* ... *p.* ... & Gerardo Ep. Bellunen. *to.* 5. *p.* 184. & Simeoni Abbati S. Petri, & Viri de Calauena *to.* ... *p.* ... Promouit in C Romanos Pōtifices Vrbanum III. Cregorium VIII. Clementem III. Cæleſtinum III., teſte Panuinio, ſub quo obijt, ſciſmaticis ſemper aduerſus. Cum Vrbano III. ſubſcribit Anno 1186. ad Canonicos Ferrarien. *to.* 2. *p.* 575. *Vghel.* Cum Cæleſtino III. tanquàm Epiſcopus Prænestinus ad Ep. Euguainum, Anno Sal. 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 686. & Anno 1192. ad Monachos S. Mariæ in Flumine, *to.* 2. *p.* 619. ad Moniales S. Petri Maioris, *to.* 3. *p.* 135. Monachos S. Mariæ de Ferrariæ *to.* 6. *p.* 700. ad Canonicos de Sauona Anno 1193. *to.* 4. *p.* 1010. Canonicos Ianuen. *p.* 1219. Archiep. Beneuentanum Anno 1195. *to.* 8. *p.* 200. Deceſſit Anno Salutis 1196., quo Anno D ſubſcripſit cum Cęleſtino III. ad cænobiarchas S. Mariæ Campi Martij, de Vrbe. Inſignibus huius Cardinalis adde Crucem, ex M.S. Cornelio.

21. *Per manus autem quod fit Idolum, maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud.*
14. Sap.



M. Raymundu ex ſcriptore Apoſtolico Diaconus Card. *S. Marię in Via lata* promotus ab Hadriano IV. Anno Sal. 1158. eodemque Anno ſubſcribit cum eodem Hadriano, ad Archiep. Ianuenſem. *to.* 4. *Vghel, p.* 1196. & Abbati S. Nazarij, *to.* 5. *p.* 746. *Vghel.* Ab eodem ad Hiſpanos legatus quid egerit? latet. Romam reſtituturus vnà cum Sciſmaticis promouit Octauianum Antipapam contra Alexandrum III., datiſque litteris ad Fridericum Ænobarbum, (*Radeuicus l.* 2. *c.* 52.) propugnauit, & in errore conſtans morte compleuit, quæ ei contigit Anno Sal. 1164. pertinacia maiori obrutus, quàm cinere.

22. *Vniuerſi qui ſuſtineat te, non confundentur.*
Pſal. 24.



GRegorius Diaconus Cardinalis *S. Maria in Porticu*. promotus ab Hadriano IV., in prima Cardinalium promotione, Anno Sal. 1155., eodemque Anno [teſte Baronio ex Codice Vaticano] legatus ad Fridericum Ænobarbum, cum Iacobo & Gerardo Presb. Card. Arnaldum hæreſiarcham ſibi tradi impetrauit; Octauianum Cardinalem, qui ad Imperatorem ſeditioſus venerat contra Pontificem, confuſione repleuit; tandem iuramētū pacis ab Imperatore ſuſcepit. Sub eodē Hadriano IV. obijt, quia ſucceſſorem habuit Ioannem Anagninum Card. *S. Maria in Porticu*, promotum Anno Sal. 1158., vel forſan à Cęleſtino II. An. Sal. 1144. De quo lege *in Cœleſtino II. n.* 11.

23. *Deletur de libro viuentium; & cum iuſtis non ſcribatur.*
Pſal. 68.



D. Simeon Monachus, & Abbas Monaſterij S. Benedicti Sublacenſis, Diac. Card. *S. Maria in Dominica* promotus ab Hadriano IV. Anno Sal. 1158. Familię fuiſse Borellæ [de qua mentio apud Leonem Oſtienſem in *Chron. Caſin. l.* 2. *c.* 6. & *l.* 3. *c.* 39] auctor eſt D. Guillelmus Narnenſis, Monachus ſublacenſis in *uita S. Chelidonia*, mortuo Hadriano promotore ſuo, Sciſmaticis adhæſit, & contra Alexandrum III. intronizauit in Antipapam Victorem IV., vt ex relatione Igmari Ep. C. Tuſculani, apud Radeuicum *lib.* 2. *c.* 52. datiſque litteris de electione facta ad Fridericū Ænobarbum, erroris ſui nunquam pæniruit, licet aula

reli-

relicta ad ſuum Monaſterium ſublacenſe redierit, in quo obijt, vt ſe à ſollicitudinibus abduceret. Quia verò non conſtat, an Alexandro reconciliatus deceſserit, mortuus recenſetur inter Sciſmaticos, Inſignia ex citato habes *M. S. Cornelio*.



24 **G**Vido Diac. Card. *S. Mariæ in Aquiro* ſucceſsor Cęcij, ſubſcribit cum Hadriano IV. pro Patriarcha Gradenſi, An. 1157. *to. 5. Vghel. p.* 1198. Nec coincidit [vt prætendit Oldoinus] eum Guido Cremenſi, quia Guido Cremenſis tranſlatus eſt ad Presbyterium Cardinalitium ex Diaconatu *S. Euſtochij*, non ex Diaconatu *S. Mariæ in Aquiro*. Inſuper Guido Cremenſis promotus eſt Presbyter Cardinalis *S. Mariæ Tranſtyberim*, Anno Sal. 1155. Iſtę autem Guido Diaconus Cardinalis *S. Marię in Aquiro*, ſubſcribit cum Hadriano IV. vti Diaconus Card. Anno 1157.

25. *Conſuluit Dauid Dominum dicens: Perſequar latrunculos hos, an non: qui reſpondit ei? Perſequere.* 1. Reg. 30.

M. Gerardus Diac. Card. *S. Nicolai in carcere Tulliano* [cuius mentio apud Baronium] *apud Otriculos*, Arnaldum hæreſiarcham cum detinuiſset, vi irruente maiore Vicecomitum Campaniæ, dimiſit: ſed Nemeſi inſequente Diuina, in poteſtatem venit Friderici Imperatoris, tandem Hadriani Papæ, cuius mandato ſupplicium ſubijt. [*Ex Codice Vaticano Baronius An.* 1155.] Arnaldus.

26. *Salomon Rex fuit.*



ARcidio Riuoltella natu Mediolanenſis, Diaconus Cardinalis *S. Theodori*, promotus ab Hadriano IV., ſuffragijs adfuit Lucij III., Vrbani III. Anno Sal. 1155. cum quibus ſubſcribit Ep. Rauellenſi, Anno 1157. *to. 9. Vghel. p.* 924. & Ferrarienſi, *to. 2. p.* 572. & Anno 1162. Canonicis Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1197. cum Alex. III. & An. 1168. ad Abbatiſsam S. Victorini, *to. 8. p.* 187. ad Abbatem S. Reparatę, *to. 2. p.* 521. & ad Taidem Abbatiſsam S. Fabiani, Anno 1169. *to. 4. p.* 917. & ad Abbatem Morimundi, Anno 1171. *to. 4. p.* 205. Archiep. Ianuen. *p.* 1201. ad Mag. Militiæ S. Iacobi, An. 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1381. Et Anno 1177. ad Abbatem de Nouo Portu; *to.* 1. *p.* 377. & Abbati S. Simpliciani, Anno 1178. *to.* 4. *p.* 167. & ad Abbatem Morimundi, Anno 1179. *to.* 4. *p.* 207. Abbatiſſe S. Zachariæ Venetiarum, Anno 1180., apud *Bozzonum*; ad Philippum Colonien. Anno 1179. *to.* 10. *Concil. p.* 1231. & Ep. Aeſernienſi: Anno 1182. *to. Vghel. p.* 500. Can. Veronen. Anno 1184. *to. 5. p.* 750. ad Canonicos Spoletanos, An. 1185. *to.* 1. *p.* 444. ad Ep. Bellunenſem, *to. 5. p.* 184. ad Monachos S. Petri de Calauena, *to. 5. p.* 755.

Hadriano defuncto, Ardicio vnus ex Cardinalibus fuit, qui Alexandrum III. inthronizauerunt, & contra Victorem IV. Antipapam propugnauerunt datis litteris ad Fridericum Imperatorem, *l. 2. Radeuici c.* 53. Plures legationes ſubijt, pręcipuè ſub Hadriano IV. ad Longobardos vnà cum Othone Brixiano, Diac. Card. vt populos reconciliaret diſſidentes, alteram ſub Alexandro ad Gręcos, vt Bizantinum Imperatorem, in obſequium Alexandri traduceret. Rumam reuerſus, fugientem proſequu-
A tus Alexandrum Venetias, Hic diplomati S. Mariæ in Organo ſubſcripſit, & omnibus adſuit coloquijs, donec victo Cęſare, Pontifex Draconem calcauit, & Baſiliſcum. Annos ſupra triginta exegit in purpura; tandem dierum plenus, laboribus confectus, fato ceſſit & funeri, quod Romæ ſubijt recepto epitaphio.

Cardinalis eram,

27. *Deus noſter pugnabit pro nobis.* 2. Eſdrę. 4.

B



ROmanus Diac. Card. *S. Luciæ in Septiſolio*, cum comitijs adfuerit creandi Alexandrum III. opus eſt promotum fuiſse ab Hadriano IV. Litteras dedit cũ alijs Cardinalibus Catholicis, ad Fridericum Imperatorem, contra Victorem IV. Antipapam fortis & conſtans: vt ſcribit *Radeuicus l. 2. c.* 53. Eius geſta tenet obliuio.

28. *Domine dilexi decorem Domus tuę.* Pſal. 25.

C



Cynthius filius Guidonis de Papareſchis, ſeu Papa, natu Romanus, de regione Tranſtyberim, agnatus Innocentij II. Rom. Pontif. Diaconus Cardinalis *S. Hadriani* promotus ab Hadriano IV. An. Sal. 1158. Huius extat memoria in tabula marmorea, in Eccleſia S. Iacobi, in Septimiano Tranſtyberim, qua agnatio cum Innocentio II. refulget.

Moribus, & vita nobili de ſanguine natus.
Originem ſumpſit de ſtirpe Pontificatus,
En fuit nepos Innocentij Papæ ſecundi,
D *Notum ſit cunctis inſtructis norma legendi,*
Quod præſens opus ad laudem Virginis almæ

Hoc opus fieri fecit Cynthius Domini Petri Papæ, de Filijs Ioannis Guidonis Papæ.
Clericus F. Romani.
Ad honorem Dei, B. Marię, & S. Nicolai.
Obijt ſub Lucio III.

Subſcribit cum Hadriano IV. An. 1158. Archiep. Ianuen. *to. 4. p.* 1196. translatus poſtea ad Presb. C. S. Ca-

S. Cæcilia, ſubſcribit cum Alex. III. Canonic. Ianuen. Anno 1162. *to. 4. Vghel.* & Anno 1166. Priori Carthuſiæ. *to.* 10. *Concil. p.* 1386. & S. Victorini, An. 1168. *Vghel. to.* 8. *p.* 187, & An. 1169. ad Abbatiſſam S. Fabiani, *to. 4. p.* 918. ad Archiep. Ianuen. An. 1171. *to. 4. p.* 1201. *Vghel.* ad Magiſtrum militiæ S. Iacobi An. 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1382. & Anno 1177. ad Abbatem de Nouo Portu, *to.* 1. *p.* 377. Promotus poſtea in Presbyterum Cardinalem, *tit. Cæcilia*, ſubſcribit ad Abbatem S. Simpliciani, Anno 1178. cum eodem Papa *to. 4. p.* 168. Ad Abbatem Morimūdi, Anno 1179. *to. 4. p.* 207. ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, Anno 1180; apud Bozonum. Ad Ep. Monopolitanum, *to.* 1. *Vghel. p.* 1046. Archiep. Ianuen. *to. 4. p.* 1206. Patriarchæ Gradenſi, An. 1182. *to.* 5. *p.* 1206. Comitijs adfuit Lucij III. ſub quo obijt plenus merito erga decorem Eccleſiarum, & pauperum alimoniam.

29. *Ambulauit in conſpectu tuo, in veritate, & iuſtitia, & recto corde.* 3. Reg. 3.

A BOnifacius D. C. *S. S. Coſmæ & Damiani*, teſte Baronio, Anno Sal. 1159. defendit Alex. III. ſed loco *Bonifacij* lege *Boſonem*, quem ſupra habes *n.* 16.

Cancellarij S. R. E. ſub Had. IV.

ROlandus P. C. S. Marci, Cancellar. S. R. E. ex diplomatibus Hadriani IV.

ALEXANDER III. P. CLXX.

ALexander III. A Non. Septemb. 1159., die electionis ſuæ, vſque ad obitus diem 12. Kal. Octob. 1181. creauit Cardinales, vt infra.

Cardinales Epiſcopi; qui comitijs adfuere Alex. III. teſte Ciaconio, & Panuinio.

1. Gregorius de Suburra Roman. Ep. Card. Sabinus B creatus ab Anaſt. IV.
2. Hubaldus Allucingolus Ep. C. Oſtienſis, poſtea Lucius III. Innocentij II. & Hadriani IV.
3. Iulius Rom. Ep. Card. Præneſtin. Cæleſtini II. & Had. IV.
4. D. Bernardus E. C. Portuen. Eugenij III. & Had. IV.
5. Gualterus Ep. C. Albanus Hadriani IV.

Cardinales Presbyteri Innocentij II.

6. D. Raynaldus ex Comitibus Marſorum, Abbas Caſſin. P. C. S: S. Marcellini, & Petri. De quo ſilet *Panuinius*.

Lucij II.

7. D. Hubaldus Caccianimicus P. C. S. Crucis in Hieruſalem. Hunc Panuinius dicit *Hugonem*.

Cęleſtini II.

8. Aſtaldus de Aſtalijs P. C. S. Priſcæ, Hunc Panuinius *Hubertum* appellat.

Eugenij III.

9. Rolandus Bandinellus P. C. S. Marci.
10. Io: Sutrinus Anagninus P. C. S. S. Io. & Pauli, D tit. Pam. Archip. S. Petri.
11. Fr. Henricus Piſanus, Mon. Ciſtercien. P. C. SS. Nerei. & Achillęi.

Eugenij III. & Hadriani IV.

C 12. Hildebrandus Craſſus P. C. SS. XII. Apoſtolor.

Hadriani IV.

13. Io. Piuzutus P. C. S. Anaſtaſiæ.
14. Bonadies, de Bonadie P. C. S. Chryſogoni.
15. Albertus de Mora P. C. S. Laurentij in Lucina.
16. Vuillelmus Papienſis, P. C. S. Petri ad Vincula tit. Eudox. Boſo P. C. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris, ſecundum Panuinium, de quo ſilet Ciaconius, & meritò: quia ex litteris Cardinalium, qui creaerunt Alexandrum III. datis ad Fridericum Imperatorem, Boſo in illis comitijs adfuit tanquàm Diac. Card. non vti Presbyter.

Cardinales Diaconi, Innoc. II.

17. Otho D. C. S. Georgij in Velabro, Prior Diaconorum.
18. Rodulphus D. C. S. Luciæ in Septiſolio, ex Cæleſtini II.

19. Hya-

19. Hyacinthus Bobo D. C. S. Mariæ in Coſmedin,

Eugenij III.

20. M. Otho Brixianus D. C. S. Nicolai in carcere.
21. Ardicio Riuoltella D. C. S. Theodori,

Hadriani IV.

22. Boſo D. C. SS. Coſmæ & Damiani, iuxta templum Romuli, S. R. E. camerarius. Hunc Panuinius *Bonifacium* appellat.
23. Cynthius de Papa D. C. S. Hadriani.
24. Petrus D. C. S. Euſtachij, iuxta Templum Agrippæ.
25. Io: de Comitibus Signię, Anagninus D. C. S. Mariæ in Porricu. Is à Panuinio dicitur Io: Bozzutus Neapolitan. D. C. S.

Epiſcopi Cardinales creati ab Alexandro III.

1. *Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis*, Io. 10.



HVgo natu Romanus, filius Hugutionis Petri Leonis, natalium ſplendore, ac prudentię lumine ab Hadriano IV. R. P. Ep. Placentinus renunciatus, & ab eodem Hadriano conſecratus Anno Sal. 1155. cum comendatitijs ad Clerum Placentinum expeditus, vt ex litteris Had. IV. apud Vghellum. *to.* 2. *Italia*, oues ſibi commiſſas, litteris, religione, laudabiliter rexit. Nepos iſte (teſte Vghello loco citato) Anacleti II. Antipapę, & patruus Hugutionis Cardinalis S. Angeli, inde Presbyteri S. Clem. ab Alex. III. Anno Sal. 1164. in Senonenſi Concilio, amoto Igmaro, promotus in Ep. Card. *Tuſculanum*, cum facultate regendi, & continuandi etiam in Eccleſia Placentina, vt paret ex Alexandri III. litteris, quas adnotauit Vghellus, ep. prima ad Cōſules Placentinos: *Referente nobis dilecto filio Hugone Subdiacono noſtro cognouimus, quòd Falco eius veſter vicedominatum ſuum contra conuentionem inter pia memoria Hugonem quondam Placentinum, & Tuſculanum Epiſcopum, & fratres ipſius interpoſitam præſumpſerit inuadere, & homines ad ipſum pertinentes explorare &c.* Ex alia verò ad Ep. Theobaldum: *Tandem prædeceſſor tuus bonę record. Hugo, qui fuit poſtmodum Tuſculanus Epiſcopus, eis præſcriptam decimam pro ſua voluntate ſubtraxit. Datum Anagniæ. 6. Id. April.*

B

De familia Perleonis lege Chronicon Morigniacencis Monaſterij lib. 2. An. 1129. extat *to.* 4. *Hiſtor. Francorum.* Obijt Hugo Anno 1166. vt ex M. S. Romę ſeruato, quod citat Vghellus in Ep. Placentinis. *Iſte Hugo venit in Placentiam*, 1. *May* 1155. *& die Iouis Sancto*, 2. *Kal. May*, 1166. *obijt Romæ.*

A 2. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nicti corax in ſolitudine.* Pſal. 101.

Pone Leonemque habes in Papa 164. 21.



BErneredus, vel Bernerus, aut Bernardus, ex cænobiarcha, & Abbate S. S. Criſpi, & Criſpiniani, Diæceſis Sueſſonenſis, Ordinis S. Benedicti, cum Romam ad Concilium profectus eſſet Anno 1179. cum Epiſcopo Sueſſionenſi, Alexandro III. ita placuit propter nimiam pietatem, & ſacri ritus eruditionem, vt Epiſcopatu *Preneſtino* donatus fuerit, teſte Petro Cellenſi *l.* 9. *Ep.* 1. eius temporis ſcriptore præclariſſimo. Concordat Iacobus Sirmondus in notis ad eumdem Cellenſem, auctoritate fultus Alexandri III. in diplomate dato Monaſterio Nouo, apud Pictauos, in quo Berneredus ſe Ep. dicit Pręneſtinum. Conſonat eiuſdem Alexandri III. diploma pro Alphonſo primo Rege Portugalliæ, cuius autographum in publico Archiuo Vlyſiponenſi ſe vidiſſe teſtatur Antonius Vaſconcellus in deſcriptione Luſitanię, in quo Bernerus Ep. Præneſtinus cum reliquis ſubſcribit Cardinalibus

C *Romam* (inquit Petrus Cellenſis) *ad Concilium non iuiſſet, niſi illum miſiſſem: præter ſpem, & voluntatem meam illum retinuiſtis, & fratrem & parem vobis feciſtis: hoc tamen nec illi, nec vobis placuit. lib.* 8. *ep.* 21. Ad eumdem Berneredum de electione ſua epiſtolam ſcripſit 55. cuius inſcriptio. *Cariſſimo amico ſuo Berneredo Abbati S. Criſpini, Frater Petrus humilis Abbas S. Remigij, ſemper benè valere.* Eidem pro Carnotenſi Eccleſia ſcripſit Stephanus Tornacenſis.

Creatus Cardinalis purpuram ſpreuit cum reliquis Mundi fallacijs; Curiæ Cellam præferens, & clauſtrum aulæ Diuino perfuſus amore, vt Deum quæreret, quem non inueniebat in inſulis, Carthu-

D ſiam Montis Dei, in Campania Gallica, decreuit ſecedere. *Malebat* (Cellenſis ep. ad Ep. Tuſculanum l. 9. ep. 6.) *cellam montis Dei incolere, vt mihi ſcripſit, quàm Epiſcopalem cathedram tenere.* Vixit vſque in Annum 1180. ſaltem, quia 4. Kal. Martij huius Anni 1180. reperitur ſubſcribere Bullæ Alexandri III. datæ Eccleſiæ Monopolitanenſi, *to.* 1. *Vghel. p.* 1046. eodemque Anno in Epiſcopatu ſucceſſit Paulus Scholarius, Papa futurus nomine Clementis III.

Obijt plenus miraculis, vt ex citata *ep.* Petri Cellenſis ad Ep. Tuſculan. *Deas qui omnia concluſit, & meas querimonias prauenit faciendo, quod facere piè, & miſericorditer conſueait; prauenit illum benedictionibus ſuis, & quem olim amicum, & fratrem in terris habebamus, nunc Dominum, & Sanctum in Calis ueneremur: miracula enim, quæ fecit Deus, teſtimonia credibilia ſunt ſanctæ conuerſationis eius.* Ex his videtur, quòd Bernasdus Ep. Prænestinus, quem Ciaconius diſtinctum ponit in quarta promotione facta per Alexandrum III. crearum Ep. Prænestinum, coincidat enm Bernero, quamuis idem Ciaconius in ſecunda Cardinalium creatione Anno Sal. 1164. recenſeat promotionē cuiuſdā Epiſcopi Prænestini, cuius nomen ignoratur. Anno verò 1178. aliam creationem reſerat Bernardi Beneuentani in Ep. Prænestinum. Augetur difficultas quòd teſte *Frizonio, & Auberys: Bernerus* fuerit natione Gallus; Bernerus verò Beneuentanus, teſte Ciaconio. Hæc oppidò concordare non valeo; quemadmodum ij qui Bernerum, & Bernardum diſtinctos volunt, ſatisfacere tenentur ſubſcriptioni factæ à Bernero cum Alex. III. 4. Kal. Martij, 1180. apud Vghellum, *to. 1. Italia ad Ep. Monopolitanum*; ſi enim viuit Ep. Prænestinus Bernerus Anno Sal. 1180. quomodo Bernardum ponimus eleuarum in Ep. Prænestinum Anno 1178. Errat idem Frizonius obitum Berneri referens in Annum 1186. quia Paulus Scholarius Romanus, Papa futurus nomine Clem. III. aſſumprus Ep. Prænestinus, ſubſcribit cum Alex. III. Anno Sal. 1180. 12. Kal. April. ad Caſoram Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Dominico Bozzono*; & cum Lucio III. 6. Id. Ian. 1181. ad Eccleſ. S. Stephani Veronæ; & S. Saluatoris de Riuo Alro, Caſtellanæ, Imò cum eodem Alex. III. ad Archiep. Ianuen. Anno 1180. Idib. Ianuarij, *to. 4. p. 1206. Vghel.* De eo lege Ludouicum Donium d'Attichij.

3. *Conſtant ſenſus hominum: & ætas Senectutis, vita immaculata.* Sap. 4.



D. Henricus vir nobilis, natalibus clarus in caſtro Marſiaco, iuxta Cluniacum, ſub B. Roberto ſecundo Claræ Vallis Abbate, habitum puer cum ſuſcepiſſet Monaſticum, poſt quartum Annum Abbas Altæ Cumbæ crearur, vt in exordio Ciſtercij, apud Chryſoſtomum Henriquez, *in comment. Menology Ciſtercien. die 14. Iuly. Porrò dies adoleſcentiæ ſuæ tanta puritate, & innocentia pertranſijt, ſicque canos ſapientiæ in annis iuuenilibus induerat, vt dùm vix ad limen virilis ætatis attigiſſet, merito magis Religionis & prudentiæ, quam ætatis, Vicarius Fily Dei factus, nomen pariter, & officium patris, & paſtoris adipiſci mereretur, Abbas Altæ, Cumbæ creatus.* Sic in libro Sepulchrorum Claræ Vallis legitur. *Henricus Cardinalis Ep. Albanas, vir nobilis, & clarus de caſtro Marſiaco iuxta Cluniacum natus, & ſub D. Roberto de Brugis ſecundo Abbate Clara Vallis, in hac domo Clareuallenſi habitum ſacra Religionis aſſumpſit, infra verò quartum Annum puer imberbis, & adhuc mixtum ſumens, omnibus mirantibus, Abbas Altæ Cumbæ eſt effectus.* Poſtmodum B. Gerardo Abbate Claræ Vallis per martyrium conſumato, communi Fratrum voto ad eam dignitatem euectus tantam gratiam, non in Ordine tantùm, ſed apud Reges Francorum, & Anglorum obtinuit, quantum nemo Clareuallenſium à B. Bernardo habuerit; alter enim Bernardus ſuo tempore habitus eſt. Profectus cum Petro Legato Cardinali S. Chryſogoni, & Epiſcopis Pictauenſi, & Barhonenſi, Anno Sal. 1178. Tholoſam ad conuincendos Hereticos Albigenſes, pietatis, A religionis, doctrinæ ſpecimen vbique reliquit, non ſolum Hereticorum errores magno zelo redarguens, ſed omnes Christi fideles ad idem faciendum inſtantiſſimè prouocans datis litteris, quas ipſe plenas feruore ſcripſit, quæ apud Rogeriū ſic incipiunt. *Audite Cæli quod plangimus, ſciat terra gemitū cordis noſtri, Doleant ciues Chriſti Catholici Chriſtiani; & ad detrimenta fidei fidelis populus ingemiſcat. Quique terrigenæ, & fily hominum, humanæ ſalutis damna deplorent. & generalis vitæ noſtræ ſubuerſio, ab omnibus uiuentibus generaliter lugeatur.*

Oblata ampliſſima Sacerdotia reſpuit, Epiſcoparum ſcilicet Tholaſanum, & totius Ciſtercienſis Or-B dinis Generalatum, dum communibus votis, & ſuffragijs eligeretur, vt videre eſt apud Petrum Cellenſem, qui eum pluribus laudat. Corpus D. Bernardi (teſte *Frizonio in Gallia Purpurata*) Alex. III. in Diuorum numerum relati, curauit honorificentiſſimè eleuari à Richardo Archipræſule Lugdunenſi, antea Abbate Pontiniaci ponè aram D. Mariæ, in Eccleſia Clareuallenſi, quam plumbo regi voluit.

Interim ab Alexandro III. R. P. ad Concilium vocatus Lateranenſe, die ſecunda Concilij, teſte Frizonio, licet inuitus, Epiſcopus Cardinalis creatur *Albanus* Idibus Martij 1179. vel 1180. ſecundum Ciaco-C nium, & Panuinium. Verum cum Lateranenſe Concilium Anno 1179. fuerit celebratum; Henricus autem (vt ex eius epitaphio) eodem tempore ad Cōcilium venerit, & Cardinalis electus fuerit, ſequitur quòd eodem Anno 1179. fuerit promotus.

Epitaphium.

A D. Alex. III. ad Lateranenſe Concilium ex nomine, per litteras euocatur, retinetur, Cardinalis efficitur, & in Albanenſem Epiſcopum, quamuis inuitus conſecratur, Legatuſque mittitur ad Prouincias &c. Confirmatur, quia teſte Rogerio, in eodem Romano Concilio plu-D res creati ſunt Cardinales, inter quos Vuillelmus Rhemenſis Archiep. factus eſt *Presb. Card. tit. S. Sabinæ; & Henricus Abbas Clara Vallenſis factus eſt Ep. Card. Albanus.* Statimque Legatus in Tranſmontanas prouincias, ad Hæreticos propulſandos, in ea legatione Lugdunenſem, & Narbonenſem Archiepiſcopos quia inutiles, & reprehenſibiles erant, depoſuit in ſpiritu vehementi. Caſtrum muniſſimum Hæreticorum, quod *Vallis* vocabatur [teſte Frizonio] miraculo cœpit. Cœnobium viſitauit Claraualleſe pre-

pretioſique dotauit muneribus. Ludouicũ inuiſit Frãcorum Regẽ (teſte *Rigordo de geſtis Phillippi Auguſti*) ægrotantem, & paralyticum, morbo & ſenio confectum cum morte luctantem, à quo ſequentem audiuit viſionem. Videbatur Regi Ludouico Philippus filius Adeodatus, antequàm natus eſſet, tenere craterem aureum in manu ſua plenum humano ſanguine, de quo Principibus propinabat, omneſque ex eo bibebant. Romam reſtitutus Henricus inuenit Lucium III. ob mortem Alexandri III. ſedentem in cathedra Petri, quem ſequutus Veronam venit, & cum eo ſubſcripſit ad Ep. Rauellenſem, Anno 1182. *to, 9. Vghel. p. 926.* & ad Ep. Aſernienſem, A *to. 6. p. 499.* Ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, Anno 1183. teſte *Bozzono*. Archiep. Florentino, *to. 3. Vghel. p.* 133. Canon. Veronen, anno 1184. *p. 750. to. 5.* ad Canonicos Spoletanos Anno 1185. *to. 1. Vghel. p. 444.* ad Ep. Belunenſem, *to. 5. Vghel. p.* 184. Morienti Pontifici vltimam impendit benedictionem, & ſacramenta, precibuſque iuuit Eccleſiaſticis. Ferrariæ coram Vrbano III. Lucij ſucceſſore, maxima pollens orandi facultate publicas conciones habuit, & cum eodem, Veronæ Eccleſiam conſecrauit S. Iuliani de Lepida, *to. 5. p.* 760. *Vghel.* Subſcripſit ad Canonicos Ferrarien. *to. 2. p.* 575. Piſanos *to. 3. p.* 485. Archiep. Mediolan, *to. 4. p.* B 236. ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum Anno 1186, apud *Bozzonum*. Eidem cum morte luctanti vltimum impendit officium: cumque omnes, qui aderãt Card. Henricũ noſtrũ ſummũ Eccl. Pontificẽ acclamarent, vir Sanctus, animo reiecit inuito auctorque fuit electionis Gregorij VIII. qui duos menſes integros non ſedit, a quo tamen Legationem accepit ad Fridericum Ænobardum Imperatorem, cuius ſacra eloquentia Fridericus toties relapſus Clementi III. reconciliatus pacem tanto expetitam donauit Eccleſię, & ab Henrico Legato Crucẽ cum ſexaginta octo primatibus Regni contra Infideles ſuſcepit.

Galliæ etiam & Angliæ Reges interſe diſſidentes C reconciliauit; quamuis ſancita amicitia fuerit poſtea turbata occaſione excommunicationis (teſte *Rogerio*) latæ per ipſum Henricum Cardinalem aduerſùs Comitem Ricchardum.

Obdormiuit in Domino (vt ex *Menologio Ciſtercienſi, & epitaphio ei appoſito) dum ad partes Flandrię pro pace reformanda inter Comitem Flandriæ, & Eccleſiam Attrebatenſem, quamuis grauiter infirmus, properaret, pacem inter eos, non ſine multorum admiratione reformauit. Ingraueſcente tandem infirmate, quàm ſimpliciter minima* D *peccata confeſſus fuerit, quàm deuotè Viaticum, & Vltimæ Vnctionis ſuſceperit, longum eſt enarrare. Tandem imminente hora, vt tranſiret de hoc Mundo ad Deum, ante altare B. Andreæ in Attrebato, ſicut ipſe præceperat, eſt delatus, ibique inter verba deuotæ orationis in Domino, vt piè creditur, feliciter obdormiuit. Ab Atrebato demum, ſicut præceperat, ad Claram Vallem Corpus eius tranſlatum eſt, & hic inter B. Bernardum, & B. Malachiam 3. Idus Ian, ab Epiſcopo Lingonenſi, omnibus ritè peractis, honorificè eſt ſepultum, circa Annum Domini* 1186. Sed hic error manifeſtus in tempore. Quomodo enim Anno 1186. ſi Vrbanus moritur Anno 1187. cuius poſt mortem Purpurati Henricum in Pontificem acclamabant? Quomodo Anno 1186., ſi Gregorius Octauus dedit ei facultatem Cruce ſignandi? quod autem Gregorius eum legauerit ad Principes, in eodem habes epitaphio. Error ergo ſcriptoris irrepſit, vnum numerum inſerentis pro alio. Quò die obierit? incertum. Die 14. Iulij Calendarium Ciſtercienſe memoriam recolit. Callendarium verò Gallicum die 27. Octobris. In Clara Valle ſequens ei ſcriptum Epitaphium.

Subiacet huic lapidi quondam notiſſimus Orbi,
Abbas Henricus Romano Cardine dignus,
A *Lubrica qui vani contempſit gaudia mundi,*
Terræ membra dedit, Cælis animamque remiſit.

Inter ea, quæ ſcripſit, *oratio eſt aduerſùs Hæreticos Albingenſes*. Conciones plurimæ ad populum, præcipuè quam habuit Leodij, contra Simoniacos; qua audita pluſquàm ſexaginta Clerici prębendas ſuas in manus eius, præ timore Simoniæ reſignarũt.

Auctor vitæ S. Petri Tarantaſienſis inter Eccleſię columnas, illum *Principem columnam* appellat, & meritò: cum vſque ad extremum vitæ ſpiritum, pro Eccleſia laborauerit.

Huius ſanctiſſimi viri memoriam habuere *Collationes Patrum Ordinis Ciſtercien. ex bibliotheca loco S.* B *Bernardi. Liber M. S. Aureæ Vallis: de Viris illuſtribus Ordinis Ciſtercien. d. 2. c. 29. & 30. Cęſarius Heiſterbacenſis lib. 4. Dialog. c. 79. Io: Abbas in catalogo Sanctorum Ordinis. Antonius de Florentia, par. 2. tit. 17. c. 1. §. 13. Albertus Krantzius l. 7. Saxoniæ, c. 1. Bernardus Bonæ Vallis in vita S. Bernardi l. 2. c. 8. Angelus Manriquez, lib. 3. Laurea Euangel. Vghellus to. 1. Italiæ, in Ep. Card. Albanis; & in elogijs Cardinalium Ordinis Ciſter. Miſſale vetus Claræ Val. Baronius, to. 12. Annal. Gaſpar Iongellinus in purpura D. Bernardi, Frizonius in Gallia Purpurata.*

Ludouicus Donius d'Attrichij.



4. PAulus Scholarius natu Romanus, de regione Pineę, vel Paulinus Romanus de familia Regionis Pineæ, quæ *Scolaris* vocabatur, filius Ioannis & Mariæ, ex Canonico Regulari S. Mariæ Maioris Ep. Car. *Prænestinus*, de quo Codex Antiquus Baſilicæ Liberianæ, *Clemens P. P. III. Paulus Scolarius antea vocatus ab ineunte ætate educatus Canonicus ibi fuit, Cardinalis* D *deinde Prænestinus Ep. creatus ab Alex. III. Palatium prope eam Baſilicam condidit pro ſe, ſucceſſoribuſque Epiſcopis Præneſtinis, quod poſtea ab eodem Pontifice cum multis alijs rebus Baſilicę donatum eſt.* Anno 1180. promotus ab Alex. III. in Ep. Præneſtinum, cum eo ſubſcribit ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, apud Bozzonum, Anno Sal. 1180. Comitijs adfuit Lucij III. & cum eo ſubſcribit ad Archiep. Florent. An. 1183. *to. 3. p.* 133. Promouit Vrbanum III. cum quo ſubſcribit ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum. apud Bozzonum: & ad Canonicos Ferrarien. An. 1186. *to. 2. p.* 575. Archiep. Mediolan. *to. 4. p.*

Canon. Piſanos, *to. 3. p. 485*; Promouit Gregorium VIII. cum quo ſubſcribit ad Archiep. Ianuen. Anno 1187. *to. 4. Vghel. p.* 1211. tandem Papa futurus nomine Clementis III., de quo ibi.

5. *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in Principibus*. Pſal. 117.



CHunradus ex potentiſſimo Vvittelſpachiorum genere, Comes Palatinus Rheni, frater Othonis Ducis Bauariæ (qui Philippum Sueuum, filium Friderici Ænobarbi, à puero in Eccleſia Saltzburgenſi educatus, creuit ætate, & ſapientia, vt cęſo Arnoldo à Schleoſen Archiep. Moguntino, & Rodulpho Cleobclauch morte ſublato repentina, Anno Sal 1160. Canonicorum ſufragijs, in eius locum auctore Friderico Ænobarbo Imperatore, contra Chriſtianum Comitem à Buccho intruſum à Lantgrauio Haſſię, & ab eodem Imperatore pulſum deſignatus, vix biennio Eccleſiam illam pacificè obtinuit. Mortuo namque Victore IV. pſeudopontifice, quem Ænobarbus in clientelam ſuſceperat, auctor fuit eidem Cæſari, *vt ex quo Deus eum à priore periculo liberauerat, nullatenus ſe abnoxium faceret ſucceſſori*. Baronius ex Codice Vaticano; & nos *in Alex. III. p. 627*. Cum autem in nouo ſciſmate, iurare obedientiam renueret Paſchalis III. ab eodem Ænobarbo ſede pulſus Moguntina ad Alexandrum III. R. P. confugit, maleus pauper viuere in domo Dei, quàm abundare in tabernaculis ſciſmaticorum. Senonenſe tunc Alexander agebat Concilium, quum Chunradum ſuſcipiens, Cardinalem Presbyterum *tit. S. Marcelli* ſalutauit, moxque Ep. Card. *Sabinum*. Præmium oppidò ſingulare conſtantię ſuæ. Primus enim fuit, qui inter Cardinales, qui prioris Eccleſiæ retento titulo, ad alium tranſiret Epiſcopatum. Quamuis præualente ambitu, & auaritia id poſtea in vſum tranſierit, Pontifice obdormiente Romano, Sorane etiam Ecleſiæ Adminiſtrator aſcitus (*vt in Chronico S. Marię de Flum. de Ceccano) Hoc Anno* 1167. *Epiſcopatus Sorę conceſſus eſt Conrado, qui fuerat Archiepiſcopus Moguntinę ciuitatis*, Conrado pulſo Moguntina ſede; reuocauit Ceſar Chriſtianum Comitem à Bucco, Turiugum aulæ Imperialis Cancellarium, virum prudentem iampridem à ſe Moguntia pulſum qui Cęſaris, ac Pſeudo Pontificum partes ſecutus, cum Friderico in Italiam deſcendit, & propè Tuſculum, duodecim millia Romanorum cęcidit. Anno tandem 1277. occaſione cladis prope Mediolanum acceptæ, pacis interpres accedens inter Cęſarem, & Pontificem, ea conditione vt Chriſtianus ſedem retineret Moguntinam, fæliciter abſoluit; Venetijs namque Cęſar Paſchalem abiurauit Pſeudopapam, venit ad pedum oſcula, obſequia ſoluit aſſueta ſtapedes tenendo, & pedes Pontificem equidem comitando. Hiſce in comitijs eum de ſedium Epiſcopalium ordinatione ageretur, non deſuerunt, ſibi Chriſtianus Moguntinus intruſus, Conradus inde eiectus, Adalbertus quoque Saltzburgo depulſus Chriſtianus ſuffragio vſus Imperatoris, ſponſionem à Papa receperat, perſeuerandi in Archiepiſcopatu recepro. Obſtabit Conradus ſibi deberi contendens, vt legitimo Præſuli, & fido Alexandri defenſori, ob eamque cauſam eiecto, Ius ſuum etiam meritò repoſcebat Adalbertus, repugnante illi pertinaciter Friderico. Timens porrò Alexander ne pax tantis optata ſuſpirijs turbaretur denuò; Cęſari aliquid deferendum cenſuit ob bonum commune, ſepoſito nonnihil priuati iuris reſpectu. Interrogatus itaque Conradus, malle tunc Eccleſiam totam iterum turbari, an ius ſuum ſibi integrum dari? arbitrio Pontificis rem permiſit; qui ex voto Cęſaris litem ita compoſuit; vt Chriſtianus Moguntiam retineret; Conradus ſed Moguntina dimiſſa ad Salisburgenſem tranſiret, Adalberto viro mitiſſimo, pacificoque perſuaſum, vt à repetenda dignitate tantiſper abſtineret, donec alia tempora & occaſio meliora ſuppeterent. Acquieuit Præſul optimus, patientiam amplexus contra potentiam. *Rogerio in Annal. Anglican.* Anno ſequenti, Salutis 1178. Conradus nouus Archipræſul ex Italia Saliſburgum venit. Initio nō ſatis accepta Salisburgenſibus videbantur Romana mādata: ſubibat omniū animos innocentia, & māſueta virtus Adalberti, miſerationē mouens, quòd immeritis prēmeretur ærumnis. Quieſcendum tamē rerū cogebat præſens reuolutio, & tātis votis deſiderata pax amiſſi pręſulis minuebat dolorē. Erexerat inſuper mentes Conradi magnificentia, quę nunc ſplendidior eminebat; luciḍiſſimo natalium ſplendori adiecta purpura Cardinalitia, & per totam Germaniam Legatio Apoſtolica. Vrbem ingreſſus, cæpit protinus oculos intendere ad Vrbis & prouinciæ, quę inter bellorum turbines plurimum detrimenti paſſa fuerat, priſtinum ſtatum. A Prouinciali ſynodo exordium, in qua cum Epiſcopis ſuffraganeis, & ſubditis alijs conuenere Antiſtites, & Prouinciæ Primates cum toto Ordine Equeſtri; à quibus eiurato Paſchali pſeudo Pontifice, Alexandrum III. adorarunt legitimum Papam. Actum poſtea de reparandis aris, & focis; De Canonicis inſtitutis, iuribuſque ſacris ſeruandis; communi demùm Cleri, populique tranquillitate. Muris deinde admota manus, maximè ædi Cathedrali, quam ex integro reſtituere Conradus cæpit: plaudente Cælo; nam Anno 1182. dum muri diruerentur antiqui, in apertura fornicis promicuit ſepulchrum S. Virgilij, & ne ſine teſtimonio prodiret in lucem, eum frequentia miraculorum. Maiorem lucem, & Sanctorum Salisburgenſium venerationem ſecerunt & alij SS. Tutelares, Rupertus, Vitalis, & Hartuuicus, eodem tempore miris coruſcantes. Superbiebat interum Gurcenſis Epiſcopatus titulo Hermanus (Adalberti ille æmulus, qui auctoritate Cæſaris Ænobarbi, inuito Adalberto ſuo Archipræſule, à quo electus fuerat Theodericus præpoſitus Salisburgenſis in Epiſcopum Gurcenſem, Pontificalem nactus conſecrationem à quo? incertum, contra Canonum decreta, ſedem inuaſerat) contra quem ſumptis Conradus armis, in arce Strasburgenſi, Gurcenſium ſede arctè obſedit, coegitque ma-

lè

lè acquiſitum Epiſcopatum deponere, cui deinde ſuffectus eſt Fridericus.

In his ſexennium inſumpſit; cum per obitum Chriſtiani Moguntini, vacuam iterum ſedem illam relictam, Pontifice annuente Lucio II. Cæſare permittente Anno 1181. iterum redemit Conradus; Adalbertus verò qui per Annos decem profugus vagabatur, Sedi ſuæ Salisburgenſi poſtliminio reſtituitur. Anno 1185. deſcendit iterum in Italiam cum Friderico Imperatore ad colloquium Veronæ cum Lucio III. Romano Pontifice, à quo cum enixè poſtularet Imperator, vt cum Clericis diſpenſaret, qui tempore Sciſmatis ordinati fuerant à Sciſmaticis, nec Papa renueret; vnde ſupplicationes ab omnibus ſcripto darentur; die ſequenti Papa à ſeipſo diuerſus reſpondit, opus eſſe generali Concilio, quemadmodum factum fuerat cum Chriſtiano Moguntino; Phillippo Colonienſi, & D. Mantuano; quod agere promittebat in Lugdunenſi Concilio. Huius mutationis Conradus Moguntinus, & D. Vuormatienſis auctores habiti ſunt *Arnol. Lubecenſis l. 3. c. 10.* Defuncto Lucio, inter Vrbanum III. eius ſucceſſorem, & Fridericum Imperatorem noua ſucreſcere diſſidia *de patrimonio Mathildæ, de Epiſcoporum exuuijs, de Abbatiſſarum ſtipendijs*; quibus Imperatorem cedere vrgebat Pontifex ſub pæna excommunicationis conniuentibus, & inſtigantibus Philippo Archiep. Colonien. Conrado Moguntino, Volmaro Treuir. cum XII. alijs Epiſcopis querentibus, quòd poſt Epiſcoporum mortem, mobilia omnia in Fiſcum redigerentur.

Horũ ob cauſã curiam vocauit Imperator in Geilenhuſen, vbi cum Epiſcopi conueniſſent, & Principes, diſcordiarum cauſam Imperator aperuit inter Imperium, & Sacerdotium, ſciſcitans quid de Sacerdorum fidelitate præſumendum eſſet in gratiam Cęſaris, diſſidij inter Cæſarem & Pontificem? Reſpondit tunc pro omnibus Conradus Moguntinus. *Rogamus, Domine, Serenitatem Veſtram vt paululum verba noſtra attendatis. Caſus iſte, in quo laborare videmur, grauis eſt, nec noſtrum inter vos tantas componere lites. Quia ſicut dixiſtis: ex vna parte tenemur reddere Deo, quę Dei ſunt: ex altera parte quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Domino enim Papæ, vt patri ſpirituali, qui ſupra omnes eſt iuſtum eſt ad omnia promptiſſimè obedire: Vobis autem, quem Deus Principem, & Imperatorem Romani Orbis exaltauit, cui hominium facimus, à quo & temporalia poſſidemus, ad aſſequendas omnes iuſtitias veſtras iure tenemur aſſiſtere. Nunc ergo ſine præiudicio melioris conſilij, ſi placet: ſcribatur D. Papæ, ex perſona Epiſcoporum, in quibus commoneatur, vt ea quæ ad pacem ſunt, vobiſcum ſentiat & iuſtitiam vobis in his, quæ iuſtè ab eo exiguntur, faciat. Placuit Imperatori, & omnibus Epiſcopis quod dixerat. Et ad voluntatem Imperatoris ſcripta eſt epiſtola, ſignata bullis Epiſcoporum omnium, & perlata ad D. Papam; qui cum legiſſet epiſtolam, obſtupuit de immutatione Epiſcoporum: quia ipſe cauſam pro eis videbatur ſumpſiſſe; ipſi verò de cauſa cecidiſſe.* Propterea in propoſito conſtans, Imperatorem legitimè eltatũ excommunicaſſet, ni morte præuentus fuiſſet. Succeſſit (*Chron. Slauorum l. 3. c. 17. 18*) Gregorius VIII. duorum tantum menſium Pontifex, qui paucis diebus multa, & grauiſſima abſoluens, induſtria ſua arma in Orientem auertit aduerſus Turcas, à quibus grauiſſimè Palęſtina affligebatur. Huc opes, & operam cum alijs Principibus ſtrenuè contulit Fridericus, ingentibuſque copijs, atque victorijs repreſſit Barbaros, magnam in rebus publicis, ei ſuffragante opem Conrado, qui Salisburgo abſceſſerat. Legatus à Friderico ad Bellam Hungarorum Regem, vt viarum, commeatuum, ſecurum tranſitum impetraret, ex animi ſententia cuncta compoſuit. Inter Henricum VI. Imperatorem, & Henricum Leonem A Bauariæ Ducem, ab Ænobarbo exauctoratum pacem reſtituit. Eiuſdem Friderici in Terram ſanctã expeditioni Legatus adiectus Apoſtolicus, amiſſo Cæſare, qui in flumine, quò lauaturus deſcenderat, vitam poſuit, alijs dilapſis, in Aſia donec res Chriſtiana componeretur, perſtitit. Ex Oriente reuerſus, Philippum, & Ottonem de Imperio diſſentientes inueniens, ad Eccleſiam declinauit Sabinam, in Italia, vt ibi moram traheret; nè præſens ſi in Germaniam deſcenderet, alteri faueret partium cum ſui detrimento vel Eccleſiæ cogeretur Moguntinæ; maximè quòd Philippum Innocentius Papa excommunicaſſet; cui ſi adhæreret, ſuam contaminaret B conſcientiam: ſi contradiceret Moguntinam, cui præerat, deſolationi videretur expoſuiſſe Eccleſiam. Hinc Papa Innocentius (teſte *Trithemio in Chron. Hirſaug.*) fidem, & deuotionem illius erga Romanam Eccleſiam collaudans, vt abſentandi ſe à Regno cauſam habere videretur legitimã, Legatum Sedis Apoſtolicæ, cum in Vngariam deſtinauit, vt pacem inter diſſidentes fratres Hemmeradum, & Andream, qui pro regno contendebant, ſua induſtria reformaret, nec incaſſum. Veniens namq; in Vngariam diſſentientes reduxit ad concordiam, & largiente Domino, pacem toti Regno, reſtituit.

C Ex Vngaria rèdiens, & Patauienſi diœceſi iter agens, iter inijt æternitatis. Eius funus Vvolſgerus Præſul Patauiẽſis iuſtis pro dignitate ſolutis curauit & Moguntiam ipſe perduxit, Anno Salutis 1202. non 1205. quia illo Anno, XV. Kal. April. Innocentius III. P. R. ſcripſit Cononicis Moguntinis, vt in locum bonę memoriæ Conradi Archiep. Moguntini, & Sabini; Epiſcopum Vvormatienſem à maiori parte Canonicorum poſtulatum, Epiſcopo Prænestino Romanæ Sedis Legato præſentarent, ab ipſo confirmandum, ſi idoneum reperiret.

Non immemor in extremis ſuę ante hac dilectæ Eccleſiæ Salisburgenſis, in ſuo teſtamento, totam D ſuam ſacram ſuppellectilem eidem legauit; quam Ludouicus Boius nepos titulo hæreditario ſibi perperam vſurpauit Numine aduerſo: Nam in poſterum vixit infelix; vt contingere ſolet raptoribus Eccleſiarum. De Conrado ſcripſere *Abbas Vſpergen. Chron. Slauor. Chron. Moguntinum. Gaſpar Bruſchius.* to. 1. de Ep. Germaniæ, Trithemius in Chron. Hirſaug., cuius verba. *Permiſſione Cæſaris ad ſedem ſuam Moguntinam reuocatus, præfuit ibidem Annis deinceps XVII. qui titulum ſuum in litteris talem propoſuit.* Conradus

radus Dei gratia Sabinen. Ep.& S.Sedis Moguntinæ Archiep. *Retinuit hunc titulum cum Sabinenſi Pontificatu quamdiù vixit in humanis.* Inſignis ſub eo Bibliotheca Moguntina incendio perijt cum Eccleſia maiori, quam ipſe nouam inchoauit: teſte *Henrico Caniſio to. 2. Antiquar. lect.* In reditu expeditionis Syriacæ, Leonem coronauit Armeniç Regem. Eius memoria in Bulla Alexandri III. ad Ruſticum S. Mariæ de nouo Portu. Anno 1177. to. 1. Vghel. p. 377. & pro Monachis S. Mariæ, in Organo, cui ſubſcripſit Anno 1177. tanquam Archiep. Moguntinus, & Epiſc. Sabinus apud Baronium ad Abbatem Morimundi Anno 1179. *to. 4. Vghel. p. 206.*

6. THeodinus ex Presb. Card. tit. *Veſtinę*, Ep. Card. *Portuenſis.* Vide in Presbyteris Card. *n.* 15,

7. *Tu autem conuerſus confirma fratres tuos.* Lucę. 22,

PEtrus natu Papienſis, Monachus Benedictinus in Mãtuano educatus cænobio, ſi vera profert Arnoldus Vvion ex Codice Mãtuano, in quo Monachorũ nomina ſcripta legũtur. Ab Alexãdro III. creatus *Ep. Car. Tuſculanus* in locum Hugonis An. 1178. Panuinio teſte cũ Ciaconio. *Petrũ de Pauia* in abſolutione Vvillelmi Regis Scotię per Luciũ III. facta vocat Rogerius Houeden. *Hiſt. Anglia.* Lucio III. R. P. vrbe pulſo, & Velitras aufugiẽte, Vicarius Vrbis relictus Petrus vt in fide contineret ciues, atq; Clerum Romanum, eo munere vſq; ad reditum Clementis III. honorificè functus, ſub eodem obijt. Plures ad hunc Petrum ſcripſit Epiſtolas Petrus Cellenſis *lib. 9.* ex quibus virtus, & mores religioſiſſimi refulgent Petri Papienſis. Eius memoria in Diplomate Alex. III, ad Beneuentanum Archiep, Anno 1179. *to. 8. Vghel, p. 191.*



8. BErnardus Beneuẽtanus in quarta Cardinaliũ promotione creatus ab Alex. III. Anno Sal. 1178. Ep. Card. *Praeneſtinus* teſtibus Ciaconio, & Panuinio. Extat huius Bernardi in monte Caſſino mortui Epitaphium. Idem fuerit cum Bernero. vide ſupra n. 2,

9. *Virum autem fidelem quis inueniet?* 20. Prouer. 6,

ANgelus Epiſcopus *Sabin.* creatus in locum Gregorij de Suburra Sal. An... Venetias deſcẽdit, vt ibi Alexandro III. Romano Pontifici adſtaret pro decore Pontificio, quando Alexander Fridericum excepit Ænobarbum. Teſtis adfuit Indulgentiæ conceſſæ ab eodem Alexandro, Anno XVII. Sui Pontificatus, Eccleſiam ducalem S. Marci Venetiarum viſitantibus a primis Veſperis vſq; ad ſecundas in Vigilia Chriſti Aſcendentis in Cœlum: vt legitur in *Caremoniali eiuſdem Veneta Baſilica. p.* 185.

10. *Cum iuſtis & fidelibus agnoſcitur.* 1. Eccli. 16.

ALphonſus Ep. Card. *Portuenſis* in locum Bernardi ſubrogatus ab Alex. III. cum eodem Venetijs ſtante, Indulgentiæ ſubſcribit datæ viſitantibus Eccleſiam Ducalem S. Marci, Venetiarum in Vigilia Aſcenſionis: vt legitur in *Caremoniali Ducali Veneto. p.* 185.

Presbyteri Card. ſub Alex. III.

11. BOſo ex Diac Card. SS. Coſmæ, & Damiani, ſub Hadriano IV. Presb. Card. *S. Pudentianæ tit. Paſtoris* promotus ab Alex. III. Anno Sal. 1163. *Vide in Had. IV. n. 16.*

12. *Amicus fidelis protectio fortis.* 6. *Eccli.* 14.



PEtrus... presb. Card. *tit. S. Laurentij in Damaſo* quem Oldoinus eumdem dicit cum Petro D. C. *S. Euſtachij*, ſub Hadriano IV. ſed ſunt diuerſi, quia eodem tempore controuerſiam paritur cum Hugone Diac. Card. S. Euſtachij, ſuper quibuſdam Sacellis, vt ex regiſtro Gregorij IX. in Anno 5. notauit Ciaconius. Promotus ab Alexandro III. Anno 1163. teſtibus Ciaconio, & Panuinio, cum eo ſubſcribit Anno 1168. ad Abbatem Homodeum S. Reparatæ, *to. 2. Vghel. p.* 521. & ad Abbatiſſam S. Fabiani Anno 1169. *to. 4. p.* 917. & Anno 1171. ad Abbatem Morimundi, *to. 4. p.* 205. & an. 1174. ad Eccleſiam Capuanam, teſte *Ciaconio.*

13. *Homo ſenſatus credit legi Dei & lex illi fidelis.* 33. Eccli. 3.

FErnandus Presb. Card. *S. Anaſtaſia* cum alijs Cardinalibus ſubſcribit tanquam teſtis Indulgentię per Alex. III. datæ pænitentibus viſitantibus Eccleſiam ducalem S. Marci Venetiarum: vt ex *Cerem. Ducali Veneto p.* 185.

14. *Adhibui mihi teſtes fideles.* 8. Iſaiæ. 2.

CYprianus Presb. Card. *S. Cryſogoni* cum Alexandro III. Venetijs ſtante teſtis ſubſcribit Indulgentiæ datæ per eumdem Alex. III. viſitantibus eccleſiam S. Marci Venetiarum in vigilia Aſcenſionis, *Caremoniale Ducale Venetum p.* 185.

15. *In tentatione inuentus eſt fidelis.* 1. Mac. 2. *n.* 52.

SImeon Presb. Card. *S. Laurentij in Damaſo* Venetias cum deſcendiſcet vt Maieſtatem fulciret Pontificiam, eò prufugam ob perſecutionẽ Federici Ænobarbi, Indulgentiæ ſubſcribit datæ viſitantibus eccleſiam S. Marci Venetiarum. *Caremoniale Ducale Venetum. p.* 185.

16. *Ad te confugi doce me.* 142. Pſal. 9.

HElias Presb. Card. *tit. S. XII. Apoſtolorum* cum alijs Cardinalibus ſtantibus Venetijs, ſubſcribit Indulgentiæ datæ per Alex. III. viſitantibus eccleſiam S. Marci. *Caremoniale Ducale Venetum p.* 185. Venetias ſuperueniens poſtquam ibi degere audiſſet Alexandrum verſiculo illo Pſalmi ſalutauit Pontificem, *Ad te confugi doce me.*

17. *Ioan-*

17. IOannes de Comitibus Marſorum, Anagninus ex Diacono Card. *S. Mariæ in Porticu* ſub Hadriano IV. n. 21. Presb. Card. *S. Marci*, Ibi vide.

18. *Prædicans præceptum Domini conſtitutus eſt in monte Sancto eius*. Pſal. 2.



S. *Galdinus* de Sala ciuis mediolanenſis portę orientalis ab infantia ſacris litteris eruditus, Eccleſia Cathedrali ordinatus, ſapientiam ſemper amauit, & bonum nomen quęſiuit, Archidiaconus propterea factus, & Cancellarius duorum Archiepiſcoporum Riboldi, & Alberti Pirouani rugiente ſciſmate Friderici Ænobarbi cōtra Alexandrum III. mediolano cum ſuo Archiepiſcopo ſeceſsit ad Alexandrum R. P. Genuę ſtantem, cum quo circiter quadriennium per Galliam exul, Siciliam venit, inde Romam, vbi Anno Sal. 1165. Presbyter Cardinalis dictus *tit. S. Sabinę*, poſtea anno ſubſequenti, mortuo (Beneuenti) Alberto Archiep. mediolanenſi ſubrogatus quamuis inuitus, cępit illicò de inſtauranda patria cogitare, quę ex decreto Friderici Ænobarbi diruta iacebat, & Populus dura premeretur captiuitate; pręcipuè Sacerdotes & Clerici, qui Alexandrum auderent appellare Pontificem, Procurata itaq: Longobardorum conſpiratione, anno Sal. 1167. repente ciues coeuntes, qui in vicinioribus latitabant, reſtituere mænia. Galdinus verò prouidè Legatione ſuſcepta Apoſtolica, Peręgrini laruatus ſpolio Venetias deſcendit, vbi aſſumptis inſignibus Pontificalibus, Mediolanum venit, obuiante ei vniuerſo populo, & Clero cum hymnis, die quinto ſeptemb. Ambroſianam petijt Baſilicam, magno etiam ſciſmaticorum gaudio, qui furere deſtiterunt, imò prædia reſtituerunt, quę vſurpauerant Eccleſiaſtica. Palatium, quod inimici funditus diruerant, reparauit ſpecioſius. Pluribus, & crebris cum fatigaretur infirmatibus, non propterea ab officio ceſſabat, ſed vigilijs, orationibus, pſalmodijs clericos ſuos fatigabat. Nihil porro ſciens inter mortales durabile ſæpè de morte recogitans, dicebat cum Eccleſ. 7. *Pone ante oculos tuos, diem mortis tuæ, & in æternum; non peccabis*. Eas Deus illi donauit facundiam, vt dum ad populum dè cultu loqueretur Diuino, non homo ſed Angelus loqui videretur. Curam pauperum ea charitate geſſit, vt non ſibi ſed Chriſti pauperibus viuerę videretur, eorum præcipuè qui licęt inopia fatigati mendicare erubeſcunt. Humilitate amabilis, vt ſuperbis contemptibilis videretur, tumidos, & elatos vicit, vt vinci ſolent in bono mali. Omnibus omnia factus cum domeſticis familliaris, diſcere ſatagebat, ſe vnum ex eis eſſe mortalem. Eius pacem Hęreſis turbauit *Catharorum* qui tumidi non erubeſcebant publicè concionari, & plebem ſubuertere. Huic ſæuiſſime peſti ſe obijciens vir Sanctus omnē mouit lapidem, vt populum à veſania retraheret, verbo inſtruens quantum poterat & exemplo. Decennium expleuerat Pontificatus ſui, cum die Secundo Paſchatis eccleſiam petens S. Theclę, vt de more diuina officia perageret corporis debilitate agitatus, Miſſarum ſolemnia alteri celebrare mandauit. Ipſe verò cum fratribus Confeſſione peracta, priuſquam populo Euangelium recitaretur, ambonem conſcendens, orationem habuit aduerſus hæreticos, quam apud *Ripamontium to. 2. l. 2. Hiſtor. Eccleſ. Mediolan.* legere eſt, in qua finem dicendi fecit atq. viuendi. Nam peractis miſſarum ſolemnijs, eodem in ambo- A ne iacens ſpiritum Deo reddidit, vbi pro grege ſuo non ceſſat ad Dominum præces effundere. Sub eodem pulpitu, ſepulchro lapideo cineres reconditi, quo inceſſanter venientes ęgroti vota promittunt, ſalutem referunt: Dęmon fugit expulſus: tantaq. Galdini meritis clareſcunt miracula, vt Petri Apoſtoli Sęculum rediſſe videatur. Obijt anno Sal. 1176. dię 18. April. in Templo S. Theclę; anno vero 1548. in Eccleſiam tranſlatum cathedralem, in Sanctuarium ſub Altari maiore. Reliquiarum partem dono datas à S. Carolo Borromęo, Gabriel Paleottus Card. Ep. Bononien. depoſuit in ſua Cathedrali, anno Sal. 1582. teſte Maſino in *Bononia perluſtrata*. B Eius vitam habes in Actis SS. apud Henſchenium, & Papebrochium ex Mombritio in *vitis Sanctorum, & M. S. Blaburenſi*.

Cultum, & venerationem indicant, cum hodierno Mar. Romano Molanus, Ghinius, Ferrarius. & potiſſimum antiqua Meſſalia, & Breuiaria Eccleſiæ Mediolan. Orationes, Pręfationem in Miſſa eius recitari ſolitas habes loco citato, apud Papebrochium.

Hymnus.

Ex antiquo Breuiario Eccleſiæ Mediolan.

C

Felix felies Prǽſule, Ambroſij Eccleſia
Confeſſoris eximij, Galdini die præconia.
Almi tui Pontificis feſtiuum natalitium
Concelebra ſolemniter, vrbs Mediolanenſium.
Cuius ſancta ſunt opera, excellens ſanctimonia,
Fides, ſpes, atq. Charitas, cum ingenti conſtantia
Prædicator egregius, hic verbi ſemen ſeminat.
Vt fornax vaſa figuli, quem Dominus examinat
Hic Corpus ſuum macerat, vacans orationibus,
Ieiunijs, vigilijs, & genuflectionibus.
Galdinus fuit Pontifex, benignus, mitis, humilis,
Hic, & virtutum artifex, pius, prudens affabilis:
D *Hic honeſtatis ſpeculum, iuſtitia mirabilis,*
In tribulatione gaudens, conſtans, fortis, & ſtabilis.
Cum multa patientia hic, & miſericordia.
Migrat ad Cęli gaudia beatus nunc per omnia.

19. *Ili ſant Ritus Altaris*. Sechiel. 43.



M. *Hermanus* ex Subdiacono, & Notario Apoſtolico cum Procancellarij munere creatus Presb. Card. tit. *S. Suſannæ ad duas domos*, ab Alex. III. anno Sal. 1164. cum eodem Alexandro ſubſcribit, anno Sal. 1166. pro Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem. Ante Cardinalatum, vicer ſubijt Procancellarij Vltra Annum 1171. vitam minime protraxit; quia hoc anno in titulum Presb. Card. *S. Suſannæ* aſſumitur Petrus Bonus de quo infra *n.* 16. in M.S. apud Carmelitar Diſcalceatos Venetiarum, legitur commentarium ſcripſiſſe ſuper *Romanas rubricas*.

20. *In gladio, in fame, in peſte viſitabo gentem illam*. Hier. 27.



THeodinus Monachus Caſſinas, & in Abbatiam, Abbatis Raynaldi ſucceſſor, propter eximias dotes à Monachis ſibi præfectus eodemq. anno ab Alex. III. Cardinalis dictur tit. S... ſeptem menſium ſpatio, quibus ſacrum ſodalitium rexit, magna prædiorum parte, ad oppidum Fregellarum recuperata, neq. paruam ſibi laudem, neq. parum Monaſterio emolumenti, tantillo tempore comparauit. Exſtinctus eſt peſtilentiæ morbo, dirum in modum tota Italia debacchante, ſepultur in Monaſterio Caſſineuſi, ſucceſſorem habuit *Egidium Venuſinum* qui anno adminiſtrationis tertio propter iniuriam, & neglectum ſacri inſtituti deponitur. *Scipio in elogijs Abbatum Caſſinen. Ciaconius*.

21. *Et dixit dauid ad Nathan: Peccaui Domino: dixitque Nathan ad Dauid. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*. 2. Reg. 12.



THeodinus, vel Theodicinus, patria Nurſinus ex Familia de Attir (*teſte Iacobillo in Chron. Narſino, & Annal. Vmbriæ*) vel de *Arrone*, vt apud Baronium Anno 1177. profeſſione monachus S. Benedicti de Padolione, extra Mantuam, ex *Arnoldo Vuion de ligno Vitæ lib.* 2. alius à Theodino Abbate Caſſino ſupradicto, presbyter Car. S. *Vitalis tit. Veſtinæ*, ab Alex. 3. promotus anno Sal. 1164. cum eo ſubſcribit ad Priorem Carthuſiæ anno 1166. *to.* 10. *Concil. p.* 1386: ad Abbatiſſam Sancti Victorini, anno Sal. 1168. apud Vghellum, *to.* 8. *p.* 187. & Homodeum Abbatem S. Reparatæ, *to.* 2. *p.* 521. ibidem, anno 1170. ad Abbatem S. Laurentij *p.* 895. & anno 1179. ad Iacobum Abbatem S. Mariæ Morimundi *to.* 4. *p.* 207. Legarus poſtea ab eodem Alexandro in Angliam cum Alberto P. C. tit. S. Laurentij in Lucina, vt Regem abſolueret pænitentem, à culpa necis illatę Diuo Thomæ Cantuarienſi, eidemq. pænitentiam iniungeret ſalutarem, ſi reum iudicaſſent. Rex cognito horum aduentu, dimiſſis protinus cæteris Regni negotijs, ex Hibernia in Northmanniam nauigauit. Apud Gornam die martis, ante Rogationes occurrerunt ſibi in eſculo pacis. Die craſtina, Sauiniacum venère, vbi Archiep. Rothomagenſis cum Epiſcopis, & Proceribus conuenerant, ſed in caſſum renuente Rege abſolutè iurare mandata Legarorum. Acquieuit tandem, iurauitq: ſu-
A per SS. Euangelia, ſe neq: mandaſſe, neq: voluiſſe, vt S. Thomas occideretur: occaſionem tamen interfectoribus præbuiſſe) querelis ſuis ſæpę, & palam cum iracundia repetitis propterea in expiationem reatus, libentiſſimè promittere ſe, iuxta Legatorum mandata, ducentos milites in Terram Sanctam ſumptibus ſuis, miſſurum, & per annum habiturum; Crucem vſq: ad triennium ſuſcepturum. Prauas conſuetudines in diebus ſuis introductas abrogaturum; antiquas verò ex Conſilio Religioſorum, & Papæ mandato temperaturum, Ablata omnia Eccleſię Cantuar. reſtituturum: Appellationes ad S. Sedem liberè permiſſurum. Henricus filius eius iurauit, ſi
B pater aliqua cauſa impedilus pęnitentiam non compleret; filius perficeret, Dixit inſuper Rex ipſe Legatis. *Ecce Corpus meum eſt in manu veſtra, ſcitote pro certo, quod quidquid iuſſeritis paratus ſum obtemperare.* Et ne quid perfectę pænitentiæ deeſſet, prompto animo annuit, extra portam Eccleſiæ deduci ibiq. flexis genibus, non tamen exutis veſtibus, neq: verberibus appoſitis abſolutus eſt, & in Eccleſiam introductus, velut alter dauid à Nathan Propheta, vt in ſymbolo à nobis poſito. Hęc ex Legatorum relatione in Codice Vaticano, teſte Baronio; cui concordant eorumdem Legatorum literę ad Archiep. Rauennæ *to.* 10. *Concil. p.* 1459. *Anno* 1172. Habito poſtea apud
C Abrincas Concilio, in quo acta omnia confirmauit, pluribuſq: decretis, quæ habes *to.* 10. *miliorū p.* 1460. Eccl. illuſtrauit Northonannam, diſciplina reſtituta Eccleſiaſtica. Expiata tandem Cantuarienſi Eccleſia ob necem S. Thomæ polluta, ad Alexandrum Theodinus redijt, cuius laborum comes perpetuus, Venetijs cum eo ſtans diplomati ſubſcripſit ad Opizzonem Abbatem S. Marie in Organo, Anno 1177. & ad Abbatem de Nouo Portu, *to.* 1. *Vghel. p.* 377. mediator pacis inter Papam, & Fridericum Imperatorem abſoluit fęliciter, & cum eo adfuir Venetijs, vbi Papam Ænobarbus adorauit. Anno 1178. in Epiſcopum Cardinalem *Portuenſem* & *S. Ruffinæ* pro-
D motus ab eodem Alex. III. cum ęo ſubſcripſit ad Canonicos Eſculanos An. 1174. *to.* 1. *Vghel. p.* 512. ſed error in anno (quia anno 1174. Theodinus non erat Epiſcopus Portuenſis. Anno 1180. teſte Bozono, ſubſcribit ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum. Ad Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 2206. Ad Ep. Monopolitanum, *to.* 1. *Vghel. p.* 1046. Hoc titulo adfuit creationi Lucij III. cum quo ſubſcripſit ad Petrum Signinum, Anno 1182. *to.* 2. *p.* 1068. Ad Ep. Iſernienſem *to.* 6. *p.* 499. Ad Ep. Rauellenſem, *to.* 9. *p.*

to.9.p.926. Ad Archiep. Florent. Anno 1183. *to.3.p.*
133. & ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum
apud Bozonum ; deinde in Veronenſi Concilio ,
anno 1183. ſuaſit Lucio Pontifici, ne ad interceſſio-
nem Imperatoris , Sciſmaticos ab Antipapis ordi-
natos permitteret in gradibus perſeuerare vſurpa-
tis. Cum eodem Lucio ſubſcripſit ad Ep. Veronen.
An. 1184. *to.5.p.750.* & ad Abbatem de Calauena,
Anno 1185. *to.5.p.754.Vghel.* Adſuit tandem comi-
tijs Vrbani III. cum quo ſubſcripſit ad Præpoſitum
S. Mariæ Spoletanæ, Anno 1185. 3. Kal. Martij, *to.1.*
Vghel.p.444. Ad Ep. Bellunenſem. 15. Kal. Nouemb.
1185. Anno ſequenti moritur, & Veronæ ſepelitur.
in Eccleſia S. Georgij in Braida, prope portam eiuſ-
dem ciuitatis, teſte Onuphrio Panuinio *de Antiqui-*
tat. Veronen. lib.7.p.186.



22. P*Etrus* Veronæ (Ciuitas hæc
Regia Longobardorum)
natus Familia *Bonus*, profeſſione
Canonicus Regularis Rhena-
nus, vt habent monumenta Ca-
nonicorum Regularium S. Ma-
riæ de Rheno ; & Io: Bapt. Si-
gnius, de ordine, ac ſtatu Cano- B
nico. *l.2.c.8.* Presbyter Cardi-
nalis *tit. S. Suſannæ* , promotus ab Alexandro III.
ante annum ſalutis 1177. quia hoc anno deputatus
legitur cum alij Cardinalibus ad comitia pacis in
eundæ, Venetijs inter Papam & Fridericum Impe-
ratorem, *Anno Sal. 1177. apud Baronium*. Diuerſus
iſte à Petro Diacono Cardinali *S. Mariæ in Aquiro*
qui cum Manfredo, vel Marcello Diacono. Card.
S. Georgij legatus fuit ab Alexandro III. ad Vuillel-
mum Regem Siciliæ, Anno 1167. teſte *Baronio*, et de-
dimus in Petro Bononienſi Diacono Cardinali *S.*
Mariæ in Aquiro. Subſcribit Petrus Veronenſis Presb.
Card. *tit. S. Suſannæ* , vnà cum Alexandro III. pro
Monachis S. Mariæ in Organo, teſte Baronio, anno
Sal. 1177. Eius effigiem penicillo expoſitam in pa-
pyro ſeruat Bibliotheca Corneliana Piſcopia Vene-
tijs dicta; neceſſitudinis forſan argumentum, quæ in-
tercedebat inter hunc Cardinalem, & Nobiles Pa-
tritios illius familiæ.

Interfuit ſub Lucio III. abſolutioni Vuillelmi
Regis Scotiæ, teſte *Rogerio Houed.* Adſuit cum Vrba-
no III. anno Sal. 1186. Veronæ, vt ex ſchedula quæ
in Archiuio Eccleſiæ Veronenſis ſeruatur tenoris
ſequentis.

In nomin, Domini Amen. Anno Domini 1186. ind.4.
die dominico 29. Iunij, die feſto SS. Apoſtolorum Petri, &
Pauli in Eccleſia S. Petri in Arce, in preſentia D. Henrici
Albanenſis, & D. Pauli Praneſtini Ep. Card. D. Petri de Ve-
rona, Mag. Laborantis M. Pandulphi D. Adelardi. M. Albi-
ni, M. Melioris, Presb. Cardinalium, D. Hiacintho , D.
Gratiani, D. Bobonis, D. Octauiani M. Soffredi, M. Ro-
landi , M. Rodulphi Diaconorum Cardinalium S. R. E.
Vrbani Papa III: & Riprandi Veron. Ep. D. Vrbanus PP.
cantauit Miſſam ad maius altare dicta Eccleſia, & precepit
D. Albanenſi Ep. Henrico, vt vice ſua predicaret, & remiſ-
ſionem generalem populo faceret, qui omnia fecit. Conſe-
crauit idem Vrbanus anno 1186. Eccleſiam S. Iulia-
ni *de Lepida*, ſeu *Lepia* in Veronenſi diſtrictu, præ-
ſente, & cooperante *Petro de Bona Presb. Card. tit. S.*
Suſanna, vt ex apud Vghellium *to.5. p. 760.*
Moriens *paramanta maximè inſignia* reliquit Canoni-
cis Regularibus ſupradictis Rhenanis, teſte *Signio*.
Eius memoria in diplomate Alex. III. ad Ruſticum
Abbatem S. Mariæ, de Nouo Portu, *to. 1. Vghel. p.*
177. Anno Sal. 1170. & anno 1171. ad Iacobum Ab-
batem S. Mariæ Morimundi, *to.4.p.206.* ad Abba-
tem S. Geruntij. *to.2.p.895.* Anno 1170. & anno
A 1177. ad Abbatem de Nouo portu, *to.1.p.377.* ad
Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, Anno 1180.
cum Alex. III. & anno 1183. cum Lucio III., apud
Bozonum. Ad Canonicos Ianuen. *to.4. Vghel. p.1906.*
Ad Archiep. Floren. anno 1183. *to. 3. Vghel. p.133.*
Cum Vrbano III. ſubſcripſit ad Archiep. Mediol. *to.*
4.p.236. Ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum,
teſte *Bozzono*.

23. *Timebunt me audientes Reges horrendi : in*
multitudine videbor bonus, & in bello
fortis. Sap. 8.



PEtrus (teſte *Rogerio Houed.*)
Eccleſiæ Meldenſis quon-
dam electus: & quamuis in ta-
bulario Meldenſis Eccleſiæ, nul-
la extet de Petri electione men-
tio, cum poſt Stephanum, qui
obijt anno 1187. Simon ſubijcia-
tur; conſtat tamen ex *Ep. 8. lib.7.*
Petri Cellenſis, duos alios ante Si-
monem electos fuiſſe Epiſcopos. In Cardinalem
Presbyterum *tit. S. Chryſogoni* promotus ab Alexan-
C dro III. Anno Sal. 1173. legatus in Angliam vt in-
ter Henricum II. Angliæ Regem, & Ricchardum
eius filium, bello diſſentientes ciuili, ob nuptias
filiæ Regis Francorum, quam Ricchardus vxorem
poſtulabat; pacem reſtitueret, abijt, coactiſq; Re-
gni comitijs, filium feliciter patri ſubiectum, atq;
deuotum reconciliauit. Aliam Legationem ſubijt
contra Hæreticos Agennenſes; tertiam contra Al-
bingenſes in Tholoſa Prouincia, qui ſe *bonos homi-*
nes appellabant. Collegas habuit in hac legatione,
Archiepiſcopos Bituricenſem, & Narbonenſem, &
Reginaldum Barthonienſem, & Ioannem Patauien-
ſem Epiſcopos, & Henricum Clarauallenſem Abba-
D tem. Adiunctus eſt eis à Regibus Franciæ, & Gal-
liæ, Raymundus comes Tholoſanus V.C. de Turrena,
& Raymundus de caſtro Nouo, vt Cardinalem adiu-
uarent in manu forti; Arriana namq; hæreſis, te-
ſte Rogerio in annalibus, reuixerat. Tholoſam itaq;
cum veniſſent, Caſtellanum quemdam prædiuitem
quæſtione facta, cum hæreticum inueniſſent, con-
demnauerunt; pœnitentem flagellis cæſum per vi-
cos, & plateas Hieroſolimam miſerunt, æquatis ſo-
lo turribus eius, ad terrorem hæreticorum, quorum

plurimi, vt pęnam ęffugerent, indulgentiam deprecabanrur. Tantæ Legarionis fructus nullus, vel minimus, præcipuè cum Albienſibus quamuis omnem lapidem Legarus moueret, vt errores repelleret, & errantes in viam ſaluris retraherer. Res ab eo geſtas habes in declararione Henrici Abbaris Clarauallenſis, eriam apud Baronium Anno 1178. Cum eodem Henrico eoneordat encylica per orbem miſſa ab eodem Petro Cardinali Legaro, de obſtinarione, & erroribus hęrerieornm; quam pariter legere eſt in eodem Baronio. Legatio nouiſſima fuir ad Philippum, qui mortuo parre Ludouico, in Gallijs regnabar, hunc eum Anglorum Rege, fędere iunxit A perpetuo. *Rogerſus*.

Ad hunc Cardinalem epiſtolam ſeripſir elegantem Stephanus Tornaeenſis *n.61*.

Petro S. Chryſogoni Presb. Cardinali.

Iucundum mihi fateor ſpectaculum prabet recordatio veſtra dum quaſi per gradum canticum aſcendentem ſuſpicio; dum à minoribus ad maiora Petrum noſtrum hinc virtutes ſibi rapiunt, hinc honores. Gratia gratiam inuocat, gloria gloriam: vt cortina cortinam trahit, & iam plenè licet omnibus, qui in Domo Domini ſunt, quoniam deplenitudine ſua vobis gratiam, & gloriam dedit Deus. Hac ſunt, qua amicorum veſtrorum exhilarent faciem in oleo corda letificant, & confirmant. Huius feſti me participem gratulor, huius gloria me conſortem. Nàm etſi inter veſtros modicum locum obtineam, ſed non modicum tanta dilectionis ſimul & vindicationis vẽdico mihi fructum. Amplector ſcolarem, proſequor Arehidiaconum, deoſculor Abbatem; aſſurgo Epiſcopo, reuereor Cardinalem, his gradatim aſcendentibus, & ſibi accedentibus, potius quàm ſuccedentibus articulis, arrident honores moribus, mores honoribus coexultant: viuat in alijs illud vulgare prouerbium: honores mutant mores. In vobis tantum id precor, obtineat, vt ſi mutent, aut moueant, eam motus ſpeciem, qua augumentum dicitur, non excludant. Interim, Pater immolo pro vobis qualis poſſum hoſtias precum, columbas gemituum, vitulos labiorum. Confido qum, quem dilexiſtis priuatus, non dediligetis promotus. Me ipſum ſi placet, in holocauſtum obſequij veſtri, ſuſcipite, quem ad libitum veſtrum fortis, vt mors dilectio, mater & flammam charitatis accendat.

Eius memoria in lireris Alex. III. ad Abbarem Sancti Simpliciani. Anno 1178. *to.* 4. *Vghel. p.* 168. ad Abbarem Morimundi. anno 1179. *to.* 4. *p.* 207. Vlrra ſubſcripſiſſe non legirur, vndè ſub Alexandro III. viræ poſuiſſe terminum Frizonius arguit in *Gallia Purpurata*, eiq; Inſignia apponit Meldenſia, ſcurum ſcilicet cum candelabro aureo, in primo & quarto lareculo; in ſecundo, & rertio, cum aureo Lilio.

24\. *Auarus non implebitur pecunia: qui amat diuitias, fructum ex eis non capiet.* Eecleſ. 5.



VIbianus Thomaſius (quem Rogerjus Houed. dicir M. Vibianum) Presbyrer Card. *tit. S. Stephani in Monte Calio* promorus ab Alexandro III. Anno 1173. ex Arehidiacono Vrbeuetano, & aduocaro Ecclesiæ Romanę. Legarus inde cum Graziano Eugenij III. nepore, in Angliam, Scoriam, & Hiberniam, præcipuè, vt Anglorum Regem S. Thomæ Cantuarienſi recounciliaret; euius legarionis hæc habes in epiſtola Ioannis Saresberienſis, ad Ep. Pictauienſem *Delegit Alexander viros praſtantiſſimos, integerrimos, atq; doctrina praſtantes, quos audiſti, Gratianum videlicet nepotem Eugenij Pontificis laudatiſſimi: & Viuianum, aduocatione Romana Eccleſię benè adminiſtrata conſpicuum.* Dedit eis in mandatis (Ex Codice Varieano Baronius An. *1169.* cumquo concordat Io: Saresberien. ep. 5.) ſub Sacramento, vt præfinitos rerminos non excederent, à Regis ſumpribus abſtinerent, niſi pace Eecleſia B imperrara. Et nè vltra diem, qui eis preſtitutus eit, aliquam faeerent moram. Primus Nunriorum cum Rege congreſſus, in Northmannia, die D. Barthomeo ſaera. Requiſiti Excommunieatos abſoluere cum recuſarent; grauirer Rex commotus, quòd à Papa nunquam exaudiretur minaeiter addidit.

Per oculos Dei, ego aliud faciam: Cui Gratianus, *Domine noli minari: Nos enim nullas minas timemus, quia de tali Curia ſumus, qua conſuenit imperare Regibus & Imperatoribus.* Rurſus eum conueniſſent; paeem offerrenti Regi *ſalua ſui Regni dignitate*, Nunrij verò æquè reponerent, *ſalua Eccleſia libertate*; nouos, opus fuir, Legaros mirrere ad Alexandrum, ſed in caſſum C nam finiro tempore Legarionis alrer Legarorum, Grarianus receſſir; remanenre Vibiano nouà ſpe pacis lactarus à Rege, qui nihil frandis in Rege larere cogirans, tanquàm de pace ſecurus congratulabatur amicis præcipuè ipſi Thomę Canruarienſi, vt ex *ep. 4. & 9. ad Thomam Archiep. Cantuar. in Cod. Vatic.* teſte *Baronio*. Cum aurem deluſus à Rege, rechnas aulicorum eognouit, Regem ipſum fortirer increpare non formidauir, eius munera, & aurum reſpuere, imò datis lirteris aeriter redarguir, quas habes n. 62. eiraro Codice Vaticano.

Sereniſs. D. Henrico Dei gratia Anglorum Regi, magiſter Viuianus S. R. E. Aduocatus ſalutem, & ſalubri D *conſilio acquieſcere.*

Quantum pro honore veſtro laborauerim, quantam diligentiam adhibuerim, vt ad gloriam Dei, & veſtram pacem cum Eccleſia faceretis: nouit Deus, & prudentia veſtra ignorare non debet. Nam tantum pro vobis inſtiti, quòd multorum, & magnorum amiſi gratiam, & fabule factus ſum detractorum. Vndè miror, quòd me, quem in veſtra vtilitate & honore voluiſtis audire, quaſi pecunia corruptum reddere voluiſtis infamem. Sed quia obſequijs vos cepi colere, & ab amicis nec facile recedere conſueui; pra-

cor,

cor, & modis omnibus conſulo, vt redeatis ad Cor, & petitionem, quam vobis ſcriptam miſit D. Cantuarienſis, charta veſtra confirmetis, hoc adiecto, vt eum recipiatis in oſculo pacis, eiq; mittatis, & reuocetis ipſum, antequàm Terra veſtra ſubyciatur interdicto, & illi feriantur anathemate, quorum nomina in libro damnationis eorum concepta ſunt: nam & plurimi ſunt, & vobis pernecеſſary, & tempus breue eſt. Ex his lucet, auro tantum Viuianum tentatũ fuiſſe non tamen corruptũ, immò contra Regem verbis quaſi verbera addidiſſe, vt ad concordiam retraheret. Et hic finis quem Legationi ſuæ Viuianus impoſuit non adhuc Cardinalis; nam in omnibus ſupradictis, *Magiſter Viuianus* dicitur, nul- A lo adiecto titulo. Eodem modo appellantur abſq; vllo Cardinalatus titulo, ab Alexandro III. *to.* 10. *Concil. p.* 1108. *in ep.* 25. *ad Thomam Cantuarien. Dilectos filios noſtros Gratianum ſubdiaconum, & notarium noſtrum, virum honeſtum, & literatum, quem ob memoriam S. recordationis; patris, & prædeceſſoris noſtri Eugenij Papæ, & intuitu ſinceriſſimæ fidei, & obſequy ſui carum omnimodis acceptumq; tenemus, & Magiſtrum Viuianum, quem ob antiquam familiaritatem, prudentiam, & literaturam eius, ſincero cordis affectu diligimus, ad præfatum Regem duximus deſtinandos.* Idem habes in *ep.* 26. *ib.* Romam reuerſus in Presbyterum Cardinalem *tit. S. Stephani in monte Cælio*, Anno 1171. te- B ſte Ciaconio, & Panuinio, in tertia Cardinalium creatione promotus fuit, Anno verò 1176. ab eodem Alexandro tertio R. P. Legatus in Scotiam, (teſte Rogerio, ægre à Rege receptus plura compoſuit; inde anno ſequenti tranſijt in Hiberniam, vbi & fæliciter Legatione functus Romam redijt, & comitijs adſuit, in quibus Alexandro III. defuncto ſucceſſor datus eſt Lucius III. à quo tertio in Hiberniam Legatus, dum ſecus mare, recreationis ergo deambulat, à militibus Ioaonis de Curci captus vincula ſubijt, quamuis eiuſdem Ducis iuſſu illicò dimiſſus fuerit. Hibernica Legatione peracta, transfretauit in Scotiam, & Concilium apud Caſellum Puel- C larum celebrauit, Anno Sal. 1183. in quo à Pontificalibus ſuſpendit Epiſcopum Caſæ Candidæ, oomine *Chriſtianum*, Concilio adeſſe renuentem. *Verum cum in Eccleſys barbaræ ſimplicitati, liberius agere morem vellet Romanum: denuntiantibus Præfectis Regys, vt vel abſcederet, vel ſecum militaret, auro Hibernico, quod multum ſitierat, minus onuſtus, in Scotiam remeauit.* teſte Guillelmo Neubrigenſi *lib.* 3. *Rer. Anglic. cap.* 9. & *to.* 10. *Concil. p.* 1739. ſic infami auri cupiditate infamatus Romam redijt. Ad hunc Vibianum epiſtolam de *Appellatoinibus* ſcripſit; & aliam *contra ſabbellianos* M. Laborans Diac. Card. S. Mariæ io Porticu. Eius memoria in diplomate Alexandri III. ad Magi- D ſtrum militiæ S. Iacobi, Anno 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1382. ad Abbatem Morimundi, Anno 1179. *to.* 4. *Vghel. p.* 207. ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, Anno 1180. cum Alexandro III. & Anno 1183. cum Lucio III. apud *Bozzonum* ad Ep. Monopolitanum, anno 1280. *to.* 1. *Vghel. p.* 1046. Arch. Iſcen. *to.* 2. *p.* 1072. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1206. Petro Signino, Anno 1182. *to.* 2. *p.* 1062. Ep. Rauellen. *to.* 9. *p.* 926. Ep. *Iſernien. to.* 6. *p.* 499. Patriarchæ Gradenſi, *to.* 5. *p.* 1206.

Vltra hoc tempus cum non inuenerim ſubſcripſiſſe Vibianum, obijſſe creditur aureo onuſtus, non bona fama.

25. *Miſit Ioſaphat Sacerdotes & Leuitas; docebantq: populum in Iuda, habentes librum legis Domini. & circuibant unctas vrbes Iuda, atq: erudiebant populum.* 2. Paralip. 17.



PEtrus Presb. Card. *tit. S. Sabinæ* ob virtutis meritum, & ſacræ eruditionis nomen promotus ab Alex III. teſte Ciaconio, Anno Sal. 1173. & ab eodem Legatus contra Hæreticos Albigenſes, qui tunc temporis apud Toloſam, Aquitaniam vexabant vt doctrina ſua eos veritatem edoceret Sacramenti Euchariſtici, Matrimonij, aliorumq; ſacramentorum, in quibus Nouatores iſti ab Eccleſia Catholica longè aberrabant; abijt cum alijs viris doctiſſimis, ſed parum profecit teſte *Sigiberto*. Eius memoria in diplomate Alex. III. ad Magiſtrum militiæ S. Iacobi, anno 1175. *to.* 10. *Concil.* B *p.* 1382. Veruntameo cum in Albigenſes hæreticos vnus Petrus Cardinalis legatus fuerit ab Alexandro III. de quo ſupra habes *n.* 17. is coincidere videtur cum Petro Presb. Card. *S. Chryſogoni*; niſi dicamus, quòd cum iſti duo Petri ſegg regentur in titulo Cardinali, vnus enim presb. Card. *S. Sabinæ*; alter *S. Chryſogoni*; is in hæreticos Tholoſanos; ille in Albigenſes fuerit directus; ſed adhuc repugoat Henricus Abbas Claræuallenſis, qui in ſua declamatione eundem exponit Legatum tam in Tholoſanos, quàm in Albigenſes.

C 26. LAmbertus Cribellus Mediolanenſis ex Archidiacono Mediolanẽſe Epiſcopus Vercelleoſis, deinde presbyter Cardinalis *tit. S.*....ab Alexandro III. promotus anno Sal. 1173. à Lucio autem tertio, Alexandri ſucceſſore Archiepiſcopus Mediolanenſis Monaſterium Bernatenſe condidit, magnis redditibus locupletauit, eiuſq; Præpoſiti creationem, geotis Cribellæ ſuffragijs fieri mandauit. Lege Bernardinum Corium *l.* 1. *Hiſtor. Mediolan.* Is ille Lambertus, qui ſub S. Galdino, Algiſioq: Archidiaconus, eorumdemq: conſors laborum, atq; vnus ex ijs præclaris viris, qui S. Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum extorrem ſeptennio ſecu- D ti ſunt, poſtq: eius glorioſum martyrium, ad propria hic cum ſe reduxerit, Epiſcopatu donatus eſt Vercellenſi, vt ſcribit *Vincentius Ferrerius in Tabulis Ep. Vercellenſium; Aurelius Corbelinus, Andreas Victorellus in addition. ad Ciaconium. Libellus ſucceſſorum S. Barnabæ* Reſiſtit porrò Vghellus *to.* 4. *Italia p.* 232. negans Lambertum Epiſcopum Vercellenſem fuiſſe pluribusq; coniecturis probat. Addit tamdem documentum à Puriſello tranſcriptum ex authentico monaſterij Monialium S. Mariæ in Vallis, intra fines

portæ Ticinenſis Mediolani, datum anno 1178. X. Kal. Maij, in quo Vbertus Cribellus ſubſcribit tanquàm Archidiaconus Eccleſiæ Mediolanenſis, preſente, & confirmante Algiſio Archiep. Mediolanenſi. Inter fuerunt Domini *Vbertus Cribellus ipſius Eccleſiæ Archidiaconus* &c. Ex quibus liquet anno Sal. 1173., minimè creatum fuiſſe Cardinalem ab Alex. III. cum anno 1178; Archidiaconum Mediolanenſem ſe ſubſcribat. Hinc idem Vghellus Vbertum hunc, vel Lambertum confundit cum Huberto Allucingolo, quem Ciaconius vt diuerſum recenſet ſub Lucio III. Cardinalem *S. Laurentij in Damaſo*; ea ratione, quòd Lãbertus iſte nullibi reperiatur ſubſcriptus in bul- A lis Alexandri III. Immò nec in primis diplomatibus Lucij III. inter Cardinales reperiatur, neq; inter Patres apud Ciaconium, qui creationi adſuere Lucij III. His motus Vghellus duos Vbertos confundit; quę nobis minùs validiora à Ciaconio non ſeiungunt; primo quia familia diſtincti *Cribellus* vnus; *Allucingolus* alter: Iſte *Lucenſis*, ille *Mediolanenſis*; Cribellus pro inſigni gẽtilitio *Cribellum* tenet: Allucingolus *Teſſeras nigras cum albis* intercifas. Reliqua de *Lamberto Cribello* vide in *Vrbano III.* nam Pontifex factus nomine Vrbani III.

27. GAlandus S. R. E. P. Cardinalis *tit. S.* ...... B ſecundum Oldoinum, ab Alex. III. promotus, legatuſq; ad Danos, circa annum Salutis, 1177. ſed falſo: quia licet ex Saxone Grãmatico *lib.* 14. Legatus abierit, palliumq: impoſuerit inuito Abſaloni Epiſcopo Rochildenſi, de titulo tamen Cardinalitio nil apud Saxonem legitur, neq: apud Baronium in corpore Hiſtoriæ, licet in indice rerum, appelletur Cardinalis.

28. HIldebertus Presb. Card. SS. XII. Apoſtolorum ſubſcribit cum Alexandro III. Diploma datum monaſterio S. Mariæ in Organo; Venetijs, Anno 1177. Oldoino teſte, qui ex conſuetu- C dine fallitur; cum apud Baronium *Hildebrandus* legatur Card. presb. *S.S. XII. Apoſtolorum* non Hildebertus, vt etiam apud Panuinium: & conicidat cum Hildebrando de quò ſub Lucio II. *n.* 4.



ROgerius Presb. Card. *tit. S. Euſebij* ex Monacho Caſſinenſi poſtea Archiep. Beneuẽtanus, ab Alex. III. promotus in quarta Cardinalium creatione (teſte Ciaconio, & Codice Caſſinẽſi M.S. litteris Longobardis) dedicationi adfuit templi S. Ma- D riæ, montis Virgiliaci, factæ die 11. Nouemb. Anno Sal. 1182. vt in *vita S. Gulielmi fundatoris Congregationis, Montis Virgiliaci.* Obijt ſub Lucio III. cuius creationi voluntariè non interfuit, ex *M.S. Codice Corneliano.* Inſignia habuit ſupra poſita, vt in dicto Codice.

CYnthius de Papa Romanus ex Diacono Card. *S. Hadriani*, ſub Hadriano IV. Presb. Card. *tit. S. Cęciliæ*, promotus anno Sal. 1178. ab Alex. III., teſte Ciaconio, & Panuinio, in quarta Cardinalium creatione. Vide ſub Hadriano IV. *n.* 29.

31. *Sapientiam amaui & exquiſiui a iuuentute mea, quęſiui ſponſam mihi aſſumere.* Sap. 8.



DArduinus, vel Ardus Canonicus Regularis Congregationi S. Fridiani Lucenſis morum innocentia, & diſciplinatum eruditione chariſſimus Opuſculum ſcripſit *de Deo Immortali*: & ad eum Hugo Eterianus Tuſcus librum direxit contra errores Græcorum, cuius libri auctorem ipſum Arduinum per errorem dixit Franciſcus Maria Turrigius, *de ſcriptorib. Cardinal.* ſeductus forſan errauit pro nomine aliud appoſito per Ciaconium dicentem. *Arduinus edidit aliumm opuſculum de Deo Immortali.* Fama virtutis euocatus ad Purpuram Presb. *tit. S. Crucis in Hieruſalem* ab Alexandro III. Anno 1178. teſte Ciaconio, & Panuinio, ſubſcribit cum eodem Alex. III. anno 1179. Archiep. Beneuen. *to.* 8. *Vghel. p.* 191, & anno 1180. 12. Kal. April. Caſotæ Abbatiſſæ S. Zachariæ Venetiarum teſte *Bozzono*, cuius autographũ adhuc videre eſt apud eaſdem Moniales, & ibi *Ardus* dicitur. Ad Canonicos Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1206.

Diuerſus fuit Arduinus iſte ab eo, qui ex Subdiacono S. R. E. electus fuit ab Alex. III. Epiſcopus Alexandrinus, teſte Baronio; quia is ſecundum Ciaconium, ex Regulari aſſumitur ad Cardinalatum, ille ex Subdiacono S. R. E. ad Epiſcopatum. Obijt Arduinus cum Alex. III. vel ſi cum Panuinio aſſeratur adfuiſſe creationi Lucij III. non longè poſt huius comitia, ſpiritum Deo reddidit, quia anno 1182. Presbyteratum Cardinalem S. Crucis in Hieruſalem reperitur poſſidere Albinus, vt in Diplomate Lucij III. ad Epiſc. Rauellenſem, *to.* 9. *Vghel. p.* 926. Idem fuerit cum Arduino Cardinali, qui adfuit Lucio III. abſoluenti Vuillelmum Regem Scotiæ, teſte Rogerio, Anno 1182.? dubium. Tres montes aggeratos huic Cardinali Oldoinus pinxit: ego verò M. S. Cornelio Crucem lineis inęqualibus circumſcriptam.

32. *Cumplurimis gentibus imperarem, & vniuerſum Orbem meę ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquàm abuti clementia magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos.* 13. Eſther. 2.




MAtthęus natu Andegauenſis, teſte *Rogerio in Annalibus* purpuram eum accepiſſet Tuſculi, An. 1178. menſe Decemb. Presbiteralem *tit. S. Marcelli*, alias *Lucinę ſecundę* dum quinto crearentur Cardinales, Anno ſequenti ſalutis 1179. cum eodem Alexandro III. ſubſcribit

ad

ad Archiep. Beneuentanum, *to. 8. p. 192*, quo in diplomate cum duo recurrant Matthæi, Presb. Card. *S. Marcelli* vnus; Diacon, Card. S. *Mariæ Nouæ* alter duo ſunt Matthæi, non vnus, Anno 1180. ſubſcribit ad Ep. Iſeenſem, *to. 2. Vghel. p. 1072.* Comitijs poſtea adſuit Lucij III. & cum eo ab excommunicatione abſoluit Vvillelmum Regem Scotię, Anno 1182. teſte Rogerio nec longè vitam protraxit.

33. *Quæcumq; ſunt abſcondita & improuiſa didici; omnium enim artifex docuit me Sapientia.* Sap. 7.



HErebertus de Boshan, alias Boſſenhanſudo, Saxo Anglus, ex pago Boshan, in comitatu ſouthſaxiæ; ſacræ Theologiæ Magiſter Oxonienſis, ingenio callidus, eloquio compoſitus Rhetor, & Philoſophus argutus, S. Thomę Archiepiſcopi Cantuarienſis Cancellarius, vitam eius deſcripſit, eiuſquè Martyrio interfuit; Diuini, humaniq; iuris conſultiſſimus, plura ingenij ſui monimenta conſcripſit, præcipuè. A

Epiſtolarum volumen
Defenſorium Animæ
Errorum Veterum Inuentores
De Peregrinationibus ſuis
De Geſtis S. Thomæ Archiep. Cantuar, preter ea quæ nobis incognita. Hereberti geſta habes apud Stephanum Langlonum Cardinalem *lib. 4. vitę S. Thomæ*. Merito itaq; non ſolum ſuæ virtutis, ſed in memoriam, & honorem S. Thomæ Cantuarienſis, Herebertus eius Cancellarius ad purpuram euocatur *tit. S.* ....., & à Lucio III, Epiſcopus Beneuentanus, teſtę Ciaconio, & Mario Vipera, in *Chron. Beneuen*, quos tamen ſolidè redarguit Vghellus *to. 8. Italię p. 192*. quia Lombardo Archiep. Beneuentano imediatè ſucceſſit Rogerius An. Sal. 1179. vnde gratis inter Archiep. Beneuentanos irrepſerit Herebertus.

34. *Mille Clypei pendent ex ea*, 4. Cantic.



GErardus Gallus merito virtutis; & conſtantiæ in propugnatione Euangelij, ob cuius gloriam neminem timuit, ex Eduenſis Eccleſiæ Archidiacono, Presb. Cardinal. *S. Stephani in Monte Cælio* ab Alexand. III. Anno Sal. 1173. teſtę Ciaconio, & Claudio Roberto, in *Gallia Chriſtiana in deſcriptione Epiſcoporum Eduenſium*: Frizonio in *Gallia purpurata*, diuerſus creditur à Gerardo Presb. C. S. Stephani ſub Eug. III. quia ſub Hadriano IV. is obijſſe dicitur, quia in ſciſmate Octauiani contra Alex. III. nullus reperitur huius nominis Cardinalis. Inſignia hic appoſita Eccleſiæ ſunt Eduenſis. D

35. *Produxit Deus* de humo *omne lignum pulchrum viſu: lignum etiam vitæ poſuit in medio Paradiſi, lignum ſcientię*. 2. Geneſ. 10.

VErarueriųs natione Luſitanus, humili ortus genere, ſed virtute ſublimis, de terra ſurgit



quemadmodũ Arbor Vitæ, quam Deus de luto & limo terrę produxit Presb. Card. *S. Clementis* diplomati ſubſcribit dato per Alexandrũ III. Alphonſo I. Luſitanię Regi, Anno Sal. 117 9. teſte *Antonio Vaſconcello in deſcriptione Regni Luſitaniæ*. Apud Antoniũ de Souſa in *Luſitania Liberata* appelatur *Viceranus*, non Verarueriųs. Hoc eodē Anno cum ſucceſſiſſe legatur Hugo Petri Leonis ex Diacono Cardinali in Presb. C. S. Clementis; obijſſe Verarueriųm, neceſſe eſt.

36. *Deus potentes non abijcit, quia & ipſe potens eſt!* Iob. 36.



PEtrus Vrſinus Romæ natus S. R. E. Cardinalis presb. tit. *S.* ... promotus ab Alex. III. An. Sal. 1181. eodem Anno Piſis moritur, ibidemq; ſepelitur, vt ex monumentis eiuſdem familiæ; & ex M. S. Archiuij Arcis S. Angeli accepit Dominicus Fedinus Canonicus S. Mariæ Maioris, apud Vghellum in *additionibus ad Ciaconium*. Sanſouinus, Iſtoria *della Caſa Orſina p.* 20. creatum dicit ab Vrbano III. Anno 1176. ſed per errorem; quia hoc Anno ſedebat Alexander III. non Vrbanus III. Veruntamen cum ſub Vrbano III, Anno 1186. reperiatur ſubſcribere Petrus Presb. Card. *tit. S. Silueſtri* ad Canonicos Piſanos, *to. 2. Vghel. p.* 485. non irrationabilis forſan opinio eſt Sanſouini, Vir potens opere & ſermone Romanos humiliauit in obſequium Pontificis. B

37. *Tulit de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles & conſtituit eos Principes*. 1. Deuter.

LEsbius Craſſus natu Bononienſis, ciuili ſanguine, Presb. Card. creatus ab Alexandro IIJ. C *tit. SS. Gabinij, & Suſannę* Anno Sal. 1177. ſi vera profert Sigonius, *lib. de Ep. Bonon*, huius namq; Cardinal. nulla mentio apud Ciaconium, vel Panuinium.



38. RObertus Presbyter C. *S. Pudentianæ tit. Paſtoris*, Anno 1170. 4. Non. April. ſubſcribit diplomati Alexandri IIJ. ad Allodetium Abbatem S. Geruntij, *to. 2. Vghel. p.* 895. An idem fuerit cũ Roberto Bulleno vel Puleij P. C. S... ſub Cęleſtino IV. n. 4. dubium.

39. IOannes Presb. Cardinalis *SS. Io. & Pauli*. tanquam promotus ab Alex. III. recenſetur ab Oldoino, quia ſubſcribit cum eodem Alex. III. ad Abbatem S. Simpliciani, Anno 1178. *to. 4. Vghel. p.* 167. nō aduertens eumdem eſſe, qui ſub Eugenio III. Propterea quando cum Alexandro IIJ. ſubſcribit ſeniorum occupat locum.

40. *In*

40. *In igne probatur aurum & argentum: homo vero in camino humiliationis.*
Ecli. 2.

IO: Preſb. Cardinalis *tit. S. Laurentij in Lucina* aſſumptus ab Alexandro IIJ. in locum Alberti P. C. *tit. S. Laurentij in Lucina*, qui *to.* 10. *Concil. p.* 1386. ſubſeripſit ad Priorem Carthuſiæ, Anno 1168. ſubſeripſit Ioannes cum eodem Alexandro III. ad Mag. militiæ S. Iacobi Anno 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1381. Vir eaſtus, ſimplex, & humilis. A

41. *Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini; non in manus hominum:*
Eccli. 2.

IOannes Presb. Card. non *SS. Io: & Pauli. tit. Pammachij* (vt ſcribit Oldoinus. ſed *S. Vitalis tit. Veſtinæ*, in locum Theodini, qui ſuit aſſumptus Ep. Card. *Portuenſis* ſubſcribit eum ſuo promotore, ad Abbatem S. Simplieiani, Anno Sal. 1178. *to.* 4. *Vghel. p.* 168. Sciſmaticorum corrector aſſiduus.

Diaconi Cardinales.

42. MAnſredus Diaconus Card. *S. Euſtachij, iuxta Templum Agrippæ* ſubſcribit cum Alexandro IIJ. Anno Sal. 1170. ad Abbatem S. Geruntij, *to.* 2. *p.* 895. apud Vghellum. An idem fuerit eum Manfredo D. C. S. Georgij in Velabro? affirmarem, & errorem erederem impreſſoris, atq: ſcribentis; quia Diaconiam Cardinalem S. Euſtachij poſſidebat Hugo, vt ſupra videre eſt, n. 32. eodem tempore. B

43. *Opus Iuſtitię Pax.* Iſai. 32.



MAnfredus Diac. Card. *S. Georgij in Velabro*. antea Monachus Benectinus (vt notauit Vgbellus ex vetuſto Calendario Montis Caſſini, in quò defunctorum monachorum nomina olim adnotabantur; ita etiam Arnoldus *Vuion lib.* 2. *Ligni Vitæ*, C in Mantuano edueatus Cænobio; Patria Senenſis adiungit Oldoinns, ſed nullo fundamẽto, ex comitibus Tentonarijs, Mõtenerij, Caſtilionij & S. Reſtitutę Vallis Vreiæ; obſeruãtia clauſtralis diſciplinę clarus, vocatur ad purpuram ab Alexãdro III. Anuo Sal. 1163. & eum eo ſubſcribit, ad Homodeum Abbatem S. Reparatæ, anno 1168. *to.* 2. *Vghel. p.* 421. Inde presb. Card. *tit. S. Cęciliæ* promotus Anno Sal. teſte Panuinio, poſtea ex Presb. Cardinali Epiſcopus *Praneſtinus* ſubſcibit cum eodem Alexandro III. ad Mag. militiæ S. Iaeobi, Anno 1175. *to.* 10. *Concil. p.* 1382. & ad Abbatem de Nouo Portu, Anno 1177. *to.* 1. *Vghel. p.* 477. pro monaſterio S. D Mariæ in Organo, apud Baronium Venetijs, ibiq; mediator pacis inter Friderieum Ænobarbum, & Alexandrum III., pęnitenti adſuit Imperatori, & reducem Pontificem Romam eomitatus eſt. Legatus eum abijſſet ad Guillelmum Sicilię Regem vnà cum Petro Card. *S. Mariæ in Aquiro*, vt ſuppetias impetraret eontra Ænobarbum, gratias egit de pecunia ſubmiſſa, & fædus confirmauit vnà cum Petro Card. D. S. Mariæ in Aquiro, priuſquam Roma Alexander ſecederet. Romam reuerſus, ibiq: diem clauſit extremum, eodem Anno 1177. vt notatur in Menologio Caſſinenſi apud Baronium. Morienti adfuit Romualdus Salernitanus, teſtis munerum quæ piè Caſſinenſibus legauit.

Scripſit Manfredus plura opuſcula præcipuè *De bono Pacis ad Fridericum Imperatorem*, ex M. S. Corneliano Venetijs.

44. *Dedicauerant templum Domini Rex & filij Iſrael.*
3. Reg. 8.



THeobaldus natu Gallus; Monachus Benedictinus ex Frizonio: ex Roberto verò de monte, ſcriptore illius æui *in appendice ad Chronicon Sigiberti* Ciſtereienſis, ex Ciaeonio verò Cluniaeenſis Prior Monaſterij SS. Criſpi, & Criſpiniani, poſtea Abbas, inde S. Baſoli Diœceſis Rhemenſis Archimandita annum vnum, neq: integrum, poſtea Flauiaeenſis, ex quo gradum fecit ad S. Lueiani Bellouacenſis Cęnobium: tandem XV. Abbas Cluniacenſis, cui electo ſcribit Petrus Cellenſis. *Profecto amodo tot moles ſupportabitis quot Monachorum curam recipietis. Mihi autem & fideli, & amico veſtro gaudium, & exultatio, quod tantum amicum in tam excellentiori loco merui videre ſublimatum, nam & ipſe ſeruus, & filius ſum Cluniacenſis Eccleſiæ.* Succeſſit Anno 1179., Guillelmo viro Sanctiſſimo, teſte Frizonio.

Anno 1181. ſeeundum Ciaeonium, & biennio poſt Cardinalis creatus à Lucio III. non eum Frizonio ab Alexandro III. *tit. S. Crucis in Hieruſalem*, quia anno 1178. & Anno 1180. viuebat Arduinus Presb. Card. tit. S. Crueis in Hieruſalem vt ſupra dedimus *n.* 31. Immò poſt Arduinum, Presbyterium Cardinalitium S. Crueis in Hieruſalem tenuit Albinus de quo lege ſupra *n.* 32. Anno poſtea 1184. Veronæ, feria V. Cinerum, Epiſeopus dictus *Oſtienſis, & Veliternus* teſte *Panuinio* & ex antiquo Chronieo Cluniaeenſe tranſcripſit Robertus de Torignij *in appendice ad Sigibertum*; ibidem cum Lucio III. eodem An. Sal. 1184. ſubſeripſit tanquam Ep. Card. Oſtien. ad Ep. Veronen. *to.* 5. *Vghel. p.* 750. ad Bellucenſem, Anno 1185. *to.* 5. *eodem p.* 184. ad Canonicos Spoletanos *to.* 1. *p.* 444. Cnm Vrbano III. quem in Papam elegit, Eccleſiam conſecrauit S. Iuliani de Lepida,
Vero-

Digitized by Google

Veronæ Anno 1186. *to.* 5. *p.* 760. ſubſcripſit ad Canonicos Ferrarien. *to.* 2. *p.* 575.

Legatus ad Germanos Eccleſiam conſecrauit S. Crucis de Auſtria ordinis Ciſtercienſis, vt in Chronico *Matthæi Morenſis Pappenhaim*. Promouit etiam Gregorium VIII. cum quo ſubſcripſit ad Archiep. Mediolan. Anno 1187. *to.* 4. *Vghel. p.* 1211. Vita exceſſit pridie Nouemb. 1188. non in Cluniacenſi Cœnobio, vt refert Arnoldus Vvion, ſed Romę, ſepultus in naui Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi, donatus hoc epitaphio.

Hic requieſcit Dominus Theobaldus Epiſcopus Oſtienſis

Nec confundendus, aduertit Frizonius, Theobaldus iſte cum Theobaldo Synchrono eiuſdem ordinis, & Priore S. Martini Ordinis Cluniacenſis, poſtea Epiſcopo Pariſienſi cui ſermones componebat Petrus Cellenſis *lib.* 1. *ep.* 21.

45. *Nonne qui oderunt te Domine aderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam*. 5. Pſal. 38.



GVillelmus ad Albas manus, è Regio ſanguine natus Theobaldi V. Comitis Campanię, & Bleſenſium cognomento magni, & Maaldę filię Balduini cognomine Boni Flandriæ Comitis quartus filius. Fuere ei quinq. fratres germani, & quinque ſorores. E numero fratrum, Hugo Abbas Ciſterciẽſis; Henricus Largus Cãpaniæ Comes. Stephanus Carthuſianus. E numero ſororum Alix vxor Ludouici Iunioris Regis. Auunculus etiam Regis Philippi Pulchri, natalium ſplendorem gloria auxit rerum pręclarè geſtarum.

Carnotenſis Antiſtes LVI. electus poſt Robertum, Anno Sal. 1164. ſucceſſores habuit in Epiſcopatu Ioannem Saresberienſem Anglum, & Petrum Abbatem Cellenſem. Senonenſis poſtea Archiepiſcopus, Anno 1168. vndecimo Kal. Ianuar. conſecratur à Maurit io Præſule Pariſienſi, eiq: à Petro Comeſtore Trecenſi, doctore Theologo Pariſienſi dedicatur Hiſtoria ſcholaſtica.

Hoc tempore cum inter S. Thomam Archiep. Cantuarienſem & Anglorum Regem diſcordia recrudeſceret capitalis, & in Curia Romana meditaretur, legare Guillelmum Pręſulem Senonenſem in Angliam pro reſtituenda pace, non ſine Regis timore, qui virile pectus abhorrebat Guillelmi; dedit ad hunc litteras Thomas, quibus pleniſſimè geſta omnia congeſſerat, quæ contigerant inter Regem & Romanos Legatos poſt congreſſum Pariſienſem: Has ſi legere cupis, Baronium conſule, Anno 1169. ex quibus Guillelmi mores, & regimen aſſequeris. Hinc in vltima Legatione, quam ad Henricum Regem Angliæ adornauit, Alexander III. PP. Roſtrochi Archiep. Rothomagen. & Bernardi Ep. Niuernenſis, adiunxit eis Guillelmum Ep. Senonenſem, cui vltra cõmunes litteras, ſeorſim mandauit Papa quomodo ſe gereret cum Rege, & cum Epiſcopis fautoribus Sciſmatis; quorum duo Epiſcopus ſcilicet Londonienſis totius auctor Sciſmatis; & huic non diſſimilis Saresberienſis ab ipſo Guillelmo nomine Romani Pontificis excommunicati; mandante eodem Alexandro; fuerant abſoluti ab Epiſcopo Rothomagenſi, inſcio Guillelmo Ep. Senonenſi, qui propterea querelas ſuas ad Alexandrum Pontificem, litteris expoſuit ſequentibus, vt ex Vaticano Codice, *ep.* 25. apud Baronium. *Audiat Sanctiſſimè Pater Excellentia veſtra patienter quod loquimur, quia in amaritudinem moratur anima noſtra, & tam deuotus filius veſter Chriſtianiſſimus Rex Francorum, quàm tota Gallicana Eccleſia turbatur ſcandalis, quæ in diebus Apo-* A *ſtolatus veſtri manant ab Apoſtolica ſede. Si quidem (vt noſtrates aiunt) ibi ſoluitur Satanas in perniciem totius Eccleſiæ, iterato crucifigitur Chriſtus, & qui manifeſtus Sacrilegus eſt, & homicida, dimittitur. Procurauimus apud vos cauſam Eccleſiæ Anglicanæ, & in diſceſſu noſtro ei credebamus aliquatenus eſſe ſubuentum. Verum vbi Londonienſem Epiſcopum, nobis ignorantibus, feciſtis abſolui, res in contrarium lapſa eſt, & cornua data ſunt peccatori. Ecce enim Rex ille, cui nimis fuiſti propitius, filium ſuum conſecrari fecit in Regem, ſi tamen conſecratio eſt, quę ab excommunicatis, & Spiritui Sancto inuiſis, & Eccleſiæ impugnatoribus datur, & hoc in iniuriam Cantuarienſis Eccleſiæ, & D. Regis Franciæ, cuius filiam noluit, ille Deo, &* B *hominibus inimicus conſecrationis huius eſſe participem. Hanc conſecrationem, ſeù potius execrationem fecit ille Eboracenſis, veſtra vt dicunt, auctoritate, aſſiſtentibus ſibi Londonienſi, & quibuſdam alijs nomine tenus Epiſcopis, quorum memoria in maledictione eſt. Vos ergo Pater de cętero prouidete Eccleſiæ illi, quæ perit in manibus noſtris, ne ſanguis eius requiratur à vobis. Quod aliter fieri poſſe, non credimus ad redimendam famam, & conſcientiam veſtram, niſi præfatos malefactores virtute Apoſtolica conteratis*. His gratanter auditis Alexander, datis reſponſiuis ſe plenè purgauit apud Guillelmum, negando Regem ſua auctoritate fuiſſe conſecratum. Londonienſem verò Epiſcopum, & Collegas pariter mi- C nimè ſuo fuiſſe mandato abſolutos. Annuerat quidem præſcriptis conditionibus fore abſoluendos, vt eſſent pacis miniſtri, quæ minimè fuerunt adimplerę, vt planè videre eſt in Alexandri reſponſo. His perſuaſus Guillelmus manum non retraxit ab aratro, ſed ſedulus in S. Thomę ſubſidium iterum retia laxauit; teſte Bleſenſi *ep.* 28. *Vos enim eſtis* (accipe verba) *in cuius conſilio, & auxilio potiſſimum ſuæ ſalutis anchoram nauicula B. Petri conſtituit, cum inter ſciſmatice perſecutionis fluctus periculoſius ęſtuaret. Vobis contulit Deus in pueritia ſuper ſenes intelligere, & futuram naturæ canitiem maturiore morum ſenio præuenire. Fluxus adoleſcentiæ motus in vobis ratio magiſtra cohibuit, vt* D *omni laſciuia libertate præciſa, nec forma nec nobilitas, nec opum exuberantia, nec poteſtas, nec cætera, quibus pudicitia expugnatur; propoſitum interuerteretur caſtitatis, ſed modeſtia in omnibus conuerſatio plus Angeli, quàm hominis exhiberet. Cæteras virtutes, quibus miraculosè fulgetis ſub ſilentio pręterimus: nec enim noſtra præconia mendicatis, cuius honeſtatem, & prudentiam fama latiſſimè promulgauit*. Cæde tandem S. Thomæ patrata, cum Anglis moroſus videretur Papa Alexander, canonizationem Martyris protrahens; literas ad Guillelmum

Seno-

Senonenſem Ep. dedit Io: Saresberienſis commotus
in Alexandrum, quia tanta miraculorum multitudi-
ne teſtante Thomam inter Cælites aſſumptum, diſ-
ferri et Papa choro reſpondere Superno. His motus
Guillelmus Alexandrum per literas excitauit, in
quibus geſta, martyrium, percuſſores, complices, lo-
cum, tempus, cauſam plenè referr, cum cæteris, quæ
acciderunt in tanti Martyris triumpho. Gemina de
his occurrit epiſtola hiſtorica à Guillelmo ſcripta,
quam ex Rogerio Houedeno tranſcripſit Frizonius
in ſua *Gallia Purpurata*. Quæ omnia ab eo peracta,
dum eſſet Epiſcopus Senonenſis. Factus eſt poſtea
Archiep. Rhemenſis, Anno Sal. 1177. poſt obitum
Henrici Magni, Monachi Claræ Vallenſis, filij Ludo
uici Craſſi, & fratris germani Ludouici Iunioris, vbi
Ædiles Vrbis Rhemorum inſtituit, vel potius reſti-
tuit. Eodem tempore vocatus ad purpuram Cardi-
nalitiam *tit. S. Sabinæ*, vt ex diplomate Alexandri
III. ne vllus Epiſcopus præter Rhemenſem præſu-
mat Gallorum Regi Diadema imponere; cuius
exordium, *Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ve-
nerabili fratri Vuillelmo Rhemenſi, tituli S. Sabinæ Car-
dinali, Apoſtolicæ Sedis Legato Apoſtolica auctoritate ſta-
tuimus, vt nemini niſi Rhemenſi Archiep. liceat Regem
Francorum inungere &c.* Purpuram accepiſſe die ſe-
cunda Lateranenſis Concilij (quæ incidit in ſecun-
dam Idus Martij, Anno Sal. 1179) teſtatur Rogerius
Houedenus in Annalibus, & titulum Presb. Card. *S.
Sabinæ*; quamuis Panuinius creatum velit à Clemen-
te III. Ciaconius verò à Lucio III. Anno Sal. 1182.
poſtea Epiſcopum Card. *Prænestinum* à Cæleſtino
III. Romæ, in ſua D. Sabinæ titulari Baſilica, vbi
Rogerium in Præſulem Cameracenſem ſacro cinxit
oleo.

De eius Præneſtino Epiſcopatu, nutare videtur
Ciaconij aſſertio; quòd ei non ſolum Panuinius reſi-
ſtant, & Vghellus ac Franciſcus Maria Suareſius in
ſerie Epiſcoporum Preneſtinorum; ſed Perſona Vui-
donis Epiſcopi Preneſtini, qui anno 1200. legatus
venit ad Gallos, teſte Claudio Roberto; Abſurdum
enim; duos S. R. E. Cardinales Ep. Præneſtinos eo-
dem tempore vixiſſe.

Tutorem egit Philippi II. Auguſti nepotis ſui,
quem annorum quatuordecim, viuente, & præſente
patre Ludouico ſenio confecto, Rhemis, anno 1180.
die omnibus Cælitibus ſacra, Regem coronauit, ad
ſtantibus Iuniore Angliæ Rege, qui Margaretam
Philippi Auguſti ſororem in vxorem duxerat, cum
Diademate Regio; & Philippo Flandriæ Comite ge-
rente dextera enſem. Anno poſtea ſalutis 1190. Hie-
roſolymitanam peregrinationem inſtruenti Phi-
lippo, cum Ricardo Anglo in regiminis cuſtodiam,
ſubſtituto Guillelmo Archiepiſcopo cum Regina
(cuius filius Ludouicus duos tãtũ agebat Anno 5.) in
æde Dionyſiana idem Guillelmus Regis auunculus,
Cardinalis inſignia contulit, peram videlicet, & ba-
culum; ante profectionem inter alia Rex hoc vnum
ſtatuit. *Si quis Epiſcopus, aut Abbas decedat ad regiam
denominationem pertinens, volumus Canonicos, aut Mo-
nachos coram Regina, & Archiepiſcopo, non ſecus ac in
præſentia noſtra ſe ſiſtere, ſupplicesq; electionis pote-
ſtatem poſtulare: cæterum eligant Prælatum Deo, & Re-
gno noſtro proficuum.*

In Belgio cum nouatorum ſecta erupiſſet, Infan-
tum Baptiſma reſpuentium, ac ſacram Synaxim,
cum alijs inſanæ mentis delirijs; plures eorum iuſſit
flammis comburi. *Vincent. Beluacen. l. 29. c. 16.*

Anno 1191. die XX. Septembris, Sanctum Alber-
tum Martyrem, fratrem Henrici Ducis Brabantiæ,
in Leodienſem vnxit Antiſtitem, duos poſt menſes
interfectum. An. 1193. Regio cinxit Diademate,
Ambiani, ſecundam Philippi Auguſti vxorem Ingel-
bergam, vt ipſa teſtatur *epiſtola ad Canonicos Ambia-*
A *nenſes. Eccleſiam* (inquit) *veſtram cui ex ſpeciali debito,
& deuotione ſumus obnoxia, quod in ea licet flebili auſpi-
cio, plenitudinem tamen honoris noſtri, & dignitatis
ſuſcepimus, prout voluimus, nondum valuimus muneris
obſequio honorare*. Diſſolutæ ſunt poſtea iſtæ nuptiæ,
conſanguinitatis prætextu ab eodem Guillelmo Ar-
chiep. Cardinali, vt refertur in *C. peruenerabilem.
Qui filij ſint legitimi*. Anno verò 1199. menſe Iulio
Balduinus Comes Flandriæ, teſte Rigordo, *de geſtis
Philippi*, homannium fecit Regi Philippo apud
Compendium, adſtantibus Guillelmo Archiep. Rhe-
menſi, & M. Campaniæ Comitiſſa. Anno 1198.
electus Innocentius III. P. R. Legauit protinus Guil-
C lelmum in Germaniam, vt ſciſma componeret
exortum in Eccleſia Moguntina, in qua duo digla-
diabantur electi. Leopoldus Præſul quondam
Vuormacienſis, cui Rex adſtabat Philippus excom-
municatus ab Eccleſia Romana; & Sigefredus à pau-
ciore electus Canonicorum parte, ſed Pontifice fa-
uente Romano, qui propterea ſub vmbra Legati Ro-
mani præualuit. Legationem hanc in Annum 1206.
refert Bzouius qui propterea carpitur à Frizonio in
Gallia Purpurata; ſed vtriq. reclamat Trithemius.
Anno Sal. 1200. *in Chron. Hirſau.* vbi Guidonem, non
Guillelmum ſcribit legatum fuiſſe ab Innocentio
III. R. P. ad componendum ſciſma Eccleſiæ Mo-
C guntinæ. Veruntamen epiſtolæ, quæ in *lib.* 2, 5. 6.
7. 8. *Regeſtri*, ſcriptæ dicuntur ad eum ab Innocen-
tio III. arguunt Guillelmum Legatum fuiſſe, non
Guidonem. Eodem Anno 1198. die V. Maij, man-
dauit ei Innocentius Moſomium ad Moſam fluuium
in ſedem erigere Epiſcopalem, ea conditione; ne Cœ-
nobium S. Mariæ in ſæcularem mutaretur Eccle-
ſiam. Duas Guillelmus cum in Eccleſia Rhemenſi
erexiſſet Capellas, argentea, & aurea ornauit ſup-
pellectile, cum vaſe pretioſo ad deferendum ægrotis
Viaticum Sacramentale.

Eius panegyrim complexus Philippus Auguſtus,
ſcribens Lucio III. (extat inter ep. Stephani Torna-
D cen.) hæc inter cætera. *Adſtitit nobis ſuper omnes ami-
cos, & fideles noſtros cariſſimus auunculus noſter Guillel-
mus, in Conſilijs noſtris oculus vigilans, in negotijs dextra
manus, eum, vel ad tempus recedere à nobis, ſuccedere eſt
hoſtibus noſtris. Retinuimus eum clauum in oculis hoſtium
noſtrorum, & in lateribus eorum lanceam, ſine ipſo fieri ni-
hil exiſtimantes ſiuè de pace, ſiue de bello cum hoſtibus eſſet
agendum*. Et Galtherus in ſua Alexandriade Guil-
lelmo dicata.

At tu, cui maior genuiſſe Britannia Reges.

Gau-

Gaudet auos, Senonum quo Præſule non minor vrbi
Nupſit honos, quàm cum Senonenſibus armis
Fregit adepturus Tarpeiam Brennius arcem,
Si non exciret vigiles argenteus anſer.
Quo tandem regimen Cathedræ Rhemenſis adepto
Duritia nomen amiſit Belgica virtus.
Quem partum effuſum gremio ſuſcepit alendum
Philoſophia ſuo, totumq; Helicona propinans
Doctrinæ ſacram patefecit pectoris aulam,
Excoctumq; diù ſtudij fornace, fugata
Rerum nube, dedit cauſas penetrare latentes
Huc ados.

Viri doctiſſimi frequentes ad eum ſcripſere epi- A ſtolas inter quos Thomas Cantuarien. Ioannes Saresberienſis, Petrus Bleſenſis ep. 28. & 122. 128. ex quibus politia, pietas, charitas liberalis præcipuè erga S. Thomam Cantuarienſem, Guillelmi refulget. Extat pariter epiſtola 44. Stephani Tornacenſis Archimandrita S. Genouefę pro Hugone Abbate S. Bartholomæi Nouiomenſis, & pro Bartholomæo Archiep. Turonenſi contra Dolenſem Præſulem, qui ſe Archipræſulem nominabat.

Rhemis vitam poſuit, ſeptimo Idus Septemb. Anni 1205. ſepultus in Eccleſia D. Marię Metropolitana, iuxta Altare principem, cum Epitaphio, quod in veteris tumbæ lapideę oris, viatori ſubtrahitur vetuſtate conſumptum.

Parma gentiliria, quæ ei apponitur, Celticæ Campaniæ eſt, ſcilicet in cęſio ſolo tænia argentea geminis vtrinque beſſalibus tęnijs aureis præcincta, & ijs quidem patibulatis, repatibulatiſq; tredecim, totidem Comites Campano Comiti vectigales deſignantibus: ita *Frizonius*. Ciaconius verò aſſignat quæ ſub Lucio III, *n.* 2,

46. *Inquire pacem, & perſequere eam,* Pſal. 33.



HVgo de Ricaſoli natu Bononienſis ſecundum Baronium, Florentinus verò ex Ciaconio, & Vghello ab Alex. III. promotus Anno Sal. 1163. ad Diaconiam Cardinalem *S. Euſtachij, iuxta templum Agrippæ* cum eo ſubſcribit ad Priorem Carthuſiæ, Anno 1166. *to.* 10. C *Concil. p.* 1386. ad Abbatiſſam S. Victorini, Anno 1168. *to.* 8. *Vghel. p.* 187. & Homodeo Abbati S. Reparatę, *to.* 2. *p.* 521. & Anno, 1169. ad Abbatiſſam S. Fabiani, *to.* 4. *p.* 918. & ad Homodeum Abbatem Morimundi, Anno 1171. *to.* 4. *p.* 106. ad Abbatem D de Nouo Portu, Anno 1177. *to.* 1. *p.* 277.

Venetias deſcendens Alexandrum III. inuenit tutò ſedentem à furore Cæſaris, ſub vmbra Leonis, ibiq; ſubſcripſit pro Monaſterio S. Mariæ in Organo apud Baronium. Colloquijs adfuit pro reſtauranda pace, inter Imperium, & Sacerdotium. Comes aſſiduus Pontificis, redeuntem proſequutus Romam, regiſtrum exhibit omnium, quæ in itinere Alexander peregit; Principum inſerto Catalogo, qui Cæſarem comitabantur. Romæ obijt (teſte Ciaconio) & tumulum ſubijt in Eccleſia *S. Mariæ de Populo*, vel ſecundum Baronium ex Romualdo, obijt Beneuenti, Anno 1277.

47. *Euangelium noſtrum non fuit ad vos in Sermone tantùm, ſed et in virtute, & Spiritu Sancto, & in plenitudine multa.* 1. Theſſal. 1.



DOderiſius filius Creſcentij Marſorum Comitis, vt ex antiquis eiuſdem familiæ monumentis notauit Vghellus in *addition. ad Ciaconium*; monachus, & Abbas S. Ioannis in Venere in Prouincia Aprutina, in Agro Lauiani vir pietate, & doctrina celebris Diaconus Card. S.... promotus ab Alex. III. Anno 1163. Fugitiuum Roma elapſus ad Alexandrum III. Venetijs ſtantem, ibi cum eo ſubſcripſit pro Monaſterio S. Mariæ in Organo, non Veronæ, vt per errorem legitur apud Baronium; quia Veronam Alexander non ſeceſſit. Creatum fuiſſe Cardinalem Anno 1163. Oderiſium habes ex tabula marmorea in Eccl, S. Mariæ in Venere ſupradicta.

Epitaphium.

Oderiſius S. R. E. Diaconus Cardinalis, Anno 1163.


B De eius pietate, & doctrina plura in monumentis antiquis familiæ Marſorum, teſte *Vghello*.

48. *In lege Domini voluntas eius,* Pſal. 1,



VItellus Monachus, & Abbas Caſinenſis in Diaconum Cardinalem *SS. Sergij, & Bacchi* promotus ab Alexandro III. Anno Sal. 1163. teſte Ciaconio, ſubſcripſit cum eodem Alexandro Anno 1170. ad Abbatem S. Geruntij, *to.* 2. *p.* 805. *Vghel.* Ad Mag. Militiæ S. Iacobi, Anno 1175. *to.* 10. *Concil, p.* 1382. In cænobio Caſſinenſi dicitur obijſſe, clauſtrali obſeruantiæ totus intentus. Inſignia huic Cardinali appoſita ex *M.S. Cornelio*.

49. *Sicut Socij paſſionum eſtis, ita eritis & conſolationum.* 2. Cor.



PEtrus Bononienſis natu, teſte Ciaconio; vel ſecundum Vghellum *in additionib. ad Ciaconium*, ex Monumentis Piſanis, patria Piſanus, familia *Caietanus* teſte *Thoma Fazello lib.* 7. *Decad, poſter. de rebus ſiculis*, cum Panormi adeſſet, electioni interfuit Decani Agrigentini in Archiepiſcopum Panormitanum, cuius nomine Romam profectus confirmationem pro eo accepit ab Alex. III.

Hunc Petrum Bononienſem patria, Cardinalem primo Diaconum *S. Mariæ in Aquiro* promotum ab Alexandro III. Anno Sal. 1163. ſcribit Ciaconius

deiadè ad Presb. Card. *tit. S. Suſannæ* tranſlatum idem aſſerit Ciaconius, Anno 1166. vt ex ſubſcriptione ad Priorem Carthuſiæ, Anno 1166. *to. 10. Concil. p.* 1386. Canonici porrò aduerſantur Regulares S. Mariæ de Rheno, teſte *Io: Bapt. Signio lib. 2. c. 8. de ordine, ac ſtatu Canonico*, referentes patria fuiſſe Veronenſem familia *de Bona*. Accipe verba. *D. Petrum Bonum Veronenſem Canonicum Regularem Rhen. ab Alex. III. Presb. Card.* tit. *S. Suſannæ creatum Anno.* 1171. *Habuimus in obitu eius paramenta maximè inſignia.* Quibus poſitis concludit Vghellus duos fuiſse Cardinales huius nominis, Petrum Bononienſem, vel Piſanum vnum; & Veronenſem alterum: hunc. Presby- A terum Cardinalem; illum Diaconum Cardinalem. Videtur etiam conſonare Panuinius, qui in ſecunda Cardinalium creatione facta ab Alex. III. Petrum ſine cognomine dicit Diaconum Cardinal. *S. Mariæ in Aquiro:* in tertia vero agnomen, & patriam Cardinalis S. Suſannæ, ſequentibus explicat. *Petrus Veronenſis Presb. Card. tit. S. Suſannæ.* Diaconus itaq. Card. Petrus *S. Mariæ in Aquiro* Legatus eſt ab Alexandro III. Romæ clauſo à phalangibus Germanorum, ad Vvillelmum Siciliæ Regem vna cum Marcello (ita Baronius Anno 1167. vel Manfredo, ita Ciaconius (Diac. Card. S. Georgij in Velabro, vt gratias ageret de pecunia ſubmiſſa cum triremibus, in auxilium Pontificis. Romam reuerſus cũ eodem Alex. III. tanquàm Diaconus Card. ſubſcribit Anno 1168. pro Abbatiſſa S. Victorini, *to. 8. Vghel. p.* 187. & An. 1169. pro Abbatiſſa S. Fabiani. *to. 4. p.* 918. Anno 1171, ad Iacobum Abbatem S. Mariæ Morimundi, *to. 4. Vghel. p. 296.* vbi legitur, *Petrus D. C. S. Mariæ Magrugio, Subſcripſi.* Anno verò 1179. ad eundem Abbatem tanquam Presbyter Card. *tit. S. Suſannæ* ſubſcribit, to. 4. p. 207. Adſuit creationi Lucij III. & cum eo ſubſcripſit, Anno 1182. ad Ep. Iſernienſem *to. 6. p.* 500.

50. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Eccli. 3.



D. Hieronymus Canonicus Regularis S. Fridiani Lucenſis, Diaconus Card. *S. Mariæ Nouæ* creatus ab Alexandro III. Anno Sal. 1163. (teſte *Ciaconio*) in ſecunda Cardinalium Creatione; ſubſcribit cum eodem Alexandro, diplomati pro Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem, Anno 1166. de eo ſcripſit Io: Philippus Nouarienſis *Hiſtoria Canon. Regular.* Sub eodem Alexandro obijt, & Matthæum ſucceſſorem habuit in Diaconiam S. Mariæ Nouæ, Canonicum eiuſdem Congregationis. Scripſiſſe dicitur de vanitate ſcientiarum & Mundi contemptu, vt in *M. S. Cornelio.*

51. *Reſpicite filij nationes hominum: & ſcitote, quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt.* Eccli. 2.



HVgo, alias Hugutio (vel Huguzen, ab Houedeno dictus de Petra Leonis) Petri Leonis natu Romanus Diaconus Cardinal. *S. Angeli* promotus ab Alex. III. Anno Sal. 1173., teſte Ciaconio, vel Anno 1171. ſecundum Panuinium. Legatus abijt in Angliam, *cui apud Vuintoniam Rex obuiam venit, & Henricus filius eius cum eo & cum debito honore ſuſceperant. Hugo autem Cardinalis & Apoſtolicæ ſedis Legatus dedit D. Regi licentiam implacitandi clericos, Regni ſui de foreſtis ſuis, & de captione venationis.* Rogerius Houeden. Annal. par. 2. & *to. 10. Cõcil. p.* 1468. Concilium poſtea celebrauit Vveſtmonaſterienſe, ſub medium quadrageſimæ, Anno Sal. 1176. conuenientibus Epiſcopis omnibus, & Abbatibus Angliæ in loco ſuo, ſecundum ordinem, & dignitatem. Aſſidenti autem à dextera Legati Romani Arch. Cantuarienſi; Eboracenſis à ſiniſtris cõſidere dedignatus proruit in gremiũ Arch. Cantuariæ; B ſed proſtratus illicò à ceteris Epiſcopis, & adſtantibus miniſtris validè fatigatur, & eijcitur. Fremente interea tumultu; Legatus clam ſe eripuit, diſſoluitq: Synodum. *Rogerius ibidem*, & *to. 10. Concil. p.* 1470. Romam reuerſus, ſuæ Legationis negotiatione ex poſita, Legatus iterum abijt ad Henricum Friderici Imperatoris filium, pro pacis confirmatione initæ inter Alex. III. Papam & Imperatorem eodem Anno 1177. teſte Baronio, ex Codice Vaticano. Eodem Anno 1177. ſubſcripſit cum Alexandro Papa ad Abbatem de Nouo Portu, *to. 1. Vghel. p.* 377. inde in Præmium fructuoſi laboris pro ſede exantlati Romana, tranſlatus ad Presb. Card. *tit. S.* C *Clementis* ſubſcripſit ad Abbatem S. Simpliciani, An. 1178. *to. 4. Vghel. p.* 168. ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum Anno 1180. teſte *Bozono* ad Ep. Monopolitanum, *to. 1. Vghel. p.* 1046., & Archidiac. Iſcen. *to. 2. p.* 1072. Anno 1182. adfuit Comitijs Lucij III. cum quo Abſolutioni interfuit Vuillelmi Regis Scotiæ, teſte Rogerio, ſub quo obijt Principibus gratus, & Eccleſiæ, dilectus Deo, & hominibus.

52. *In Deo ſperaui; non timebo quid faciat mihi homo.* Pſal. 55.

D



MAg. Gratianus Piſis natus, ſubdiaconus S. R. E., & ſcriptor Apoſtolicus nepos Eugenij III. Romani Pontificis, vt moribus integerrimus, & doctrina præſtantiſſimus, teſte *Io: Sareſberienſi ep.* 78., Legatus ad Henricum Anglorum Regem pro reconciliatione cum S. Thoma Cantaurienſi ea iuriſiurandi religione, ne fines

nes Legationis excederet, vt ex Vaticano Codice Baronius tranſcripſit, Anno 1169. obuium habuit Io: Decanum Saresberienſem, & Reginaldum à Rege miſſos. Admiſſus tãdem ad Regis colloquium pacificum in exordio, rixoſum in fine, quia minanti Regi *per oculos Dei, ego aliud faciam*. Gratianus gratioſè reſpondit *noli Domine minari; Nos enim nullas minas timemus; quia de tali curia ſumus, quæ conſueuit imperare Imperatoribus, & Regibus*. Poſt hæc, plura cum Rege compoſuit; Quæ ſupererant, arbitrio Pontificis Rex offerebar *tamen Regni ſui dignitate*; Gratiano verò reponente, *ſalua Eccleſiæ libertate*; & Rege hanc clauſulã admittere diſſentiẽte, Gratianus
A
Romam receſſit, redeuntẽ magno S. Thomas præconio eſt proſecutus, cuius pauca tranſcripſimus; *Impiorum molimina gratiæ filijs in finem nocere non poſſunt, quia Deus eos ſupra vires tentari non patitur ad electorum vtilitatem cuncta dirigens, & de ſingulis euentibus rerum, profectum mirabiliter eliciens glorioſum & quidem fidem veſtram reſpexit Dominus, qui moram magiſtri, & quidquid poſt receſſum geſſit in Francia conuertit in gloriam nominis veſtri, vos in Deum conſtituens Pharaonis*, & infra. *Quicumque verò familiaritatis miræ* (Viuiani ſcilicet cum Rege *viderunt* exitum, aut Viuianum loquentem audierunt: publicè proteſtabantur, ſolum ex omnibus, qui ad Regem Anglorum
B
miſſi fuerant, Gratianum ſapere. Hinc ad purpuram Diaconalem aſſumptus *SS. Coſmæ, & Damiani* ab eodem Alexandro III. Anno Sal. 1178. nouam iterum Legationem ſubijt in Angliam, vt Regem, qui à promiſſis receſſerat, cenſuris percelleret Eccleſiaſticis. *Venerunt in Northmanniam*; ait Rogerius. *duo Legati Cardinales à latere Alexandri S. Pontificis* miſſi Gratianus ſcilicet, & Viuianus, qui magnis, & diuerſis vexationibus Regem Angliæ angariauerunt, volentes eum, & Terram ſuam ſub interdicto ponere; ſed Rex Angliæ inde præmunitus ante illorum ingreſſum ad præſentiam ſummi Pontificis appellauit, *& ſic ſe, & terram ſuam à grauamine*
C
illorum cuſtodiuit illaſos; Romam reuerſus Alex. Pontificem ſequutus fugientem, Venetijs diploma exarauit datum Monachis S. Mariæ in Organo, tanquàm ſubdiaconus S. R. E. & Notarius. Contradictionem hic Nota Baronij Legationem ſupradictam Gratiani ad Anglos referentis ſub Anno 1171. cum tamen, teſte *Rogerio*, Gratianus eſſet Cardinalis dum Legatione fungeretur. Poſtea diploma exponit idem Baronius datum S. Mariæ in Organo, Anno 1177. exaratum à Gratiano tanquàm ſubdiacono, non Diacono Cardinali; ergo Legatio ſupradicta non contigit, Anno 1171. quia in Cardinalem Diaconum *SS. Coſmæ, & Damiani*, Gratianus aſſumitur
D
ſolùm Anno 1178. teſtibus Ciaconio, Panuinio, Baronio ipſo: vel fallitur Rogerius. Comes inde perpetuus laborum, & peregrinationum ſummorum Pontificum vixit vſq: ad Innocentium III. & poſt obitum Lucij III. prænſauit Pontificatum, ſed vacuè (teſte *Rogerio*) Eius memoria in diplomate Alex. III. Anno 1178. ad Abbatem S. Simpliciani, *to. 4. Vghel. p.* 168. Ad Abbatem Morimundi Anno 1179. *to. 4. p.* 207. Abbatiſſæ S. Zachariæ Venetiarum, Anno Sal. 1180. apud *Bozanum* ad Archiep. Iſcenſem, *to. 2. Vghel. p.* 1072. ad Petrum Signinum *p.* 1668. ad Canon Ianuen. *to. 4. p.* 1206. ad Ep. Æſernienſem, *to. 6. p.* 500. quamuis per errorem Gratiani loco legatur Gregorius. Et Anno 1183. ad Archiep. Florent. *to. 3. Vghel. p.* 153. ad Canonicos Spoletanos Anno 1185. Anno 1185. *to.* 1. *p.* 444. Anno 1186. Eccleſiam conſecrat S. Iuliani de Lepida; Veronæ cum Vrbano III. *to. 5. p.* 760. ſubſcribit ad Canonicos Ferrarienſes, *to. 2. p.* 576. Canonicos Piſanos, *to. 3. p.* 485. Archiep. Mediolaneo. *to. 4. p.* 237. Promouit Gregorium VIII. cum quo ſubſcribit
A
Archiep. Ianuenſi, Anno 1187. *to. 4. p.* 1211. Promouit Clementem III. cum quo ſubſcribit An. 1188. Abbati S. Petri Maſſæ Montis Neronis, *to. 2. p.* 897. Epiſcopo Ranellenſi, *to. 9. p.* 927. Promouit Cœleſtinum III. cum quo ſubſcribit Anno 1192. ad Abbatem S. Mariæ in Flumine, *to. 2. p.* 619. Moniales S. Petri maioris, *to. 3. p.* 135. Abbatem S. Mariæ de Ferraria, *to. 6. p.* 700. Canonicos Ianuen. Anno 1193. *to. 4. p.* 1219. Archiep. Beneuentanum, Anno 1195. *to.* 8. *p.* 200. & Anno. 1198. ad Ep. Pennen. *to. 7. p.* 1324. ad Ep. Placentinum Anno 1199. *to. 2. p.* 277.

B 53. *In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus.* 2. Cor. 6.



IOannes Diaconus Card. *S. Angeli* ad Alex. III. promotus Anno Sal. 1178. teſte Ciaconio, & Panuinio, Legatus in Orientem (teſte *Roberto de Monte in appendice ad Sigebertum*, vt Græcos Sciſmaticos Eccleſiæ reconciliaret Romanæ, nil
C
profecit; ſed verbis, & verberibus coactus recedere in Italiam redijt; & cum Alex. III. Anno Sal. 1179. ſubſcribit ad Beneuen. Archiep. *to.* 8. *p.* 192. *Vghel.* Comes aſſiduus eiuſdem Pontificis, Venetijs diplomati legitur ſubſcripſiſſe ad Abbatiſſam S. Zachariæ, apud *Bozonum*. Ad Ep. Monopolitanum *to. 1. Vghel. p.* 1046. Promouit Lucium III. ex Ciaconio, & Panuinio, ſub quo è vita migrauit, Romæ ſepultus in ſua Diaconia.

54. *Theſaurizate vobis theſauros in Cælo, vbi neq. erugo, neq. tinea demolitur.* Matth. 6.

D


D. *Matthæus* (ex Canonico Regulari Congregationis S. Fridiani Lucenſis (teſte Pennoto) fama virtutis, & Regularis obſeruantiæ vocatus ad purpuram Cardinalitiam Diaconalem *S. Mariæ Nouæ*, Anno 1178. eodem Anno legitur ſubſcribere cum Papa ad Abbatem S. Simpliciani, *to 4. Vghel. p.* 168. & ad Archiep.

Beneuentanum, Anno 1179. *to.* 8. *p.* 192. & ad Mardochæum Priorem S.Mariç Tuſcanenſis, *to.* 1. *p.* 310. Ex quibus apparet, quod Matthęus Diaconus Cardinalis *S. Mariæ Nouæ.* diuerſus eſt ab altero Matthæo Presbytero Cardinali *S. Marcelli*, quia in diplomate Alex. III. citato ad Archiep. Beneuentanum, Anno Sal. 1179. apud Vghellum, *to.* 8. *p.* 192. duo ſubſcribunt Matthęi, Presbyter Card. *S. Marcelli* vnus: Diaconus Card. *S, Mariæ Nouæ* alter. Continuat etiam D. Matthęus Diac. Card. *S. Mariæ Nouæ* ſubſcribere, vt Diaconus Card. cum eodem Alexandro III. ad Abbatiſsam S. Zacchariç Venetiarum, Anno Sal. 1180. teſte *Bozono.* ad Canonicos Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1206. Accedunt inſignia diuerſa eis appoſita, quę diuerſos arguunt; Vnus Cardinalium fuit, qui Lucium III. promouit, teſtibus Ciaconio, Panuinio; ſub cuius Pontificatu vitam poſuit trapezita verè Catholicus, cuius ſarcinę, & merces, librorum multitudo cum ſacculo, & pera regulari. *M. S. Cornelianum.*

55. *Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce Mater mea, & fratres mei.* Math. 12.



B*Ernardus* (teſtibus Ciaconio, & Panuinio) Diaconus Cardinalis *S. Nicolai in Carcere Tulliano*, Anno Sal. 1178. promotus ab Alex. III. cum eo ſubſcribit, Anno 1179. ad Abbatem Morimundi, *to.* 4. *Vghel. p.* 207. ad Archiep. Beneuentanum, *to.* 8. *p.* 192. adfuit Comitijs creandi Lucij III. teſtibus Ciaconio, & Panuinio; nec longe poſt obijt ſuppellectili prędiuite legata in pauperum alimoniam (ex *M. S. Bibliothecę Corneliæ*) quos fratres appellabat.

56. *Qui poſuit fines tuos pacem.* Pſal. 147.



R*Aynerius* Diaconus Cardinalis *S. Hadriani* promotus ab Alex. III. Anno Sal. 1178. teſtibus Ciaconio, & Panuinio, cum eo ſubſcribit ad Abbatem Morimundi, Anno 1179. *to.* 4. *Vghel. p.* 207. Ad Abbatiſsam S. Zacchariç, Anno 1180. teſte *Bozono*; Adſuit creationi Lucij III. & cum eo adſtitit reconciliationi & abſolutioni Vuillhelmi Regis Scotię, teſte *Rogerio in Annalibus Anglorum*, qui cognomento *Magnum* appellat, ad diſcrimen alterius Raynerij S. R. E. Cardinalis cognomento *Parui*. Obijt ſub Lucio III. Anno Sal.... Inſignia habes ex M. S. Cornelio.

57. I*Oannes* Diaconus Cardin. *S. Hadriani* ſubſcribit cum Alexandro III. PP. ad Canon. Ianuenſes, idibus Iannarij 1180. *to.* 4. *Vghel. p.* 1206. cum tamen viueret Raynerius Diac. Card. *S. Hadriani*, de quo lege ſupra *n.* 42. Quomodo hęc ſe habuerint? ignoro.

58. *Sapientia ſpetioſior Sole: luci comparata inuenitur prior: illi enim ſuccedit nox; Sapientiam autem non vincit malitia.* Sap. 7.

A



M. *Laborans* Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Porticu*, promotus ab Alexandro III. non Anno Sal. 1173. in tertia Cardinalium creatione, vt vult Ciaconius; quia legitur ſubſcripſiſſe tanquã Diaconus Cardinal. cum eodem Alexandro, Anno Sal. 1166. ad Guidonem Priorem Carthuſiæ, *to.* 10. *Concil. p.* 1386. & Anno 1175. ad magiſtrum militiæ S. Iacobi, *to.* 10. *Concil. p.* 1382. poſtea Card. *S. Mariæ Tranſtyberim, tit.*
B *Callixti* longo tempore inter Cardinales vixit, pluribus inſignis Legationibus, primum ad Longobardos Anno Sal. 1178. ad confirmandum fœdus Venetorum cum Romano Pontifice, per omnes Ciuitates Longobardiæ, cuius occaſione adſuit conſecrationi Eccleſię S. Mariæ Antiquæ, Veronæ factæ à Patriarcha Aquileienſi, vt ex inſcriptione, quæ adhuc extat in eadem Eccleſia. Vir doctiſſimus in Philoſophicis, & Theologicis diſciplinis ſcripſit,

De Iuſti, & Iuſtitia rationibus ad Maionem Barienſem, magnum Siciliæ Ammiratum: opus quadripartitum.

De Vera liberalitate, opus tripartitum ad Hugonem Archiep. Panormitanum.

C *Epiſtolam de Appellationibus ad Viuianum Thomaſium Card. S. Stephani in monte Cęlio.*

Aliam contra Sabellianos rurſus reuiuiſcentes

Canonum Collectionem elaboratiſſimam ad Petrum Præſulem Pampilonæ, & Decretorum Compilationem.

Extant omnia (teſte Baronio) in Codice Membranaceo Baſilicæ S. Petri in Vrbe. In Canonum Collectione Annos inſumpſit viginti, nam in fine operis ſequentia leguntur,

Opus explicit Laborantis ad Petrum Præſalem Pampilonæ. Et paulo poſt. *Annus hoc opus dedit integer ab illius inceptione vigeſimus, Chriſti verò milleſimus centeſimus, octogeſimus ſecundus; & vltimus dies Aprilis.*

D Inſignia hic appoſita, Oldoinus adiecit, quo fundamento? latet. Romam reuerſus ex Legatione Longobardia à ſecretis fuit ipſi Alexandro Pontifici, cum quo ſubſcripſit ad Abbatem S. Simpliciani, Anno 1178. *to.* 4. *Vghel. p.* 168. ad Beneuentanum Archiep. Anno 1179. *to.* 8. *p.* 191. ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, Anno 1180. teſte *Bozono* & ad eamdem Anno 1183., ad Ep. Monopolitanum *to.* 1. *Vghel. p.* 1046. Archiep. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1206. Archiep. Iſcen. *to.* 2. *p.* 1072. Petrum Signinum Anno 1182. *to.* 2. *p.* 1068.

1068. Ep. Rauellen. *to. 9. p. 926.* Patriarchæ Gradenſi, *to. 5. p. 1206.* Ep. Aſernienſi, *to. 6. p. 499.*

Comitijs adſuit Lucij III. cum quo ſubſcripſit ad Archiep. Florentinum, Anno 1183. *to. 3. p. 133.* Canonicis Veronen. *to. 5. p. 750.* Anno 1184. & Præpoſ. Spoletano, An. 1185. *to. 1. p. 443.* Ep. Bellunenſi, *to. 5. p. 184.* Abbati de Calauena *p. 755.* Comitijs adſuit Vrbani III. & cum eo ſubſcripſit An. 1186. ad Canonicos Ferrarienſes, *to. 2. p. 576.* Canonicis Piſanis, *to. 3. p. 485.* Arch. Mediol. *to. 4. p. 236.* Conſecrationi adſuit S. Iuliani de Lepida Veronæ; *to. 5. p. 760.* ſubſcripſi ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*. Comitijs adſuit Gre- A gorij VIII. & cum eo ſubſcripſit ad Canonicos Iannenſes Anno 1187. *to. 4. Vghel. p. 1211.* Creationi tandem interfuit Clementis III. cum quo ſubſcripſit ad Ep. Senenſem, Anno 1187. *to. 7. Vghel. p. 1425.* Ep. Rauellenſi, Anno 1188. *to. 9. p. 927.* & Abbati S. Petri Maſſæ, *to. 2. p. 897.* nec longe poſt plenus dierum, memoria lucubrarionibus plurimis ad poſteros tranſmiſſa obdormiuit in Domino.

59. Cuſtodiuit eum ab inimicis, & a ſeductoribus tutauit eum: & certamen forte dedit illi, vt vinceret. Sap. 10.



RAinerius natu Papienſis in Diaconum Cardinalē *S. Georgij in Velabro* promotus ab Alexandro III. Salutis Anno 1173. & ab eodem Legatus ad Fridericum Imperatorem in Lōgobardia caſtra tenentem vt fidem publicam pro Pontifice, & eius curia ad ineundam cum eo concordiam acciperet, ac locum conuentui præſcriberent, poſt multas ambages cum Palatinis, Mutinæ humaniter ab Imperatore ſuſceptus, fidem iuratam obtinuit, reuerſuſq; ad Pontificem, cum eo C ſubſcripſit ad Mag. militiæ S. Iacobi Anno 1179. *to. 10. Concil. p. 1381.*, pro Monachis S. Mariæ in Organo, Venetijs, Anno Sal. 1177; Ad Abbatem S. Simpliciani, Anno 1178. *to. 4. Vghel. p. 168.* Ad Abbatem Morimundi Anno 1179. *to. 4. p. 207.* Ad Abbatiſſam S. Zachariæ, Anno 1180., apud *Bozonum* Ad Ep. Monopoliranum, *to. 1. Vghel. p. 1046.* Archiep. Ianuen. *to. 4. p. 1206.* Archiep. Iſcen. *to. 2. p. 1072.* Petrum Signium, Anno 1182. *to. 2. p. 1068.* Patriar. Gradenſi *to. 5. p. 1206.* Ep. Aſernien, *to. 6. p. 499.* Comitijs adſuit Lucij III. & cum eo (teſte *Rogerio*, præſens fuit abſolutioni Vvillelmi Regis Scotiæ, vbi *Raynerius Paruus* appellatur ad diſcrimen alterius D *Raynerij* cognomento *magni*, Diac. Card. S. Hadriani, virtutis merito tranſlatus ab eodem Lucio IIJ. ad Presb. Card. *SS. Io: & Pauli tit. Pammachij*, cum eo ſubſcripſit Ep. Iſernienſi, Anno Sal. 1182. *to. 6. Vghel. p. 499.* ſub eodem obijt, magno Cleri luctu, cuius honorem, & immunitatem ſemper procurauit, aduerſus inſolentiam populi Romani. *M. S. in Bibliotheca Cornel. Venetijs.*

60. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. 3. Sap. 15.

IAcobus Diaconus Card. *S. Mariæ in Coſmedin.* Promotus ab Alexandro III. Anno Salutis 1173. cum eo ſubſcribit ad Ep. Imolenſem Anno 1179. *to. 2. Vghel. p. 683.* & ad Ep. Monopoliranum, Anno 1180. *to. 1. p. 1046.* ad Ep. Eſernienſem, Anno 1182. *to. 6. p. 500.* Archiep. Florentin. Anno 1183. *to. 3. p. 133.* cum Gregorio VIII. Anno 1187. ad Archiep. Ianuen. *to. 4. p. 1211.* cum Clemente III. ad Milonem Abbatem S. Petri Maſſæ montis Neronis. A *to. 2. p. 857.* & ad Ep. Rauellenſem Anno 1188. *to. 9. p. 927.*

Grauis tamen dificultas de veritate huius Cardinalis cum eodem tempore viueret Hiacynthus Diac. Car. *S. Mariæ in Coſm.* qui fuit Papa nomine Cæleſtini III. Niſi dicamus alterius Eccleſiæ *S. Mariæ* fuiſſe Cardinalem; vel ſiglis literis ſubſcribere ſolitos, Cardinales, coincidere Iacobum, & Iacynthum, per literas *Ia*.

61. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua. 218. Pſal. 88.

B TIburtius S. R. E. Diac. Card.... promotus non ab Alex. III. quia anno 1159. nullum adhuc Alexander creauerat Cardinalem, & tamen Tiburtius auctoritate Arnulphi Lexouienſis, apud Baronium *to. 12. Annal.* Legatus dicitur cum Arderico Diacono Card. S. Theodori ad Emanuelem Græcorum Imperatorem pro arcanis tuendis Fidei Apoſtolicæ.

62. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. 10. Prouer. 23.

C RIſo Diaconus Cardinalis *SS. Coſmæ, & Damiani*, ſubſcribit cum Alex. III. Salutis Anno 1171; *to. 4. Vghel. p. 1201.* Ad Archiep. Ianuen. an idem fuerit cum Riſo, qui tempore Anacleti IJ. Antipapæ, Anno 1082. ſubſcribit, *to. 8. Vghel. p. 744.* ? nomine *Riſo Cardinalis*? dubium.

63. Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum Sapientia inhabitat. Sap. 7.

HErmannus Diaconus Card. *S. Angeli* ſcripſit diploma Alexandri IIJ. pro Monaſterio S. Clementis, Inſulæ Piſcariæ, datum Laterani, 5. Cal. Aprilis, An. 1166. quod extare apud Cardinalem D Columnam eiuſdem Cænobij Commendatarium, teſtatur Vghellus, ſi Oldoino fides; qui locum Vghelli, cum more ſuo prætereat, melius ei erat, nomen etiam Cardinalis præterire præſentis.

64. Sapientia & Scientia data ſunt tibi.

LOmbardus natione, & nomine, Diaconus Card. S.... ſecundum Oldoinum, qui indice deceptus Baroniano rerum memorabilium, in

to. 12.

to. 12. Diaconum Cardinalem dicit Lombardum, cum teſte eodem Baronio in Corpore Hiſtoriæ, Anno 1167. Subdiaconus fuerit S. R. E. non Diaconus Cardinalis. Immò hunc Petrum fuiſſe Lombardum magiſtrum famoſum S. Theologię, qui tunc temporis viuebat; idem aſſerit Baronius.

64. MArcellus Diaconus Cardinalis *S. Georgij in Velabro*, miſſus ab Alex. IIJ. ad Vuilelmum Siciliç Regem, vt militem imploraret auxiliarem aduerſus Fridericum Ænobarbum. Collegam habuit Petrum Cardinalem *S. Mariæ in Aquiro*; vt ex Vaticano Còdice Baronius Anno 1167, ſed loco Marcelli, Manfredum legendum eſſe crederem, vt ſupra *n*, 43.

Diaconi Cardinales.

65. *Orationes tuæ, & eleemoſinæ tuę aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.* 10. Art.

A 65. *Quæ infirma mundi ſunt, eligit Deus; vt confundat fortia* 1. Cor.

BAſilius Diaconus Card. *S. Marię Nouę* Indulgētię ſubſcribit datę per Alex. IIJ. viſitantibus Eccleſiam Ducalem S. Marci Venetiarum, in vigilia Aſcenſionis; vt ex *Cæremoniali Veneto Ducali p.* 185. Amator pauperum, & protector.

TEodinus Diaconus Card. *S. Euſtachij* ſubſcribit Indulgentiæ datæ viſitantibus Eccleſiam S. Marci Venetiarum. *Cæremoniale Ducale Venetum. p.* 185. Romam redijt, vbi quieſcit. Vir natalibus humilis, animo excelſus legitimum Chriſti Vicarium propugnauit etiam cum Morte colluctaretur.

Procancellarij, & Cancellarij S. R. E.

Sciſmate rugiente Romano, abſq; Cancellarijs fuit Eccleſia Romana per annos XIIIX.

Mag. Hermanus S. R. E. Subdiaconus, & Notarius, vicem geſſit Cancellarij, ab anno 1. Pontificatus, vſq; ad ſeptimum. Mag. Gerardus S.R.E. Notarius, Procancellarius ab anno ſeptimo Pontificatus vſq. ad octauum.

Mag. Gratianus S. R. E. Subdiaconus, Procancel- B larius ab anno Pontificatus nono ad XIIX.

Albertus de Morra, aliàs ſpana chronius Beneuentanus Presb. Card. S. Laur. in Lucina, Cancellarius S. R. E. ab Anno Pontif. XIJX. vſq; ad obitum Vrbani IIJ. P.P.

Dauſerius S. R. E. Subdiaconus Procancellarius, abſente Alberto Cancellario, anno Pontificatus XXIJ. & ſub Lucio III. & Vrbano III.

Victori IV. Antipapę cum Sciſma XXXI. Sal. Anno 1159.

Aduerſus Alexandrum III. R. P. 170.

Verba Iniquorum præualuerunt. Pſal. 64.

OCtauianus de Monticello Card. Diaconus *S. Nicolai in carcere* creatus ab Innocentio IJ. cuius geſta habes ſub Innocentio IJ. n. 53. *to. 1. de Geſtis Cardinalium* ſed Fuſius in *vita Innocentij II. to. 2. Rom. Pontificum p.* 593. Presbyter poſtea Card. tit. *S. Cęciliæ* (dicunt alij) SS. XIJ. Apoſtol. Sede vſurpata Romana; nomine *Victoris IV.* octo Cardinalium ſuffragijs, qui teſte *Ciaconio*, fuere ſequentes. Octauiani, geſta & inſignia habes in vita Alex. IIJ. R. P.

1. Fr. Imarus Gallus Ep. C. Tuſculanus.
2. Octauianus Romanus, Presb. Card. *S. Cęciliæ*, Archiep. S. R. E.
3. Ioannes de Mercone Piſanus P. C. SS. Silueſtri & C Martini in montibus, tit. Equitij.
4. Guido Cremenſis P. C. tit. S. Mariæ Tranſtyberim.
5. M. Raymundus Diac. Card. S. Mariæ in Via Lata.
6. D. Simon Monachus, & Abbas Sublacenſis D. Card. S. Marię in Dominica.
7. Gregorius Diac. Card. SS. Viti, & Modeſti.
8. Guillelmus Ciuis, & Archid. Papien. D. C. S. . . . Hi duo poſtremi omittuntur à Panuinio.

Victor IV. in ſuo PſeudoPontificatu plures Cardinalium promotiones fecit, quorum memoria perijt prꝫter Ioannis Vngari Pſeudo Ep. Card. Albani, vel D Tuſculani creati à Victore IV.

Sciſma XXXI.
Paſchalis. II. Antipapæ. XXXI.

Contra eumdem Alexandrum. III. Salutis Anno: 1165.

Verboſus ſeparat Principes. 16. Prouer. 26.

GVido Cremenſis Presb. Card. S. Marię Tranſtyberim tit. Callixti poſt mortem Victoris IV. eleuatur PſeudoPapa nomine *Paſchalis III.* contra Alexandrū IIJ. à Ioanne Card. Presb. SS. Silueſtri, & Martini in montibus. Hi namq; ſoli ſupererāt Cardinales

dinales legitimi, & antiqni licet depoſiti; & excommunicati, à quibus conuocati Pſeudo Cardinales creati à Victore IV. Paſchalem IIJ. elegerunt. Cardinales is an elegerit, & quos? dubium.

Sciſma. XXXIJ. Callixri IIJ. Antipapæ. Anno Sal. 1170.

Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. 6. Timoth.

IOannes Vngarus profeſſione Monachus, Abbas A Strumenſis creatus à Victore IV. Antipapa, pſeudo Ep. Card. *Albanus*, vel *Tuſculanus*, ſede vſurpata Romana nomine *Callixti III.* contra Alexandrum IIJ. promotus à Pſeudo Cardinalibus.... alios ſubrogauerit? incertum.

L V C I V S III. P. R. CLXXI.

LVcius IIJ. Electus Anno Sal. 1181. die 4. Cal. Septemb. plures creauit Cardinales, vt infra vſq; ad 7. Cal. Decem. 1185.

Epiſcopi Cardinal. qui Lucium III. crearunt, teſte Ciaconio.

1. Hubaldus Allueingolus Ep. C. Oſtienſis Decanus Epiſcoporum.
2. Conradus de Vvilttelsbach, Ep. C. Sabinus ex B Alex. III.
3. Theodinus Ep. C. Portuenſis, ex eodem.
4. Petrus Ep. C. Tuſculanus ex eodem.
5. Henricus Ep. C. Albanus ex eodem.
6. Paulus Scholarius Ep. C. Prçneſtinus ex eodem

Presbyteri Cardinales,

7. Io: Sutrinus Presb. SS, Io: & Pauli, tit. Pammachij ex Eugenio IIJ. *Panuinius diſſonat*.
8. Io: Piuzutus P.C. tit. S. Anaſtaſię, ex Hadriano IV. *Panuinius* negat.
9. Albertus de Morra P. C. tit. S. Laurentij in Lucina; ex eodem.
10. Boſo P. C. S. Pudentiane, tit. Paſtoris S. R. E. Camerarius. ex eodem.
11. Io: Comes Anagninus P. C. tit. S. Marci ad Palatinas: ex eodem.
12. Cynthius de Papa Romanus P. C. tit. S. Cęcilię C ex eodem.
13. Petrus P. C. tit. SS. Gabinij, & Suſannę: ex Alex. IIJ.
14. M. Vibianus P. C. tit. S. Stephani in monte Cęlio. ex eodem.
15. Hugo Perri Leonis P.C. tit. S. Clem. ex eodem.
16. D. Arduinus Can. Regul. P. C. tit. S. Crucis in Hieruſalem ex eodem.
17. Matthęus P. C. tit. S. Marcelli: ex eodem.
18. Laborans P. C. tit. S. Mariæ Tranſtyberim: ex eodem.

Diaconi Cardinales,

19. Hyacinthus Bobo D. C. S. Marię in Coſmedin, ex Cęleſtino IJ.
20. Ardicio Riuoltella D. C. tit. S. Theodori; ex Hadriano IV.

Ex Alexandro IIJ.

21. Hugo Vicecomes D.C.S. Euſtachij, iuxta templum Agrippæ.
22. Io. D. C. S. Angeli.
23. Raynerius D. C. S. Georgij in Velabro.
24. M. Gratianus D. C. SS. Coſmę, & Damiani
25. D. Matthęus Can. Regul. D.C.S. Mariæ Nouę
26. Bernardus D. C. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
27. Raynerius D. C. S. Hadriani.

Cardinales Epiſcopi creati à Lucio III.

1. THeobaldus natu Gallus Ep. Car. *Oſtienſis* ſolus D ereatus à Lucio III. in ſecunda Cardinalium promotione, Veronæ Anno Salutis 1184. ſecundum Ciaconium; nam ex Panuinio, in eadem promotione alij creari ſunt Cardinales. De Theobaldo vide ſub Alex. III. *n.* 44.

Presbyteri Cardinales creati à Lucio III.

2. RAynerius Papienſis ex Diacono Card. S Georgij in Velabro Presb. Card. *SS. Io: & Pauli tit. Pammachy*. Vide ſub Alex. IIJ. *n.* 56.

3. Con-

3. *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Eccl. 4.



HVbertus Allueingolus, nobilis Lucenſis, Lucio III. agnatus ab eodem in prima promotione Cardinalium aſſumptus Presb. Card. tit. *S. Laurentij in Damaſo*, cum eodem Lucio III. ſubſcribit diplomati miſſo ad Eccleſiam Brunduſinam, Anno Sal. 1182. *to.* 5. *Vghel.* (teſte Oldpino, qui more ſuo fallitur, nam diploma Lucij III. ad Eccleſiam Brunduſinam in *to.* 5. *Vghelli* non habetur, ſed in *appendice to.* 10. *p.* 926. & in hoc diplomate abeſt Hubertus P. C. S. Laurentij in Damaſo. Subſcribit oppido ad Ep. Æſerniensem, *to.* 6. *Vghel. p.* 500. Canonicis Aquileienſibus *to.* 5. *p.* 70. *Vghel.* Anno 1184. & Canonicis Veronen. *p.* 750. *ib.* & Epiſcopo Bellunenſi; Anno 1185. *to.* 5. *p.* 184. Vltra hoc tempus memoria non extenditur. Quando obierit? incertum. Egenorum tutor, viuens & moriens eleemoſinas eis abunde ſubminiſtrauit.

3. *Iudeus Apollo nomine, vir eloquens deuenit Epheſum, potens in ſcripturis.* Act. 18.

MAg. Pandulphus Maſca, patria Piſanus, non Lucenſis, (vt refertur à Didaco de Franchis in *vita S. Io: Gualberti*) à Callixto II. Subdiaconus ordinatus; vt de ſe ipſo teſtatur in vita, quam ſcripſit Callixti II. Pandulphum namq: non ſolum Magiſtri titulo donant monumenta Bibliothecę Vaticanæ; ſed Guillelmus Eiſengrenus in Catalogo teſtium veritatis, ſub Anno 1184. ſequenti illuſtrat elogio: *Pandulphus Piſanus ſacræ paginæ doctor, S. R. E. Subdiaconus, Presb. Card. SS. XII. Apoſtolorum, vir admiratione omnium digniſſimus, dicendi artifex, & Orator eloquens, Hiſtoricus celeberrimus, nec vlli Theologorum ſecundus.* Scripſit Maximorum Pontificum vitas à S. Petro, vſq. ad Innocentium II. quarum alias compoſuit, alias ab Anaſtaſio, Damaſo, Petro Guillelmo decerpſit. Extat liber M. S. in Vaticana Bibliotheca, n. 226. & 3762. & apud Conſtantinum Abbatem S. Barontij in *Commentar. ad vitam Gelaſij II.*

Iuſto etiam volumine res deſcripſit Piſanas, domi foriſq: geſtas; quod ibidem latitat.

Gelaſij II. familiaris, & peregrinationis comes indiuiduus, vitam eius eleganti penicillo expoſuit, & ſub Hadriano IV. Alexandro III. geſta Curiæ Romanæ diligenter notauit. A Lucio III. in prima Cardinalium promotione, quæ contigit Anno Sal. 1182. Presbyter dictus Cardinalis *tit. SS. XII. Apoſtolorum*, cum eodem ſubſcripſit diplomati dato ad Ep. Florentinum, Anno 1183. *to.* 3. *Vghel. p.* 133. ad Canonicos Veronenſes An. 1184. *to.* 5. *p.* 750. ad Ep. Bellunenſem *to.* 5. *p.* 184. ad Canonicos Spoletanos. *to.* 1. *p.* 444. ad Ep. Bellunenſem, vbi per errorem dicitur P. C. *tit. SS. Io: & Pauli.* Ad Monachos S. Petri de Calauena, *to.* 5. *p.* 755. Anno 1186. cum Vrbano III. quem promouit, Veronæ Eccleſiam conſecrat S. Iuliani, *to.* 5. *p.* 760. *Vghel.* ſubſcribit ad Abbatiſſam S. Zachariæ Venetiarum, teſte *Bozzono*, ſubſcribit ad Canonicos Ferrarienſes, *to.* 2. *p.* 575. ad Canonicos Piſanos *to.* 3. *p.* 485. Archiep. Mediolan. *to.* 4. *p.* 236. Promouit Gregorium VIII. Clementem III. cum quo, Anno 1188. ſubſcribit ad Abbatem S. Petri Maſsę, Montis Neronis, *to.* 2. *p.* 897. & Epiſcopo Rauellenſi, *to.* 9. *p.* 926. Promouit Clementem III. & Cæleſtinum III. cum quo ſubſcribit ad Ep. Eugubinum, Anno Sal. 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 617. S. Mariæ de Ferraria, *to.* 6. *p.* 700. Epiſcopo Theanenſi, Anno 1193. *to.* 6. *p.* 707. & Canonicis de Sauona *to.* 4. A *p.* 1010. Canonicis Ianuen. *ib. p.* 1219. & Anno 1195. ad Monachos S. Modeſti Beneuenti, *to.* 8. *p.* 200. & Anno 1198. ad Ep. Benneu. *to.* 7. *p.* 1324. & Ep. Placentinum, Anno 1199. *to.* 2. *p.* 276.

Ab eodem Cæleſtino III. Legatus ad Ianuenſes pro componendis diſcordijs ciuilibus, & pacem procurandam cum Piſanis abijt, & redijt nullo fructu. Cæleſtino defuncto; promouit Innocentium III. à quo Legatus ad Etruſcos, vt horum fędera pacta cum vicinis, Sede inconſulta Romana irritaret; quia Ducatus Etruriæ ad Eccleſiam pertineret, feliciter abſoluit. Vſq. in Annum 1201. vitam protraxit; nam eodem Anno ſubſcripſiſſe legitur, cum Inno- B centio III. ad Eccleſiam S. Mariæ de Glarea, Veronæ. *ex Ciaconio.*

5 IOannes Presb. Card, *tit. S. Mariæ Transtyberim* ſubſcribit cum Lucio III. Anno Sal. 1185. ad Ep. Bellunenſem, *to.* 5. *Vghel. p.* 184. ſed per errorem, nam viuebat M. Laborans Presb. Card. tit. S. Mariæ Tranſtyberim, qui & ipſe per errorem dicitur P. C. tit. S. Marci; propterea typos corrige Vghellianos; & titulum *S. Marci* reſtitue Ioanni: titulum verò *S. Mariæ Tranſtyberim*, Laboranti. Qua correctione ſuppoſita, iſte Ioannes eſt ſuperfluus, nam C idem qui ſub Alex. III. *n.* 17.

6. *Chriſtus venit in Mundum, vt peccatores ſaluos faceret: quorum primus ego.* 1. Timo. 1.



6 BObo Romanus natu, nobili Vrſinorum ſanguine, clara virtutis ſuæ indole clariſſimus, Fedino teſte, ex antiquis Vrſinæ Gentis monumentis, quæ in Archiuo Bracchiani D Ducis aſſeruantur (apud Sanſouinum nulla mentio) Diaconus Card. *S. Angeli* promotus à Lucio III. in prima Cardinalium creatione (teſtibus Ciaconio, & Panuinio) poſtea Presb. Card. tit. *S. Anaſtaſiæ* aſſumptus à Clemente III. Anno Sal. 1188. ſecundum Panuinium, & Ciaconium, 4. Non. April. Bobonem hunc Frizonius *Bozonem* dicit natu Gallum ex Regia *Bozonum* ſtirpe, qui Reges dicebantur Arelatenſes; quòd Arelate Regiam haberent.

Sub-

Subſcripſit Bobo, vel Bozo cum Lucio III. Anno
1183. Archiep. Florent. *to. 3. Vghel. p.* 133. Anno
1185. comitijs adſuit Vrbani III. cum quo ſubſcri-
bit ad Archiep. Mediolanenſem, *to.4.p.*237. Promo-
uit Clementem III. cum quo ſubſcripſit Abbati S.
Petri de Maſſa, Anno 1188. *to. 2. p.* 897. Epiſcopo
Rauellenſi, *to. 9. p. 927*. Ab eodem Clemente III.
promotus Epiſcopus *Portuenſis, & S. Ruffinæ* teſte Cia-
conio, & Panuinio, Anno Salutis 1189. licet apud
Vghellum inter Epiſcopos Portuenſes non reperia-
tur. Teſte tamen eodem Vghello Anno 1189. vo-
catur ad Epiſcopatum Portuenſem Robertus, qui
eodem Anno moritur; vnde non implicat, Anno pa- A
riter 1189. Bobonem eligi, eiq: Petrum Gallociam
ſubſtitui, Anno 1190. Reliqua tenet obliuio. Ad
hunc Bozonem Cardinalem Presbyterum ſcripſit
Io: Saresberienſis Præſul Carnotenſis ep. 301. *Vene-
rabili Domino, & Patri cariſſimo Bozoni Dei gratia S. R.
E. Presbytero Cardinali ſuus Ioannes de Saresberia ſalutem
& prompta deuotionis obſequium.*

Princeps Bobo magnanimus, cuius animum nun-
quàm curuauit iniuria. Proloquium habuit familiare
illud Pauli; *Chriſtus Venit in Mundum, ut peccatores
ſaluos faceret; quorum primus ego.*

7. *Perijt memoria eorum cum ſonitu.*
Pſal. 9.



GErardus Allucingolus, pa-
tria Lucenſis agnatus
Lucij III. R. P. Reipublicę Ec-
cleſiaſticæ valdè vtilis, ob re-
giminis peritiam, & cum Prin-
cipibus hilarem manſuetudi-
nem, ob quam nunquàm ingra-
tus acceſſit. Diaconus Cardi-
nalis *S. Hadriani* aſſumptus in primà Cardinalium
promotione, eo iubente Legatus abijt in Vm-
briam, vt à Chunrado Duce Spoletino, fidei Sacra-
mentum exigeret, & anathemate ſolueret, quod ſu-
bierat propter incurſionem factam in agros Eccle-
ſię. Pluribus cum ſubſcripſiſſet eiuſdem Lucij R. P.
literis, Comitijs adſuit Vrbani III. Gregorij VIII.
Cæleſtini III. cum quo ſubſcripſit ad Ep. Eugubi-
num, Anno 1191. *to.1. Vghel. p.* 685. & Anno 1192.
ad Abbatem S. Mariæ in Flumine, *to. 2. p. 619*. Ab-
batiſſam S. Petri Maioris. *to. 3. p.* 135. Inde Legatus
ad Gallos, Philippo interprete Gallorum Rege, pa-
cta firmauit inter Comitem Niuernenſem, & Gerar-
dum Abbatem Virziliacenſem, vtroq. plaudente li-
tigatore. Romam reuerſus comitijs interſuit creandi
Innocentij IIJ. cum quo ſubſcripſit Anno 1199. *to.2.* D
Vghel. p. 277. à quo tertia Legatione decoratus, mor-
tua Panormi Conſtantia Auguſta rebelles pacauit,
ſubiectoſq. reſtituit Friderico Conſtantiæ filio. In
hac Legatione, tanquàm vir prouidus, & honeſtus
(teſte ipſo Innocentio III. Pontifice) rem supergreſ-
ſus priuatam, totuſq. Reipublicæ intentus, meruit
ab eodē Pontifice (*l. 7. ep. 36.* 129. 130. 131. 135. 136.
155. ſpecioſis titulis decorari, & *ſpecialis deuotionis
bracchijs* amplecti. In Lucenſem electus Epiſcopum à

concìuibus ſuis, prohibitus eſt à Romano Pontifice
acquieſcere, quòd tanto miniſtro priuari, ſedes non
pateretur Romana. Plures cum deco Scriptores ho-
norificam memoriam habuerint; Regiſtrum epiſtole
Innocentij III. Pandulphum Collenutium in Com-
pendio *de Rebus Siculis*. Obijſſe dicitur Anno 1201.
loco incerto, & ſine epitaphio; vt tantæ virtuti ſu-
perſcribere non incongruum; *Perijt memoria eorum
cum ſonitu.*

8. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua; & vſq. ad
mortem certa pro iuſtitia & Deus expugnabit
inimicos tuos,* Eccl. 4.



OCtauianus Nobilis Roma-
nus Patruus Odonis de
Polo affinis Innocentij III. Sub-
diaconus cum eſſet S. R. E. in
Gallias Legatus abijt Sedis Apo-
ſtolicæ, miſſus ab Alexandro
III. vt eius Regni Prælatos ad
Synodum adduceret Lateranen-
ſem. Romæ reſtitutus, felici
Galliæ teſtimonio, iuuenem Senilia ſapere, à ſecre-
tis Synodo eſt datus Lateranenſi, & viuente Alexan-
B dro Curiam frequentauit Romanam, familiaris Hu-
baldi Cardinalis Allucingoli, qui Papa dictus no-
mine Lucij IIJ. Octauianum inter purpuratos aſſum-
pſit Diaconum Card. *SS. Sergij & Bacchi*. Hoc titulo
legitur ſubſcripſiſſe cum eodem Lucio IIJ. Anno Sal.
1184. *to. 5. Vghel. p.* 750. Ad Archiep. Florent. Anno
ſequenti Comitijs adſuit Vrbani III. cum quo Anno
1186. Eccleſiam conſecrauit S. Iuliani, Veronæ,
to. 5. p. 760. vbi per errorem *Odo* appellatur; nam
eodem Anno apud eumdem Vghellum *to. 2. p.* 576.
ſubſcribit ad Canon. Ferrarienſes. Eiuſdem Vrba-
ni nomine Legatus in Angliam cum Hugone de Nu-
nant; Ioannem coronauit filium Henrici II. An-
C glorum Regis, Regem Hiberniæ. Romam reuer-
ſus comitijs adſuit Gregorij VIIJ. & cum eo ſubſcri-
pſit ad Archiep. Ianuen. Anno 1187. *to.* 4. *Vghel. p.*
1211. ad Ep. Rauellenſem; *to. 9. p.* 926. Anno 1188.
Promouit poſtea Clementem III. à quo in die Cine-
rum, ex Diacono Cardinali SS. Sergij, & Bacchi,
creatus Epiſcopus *Oſtienſis, & Veliternus*, promouit
Cęleſtinum IIJ. cum quo ſubſcribit ad Monachos S.
Mariæ de Ferraria, Anno 1192. *to. 6. Vghel. p.* 700.
ad Canon. Ianuen. *to. 4. p.* 1219. Anno 1193. Ad Ep.
Theanenſem *to. 6. p.* 707. Ad Archiep. Beneuenta-
num, anno 1195. *to.* 8. *p.* 200. ab eodem Legatus in
Normanniam cum Iordano Cardinali, litem, quę
inter Vuillelmum Ep. Elienſem, & Vvaltherium
Archiep. Rothomagenſem gliſcebat, compoſuit. In
reditu captus à Chunrado Spoletino Duce, diu man-
ſit in Caſtro S. Mariæ, & paulò ante Cæleſtini R.P.
obitum ſolutus Romam redijt Vicarius Vrbis, pro-
mouitq; Innocentium III. (qui in pęnam caſtrum il-
lud ſolo æquauit, Anno 1198. vt Caſtrum in caſtro
non inuenias) continuauitq; vrbanam præfecturam,
pluraq; mandante Innocentio, in Baſilica D. Petri,
altaria conſecrauit, *ep.* 358. *Innocentij III.* indè Le-

gatus pro reconciliando Marcoualdo Siciliæ tyranno, quem Innocentius communicauerat, cum improuidè in locum iniquiorẽ trahi à Marcoualdo paſſus eſſet cum Cardinalibus ſocijs; ne loci aſperitate deterriti duriora non auderent imponere præcepta, vel vincula non effugerent; collectis animis, licet ſe circumuentos, & militibus Marcoualdi circumactos viderent mandata tamen Pontificis conſtantiſſimè expoſuerunt; propterea Marcoualdum duxère volentem, traxere nolentem ad pęnitentiam, vel fictam, & iuramentum fidelitatis exegerunt, quo recepto cum anathemate liberarunt more Canonico. *ep.* 157. Ad Gallos tandem ab eodem Innocentio Legatus, vt Philippum Regem ad Engelbergam ſororem Dani Regis, legitimam Philippi coniugem reuocaret; Synodum celebrauit Sueſſionẽſem, in qua pacis ſequeſter virum coniugi Regem Reginæ reſtituit. Tanti viri fama cum ad exteros euolaſſet; epiſtolis petebatur frequentibus, à viris Clariſſimis præcipuè à Petro Bleſenſi, de his monitus, *quæ perperam agebantur in Eccleſia Dei* Tantis meritis clarus, mortuo Cœleſtino III. prænſauit Pontificatum, nec obtinuit; quia Cœleſtinus III. Ioannem Lotharium D. C. SS. Sergij, & Bacchi, licet iuniorem tanquàm digniorem Cardinalibus commendaſſet.

9. *Et in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, Eccli. 44.



M. Sofredus, vel Gualfredus vel Roſredus, vel Goſredus de Caietanis, natione Piſanus, Henrici Comitis filius & Villani Archiepiſcopi nepos, teſte Ciaconio, vel natione Piſtorienſis, ſecundum Gregorium Abbatem Porſiniani Cænobij in Hetruria *ep. ad Monachos de Canonizatione S. Io. Gualberti*. Vir prudentia regiminis, religionis obſeruantia, morum honeſtate, doctrinæ fundamento celebris, ex Canonico Cathedralis Piſtorienſis; Subdiaconus S. R. E. creatus ab Eugenio III. eius affine, poſtea inter Cardinales cooptatus à Lucio III. Diaconus Card. *S. Mariæ in Via Lata* cum eodem ſubſcribit ad Archiep. Florentinum, Anno Sal. 1183., *to.* 3. *Vghel. p.* 133. Ep. Veronenſem, anno 1184. *to.* 5. *p.* 750. Ad Canonicos Spoletan. Anno. 1185. *to.* 1. *p.* 444. Ad Monachos S. Petri de Calauena, *to.* 5. *p.* 755. eodem anno promouit Vrbanum III. cum quo Anno 1186. ſubſcribit ad Canonicos Ferrarienſes, *to.* 2. *p.* 575. Ad Canonicos Piſanos, *to.* 3. *p.* 485. Archiep. Mediolanen. *to.* 4. *p.* 237. Promouit etiam Clementem III. & Cęleſtinum, cum quo ſubſcribit ad Ep. Eugubinum, Anno 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 885. & anno 1192. ad Abbatem S. Mariæ in Flumine, *to.* 2. *p.* 619. & anno 1195. ad Archiep. Beneuen. *to.* 8. *p.* 200. Eiuſdem Cæleſtini III. Legatus ad Longobardos Galliam luſtrauit Ciſalpinam, quo munere abſoluto ſine querela, Romam redijt, & poſt obitum Cæleſtini III. Innocentium III. promouit, à quo Legatus ad Venetos, vt eorum claſſem vrgeret in ſubſidium Terrę Sanctæ, cui expeditioni Sofredus Pręfectus fuerat, tam gratus acceſſit, vt etiam vltra petita, à Religioſiſſima Venetorum Republica fuerit voto potitus. Pontificis Innocentij prædilectus, Crucis ſignaculo ſuſcepto manu Pontificis, Anno primo Pontificatus, nauigauit in Syriam, quam tunc temporis Latini occupauerant, & Byzantij, in templo S. Sophiæ, ab Imperatore Balduino, Clero & populo Latino honorificè acceptus, Conſtitutiones aliquot prò mutua populorum pace euulgauit. Ab Eccleſia Rauennate in Archiepiſcopum poſtulatus, tanquàm perneceſſarius Eccleſiæ Vniuerſali, non eſt permiſſus. Negari tamen haud potuit Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, quæ vnà cum Rege eum poſtu-
A auerat in Patriarcham, quaſi vnus, & ſolus Syriam
ſeruare valeret ab incurſione Barbarorum. Hinc frequentibus literis ſollicitatus ab Innocentio III. qui inter cætera ei ſequentia ſcripſit (*Licet propter euidentem vtilitatem Eccleſię Romanæ, cuius te membrum magnum, & honorabile reputamus*) *graue ſit nobis, & fratribus noſtris non modicè moleſtum te ad poſtulationem Regis, & Canonicorum S. Sepulchri Eccleſiæ Hieroſolymitanæ concedere in Paſtorem, qui valdè neceſſarius nobis exiſtas, tanquàm vir nobilis, & honeſtus, facundus, & literatus, & tam in temporalibus prouidus, quam in ſpiritualibus circumſpectus*, dignitatem recuſauit conſtanter, vel humilitatis profeſſione; vel calore iracundiæ,
B quod in Patriarcham poſtulatus Rauennatẽ, acquieſcere ſit prohibitus. Aquieuit tamen factus obediens Pontifici Romano.

10. *Nobilis quidem ipſi, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus non facilem laborem, imo negotium plenum vigiliarum & ſudores aſſumpſimus*, 2. Maccab. 2.



M. D. Albinus natu Mediolanenſis Canonicus Regularis S. Mariæ de Creſentiaco Dioeceſ. Mediolan. Diaconus primo Cardinal. *S. Mariæ Nouæ* in prima Cardinalium promotione, poſtea
C Presb. Card. *S. Crucis in Hieruſalem*
in locũ Arduini, promotus à Lucio III. cum eo ſubſcribit ad Ep. Rauellenſem, Anno 1182. *to.* 9. *Vghel. p.* 926. Ep. Veronen. Anno 1184. *to.* 5. *p.* 750. Ad Canonicos Spoletanos, Anno 1185. *to.* 1. *p.* 444. ad Monachos S. Petri de Calauena, *to.* 5. *p.* 755. Eodem anno promouit Vrbanum III. cũ quo ſubſcribit ad Canonicos Ferarrien. Anno 1186. *to.* 2. *p.* 576. Anno 1188. cum Clemente III. tanquàm Presb. Card. ſubſcribit ad Abbatem S. Petri de Maſſa, montis Neronis *to.* 2. *p.* 897. Ab eodem Clemente in Epiſcopum promotus *Albanum* ſubſcribit ad Epiſcopum Eugubinum cum Cęleſtino
D IIJ. anno Sal. 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 685. Ad Abbatem
S. Mariæ de Ferraria, Anno 1192. *to.* 6. *p.* 699. Moniales S. Petri Maioris, *to.* 3. *p.* 135. & anno 1193. ad Canon. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1219. Ad Archiep. Beneuentanum, Anno 1195, *to.* 8, *p.* 200. Librum ſcripſit cui titulus *Collectio Canonum* qui adhuc M. S. aſſeruatur in Vaticana Bibliotheca. De qua Collectione abundè diſſeruimus cum in Patauino Gymnaſio Sacrorum Canonum interpres acceſſiſſem, ex mandato Sereniſſimi Venetorum Senatus.

Ad

Ad Albinum ſcripſit de Actis Concilij Rhemenſis Gaufridus Clareuallenſis Monachus, teſte *Baronio*.

Eius memoriam ſuſtinet adhuc lapis in titulo Lucinæ, vbi ſepultus expectat Carnis reſurrectionem.

11. *Canes muti non valentes latrare; videntes vana, dormientes & amantes ſomnia,*
Iſai. 56.



M. Melior natu Gallus Camerarius primò indè Presb. Card. *S.S. Io: & Pauli tit. Pammachij* à Lucio III. Veronæ promotus, paulò ante mortem, cum illuc Pontifex ſe recepiſſet vnà cum Friderico Imperatore, ob ſeditiones à populo excitatas Romano, oculos eruente eis, qui ſtabant à Parte Pontificis creatum fuiſſe, cum Rolando Doleuſis electo, & M. Rodulpho Nigello, Presbyterum Cardinalem, teſtis eſt Robertus de mõte, qui hũc Cardinalem glutino amicitię ſibi iunctum fuiſſe aſſerit; in *appendice Chronicorum Sigeberti*. Subſcribit cum eodem Lucio III. ad Eccleſiam S. Mariæ dè Calauena, Veronę, Anno 1185. *to.* 5. B *p.* 756, Ad Canonicos Spoletanos *to.* 1. *Vghel. p.* 444. ad Ep. Bellunenſem, vbi per errorem dicitur. P. C. *tit. SS. XII. Apoſtolorum* cum Vrbano III. Anno 1186. ad Caſotam Abbatiſſam S. Zachariæ, Venetiarum, teſte *Bozzono*. Cum eodem Vrbano, Veronæ Eccleſiam cõſecrauit S. Iuliani de Lepida *to.* 5. *Vghel. p.* 760. ſubſcripſit ad Canonicos Ferrarien. *to.* 2. *p.* 575. ad Canonicos Piſanos, *to.* 3. *p.* 485. Archiep. Mediolan. *to.* 4. *p.* 237. Promouit poſtea Gregorium VIIJ. cum quo ſubſcribit Archiep. Ianuenſi, *to.* 4. *p.* 1211. & Anno 1188. ad Ep. Rauellenſem *to.* 9. *p.* 926. Promouit etiam Clementem III. Cęleſtinum III. cum quo ad Ep. Eugubinum ſubſcribit Anno 1191. *to.* 1. C *Vghel. p.* 685. Abbatem S. Mariæ in Flumine Anno 1192. *to* 2. *p.* 619. Moniales S. Petri Maioris, *to.* 3. *p.* 135. Monachos S. Mariæ de Ferraria *to.* 6. *p.* 700. ad Canon. Ianuen. *to.* 4. *p.* 1219. Legatus ad Gallos nomine Cæleſtini III. vt Philippum Francorum Regem qui affinitatis pretextu Iugelbergem filiam Regis Daniæ, legitimam coniugem dimiſerat Cleri Gallicani fultus præſidio, diuortium ad probantis eiuſdemq: nouum coniugium cum illegitime nata decernentis ad ſaniorem mentem retraheret, pueriliter ſe geſſit, graui dedecore Eccleſiæ Romanæ. Audi Rigordum *de geſtis Philippi Aug. Pontifex Cęleſtinus ad Conqueſtionem Danorum, miſit* D *Legatos ſuos in Franciam, Meliorem ſcilicet Presb. Card. & Cenſium Subdiaconum. qui Pariſios venientes Concilium conuocauerunt omnium Archiep. Epiſcoporum, Abbatum totius Regni, in quo tractauerunt de reformando Matrimonio inter Philippum Regem, & vxorem eius Ingelbergem; ſed quia facti ſunt Canes muti non valentes latrare, pellis ſuę timentes, nihil ad perfectum deduxerunt*. Aliam cum accepiſſet querimoniam ex Perſona Archipręſulis Rhemenſis, contra Ep. Dolenſem, Rhemenſem tuente Rege, Legatus Quæſtione in expedita receſſit. Rem accipe à Stephano Tornacenſi Abbate S. Gennouefę.

Magiſtro Meliori Cardinali.

Quæ ad vtilitatem, & pacem S. R. E. Eccleſiæ ſpectant, oculo vigilanti tenemur attendere, & primos diſcordiæ motus, tanquàm paruulos ad petram alludentes comprimere, & necare. Occaſione Turonenſis, & Dolenſis Eccleſiæ diſcordiæ tantus in animum D. Regis, & Principum eius Amaritudinis eius rancor deſcendit, vt coram Archiepiſcopis, Ep. Abbat. & Baronibus Regni ab Eccleſia Romana ſe conqueratur exhæredari, & dignitatem Eccleſiæ Turonenſis, quę ſua eſt, aliter quam temporibus Patrum ſuorum fuerit, imminui, & turpiter mutilari. Ingrata ſibi, & Patribus ſuis clamat Eccleſiam Romanam, & oblitam beneficiorum, quæ perſecutionis, & pacis temporibus à Francorum Regibus hactenus percepit; pro matre perhibet ſe recepiſſe nouercam, Inde eſt, quod dilectionem tuam, de quà non immeritò ſpecialiter confidimus, monemus, rogamus, & conſulimus, vt quacumq: arte potueritis, factum iſtud impediatis, nec propter fauorem perſonæ illius, quæ tibi natione coniuncta eſt, pacem, & concordiam, quæ inter Romanam Eccleſiam, & Regnum Francorum hactenus inuiolabilis extitit, turbari permittas: credimus enim, quia ſi D. Papa contra Turonenſem Eccleſiam in facto iſto proceſſerit, D. Rex, & omnes Barones eius, indignatione, ira, odio, pluſquàm credi poteſt, animati, & armati, abiecta paulisper reuerentia, quàm Eccleſiæ Romanæ debent, noua, & periculoſa Conſilia tractare cogentur, & non poterit leuiter extingui, quod pręcipitanter potuit incitari. Melius eſt autem in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicari. Controuerſiam hanc extinxit Innocentius III. *Ep.* 79. qua Dolenſem Eccleſiam cum reliquis Britanniæ Minoris, ſuffraganeam declarauit Eccleſiæ Turonenſis.

Romam reſtitutus Melior ingratus latuit Palatinis, ob Legationem malè geſtam in Gallia. Quando vitam poſuerit mortalem? ſub eodem Cæleſtino crederem, quia comitijs, non adfuit creandi Innocentij III,

12. *Conſiderans autem Rex & diligenter examinans, fecit ei templum, vt probaret quod factum erat: Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephtar; id eſt Purificatio.* 2. Maccab. 1.



ADelardus, ſiue Alardus Veronæ natus teſte Ciaconio & Panuinio, ciuili ſanguine; vel ſecundum Vghel. familia *Cattaneus de Lendenaria* (oppidum eſt in ditione Venetorum) Canonicus Eccleſię Veronenſis de quo Panuinius *lib.* 7. *Antiquit. Veronen.* Anno 1189. *p.* 187. *Riprando Epiſcopo Veronenſi mortuo Canonicorum omnium ſuffragijs ad Epiſcopatum Veronenſem vocatus eſt D. Adelardus Veronæ, ſummo loco natus, quem ex Canonico Eccleſiæ Veronenſis, & cantore maiore, vt ex tabulis*

bulis Cænobij SS. Nazarij, & Celſi obſeruans. Lucius P. P. III. Veronæ Presb. Card. tit. S. Marcelli *crearat. Fuit autem vir hic ante omnes ſuæ ætatis Antiſtes habitus religioſiſſimus, ingeniiq; manſuetiſſimi. Quàm etiam rebus gerendis maximè idoneus exiſtimabatur, eum Clemens P.P. III. Legatum traſmare hoc anno: cum Hubaldo Piſano, & Giberto Rauennate Archiep. miſit pro Terræ ſanctæ negotijs, vbi cum in Dei ſeruitio commoraretur abſens Epiſcopus Veronenſis eſt factus. Hic Legatione abſolutà, Veronam reuerſus egregiè ſanctiſſimeq: Epiſcopatum Annis plus minus XVI. adminiſtrauit. Ad quem multa extant Innocentij P.P. III. epiſtolæ, quibus qui vir ille fuerit, ſatis intelligi poteſt. Cuius in Archiuis Epiſcopatus multam* A *mẽtionẽ inueni*, Ex quibus eum viuũ fuiſſe *Annis* 1194. Priuſquàm in Orientem abiret, Veronæ, teſte eodem Panuinio, Anno Sal. 1185. *lib. 7. Antiquitatum Veronen. p.* 183., die ſabbathi 9. Nouemb. vnà cum Patriarcha Gotifredo Aquileienſi, & alijs dedicauit Eccleſiam S. Mariæ antiquæ. In Oriente, nomine Clementis III. vnà cum Philippo Francorum, & Ricardo Britannorum Regibus, expugnata ciuitate Accone, Eccleſia expiauit ab infidelibus pollutas, dedicauitq; Altaria, teſte *Rogerio Houedeno*. Hinc Ciaconius Adelardo tanquàm Cruceſſignato hæc tribuit inſignia. Vghellus verò *to. 5. Italiæ p.* 765. duo omnino tribuit diuerſa. B

Veronam reuerſus Eccleſiam S. S. Apoſtolorum conſecrauit; ſidelibus adiutrices manus in reparatione Eccleſiæ S. S. Firmiani, & Ruſtici porrigentibus remiſſionem peccatorum dies XX. criminalium, & ſeptimam partem venialium indulſit, Anno 1197. vt legitur in monumento, quod eadem ſeruat Eccleſia, de qua verba diligenter tranſcripſit Vghellus. Anno 1207. Idem Adelardus tanquàm Epiſcopus Veronenſis caſtrum Leniaci permutauit cum Caſtro Montis Fortis, vt patet ex ſtipulatione confecta inter Epiſcopum; & commune Veronenſium approbantibus Hugone Ferrarienſi, & P. Adrienſi Epiſcopis ad hoc delegatis ab Innocentio P. P. C III. Inſtrumentum habes apud eumdem Vghellum. Alia inſtrumenta ibidem legere eſt de permutatione Crimaniæ inter Adelardum Ep. & marchionem Azonem Eſtenſem Poteſtatem Veronæ. Vixiſſe Adelardum vult Ciaconius vſq: in Annum 1210. Panuinius vſq: in Annum 1209. ſed fallitur, cum apud Vghellum *to. 5. p.* 778. Legatur inſtrumentum habitum in Clauſtro Canonicæ per eumdem Adelardum Epiſcopum, & Canonicos, Anno 1211. ad fauorem cuiuſdam D. Caſtellani operis maſſarij; quo Anno, vel ſequente obijſſe. Credo, cum amplius nulla eius memoria. Hoc Anno 1211. Adelarci poſtremò cæptum eſt ædificari Cænobium Sanctimonialium S. Mariæ Magdalenæ, ſub regula S. Benedicti, vt ex inſcriptione ſupra fores eiuſdem Eccleſiæ. D

Obijt ergo Anno Sal. 1211. vel initio 1211. cuius corpus humatum in Eccleſia S. Zenonis, vbi in marmoreo ſarcophago, ad Septemtrionem prope gradus quibus in ſacrarium tenditur, à dextro maioris Altaris latere exiſteret, in quo aliàs Miſſarum ſolemnia celebrata rumor affirmat. Obſoletum iacuit, vſq: in annum 1642. quum viuente Vrbano VIII. R. P. calu reſoſſum ex tumba marmorea, cui erat inſcriptum.

A. D. M. C. C.

XXV. Die XIII.

Exe, Auguſto

DNS. ADELARDVS

QNDA. EPS. V.

VII. CAR.

Repertum eſt Corpus ſtaturæ proceræ potiùs, eũ pluuiali. ſtola, chirotheeis, Sandalijs, baneis ornatum. Pluuiale, ac ſtola erant operis auro intextis pretioſo; chirothecæ Sericæ Albæ; ſandalia, ac baniæ corrupta, horum tantumodo oſſa ſuper integrum inter ſe connexa, fereq: corruptis veſtimentis implicita, vt membrorum ordinem, ac ſitum quam optimè retinerent: quodquè mirum eſt, ſuauiter olerent. Capellanus deputatus ad reuiſionem cum teſtibus & Comiſſario ſublatas chirothecas ex ſuis locis obtulit Reuerendiſs. D. Comiſſario, in quibus adhuc ſanis reperta ſunt manuum, digitorumq: oſſa, & Carnium, cineres in ſingulis ipſarum nodis diſpoſitæ. His ab eo, aliiſq: in tanti viri venerationem deoſculatis, nec non, & Capite cui dentes aliqui, ijdemq; integri inſerti conſpiciebantur, vt ex publico inſtrumento ad hoc confecto, quod legere potes apud Vghellum loco citato *p.* 780.

Nec dubium faciat contra Cardinalatum, & Epiſcopatum Adelardi, alicubi reperiri ſubſcriptum ſine titulo Cardinalitio, & alibi cum titulo. Titulo namque carebant Cardinales illi, qui ad ſedem Epiſcopalem euehebantur, & Vniuerſalis Eccleſiæ vocabantur Cardinales: qui quidem antiquiſſimus vſus obſolenit Auenione, ſedente Clemente V. ſub quo titulum retinuere Cardinalitium vnà cum Eccleſijs Cathedralibus, ad quas aſſumebantur, Hinc Adelardus priuſquàm Epiſcopus eligeretur Veronenſis Presbyterum Cardinalem *tit. S. Marcelli* ſe appellabat, vt in ſubſcriptione ad Epiſcopum, anno Sal. 1185. *to. 5. Vghel. p.* 184. ad Monachos S. Petri de Calauena, eodem *to. p.* 755. & ad Canon. Spoletanos *to. 1. p.* 444. Ita etiam ſub Vrbano III. Anno 1186. cum quo Veronæ Eccleſiam conſecrauit S. Iuliani de Lepida *to. 5. Vghel. p.* 760. Subſcripſit ad Canon. Ferrarienſes *to. 2. p.* 576. ad Canon. Piſanos *to. 3. p.* 485. Veronenſem adeptus Eccleſiam, in hæc verba diplamata obſignabat, *Adelardus ſola Diuina Gratia S. R. E. Cardinalis, Veronæ humilis Epiſcopus.* Nec latet Adelardum Epiſcopum Cardinalem Tuſaulanum dicià Panuinio, in libro de Pontificibus, & Cardinali S. R. E. in 4. Venetijs edito; quo fundamento? latet.

13. *No-*

13. *Noli reſiſtere contra faciem potentis: nec coneris contra ictum fluuij*. Eccl. 4.

GOffridus Presb, Cardinalis *tit. S. Praxedis* ſubſcribit cum Cœleſtino III. ad Epiſcopum Theanenſem, Anno 1192., *to. 6. Vghel. p.* 700. Odioſus aulicis, odij incerta cauſa ad lares rediję priuatos.


14. *Parentum magnalia in quatuor lapidibus erant ſculpta*. Sap. 19.



M. Rodulphus, vel Rodulphus Nigellus, natu Piſanus Diac. Card. *S. Georgij in Velabro* promotus à Lucio III. non in tertia, ſed in prima Cardinalium Creatione, Sal. Anno 1182. quia cum eo ſubſcribit ad Ep. Rauellenſem, eodem Anno 1182, apud Vghellum *to. 9, p. 926.* Rodulphum hunc Frizonius, & Auberij Gallum natu dicunt, ex nobili *Neſle* ſanguine, ex qua illuſtris Franciæ Polemarchus prodijt, cuius ſtirpis Parma coccinea duobus barbatulis tergis obuerſis aureis, tigillo, & triphylis eiuſdem velleris impreſſa. Nec obſtat, quod Geanologia Dominorum de *Neſle* ſcripta à literato viro de la Morliere Eccleſiæ Ambianenſis Canonico, eius non meminerit. Hanc enim (reſpondet Frizonius, in Gallia Purpurata) viri doctrina clariſſimi duo F. F. Sanmarthani gemini Regij Hiſtoriagraphi ſat obſcuram, & deficientem dixere, potiſſimum ſi tempora ſpectes ante Regem Ludouicum.

Scribit Rodulphus cum eodem Lucio PP. ad Canonicos Spoletanos Anno Sal. 1185. *to. 1. Vghel. p.* 444. ad Ep. Bellunenſem *to. 5. p.* 185. Ad Monachos S. Petri de Calaucna *p.* 755. Eodem Anno, mortuo Lucio III. promouit in Papam Vrbanum III. cum quo in conſecratione Eccleſiæ S. Iuliani de Lepida, Anno Sal. 1186. cooperatus eſt, *to. 5. p. Vghel. p.* 760. ſubſcribit ad Canonicos Ferrarien. *to. 2. p.* 576. Archiep. Mediolan. *to. 4. p.* a88. Canonicos Piſanos *to. 3. p.* 485. Promouit poſtea Gregorium VIII, cum quo ſubſcribit ad Ianuenſem Archiep. Anno 1187. *to. 4. p.* 1211. Promouit tandem Clementem III. cum quo ſubſcribit literis datis pro Eccleſia S. Fridiani Lucenſis (teſte *Ciaconio*) & ſub eo exuuias poſuit mortales. Huius Cardinalis, excepta generis nobilitate, geſta obruit antiquitas.

15. *Propter ſapientiam habebo claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores iuuenis & acutus inueniar in iudicio, in conſpectu potentium admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me*. Sap. 8.



M. Rolandus natu Gallus Abrincenſis ex Ciaconio: & Frizonio, imò & Panuinio in libro cui titulus; *Onophrij Panuinij, Romani Pontifices & Cardinales S.R.E. Venetijs edito, Anno* 1557. *apud Michaelem Tramezinum in quarto*, licet Oldoinus hunc librum cõfundens cum ſimili, quem eodem Anno Venetijs, ſed in follio imprimi curabit *Iacobus ſtrada Mantuanus*, nõn ſine Panuinij querela; quod eo inſcio edi fecerint; quaſi alienos ſurripuerint labores, & honorem cum proteſtatione librum in ſollio à Iacobo ſtrada editum plurimis ſcatere mendis; propterea ne mundus deciperetur Panuinij nomine, editionem ſuam acceleraſſe in 4. in quem lector oculos conijcere teneretur. In libro itaq; quem Panuinij nomine Strada edidit, Rolandus ſenenſis dicitur ex familia Paparona; quo libro Oldoinus ipſe aliàs minimè vſus eſt. In libro autem A Pontificum, & Cardinalium germanè edito à Panuinio, Gallus dicitur.

Decani perſonam primò Rolandus ſuſtinuit in Eccleſia Arboricenſi in Neuſtria, bonarum literarum apprimè peritus; poſtea vita functo Ioanne Epiſcopo Dolenſi, à Dolenſibus Armoricis in Præſulem electus Dolenſem, Anno 1177. die S. Martino ſacra, *Rogerio Heuedeno* teſtibus, & *Roberto Abbate* de Monte S. Michaelis, auctore appendicis ad Sigebertum; qui eius comitijs adfuit cum Henrico Baiocenſi, & Richardo Abricenſi; Dolenſis electus ac S. R. E. Subdiaconus vnà cum collega ſuo Syluano Rieuallenſi Abbate, in Angliam nomine Lucij PP. B III. abijt, teſte Houedeno, anno Sal. 1182. ob diſceſſionem ortam inter Guillelmum Regem Scotiæ, & Io: S. Andreę Epiſcopum, qui ſedente Alexandro PP. III, quamuis iure electus fuiſſet à Canonicis; Rex Hugonem Capellanum ſuum voluerit eiuſdem Eccleſię Epiſcopum conſecrari quapropter fuit Rex excommunicatus, & Regnum interdicto ſubiectum Tempore verò Lucij III. abſolutionem conſequente Rege; Rolandus Eccleſiam S. Andreæ, vtriq; parti ademit, Ioannem confirmans in Dunkeldenſi Epiſcopatu, cui ſententiæ cum Hugo non acquieſceret; Rolandus ſequentia ſcripſit ad Lucium IIJ. *Reuerendo Patri, & Domino Lucio Dei gratia* C *ſummo, & Vniuerſali Pontifici Rolandus eadem gratia Dolenſis electus, ſuę Sanctitatis ſeruus, & alumnus Apoſtolicę Sedis Subdiaconus; & Syluanus dictus Abbas Reuallenſis, debitæ ſubiectionis reuerentiam. Cum literas, quas Hugo Ep. redarguerat falſitatis, eidem Epiſcopo dediſſemus, & eas in quibus proceſſus rei continetur, acceptaq; à D. Rege licentia, recedere cum feſtinatione vellemus, D. Rex Me Dolenſem electum diligenter, & affectuoſe rogauit, vt per D. Io: Epiſcopum tranſitum facerem; & ei ex parte ſua Dunkeldenſem darem Epiſcopatum cum redditibus, quos antea in Epiſcopatu S. Andreę habuerat, cum augmento* 40. *Marcarum annuatim percipiendarum. Cancellariam quoq; regiam in Signum dilectionis offerrem* D *adiecitq; ſe ei, & ſuis omnia ablata redditurum, præter hoc ſolum, quod ad manus eius deueniſſe ſciebat, eoſq; in plenitudinem ſuę gratię, recepturum, ſicut antea fuerat ei oblatum. Volebat tamen, quod idem Io: Epiſc. omnia inſtrumenta ſua combureret, quæ ſuper facto S. Andreę fuerant à pię record. Alexandro prędeceſſore veſtro obtenta. Permittebat quoq; quod Hugo Ep. ad Glaſcuenſem Epiſcopatum transferretur; ſi aliter Epiſcopus Ioannes conſentire non vellet, & ſi fieri non poſſet, tamen conceſſerat, quod obtulerat, ſed Epiſcopum Ioannem non ita diligerat, nec ei*

planam

plenam gratiam redderet. Quę cum in preſentia D. Hugonis Dunelmenſis, Epiſcopi obtuliſſet D. Ioanni, benignè conceſſit dicens: quod nunquàm Hugonem Epiſcopum, in Eccleſia S. Andreę promitteret remanere; volebatq. quòd inſtrumenta predicta in aliquo loco reponerentur: ita quod nunquàm ſibi contra voluntatem Regiam eis vti liceret. Sic igitur ad Regis præſentium, redeuntibus nobis; Epiſcopo Ioanne RoKelburg expectante, D. Rex propoſuit nobis; quod multum ei placeret; ſi Hugo Epiſcopus poſſet in Eccleſia D. Andreę remanere, & rogabat me, vt ad hoc, Epiſcopum inducere laborarem: & cum ego dicerem ei; quòd nunquam eum de cętero, ſuper hoc rogarem quia non poteram in hac parte proficere, dixit. benè credo; quòd ex quo A *D. Ioannes ad pacem, & dilectionem meam redit; hoc conſideratione meę dilectionis, & ad precum mearum inſtantiam ſuſtinebit, & de eo libenter, cum de eo loqueret, & rogauit me Rex, vt ei conſulerem; quòd veniret loqui cum eo. Miſſis igitur Clericis Regis ad Ep. Ioannem, reſpondit; quòd non veniret, quia à quibuſdam Conſiliarijs D. Regis ſe audiuiſſe diceret; quod D. Rex ſemper ad hoc omnibus modis vtebatur; vt Hugo in Epiſcopatu S. Andreę remaneret; & ſi venire vellet, illi non poterant ei ſecurum præſtare conductum. Cumq: illi in hęc verba rediſſent. D. Rex quemdam Epiſcopum, Abbates, Comites, Barones, ad eundem Epiſcopum tranſmiſit, rogans, vt locuturus cum eo veniret ad eum; precepitq: eis, vt eidem* B *Epiſcopo omnem ſecuritatem præſtarent. Qui redeuntes dixerunt; quod D. Ioannes, quia præſentiens, quòd D. Rex vellet Epiſcopum Hugonem in Eccleſia S. Andreę remanere (reſpondit ſe nunquàm ad eum venturum) niſi primò iurarent; quòd D. Rex omnia, quæ per me ei obtulerat, obſeruaret. Sed iurare nolebant; & ſic D. Io: ad propria remeauit. Nos verò prædictis Epiſcopis, Ioanni, & Hugoni ſtatuimus terminum, in Calendis Octob. veniendi ad vos, & veſtro parere iudicio. Valete.* Ex hiſce literis non ſolum apparent geſta Legati, ſed etiam honores eiuſdem Legati, quòd tunc eſſet ſolumodo Subdiaconus Eccleſię Romanæ. Romam reuerſus, inter Purpuratos aſſumitur, quia Anno 1185. cum Lucio III. PP. ſubſcribit tanquàm Diaconus Card. *S. Mariæ in Porticu* ad Epiſcopum Belluneuſem *to.* 5. *Vghel. p.* 184. ad Monachos S. Petri de Calauena *to.* 5. *p.* 755. Adfuit Comitijs Vrbani III. cum quo ſubſcribit ad Archiep. Mediolan. Anno 1186. *to.* 4. *p.* 237. *Vghel.* Promouit etiam Gregorium VIII. poſt quem, fide, religione, iuſtitia illuſtris deſijt viuere vltimo die ante creationem Clementis III.

16. *Zenam Legis peritum, & Appollo ſollicè te præmitte, vt nihil illis deſit.* 3. ad Tit.



P*Etrus* nobilis Placentinus ex Ciaconio, & Panuinio, ex familia Diana profitetur Florauantes Martinellus ex *Chronico Placentino Vmberti Locati*. Nam Anno Sal. 1188. coram Petro Diano Cardinali Placentino, & Cōſulibus, fit ceſſio iuriū à Marchionibus Malaſpinis ad fauorē dictæ Ciuitatis. Quæ ſi vera, loco ſtemmatis appoſiti à Ciaconio familię Giglianæ, ſeù Gianę in quo Lilia Gemina; reſtitue ſtemma (in quo cęruleū repagulum tribus teſſelatum aureis ſijderibus, in area aurea, quod familiæ Dianę propriū teſte eodē Martinello.

Virtute clarus Iuris, prudentiæ plura munera ſubijt in Vrbibus Romanis poſtea ad Diaconiam Cardinalem aſſumptus S. *Nicolai in Carcere Tulliano*, Anno Sal 1185. à Lucio PP. III. cum eo ſubſcripſit ad Canonicos Spoletanos *to.* 1. *Vghel. p.* 444. ad Ep. Bellunenſem, *to.* 5. *p.* 184. ad Monachos S. Petri de Calauena *p.* 755. eodemq: Anno promouit in Papam Vrbanum III. cum quo, Anno ſequenti, qui fuit Salutis 1186. Veronę cooperatus eſt in conſecratione S. Iuliani de Lepida *to.* 5. *Vghel, p.* 770. Subſcribit ad A Canonicos Piſanos *to.* 3. *p.* 485. Promouit poſtea Gregorium VIII. cum quo ſubſcribit Anno 1187. ad Archiep. Ianuenſem, *to.* 4. *p.* 1211. Clementem III. à quo promotus Presb. Card. *tit. S. Cæciliæ* Comitijs adfuit Cęleſtini III. cum quo ſubſcribit ad Archiep. Beneuentanum, Anno 1195. *to.* 6. *p.* 200.

Promouit tandem Innocentium III. cum quo ſubſcripſit, & ſub eodem deceſſit ſepultus in Eccleſia S. Cæciliæ cum ſequenti inſcriptione.

Hic iacet ille Petrus, quem docta Placentia mundo
Edidit inſignem ſanguine, mente fide
Presbyter, & ſacro ſublimis Cardine Patrum
Moribus exceſſit culmen, & officium.
B *Prouidus, & conſtans, humilis, pius, atque pudicus,*
In fragili Carne Calicus emicuit.
Tot meritis late venerando Roma beata
Cæcilia titulum contulit, & tumulum.
Terra ſuum Corpus, animamq: recepit Olympus,
Sic benè diuiſum ſeruat vtrumq: Petrum.

17. *Narrabunt Piſces Maris.* Iob. 12.



S*Imeon Paltanerius* Patauij natus (teſte Scardeonnio 2. *Claſs.* 6. *Antiquit. Patauina*) vel *de Piſcibus*: vt ex ſcriptura in Archiuio R. P. Antonij Paltanerij q? Angeli S. Theol. doctoris, ac Canonici Montis Silicis, tenoris vt infra.

C Inter Purporatos aſſumitur a Lucio III. mutatoq: ſtemmate Gentilitio, loco Cygni piſcem *Lucium* delegit, proinde vulgo dictus Cardinalis *de Piſce* Idem fuerit cum Simeone Cardinali Presb. *S.S. Silueſtri & Martini, in montibus,* ſub Vrbano III? ibi lege

De Nobili Genere illorum de Piſcibus & Paltanerijs.

Virtutibus, opibus, & honoribus fulxerunt olim Nobiles de Piſcibus nā Simeon Cardinalis cum duobus Fratribus eius militibus ſuam parentelā ſua induſtria ad hos honores pro- D *duxit. In Padua potentes in diſtrictū montis ſilicis in eodem Caſtro in quo ſæpius habitabant diuites abundè, erant equidem in Roma in immenſum appretiati. & hoc anno 1181. apud Papam Lucium, quibus hic Papa ſignum ſuum conceſſit, videlicet ſcutum in cuius plano rubeo pingitur Lucius naturalis. Inchoauit cognomen hic Cardinalis nā conceſſo ſibi ſigno dictus eſt poſtmodum Cardinalis de Piſce fuit tamen de nobili Parētella Padua, quæ dicitur domus de Paltanerijs, qui ſemel pro Commun ꝛ te Padua fuerunt banniti, & Villa Preglaris in Vicentino Territorio diſtrictus*

ſuis

ſuis pecunijs emerunt, & exilium prædicantem uſque ad Tertiam generationem ex qua multi milites & viri Cenſiſsima, & fuerunt egreſſi, & pro ſigno ferunt ſuntum in Cutes plano vribeo pingibus Cygnum albus ad eorum equidem Cardes permeritas hæc metru ſcribuntur.

Lucius eſt Piſcis rex atque terannus aquarium à quo diſcordat Lucius iſte parum.

Cardo fuit Carus Romona magnus in aula.

. Cur in piſcem ſtemma mutauerit? ignoro. Naufragium feciſſe iuxta Siciliæ litora lego in M.S. Cornelio; & Sanctorum inuocatione, incolumen emerſiſſe. Propterea cum Iob canentem pingimus; *Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego; inuocabit Deum; &* A *exaudiet eum. Interroga iumenta, & docebunt te: volatilia Celi, indicabunt tibi. Narrabunt Piſces Maris.*

Cancellarij S. R. E. Sub Lucio III.

ALbertus de Morra Presb. Card. S. Laurentij in Lucina. M. Hugo S. R. E. Notarius, abſente Procancellario, Anno II. & IIJ. Pontificatus vicem geſſit Cancellarij.

VRBANVS III. P. CLXXIJ.

VRbanus III. igitur die 7. Cal. Decemb. Sal. Anno 1185. obijt 14. Cal. Nouemb. Anno 1187.

Cardinales Epiſcopi qui interfuere creationi Vrbani III. ex *Ciaconio.*

1. Chunradus Vuittelpachius Ep. Card. Sabinus
2. Theodinus Ep. Card. Portuen. & S. Ruffinæ
3. Petrus Ep. Cardin. Tuſculanus Vicarius in Vrbe. B
4. Henricus Ep. Card. Albanus.
5. Paulus Scholaris Ep. Card. Prænestinus.
6. Theobaldus Ep. Card. Oſtien. ex Lucio IIJ.

Presbyteri Cardinales.

7. Albertus P. C. tit. S. Laur. in Lucina ex Had. 4.
8. Io: Anagninus P. C. tit. S. Marci ex Had. 4. & Alex. III.
9. Petrus P. C. tit. SS. Gabinij, & Suſannæ, ex Alex. III. Hic ſilet *Panuinius*.
10. M. Laborans P. C. S. Mariæ Tranſtyberim ex Alex. III. C
11. Vibianus P. C. tit. S. Stephani in Monte Cælio, ex Alex. III.
12. Guillelmus P. C. tit. S. Sabinæ ex Lucio III.
13. Hubertus P. C. tit. SS. Laur. & Damaſi, ex Lucio III. Hic ſilet *Panuinius.*
14. Pandulphus Moſca P. C. tit. SS. XII. Apoſtol. ex Lucio III.
15. D. Albinus P. C. tit. S. Crucis in Hieruſalem ex Lucio III.
16. Melior P. C. SS. Io: & Pauli tit. Pammachij. ex Lucio III.
17. Adelardus P. C. tit. S. Marcelli ex Lucio III.

Diaconi Cardinales teſte Ciaconio.

18. Hyacinthus Bobo S. Mariæ in Coſmedin ſub Cæleſtino II.
19. Ardicio S. Theodori ſub Hadriano IV.
20. M. Gratianus D. C. SS. Coſmæ, & Damiani; ex Alex. III.
21. Bobo D. C. S. Angeli.
22. Gerardus S. Hadriani.
23. Octauianus SS. Sergij, Bacchi.
24. Soffredus S. Mariæ in Via Lata
25. Rolandus S. Mariæ in Porticu. Hic ſilet Panuinius. — ex Lucio III.
26. Petrus S. Nicolai in Carcere
27. Rodulphus S. Georgij in Velabro

Vrbanus non creauit Cardinales; ſecundum Panuinium, & Ciaconium. Galli tamen Scriptores inter Purpuratos deſcribunt.

1. *Nobilis in portis vir eius.* Prouer. 31.

HEnricum de Sulij, aliàs de Soliaco, vel de Borbonio, filius Archambaldi tertij, Comitis Borbonij, frater Odonis Epiſcopi Pariſienſis, de quo Petrus Bleſenſis, *ep. 126. ad R. Gloceſtriæ Abbatem Bituricenſis Archiepiſcopi frater eſt, atq. de Illuſtriſſimis Principibus originem trahens, hinc Regis Angliæ conſanguineus, inde Francorum Regem linea generis propinquiore contingit. Sua tamen faſtigium parentelæ, nobi-* D *liore quadam animi generoſitate faſtidit* Idem in *ep. 127. ad Odonem*. Ex Monacho Challenſi, ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Siluanectinæ, in eodem Monaſterio Archimandrita, poſtea Archiepiſcopus Anno Sal. 1183. conſecratus à Lamberto Cribello Archiep. Mediolanenſi Cardinali S. R. E. Papa futuro, nomine Vrbani III. à quo Cardinalis dictus S. R. E. & per totam Aquitaniam Legatus Sedis Apoſtolicæ. Hinc Helias Archiepiſcopus Burdegalenſis ſcribens Vrbano, III. Henricum vocat Primatem ſuum & meritò, cum ipſe Vrbanus Henrico conceſſerit vices agere Sedis Apoſtolicæ in Aquitania, præterquam

Digitized by Google

quam in cœnobio Vici Dolenſis, pridie Idus Aprilis, Veronæ. Sic Clemens III. (teſte Trizonio) in *Gallia Purpurata* literas mittens Anno Sal. 1188. die 5. Idus Iulias, ſcribit Primati Aquitaniæ; *Nè Monachi, vel Canonici Regulares ſoli per oppida, vel domos maneant*, Sic Celeſtinus III. Anno 1192. Idibus Ianuat. inter Cardinales aſſumitur ab Vrbano III. Sal. Anno 1186. ad quem idem Vrbanus ſcribens, Anno ſequenti, quinto Cal. Feb. pro iure primatus, vocat *virum prouidum, diſcretum moribus, genere nobilem*. Innocentius IIJ. ep. quæ incipit, *Nec vniuerſa*; & altera Laterani data XIJ. Cal. Feb. 1199. quæ habetur *c. inter corporalia. De tranſlatione Epiſcop.* vt notat Frizonius, qui tamen fallitur: cum *c. inter Corporalia* dirigatur Epiſcopo Andegauenſi. Eius Cardinalatus licet nulla apud Panuinium, & Ciaconium, memoria; monumenta omnia ordinis Ciſtercienſis clariſſimè referunt, teſte *Gaſparo Iongellino in Purpura D. Bernardi*. Nomenclator ipſe S.R.E. Cardinalium de Henrico habet. *Henricus ſeully, Archiep. Bituricēſis, Cardinalis creatus ab Vrbano III. obijt Anno* 1200. Concordant Vincentius Beluacen. *Specul. Hiſtoriale l. 30. c. 62.* Robertus de mōte *appēdice ad Sigeber.* Rigordus Anno 1189. Demochares *to. 2. c. 24.* Arnoldus. Vvion *l. 1. Ligni Vitæ c. 45.* Claudius Robertus in *Gallia Chriſtiana*. Ioannes Chem in *Cronol. Epiſcoporum Galliæ*. Vghellus in *additionibus ad Ciaconium*.

A

B



Interfuit Henricus, dum transferrentur liſpana D. Stephani de Mureto. Sedauit diſcordiam Claromonte, inter Robertum Turrianum præſulem 61. Claromontanum & eius fratrem Guidonem Aruernum. Cathedram eo regente Bituricenſem; Raymūdus Decanus Hieroſolymitanā inſtituit peregrinationem cū Philippo IJ. Auguſto, An. Sal. 1190. Annos cū ſediſſet XVII. Biturigibus obijt An. 1200. die tertio Idus Septēb. ſepultus in Loci.. Regij Abbatiſſa, ſequēs ſubijt epitaphium.

Huic bonus Henricus vir Nobilis, & Patriarcha
Quondam Bituricus, tumuli iacet huius in arca.



a. GAndulphus Placentiæ natus, diſciplinæ à puero traditus Monaſticæ, ſub regula S. Benedicti, per gradus aſcēdens virtutum, Abbas dictus eſt in Cœnobio S. Sixti erecto ab Angelberga Imperatrice, tandem inter Cardinales S. R. Eccleſiæ aſſumptus ab Vrbano IIJ. vt teſtatur Fellix Paſſerus opuſculo de *ſita, & laudibus Monaſterij S. Sixti Placent.* Vghellus in additionibus ad Ciaconium. Petrus de Ripalta in annal. Placen. M. S. quos ſe vidiſſe teſtatur Vvion. *l. 2. Ligni Vitæ*, qui tamen corrigendus, Gandulphum ex coniectura dicit Diaconum Cardinalem. *SS. Coſmæ, & Damiani* creatum à Clemente IIJ., cum Gratianus Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani vixerit vſq; ad Innocentium IIJ.

Cancellarij S. R. E. ſub Victore III.

Albertus P. C. S. Laurentij in Lucina, Cancellarius S. R. E.

Tranſimundus S. R. E. Notarius procancellarius (abſente Alberto) Anno primo.

C

GREGORIVS VIIJ. P. R. CLXXIIJ.

GRegorius VIII. Electus die XII. Cal. Nouemb. Sal. Anno 1187. obijt XIIX. Cal. Ianuar.

Epiſcopi Card: qui eius Comitijs interfuerunt teſte Ciaconio, & Panuinio.

1. Conradus de Vuitelſpach Ep. Card. Sabinus ex Alex. IIJ.
2. Petrus Epiſcopus Card. Tuſculanus ex eodem.
3. Henricus Ep. Albanus ex eodem
4. Paulus Scholaris Ep. C. Præneſtinus ex eodem.
5. Frater Theobaldus Epiſcop: Card. Oſtien. ex Lucio IIJ.

D

Presbyteri Cardinales.

6. Albertus de Mora P. C. tit. S. Laur. in Lucina Prior. P. C. ex Hadriano IV.
7. Io: Anagninus P. C. tit. S. Marci, ex Had. IV. & Alex. III.
8. Petrus P. Card. tit. S. Suſannæ ex Alex. III.
9. M. Laborans P. C. S. Mariæ transTiberim tit. Callixti, ex eodem.
10. Guillelmus Bleſenſis P. C. tit. S. Sabinæ: ex Lucio III.
11. Pandulphus Moſcha P. C. SS. XII. Apoſtol. ex eodem.
12. Domnus Albinus P. C. tit. S. Crucis in Hieruſalem. ex eodem.
13. M. Melior P. C. S. S. Io: & Pauli, tit. Pammachij. ex eodem
14. Adelardus P. Card. tit. S. Marcelli. ex eodem.

Diaco-

Diaconi Cardinales.

15. Hyacinthus Bobo D. C. S. Mariæ in Coſmedin Prior Diaconorum: ex Cæleſtino III.
16. M. Gratianus D. C. S.S. Coſmæ, & Damiani; ex Alex. III.
17. Bobo D. C. S. Angeli ex Lucio III.
18. Gerardus Allucingolus D. C. S. Hadriani; ex eodem.
19. Octauianus D. C.S.S. Sergij, & Bacchi; ex eodem.
20. Soffredus D. C. S. Mariæ in Via Lata ex Lucio III.
21. F. Rolandus D. C. S. Mariæ in Porticu. ex eodem. ſilet *Panuinius*.
22. Petrus D. C. S. Nicolai in Carcere, ex eodem.
23. Redulphus Nigellus D.C.S.Georgij in Velabro ex eodem.

Gregorius VIII. non creauit Cadinales.

CAncellarij vicem geſſit Domnus Moyſes Lateranẽſis Canon. Regularis,S.R.E. Subdiaconus, cum omnibus iuribus & fructibus dari ſolitis Cancellario, qui ſemper aſſumebatur ex ordine Cardinalium: propterea cum Cardinalis non eſſet, Cancellarius non eſt dictus. Perdurauit etiam ſub Clemente III.

CLEMENS IIJ. P. R. CLXXIV.

CLemens III, Electus die 8. Idibus Ianuarij Salutis Anno 1188. obijt 4. Idus April. Anno 1191.

Epiſcopi Card. qui eius creationi adfuere teſte *Ciaconio*.

1. Conradus Vvitelspachius Ep. C. Sabinus.
2. Petrus Ep. Card. Tuſculanus.
3. Henricus Ep. Card. Albanus.
4. Paulus Scolaris Ep. Card. Præneſtinus.

ex Alex. IIJ.

5. F. Theobaldus Ep. C. Oſtien. ex Lucio III.

Presbyteri Cardinales.

6. Io: Anagninus P. C. S. Marci ad Palatinas ex Hadriano IV. & Alex. IIJ.

7. Petrus P. C. S.Suſannæ.
8. M. Laboranus P.C.S. Mariæ Tranſtyberim.

ex Alex. IIJ.

9. Guillelmus Archiep.Rhemenſis P. C. tit. S.Sabinæ.
10. Pandulphus Moſca, P. C.tit. S.S. XII. Apoſtolorum.
11. Domnus Albinus P. C. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
12. M. Melior P. C. S.S. Io: & Pauli,tit. Pammachij.
13. Adelardus P. C. tit. S. Marcelli.

ex Lucio IIJ.

Diaconi Cardinales

14. Hyacinthus Bobo D. C. S. Mariæ in Coſmedin ex Cæleſtino IIJ.
15. M. Gratianus D. C. S. S. Coſmæ, & Damiani ex Alex. IIJ.

16. Bobo D. C. S. Angeli.
17. Gerardus Allucingolus D. C. S. Hadriani.
18. Octauianus D. C.SS. Sergij, & Bacchi.
19. Soffredus D. C. S. Mariæ in via Lata.
20. F. Rolandus D. C. S. Mariæ in Porticu. Hic ſilet *Panuinius*,
21. Petrus D. C.S.Nicolai in Carcere.
22. Rodulphus Nigellus D.C.S. Georgij in Velabro.

ex Lucio III.

Epiſcopi Cardinales creati à Clemente III.

1. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt.*
Pſal. 10.



PEtrus Gallocia, natu Romanus, Subdiaconus cum eſſet S. R. Eccleſię Campaniam ſtrenuè adminiſtrauit, dulci incolarum plauſu, quibus Iuſtitia, & annona conſuluit, nomine Alex. IIJ. à quo fuit Subdiaconus ordinatus. In aulam euocatus à Clemente III. non longè poſt Anno 1198. in quarta Cardinalium promotione aſ- B
ſumptus Epiſcopus Cardinalis *Portuenſis & S. Ruffinę* teſte Ciaconio; vel ſecundum Panuinium, & Vghellum Anno Sal. 1190. quo tempore cum eodem ſubſcribit ad Monachos S. Benedicti de Mantua. Prouit poſtea Cæleſtinum III. cum quo ſubſcribit ad Canonicos Ianuenſes, Anno 1193. *to. 4. p.* 1219. ad Ep. Theanenſem, *to. 6. p.* 707. & Anno 1195. ad Archiep. Beneuentanum, *to. 8. p.* 200.

Sedente Innocentio III. Petrum de Aragonia Romam ſuſcipiendæ Coronæ cauſa, ante ſolemnem Diadematis impoſitionem à Pontifice factam, graui excepit concione & in Templo S. Pancratij, in Regem inunxit. Ab eodem Innocentio iudex dictus ad C
componenda iurgia, quæ Clerum vexabant Romanum, pecauit facilè. Hinc in præmium ab eodem Pontifice, diplomate donatus cum facultate teſtandi, pretioſam ſupellectilem vendi voluit, & pretium pauperibus erogari. Extat diploma in regiſtro Innocentij; teſte *Ciaconio*. Longæuus, & ſenex vitam poſuit ſub eodem Innocentio, tempore incerto & loco. Eius memoriam ſuſtinent duæ tabulæ marmoreę in ædibus Lucinę & S. Euſtachij: dueq; aliæ ad altare S. Laurentij, quod ipſe conſacrauit anno 1209. die 18. Maij Anno II. Pontific. Innocentij III. D

In nomine D. N. I. C. anno Incar. eiuſdem 1209. anno verò XI. Pontific. D. Innoc. III. Papæ, menſis May die 18. conſecratum eſt iſtud altare ad honorem Dei, & B. Laur. M. per manus D. Petri Ven. Portuenſis Ep. in quo pretioſiſſimæ Reliquiæ reconduntur, &c.


Octauianus Creſcentius Sacellum hoc Lauræ Vulgaminea Matris hereditarium inſtauraturus ſupraſcriptas Ven. Reliquias Plumbea capſula incluſas cum ſua inſcriptione intra Aræ baſim locatas cum reperiſſet, commodius decentiusq; unà cum alijs reliquijs repoſuit in Aræ ſuperficie, atq; in fronte Altaris inſcripſit, anno 1588.

2. MDomnus Albinus ex Presbytero Cardinali S. Crucis in Hieruſalem, Epiſcopus Cardinalis Albanus, anno 1189. vide ſub Lucio III. *n. 9.*

3. BObo ex Presb. Card. S. Anaſtaſiæ Ep. Cardinalis *Portuenſis* anno 1189. vide ſub Lucio III. *n. 6.*

4. OCtauianus ex Diacono Card. S. S. Sergij, & Bacchi Ep. Card. *Oſtienſis & Veliternus* promotus Anno 1189. vel Anno 1188. quia hoc Anno Diaconiam SS. Sergij, & Bacchi occupat Ioannes, vt dedimus infra *n.* 35.

5. *Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid; & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam.*
1. Reg. 18.



MAynardus natu Gallus Monachus Ciſtercienſis, & Abbas Fontaniaci, quem nonnulli cum Gerardo Abbate Fontaniaci, Diacono Cardinali S. Nicolai in Carcere ſub Innocentio IIJ. confundunt, ſed perperam. quia Maynardus in Epiſcopum Cardinalem *Prænestinum* aſſumitur à Clemente IIJ. anno Sal. 1188. eodemq; anno deceſſit ſub eodem Clemente graui mærore Pontificis, qui ſingulari amoris nexu iunctus cum Maynardo, ſolum ſibi ſucceſſorem voluit in Prænestino Epiſcopatu, Maynardum. Fuit vir omni diſciplinarum genere excultus, & in expediendis pro Eccleſia Dei conſilijs promptus, & alacer. Breui cum adminiſtrauerit Epiſcopatum, Hiſtoricis etiam occultiſſimis eius excidit memoria: cum

cum tamen in antiquiſſimis Monaſterij Pontiniaci monumentis nomen viuat, & titulus Præneſtini Epiſcopatus, & Abbatiæ. Concordat Antonius Yepuis in 3. *to. Annalium S. Benedicti*. Claudius Robertus; non tamen Frizonius, quamuis ab Vghello ſibi conſentiens aſſeratur, *to. 1. Italiæ p.* 229.

6. Prudentem me feciſti mandato tuo,
Pſal. 118.



R Obertus natu Romanus, Diac, Card. *S. Georgij* (teſte Vghello in *Ep. Card. Portuenſibus, to. 1. Italię*) A poſtea Presb. Card. *tit. S. Anaſtaſię*, tandem Epiſcopus Card. *Portuenſis, & S. Ruffinæ* promotus à Clemente IIJ. ad hos gradus, & Theodino Ep. Card. Portuenſi ſucceſſor datus ante Petrum Galloclam, anno Sal. 1189. feria quarta Cinerum, cum eodem anno obijſſet, ſucceſſorem habuit Petrum Gallociam. De Roberto apud Ciaconium & Panuinium nulla mentio. Fuit Robertus vir ſapiens & prudens.

7. I O: de Comitibus Signiæ, Anagninus, ex Presbytero Card. tit. S. Marci, Epiſcopus Cardinalis *Praneſtinus*. Vide ſub Hadriano 4. *n.* 20.

8. B Obo Romanus, familia Vrſinus ex Diacono Cardinali S. Angeli, Presb. Card. *tit. S. Anaſtaſiæ*, promotus 4. Non. April. 1188. Vide ſub Lucio IIJ. *n.* 6.

9. A Lexius ex Diac. Card. S. Nicolai in Carcere, Presb. Card. *tit. S. Suſannæ* promotus 4. Non. April. 1188. de quo infra, *n.* 19.

10. P Etrus ex Diacono ..... Presb. Card. *S. Petri ad Vincula tit. Eudoxia* promotus 4. Non. April. 1188. de quo infra *n.* 22.

11. F. Iordanus de Ceccano ex Diacono ... Presb. Card. *S. Pudentianæ* de quo infra *n.* 23.

12. *Terribilis eſt in ciuitate ſua vir linguoſus.*
Eccli. 9.



P Etrus Presb. Card. *tit. S. Clementis* inter primos promotus à Clemente III. Anno Sal. 1188. cum eo ſubſcribit ad Eccleſiam S. Fridiani Lucenſis eodem anno, teſte *Ciaconio*. Erat Petrus vir linguoſus & nemini parcens.

13. *Diſputabat igitur in Synagoga cum Iudais, & colentibus & in foro, per omnes dies, ad eos qui audierant.*
17. Act.



I Oannes natione Longobardus, teſte Gregorio Paſſiniano ep. ad Monachos, de *Canonizatione S. Io: Gualberti*, Presbyter Card. tit. S. Clementis promotus à Clemente III. anno Sal. 1189. teſte Ciaconio; Anno eodem cum Clemente ſubſcripſit Eccleſiæ S. Triphonis Romæ, & anno 1190. Clericis Bergomenſibus, Comitijs adfuit Cæleſtini III. & cum eo ſubſcripſit ad Moniales S. Petri Maioris, Anno 1192. *to.* 3. *Vghel. p.* 135. & ad Canonicos Ianuen. Anno 1193. ab eodem Cęleſtino III. ſubrogatur Ep. Viterbienſis prædefuncto Raynerio; vndè non ex Epiſcopo Viterbienſi vocatur ad purpuram, ſed ex Purpura ad Epiſcopatum; quo anno Cæleſtinus III. Viterbij degens Eccleſias Tuſcanenſem, Bledanam, & Centumcellenſem iam Epiſcopis deſtitutas vniuit, & agregauit, vt ex literis Cęleſtini, quas in ſua *Chronologia* reſcripſit Pe- B trus Coretinus, *Epiſcoporum Viterbienſium*. Hinc Epiſcopus Tuſcanenſis dicitur in ſubſcriptione ad Moniales S. Petri Maioris, ſupracitata, & ad Canonicos Ianuen. Anno 1193. *to.* 4. *Vghel. p.* 1219.

Anno 1198. adfuit creationi Innocentij III. eumq: Viterbij ſuſcepit cum quatuordecim Cardinalibus, coram quibus Papa conſecrauit Eccleſiam S. Marci, vt ex tabula marmorea eidem Eccleſiæ pręfixa, cuius tenor,

In nomine Domini Amen. Iſta Eccleſia fuit conſecrata ſub An. D. 1198. per S. S. D. Innocentium Pontif. III. prima Decemb. & fuerunt cum eo quindecim Cardina- C *les & ipſe Pontifex poſuit Indulgentias tribus vicibus in Anno in dicta Eccleſia; ſcilicet in conſecratione ſupradicta in feſto S. Benedicti Abbatis, & in feſto S. Mariæ cuius eſt vocabulum, & in octo dies continuatos immediatè feſtiuitate ipſas ſequentes quinq: Annos, & totidem Quadragenas: & vnuſquiſq: Cardinalium Annum vnum, &* 40. *dies de voluntate, & mandato ipſius ſummi Pontificis, XX. Anni, & XX. quadrageni diebus ſingulis, & per octauas ipſarum feſtiuitatum. Hoc opus factum fuit tempore Ven. Patris D. Angeli Abbatis Monaſterij S. Saluatoris de Monte Meato, & prępoſiti Ser. Iacobi Angeli Nicolai Muſtij de Viterbio*. Hoc enim templum ſpe- D ctabat olim ad Abbatiam S. Saluatoris, Ordinis Ciſtercienſis. Promotus poſtea Epiſcopus *Albanus* Anno Sal. 1199. Ab eodem Innocentio, coram quo diſceptatione habita contra Abbatem de Crypta Ferratâ, pro iuribus ſpiritualibus Eccleſiæ S. Nicolai de Neptuno, cauſæ cognitione à Pontifice delegata, Cardinali S. Suſannę, pręualuit Ioannes, eodemq: anno 1210. deceſſit.

14 **M**. Petrus ex Diacono Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano Presb. Card. *tit. S. Cęciliæ*, Anno Sal. 1188. de quo vide ſub Lucio IIJ. *n. 16.*

15 **R**Odulphus Nigellus ex Diacono Card. S. Georgij in Velabro Pręsb. Card. *tit. S. Praxedis* Vide ſub Lucio IIJ. *n. 14.* A

16. Obliuioni datus ſum, tanquam mortuus à cordę. Pſal. 30.



RVffinus ex Epiſcopo primùm Nolano, vt ait Andreas Ferrarius de *Cęmeterio Nolano*; & Vghellus *to. 2. Italię*, poſtea Ariminenſi Epiſcopo Presbyter Card. *tit. S. Praxedis*, aſſumptus à Clemente III. non Anno Sal. 1190. (poſt obitum Rodulphi Nigelli) quia cum eo ſubſcribit An- B

no 1188. ad Epiſcopum Rauellenſem, *to. 9. p. 927.* cum eodem ſubſcribit Anno 1190. ad Monachos SS. omnium, diæceſis Barenſis; & S. Benedicti de Mantua (teſte *Ciaconio*) Anno 1191. Comitijs adſuit creandi Cęleſtini III. ſub quo vita exceſſit, nomine tantum poſteritati tranſmiſſo.

17. **I**O: Felix Romanus ex Diacono Cardinali *S. Euſtachij* Presb. Cardinalis *tit. S. Suſannę*, promotus menſe Septemb. 1189. de quo infra *n. 22.*



18 **A**Lexander Presb. Cardinalis *SS. Silueſtri, & Martini in montibus tit. Equitij*, promotus à Clemente III. Anno Sal. cum eo ſubſcribit ad Abbatem Milonem, 18. Cal. Ianuarij 1688. *to. 2. Vghel. p. 897.* in Callienſi Dięceſi. Supradicta inſignia Cardinali huic Oldoinus appoſuit, nullo tamen fundamento.

Diaconi Cardinales.

19. Deſcenditq. cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec auferet illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant, Sap. 10.



ALexius in Vmbria natus (ſi vera profert Ciattus in *Hiſtoria Peruſina*, ex familia de *Arcipretis*, quę odioſum credens ſubterfuere vocabulum, *de Petra* poſtea dicta eſt, irridebatur namque à Presbyteris natalia trahere. Ex Subdiacono S. R. E. conſecrato ab Alexandro IIJ. Diaconus Cardinalis *S. Nicolai in Carcere Tulliano*, ab eodem Alex. tamquàm vir antiquæ obſeruantię, & peritiæ Canonicæ legatus in Scotiam, cuius Eccleſia Metropolitana ſciſmate laborabat, poſt obitum Ricehardi Epiſcopi S. Andręę cuius in locum Canonici ſubrogauerant *M. Ioannem* cognomento *Scotum*: D Rex verò Hugonem intruſerat Cappellanum ſuum, & ſpreta Ioannis appellatione ad Romanum Pontificem, conſecrari curauerat. Eò cum veniſſet Alexius (teſte *Rogerio in Annalibus*) diligenti factorum inquiſitione pręmiſſa, Hugonem tanquàm intruſum Epiſcopatu depoſuit, Ioannem confirmauit, & Rege non contradicente conſecrari fecit ab Epiſcopis Scotię; Rex verò conſecratum Ioannem Regni finibus morari prohibuit, & Alexandri IIJ. PP. conſilia ſpreuit ſalutaria, quapropter Alexandro iubente, Alexius excommunicationem protulit in Perſonam Regis, & Regnum interdicto notauit. Reliqua quæ ſub Lucio IIJ. contigerunt, habes in Rolando Albricenſi C. S. Mariæ in Porticu, ſub Lucio IIJ. *n. 17.*

Romam reuerſus, ſtudio inſiſtens ſacrarum literarum vſq: ad Clementem IIJ. fuit ab hoc promotus C ad Purpurã Diaconalẽ *S. Nicolai in Carcere Tulliano*, An. Sal. 1188. teſte Ciaconio; poſtea Presb. Cardinalis *tit. S. Suſannę* cum eo ſubſcribit An. Sal. 1188. ad Canon. S. Fridiani Lucen. & Obertum Modoetienſem Archip. & ad Epiſc. Rauellenſem, *to. 9. p. 927.*



20 **B**Obo natu Romanus Diac. Cardinalis *S. Georgij in Velabro* promotus à Clemente III. Anno Sal. 1188. cum eo ſubſcribit ad Eccleſiam S. Petri, ſi vera prefert Oldoinus. Sed more ſuo fallitur; nam Bobo Epiſcopus Portuenſis fuit primo creatus Diaconus Card. *S. Angelis* à Lucio III. vt ibi videre eſt *n. 5.* alias Bobones gemini fuiſſent Epiſcopi Cardinales Portuenſes cum tamen vel vnus nutet incertus.

21. *Quidam Epicurei & Stoici Philoſophi diſſerebant cum eo, & dicebant: quid vult ſeminiverbius hic dicere?* Act. 17.



GRegorius Galganus de S.
Apoſtolo, vir prouidus,
& diſcretus, teſte Innocentio
PP. IIJ. in *ſuo literarum Regiſtro ad
Siculos*; Diaconus Cardinalis di-
ctus *S. Mariæ in Porticu* à Clemen-
te IIJ. Anno 1188. poſtea Pres-
byter Card. *tit. S. Anaſtaſiæ* ſub
Innocentio III. ſi Ciaconio fi- A
des qui tamen fallere videtur, ait Oldoinus, cum
Gregorius Diaconus *S. Mariæ in Porticu* ſubſcribat
tanquàm Diaconus Anno Sal. 1225. cum Honorio
IIJ. Innocentij IIJ. ſucceſſore ad Gualterium Ar-
chiep. Rauennę, *to. 2. Vghel. p. 366.* Sed craſſa ſoccor-
dia Oldoinus ipſe Ciaconium corrigit; quia diplo-
ma ad Gualterium Archiep. Rauennę tranſcriptum
ab Vghello, non eſt Honorij IIJ. qui poſt Innocen-
tium IIJ. Sedit Anno Sal. 1125. ſed Honorij II. qui
ſedit Anno Sal. 1125. Hinc diploma Innocentij IIJ.
in quo, Anno Sal. 1216. ſubſcribit Gregorius tan-
quàm Presb. Card. *tit. S. Anaſtaſiæ* retorquetur con-
tra Oldoinum, confirmans Hiſtoriam Ciaconij, Gre- B
gorium ſcilicet Galganum ex Diacono Card. *S. Ma-
riæ in Porticu* translatum fuiſſe ſub Innocentio IIJ. ad
Pr. Car. *tit. S. Anaſtaſiæ* ſubſcribit itaq; tanquàm Dia-
conus Card. S. Mariæ in Porticu, cum Clemente IIJ.
ad Milonem Abbatem S. Petri Maſſę, Montis Nero-
nis Anno 1188. *to. 2. Vghel. p. 897.* & ad Ep. Rauel-
lenſem *to. 9. p. 927.* & Anno 1190. Monach. S. Be-
ned. Mantuæ. Eiuſdem Clementis iuſſu Legatus ad
Gallos Ciſalpinos aduerſus hęreſim Gazarorum, Ar-
naldiſtarum, Pauperum de Lugduno, & Humiliatos
plures edidit in hæreticos conſtitutiones, teſte *Ciaco-
nio*: deindè Legatus in Germaniam (*Arnoldo* teſte,
in Chron. *Slauor. l. 5. c. 1.*) in Comitijs Imperialibus C
Argentorati habitis, nomine Cæleſtini IIJ. plures
Principes cruce ſignauit, & Henricum V. Imperato-
rem in ſpem victoriæ excitauit, occaſione mortui
Saladini, cuius filij in Syria diſſidio vexabantur ci-
uili. Subſcripſit Gregorius cum eodem Cæleſtino
IIJ. ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria, Anno Salu-
tis 1192. *to. 6. Vghel. p.* 700. & ad Canonicos Januen.
An. 1193. *to. 4. p.* 1219. ad Ep. Theanenſem, *to. 6. p.*
707. defuncto Cæleſtino IIJ. promouit Gregorius
Innocentium IIJ. à quo Legatus iterum ad Gallos
Ciſalpinos, vt Placentinos qui Petrum Diaconum D
Cardinalem S. Marię in Via Latà iniuria affecerant,
ad ſatisfactionem, & retributionem coegit. Mor-
tua poſtea Conſtantia Auguſta Regina Siciliæ, quæ
Friderici IJ. Regis, filijs ſui tutorem inſtituit Inno-
centium IIJ. R. P. quartam Gregorius in Siciliam
ab eodem Pontifice legationem obtinuit, vt nomi-
ne Sedis Apoſtolicæ, Pro Rex curam Regni gere-
ret, & Pupilli.

22. *Qualis Rector eſt ciuitatis: tales & inhabitantes in ea.* Eccli. 10.



PEtrus (teſte Ciaconio) in prima Cardinalium promotione Anno Sal. 1188. Diaconus Card. S..... poſtea Presb. Card. *S. Petri ad Vincula tit. Eudoxię* promotus a Clemente IIJ. cum eo ſubſcribit eodem Anno ad Canonicos Lucenſes S. Fridiani, & ad Epiſcopum Rauellenſem *to. 9. Vghel. p. 927.* Clemente mortuo, promouit Cæleſtinum IIJ. cum quo ſubſcribit Archiep. Beneuentano. Anno 1195. *to. 8. p.* 200. in Prefecturis, quas geſſit populum ſubijt pacificum & minimè refractarium.

23. *Quid prodeſt poſſeſſori diuitiarum? niſi quod cernit diuitias oculis ſuis.* Eccleſ. 5.



FR. Iordanus de Ceccano, Campanus, Monachus, & Abbas Foſsæ Nouę, aliàs Fori Appij, Ordinis Ciſtercienſis; teſte Ciaconio, Diaconus primò Cardinalis S.....promotus Anno 1188. à Clem. IIJ. poſtea Presb. Card. *tit. Paſtoris S. Pudentianæ* quem Panuinius natu dicit Romanum, ex Clariſſima Vrſinorum familia; cui tamen refragatur in fauorem Ciaconij Chronicum M.S. antiquum Ceccani, in quo Iaonnes Comes de Ceccano donat Eccleſiæ S. Mariæ de Ceccano, ſeù de Flumine, *Anno D. Incarnat.* 1196. *Pontificatus D. Cæleſtini III. Anno VI. Ind.* 14. *Menſ. Iulij die 24. in præſentia D. Iordani Cardinalis S. Pudentianę cariſſimi Patrui mei, & Venerab. Ep. Ego Ioannes de Ceccano dono &c.*

Subſcripſit eum eodem Clemente IIJ. ad Canonicos S. Petri ad Ep. Rauellenſem *to. 9. p. 927.* eodem Anno 1188. inde Legatus ad Gallos, & ad Germanos, vt ſacram expeditionem vrgeret in Terram Sanctam, votis potitus, Romam rediit, & Anno 1189. Eccleſiam S. Mariæ Ceccani, apud Fluuium condidit. Anno 1190. eum eodem Clemente ſubſcripſit ad Clerum Bergomenſem, Anno ſequenti, qui fuit ſalutis 1191. cum alijs Gardinalibus creauit Cæleſtinū IIJ. & cū eo ſignauit literas ad Eccleſiam S. Petri Mutinæ, *teſte Vghel.* & Anno 1193. ad Canonicos Ianuen. *to. 4. Vghel. p.* 1219. & Anno 1195. ad Archiep. Beneuentanum, *to. 8. p.* 200. Anno 1198. in obitu Cæleſtini PP. IIJ. prænſauit Romanum Pontificatum ſed fruſtra; ei enim datus ſucceſſor Lotharius Anagninus, nomine Innocentij IIJ. (teſte *Rogerio in Annalibus*) à quo Legatus Iordanus in Agrum Picenum vt nobiles illius Prouinciæ, à Marcualdi factione in obſequium Eccleſiæ Romanæ retraheret, feliciter abſoluit totius Prouinciæ plauſu, & Sedis Apoſtolicæ vtilitate. Aliam Legationem ſubijt, eiuſdem Innocentij IIJ. nomine ad Petrum Comitem Celanum, cui numerauit auri vncias mille quingentas, vt commeatum obſeſſis Monachis Caſſinenſibus ſuppeditaret contra Marcualdum Baliuum Regni Siculi, vel potius Regni tyrannum, qui mortuę

Regi-

Regina Conſtantia Auguſta Regnum diſtrahebat. Subſcripſit cum Innocentio PP. IIJ. Anno 1198. ad Vbaldum Archiep. Piſanum *teſte Vghel.* & Lunenſem Ep. Anno 1202. *to.*...& Anno 1205. pro Eccleſia Hidroſienſi in Noruegia. Vita legitur exceſiſſe in Chronico Foſſæ Nouæ, Anno 1206. die 7. Cal. Mar. Eius poſt obitum apparuit Pandulpho notario ſuo (vt refert Cæſarius Heiſterbachius l. 12. Miraculorum. c. 22.) *Ante annos paucos Romę quidam Cardinalis defunctus eſt nomine Iordanus, qui de ordine Ciſtercienſi aſſumptus fuerat, ſed vita ordini in eo minimè concordabat; erat enim auarus valdè ſicut à quodam Abbate audiui; habebat autem notarium nomine Pandulphum: nunc cum pro* A *quodam negotio, neſcio quo miſiſſet, interim expirauit eadem hora cum ille expleto negotio rediret, mane ante lucem cateruam miſerabilem in agro contemplatus eſt. Sedebant homines in iumentis, in ore caudas habentes verſis doſis ad capita illorum, quos Iordanus cuculla indutus, nudis pedibus ſequebatur duobus Dęmonibus ſe ducentibus, in quorum aſpectu dum Notarius horreſceret; clamauit Cardinalis, Pandulphe, Pandulphe? Subſiſtente clerico, & dicente: Quis es? aut quid clamas? reſpondit ille. Ego ſum Iordanus Dominus tuus, & mortuus ſum. dicente illo, quò daemini? reſpondit: ante tribunal Chriſti, & ille: noſtis quid de vobis ſit futurum? non noui (inquit) Deus ſcit. Sed cum illuc venero, B. Petrus de Cardinalia mea pro me red-* B *diturus eſt rationem. S. verò Benedictus de cuculla; quod ſi illam obtinere poterit, Saluabor ſin autem, damnabor. Et ſic oculis eius ſubtractus eſt.*

14. *Auaro nihil eſt ſceleſtius.* Eccli. 10.



IOannes Felix Romanus Diaconus Cardinalis *S. Euſtachy* promotus Anno 1188. a Clemente III. poſtea Presb. Card. *tit. S. Suſannæ*, quem, teſte Ciaconio, monimenta quędam vrbana ſcripta commemorant; cum C eodem Clemente ſubſcripſit tanquàm Diaconus Card. Anno 1188. ad Epiſcopum Rauellenſem *to. 9. p. 927. Vghel.* Clemente mortuo, promouit Cæleſtinum IIJ. cum quo ſubſcribit ad Canonicos Ianuen. Anno 1193. *to. 4. Vghel. p. 1219.* Ad Epiſcopum Theanenſem *to. 6. p. 707.* Malę iſte audijt propter auaritiam.

25. *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille Theſauri.* 41. Eccli. 25.



IOannes Malabranca natu Romanus, teſtibus Ciaconio, D & Panuinio, ſecundum alios Florentinus, Diaconus Card. *S. Theodori* à Clemente III. promotus, Anno Sal. 1188. ſubſcribit cum eodem Pontifice, ad Epiſcopum Rauellenſem *to. 9. Vghel. p. 927.* Promouit Cæleſtinum III, cum quo ſubſcribit ad Canonicos de Sauona, *to. 4. p. 1010.* ad Archiep. Beneuent. Anno 1195. *to. 8. p. 200.* Nomen hoc in Commentarijs Dantis Alligherij male ſonat: ſed huius non eſt Cardinalis.

26. *Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.* Eccli. 10.



D. Bernardus Canonicus Regularis S. Fridiani Lucenſis Diaconus Card. *S. Mariæ Nouæ* promotus à Clemente III. Anno 1188. teſtibus Ciaconio, & Panuinio; poſtea presb. Card. *S. Petri ad vincula, tit. Eudoxiæ* creatus à Cæleſtino III. ſubſcribit cum Clemente PP. III. ad Milonem Abbatem S. Petri Maſſæ; Montis Neronis, Anno 1188. *to. 2. p. 897.* & ad Ep. Rauellenſem, *to. 9. p. 685.* Anno 1191. & Anno 1192. ad Abbatem S. Mariæ in flumine, *to. 2. p. 619.* tanquàm Diaconus Cardinalis, eodemq; Anno 1192. cum eodem Cæleſtino III. ſubſcribit tanquàm Presb. Card. *S. Petri ad vincula*, ad Abbatem S. Mariæ de Ferratia, *to. 6. p. 700.*

Promouit tandem Innocentium III. à quo Legatus in Tuſciam fædera illarum ciuitatum inita, Sede inconſultà Apoſtolicà, mutauit, fęduſq; percuſſit contra hoſtes Eccleſiæ. Moriens omnem probibuit ſibi inſcriptionem.

27. *In corde prudentis requieſcit Sapientia.* Prouer. 14.



G*Regorius* Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Aquiro* à Clem. III. promotus An. 1188. familiæ fuit de *Creſcentio Caballi marmorei*, teſte Oldoino, quo fundamento? latet. ſubſcribit cum Clemente III. PP. eodem Anno 1188. ad Eccleſiam S. Honorati Lerinenſis; & ad Epiſcopum Rauellenſem *to. 9. Vghel. p. 927.* Promouit Cæleſtinum III. cum quo ſubſcribit ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria, Anno 1192. *to. 6. p. 700.* ad Canonicos Ianuenſes, Anno 1193. *to. 4. p. 1219.* ad Ep. Theanenſem. *to. 6. p. 707.*

Promouit tandem Innocentium IIJ. à quo ex Diacono Cardinali translatus ad Presb. Card. *S. Vitalis, tit. Veſtinæ*, Legatus abijt à latere, cum ſumma poteſtate ad Spoletanos, & Vmbros, quorum imperio ſeceſſerat Chunradus Dux Spoletanus, & iuramentum ſoluerat Romano Pontifici, teſte Oderico *in annal.* De eius prudentia, iuſtitia, virtute graue texuit elogium Innocentius ipſe datis literis ad prouinciales Vmbriæ. In eadem Legatione vitam poſuit, ſedente Innocentio in Petri cathedra, de Eccleſia non ſolum Romana meritus, ſed etiam S. Mariæ Nouę in Vrbe, propter donationem ei factam, cuius inſtrumentum ſeruatur adhuc in Archiuo eiuſdem Eccleſię; & in Archiuo S. Mariæ in Via Lata, teſtamentum eius reperitur reconditum expreſſo cognomine *de Creſcentio*.

28. *Prin-*

28. *Principes Gentium dominantur eorum; vos autem non ſic*. Matt. 20.



EGidius Petri Leonis ortu Romanus, Diaconus Cardin. *S. Nicolai in Carcere Tulliane* io quarta Cardinalium promotiooe creatus à Clemente III. Anoo Sal. 1190. vt monumenta teſtantur Vrbana anonyma apud Ciaconium, & Panuinium; promouit Cęleſtinum A III. eum quo ſubſcribit ad Canonicos de Sauona, Ao. 1193. *to.* 4. *Vghel. p.* 1010. eiuſdemq. nomine Legatus ad Tancredum Siciliæ Regem, & Conſtantiam Imperatricem Regis captiuam liberaret, & Romam deduceret (*ex Chronico Foſſæ Nouæ Baronius*) nihil impetrauit. Pluribus cum ſubſcripſiſſet Cęleſtini III. diplomatibus, etiam vices Cancellarij geſſit, præcipuè ad Ep. Eugubin. Anno 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 685. ad Canonicos Ianuen. *to.* 4. *p.* 1219. Anno 1193. & ad Ep. Theaoenſem, *to.* 6. *p.* 707. & paſſim apud eumdem Vghellum ſub Clemente III. Vir rigidæ ſeueritatis, quandoq: indiſcretus cum Taocredo Siciliæ Rege, reſponſum accepit illud B Chriſti. *Principes Gentium dominantur eorum; vos autem non ſic*.

29. *Et in lege eius meditabitur dies ac nocte*. Pſal. 1.



ROmanus Diaconus Cardinalis S...... (teſtibus Ciaconio, & Panuinio) promotus Anno Sal. 1190. à Clem. III. poſtea Presb. Cardinalis *tit. S. Anaſtaſiæ* a Clemente III. cum eodem ſubſcribit ad Ep. Eugubinum Anoo 1192. *to.* 1. *Vghel. p.* 686. Abbatem S. Mariæ in C Fulmine, Anno 1192. *to.* 2. *p.* 619. Moniales S. Petri Maioris, *to.* 3. *p.* 135. & Anno 1193. ad Canonicos S. Mariæ de Sauona, *to.* 4. *p.* 1010. ad Canonicos Ianuen. *p.* 1219. Ep. Theanenſem *to.* 6. *p.* 707.



30. LOtharius ex Comitibus Signiæ, Anagninus, de quo Paulus Corteſius. *Sed quis Lothario Anagnino in Republica adminiſtranda maior quis in legum genere ſtatuendo peritior, aut in repetendo argutior?* Diaconus D Cardinalis *SS. Sergij & Bacchi*, promotus à Clemente III. anno Sal. 1190. Papa futurus oomine Innocentij III. Promouit Cęleſtinum III. cum quo ſubſcribit ad Epiſcop. Eugubinum, Anno 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 685. & An. 1192. ad Abbatem S. Mariæ in flumine, Anoo 1192. *to.* 2. *p.* 619. Ad Moniales S. Petri Maioris *to.* 3. *p.* 135. & ad Canonicos Ianuen. An. 1293. *to.* 4. *p.* 1219. ad Ep. Theanenſem, *to.* 6. *p.* 707. Aquilam gentilitiam M. S. Cornelium cum Cruce exhibet.

31. *Gloriam meam in puluerem deducam*. Pſal. 7.

NIcolaus Romæ natus Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin* promotus à Clemente III. Anno Sal. 1190. cum eodem Clemente ſubſcribit ad Monachos S. Benedicti de Mantua, & ſub eodem Clemente è vita migràuit ſepultus in ſua Diaconia communi ſepulchro, vt ipſe teſtamento mandauerat, *M. S. in Corneliana Bibliotheca Venetijs*. Succeſſorem habuit in Diaconia alium Nicolaum nepotẽ Cęleſtini III. qui dictus eſt Nicolaus Bobo, de quo ſub Cęleſtino III. *n.* 14.

32. *Et conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate*. 4. Malachiæ



GEegorius Diaconus Cardinalis *S. Angeli in Piſcina* à Clemente III. promotus Anno Sal. 1190. cum eodem ſubſcribit ad Monachos S. Benedicti de Maotua Anno 1190. Legatus à Cęleſtino III. in Hiſmaniam; Nauarræ Regem excommunicauit ab violentas inducias cum Rege Caſtellæ.

33. *Cani autem ſunt ſenſus hominum*. 4. Sap.

GVido de Papa Romæ natus, in regione Tranſtyberim Diaconus Card. S.... promotus à Clemente IIJ. Anno 1190. poſtea Presbyter Card. *S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti*, de quo anonymus auctor in illo ſæcolo, *hiſtoria Eccleſiæ S. Mariæ Tranſtyberim, ita loquitur: Guido Paparonus à Clemente III. factus presbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtyberim poſtea ab Innocentio III. Cardinalis Praneſtinus. Is ex domo Papareſcorum, & progenie Innocentij II. deſcendens, Eccleſiã S. Marię Tranſtyberim ferè per triginta annos laudabiliter gubernauit, & viſione admonitus, Innocentio III. auctor fuit, vt eam conſecraret, quod ab illis Concilij Lateranenſis temporibus factum eſt. Vir fuit decorus forma, ſtatura procera, canitie venerabilis, patientia laudabilis, caſtitate, vteq: honeſtate præfulgidus.* Clemente mortuo promouit Cęleſtinum IIJ. cum quo ſubſcribit ad Ep. Theanenſem, Anno 1193. *to.* 6. *Vghel. p.* 707. Sub Innocentio IIJ. geminam Legationem ſubijt, vnam ad Vmbros; alteram ad Gallos Ciſalpinos, & Verulis (ita *Odericus in Annal.*) cum Octauiano Epiſcopo Oſtienſi, & Hugone D. C. S. Euſtachij, Marcoualdum ab Innocentio excommunicatum, pęnitentem, & reſcipiſceotem abſoluit. Hunc

ab

ab Innocentio III. Epiſcopum Cardinalem *Praneſti-num* ex Presbytero Cardinali S. Mariæ Tranſtyberim *tit. Calliſti* promotum ſcripſit Ciaconius, tamen erraſſe profeſſus aliquando Vghellus in *Additionibus ad Ciaconium*, Guidonem de Papa confundens cum Guidone de Parè correctionem retractauit, ſeipſumq: ſtilo correxit, atq: mendacem notauit, *to. 1. Italiæ p. 231. in Ep. Preneſtin.* quia in Vaticano Regiſtro quinto, ſexto, ſeptimo Innocentij libris, eodem tempore ſcriptæ leguntur epiſtolæ ad duos Vvidones S. R. E. Cardinales Vvidonem ſcilicet de Papa tit. S. Mariæ Tranſtyberim, Legatum Apoſtolicę in Marchia, & Longobardia Anno 1202. Idus A Nouemb. epiſtola 57. Anno 5. Innocentij III. *Poteſtati, & Populo Taruiſino*: & ad Vvidonem de Parè Epiſcopum Prænestinum Legatum Pontificis Romani, in Germania, epiſtola 8. Innocentij IIJ. contra Archiep. Magdeburg. 3. Cal. April. Anno 5. Pontiſ. eiuſdem Innocentij IIJ. Hinc Guido P. C. *tit. S. Mariæ Tranſtyberim* ſubſcriptus reperitur Anno 1198. Idus Iunij, anno primo Innocentij, in Bulla ad Monaſterium S. Saluatoris de Monte Amiato: & Anno 1502. 10. Cal. Ian. in alio Innocentij diplomate ad Cęnobiarchas S. Annæ de Ferrata; & Anno 1205. ad Eccleſiam Eugubinam, & in alijs vſq: ad annum 1206. Guidonis verò de Parè Epiſcopi Card. B Præneſtini, in eiſdem regiſtris, ab Anno 1199. ad Annum vſq: 1506. clara memoria extat: & dum iſte in Germania, & Belgio anno Sal. 1502. Legatione fungeretur pro Eccleſia Romana, Guido de Pap. P. C. tit Callixti, eodem Sal. anno 1102. eodem legationis munere ornatus ſtabat in Longobardia.

Tranſijt ad Epiſcopatum Præneſtinum poſt obitum Guidonis de Parè Abbatis Ciſtercienſis, & Epiſcopi Præneſtini, Anno Sal 1106. ab Innocentio III. conſecratus annò ſequenti, menſe Decembri, in quo ſuperuixit vſq: in Annum 1221: propterea cum eodem Innocentio III. tanquàm Epiſcopus Præneſtinus ſubſcribit: Notabile porrò; titulum retinuiſ- C ſe S. Mariæ Tranſtyberim vſq: ad mortem, quæ (vt in veteri Menologio Caſſinẽſi) XVII. Cal. Septemb. contigit. Conſecrationi interfuit Eccleſiæ SS. Vicentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias extra Vrbem Anno 1121. quo è viuis deceſſit; vt legitur in tabula Lapidea ibidem poſita. Succeſſurem habuit in Præneſtino Epiſcopatu Guidonem ex Nobilibus de Biſuntio Regulum Vrbeuetanum, Diaconum Cardinalem S. Nicolai in Carcere, de quo in Innocentio III.


34. *Gloria diuitum honoratorum, & pauperum timor Dei eſt.* Eccli. 10.

D



JOannes de Barati Romæ natus Diaconus Cardinalis S. . . ., promotus à Clemente III. Anno Sal. 1190. cum eodem ſubſcribit ad Monachos S. Benedicti de Mantua, Anno Sal. 1191. Moriens illud Eccleſiaſtici cap. 10. mandauit ſuo tumulo ſuperſcribi.

35. *Amicus vſq. ad aras.*



GRegorius filios Comitis Lotharij de Monte Carello, à quo fundatum fuit cænobium celeberrimum S. Saluatoris de Septimo, quod in Tuſcia, caput eſt ordinis Ciſtercienſis, natione Tuſcus, Mons enim *Carellus* oppidum eſt in Prouincia Hetruriæ olim Comitatus Florentine familiæ, Comitum *de Albertis*, cui cognomen de Monte Carello fuit, ab hoc oppido, quod poſſidebant, fuiſſe antiqua tradunt monumenta Septimiani Archiuij. De hac familia ferè extincta latè diſſeruit Nicolaus Baccetius Ciſtercienſis Abbas Florentinus in *hiſtoria Septimiana*, Diaconus Card. *S. Georgij in Velabro* aſſumptus à Clemente III. Anno 1190. cum eo ſubſcribit ad Monachos S. Benedicti de Mantua, Anno Sal. 1191. Promouit poſtea Cæleſtinum III. & cum eo ſubſcribit Anno 1192. ad Abbatem S. Mariæ in Flumine, *to. 2. p. 619.* apud Vghellum, Ad Moniales S. Petri Maioris, *to. 3. p.* 135. ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria, *to. 6. p. 700.* & Anno 1193. ad Canonicos de Sauona, *to. 4. p.* 1010. ad Canonicos Januen. *p.* 1219. ad Ep. Theanenſem, *to. 7. p. 707.*

Ab Jnnocentio III. Legatus in Tuſciam, & Vmbriam cum Petro Vrbis Præfecto, vt Prouincias illas regerent, & optimis legibus gubernarent, graui donatus elogio viri prouidi, prudentis, honeſti, generoſi, natalibus clari, Prouinciales illos habuit obſequentes excercitio iuſtitię; & fama conſtantiæ quòd ſemper munera ſpreuerit, & amicos vltra aram non admiſerit.

36 IOannes Diaconus Card. *SS. Sergij, & Bacchi* promotus à Clemente III. Anno Sal. . . . cum eo ſubſcribit 18. Cal. Ianuarij 1188. ad Milonem Abbatem S. Petri Maſſę Montis Neronis in Calienſi diæceſi, *to. 5. Vghel. p.* 897. Obijt Ioannes ante An. 1190. quando creatur Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi Lotharius, Papa futurus nomine Innocentij. Ioannes Iſte vnus ex eis forſan Diaconibus Cardinalibus, quos ſupra poſuimus ignoto nomine Diaconię. Aduerto etiam Anno 1190. creatum dici à Panuinio Diaconum Cardinalem SS. Sergij, & Bacchi Gregorium, non Lotharium. His tamen obſtat ſubſcriptio Ioannis D. C. *SS. Sergij. & Bacchi* ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria, Anno 1195. *to. 6. Vghel. p.* 701. quam cum ſupradictis concordare difficile.

CÆLE-

CŒLESTINVS IIJ. P. R. CLXXV.

COeleſtinus IIJ. Electus Idibus Aprilis 1191, obijt 6. Idus Ianuarij 1198, cuius creandi comitijs adfuere, teſtibus Ciaconio, & Panuinio ſequentes.

Cardinales Epiſcopi.

1 Chunradus Vuittelſpachius Ep. C. Sabinus ex Alex. IIJ.	
2. Domnus Albinus Ep. C. Albanus.	ex Lucio IIJ.
3. Octauianus Ep. C. Oſtičſis.	
4. Ioannes Anagninus Ep. C. Prȩneſtinus ex Hadriano IV.	
5. Petrus Gallocia Ep. C. Portuenſis ex Clemente IIJ.	

Presbyteri Cardinales.

6. Guillelmus Bleſenſis, Archiep. Rhem. P. C. tit. S. Sabinæ.	ex Lucio IIJ.
7. Pandulphus Maſea P. C. tit. SS. Apoſtol.	
8. M. Melior P. C. tit. Pammachij.	
9. Adelardus Veronenſis P. C. tit. S. Marcelli. *Silet Panuinius*	
10. Petrus Placentinus P. C. tit. S. Ceciliæ.	
11. Petrus P. C. tit. S. Petri ad Vincula, tit. Eudoxiæ	ex Clem. IIJ.
12. Iordanus de Ceceano P. C. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris,	
13. Io: Ep. Viterbienſis P. C. tit. S. Clementis.	
14. Io: Felix P. C. tit. SS. Gabinij, & Suſannæ.	
15. Ruffinus P. C. tit. S. Praxedis.	
16. Romanus P. C. tit. S. Anaſtaſię, *Panuinius* ponit inter Diaconos.	
17. Guido de Papa P. C. S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti, *Panuinius* hunc ponit inter Diaconos.	

Diaconi Cardinales.

18. Hyacinthus Bobo D. C. S. Mariæ in Colmedin Prior Diaconorum ex Cœleſtino II.
19. M. Gratianus D. C. SS. Coſmæ, & Damiani, ex Alex. IIJ.

20. Gerardus Allucingolus D. C. S. Hadriani.	ex Lucio IIJ.
21. Soffredus D. C. S. Mariæ in Via Lata.	
22. Gregorius Galganus de S. Apoſtolo D. C. S. Mariæ in Porticu.	ex Clem. IIJ.
23. Io. Malabranca D. C. S. Theodori.	
24. Don. Bernardus D. C. S. Mariæ Nouæ.	
25. Gregorius D. C. S. Mariæ in Aquiro.	
26. Ægidius Petri Leonis D. C. S. Nicolai in Carcere Tulliano.	
27. Io: S. R. E. Diac. Card. S.....	ex Clem. IIJ.
28. Gregorius de Monte Catello D. C. S. Georgij in Velabro.	
29. Lotharius Anagninus D. C. SS. Sergij, & Bacchi.	
30. Nicolaus D. C. S...... hic Silet *Panuinius*, & Ioannem ponit.	

Cardinales Epiſcopi creati à Cœleſtino III.

GVillelmus Bleſenſis ex P. C. tit. S. Sabinæ, Ep. Card. *Praneſtinus*. Vide in Alex. III. n. 45.

2. Dedit ſonitum in inceſſu ſuo & auditum facere ſonitum in templo in memoriam filijs gentis ſuæ.
Eccli. 45.

GVido Parè, vel de Porè, natu Gallus, Archimādrita Ciſtercienſis XV. immediatè poſt Petrum huius nominis ſecundum electus vir pietate, & eruditione præclarus, totius Ordinis electus Generalis hanc molem ſuis humeris duodecim integros Annos geſſit. Eius pietatem, vt claram faceret Virgo Deipara, à Vuidone totius Ordinis Abbato electo interrogata de ſtatu Ordinis Ciſtercienſis reſponſum non negauit. Eidem Deiparę addictiſſimus ſumptuoſum Templum Ciſterciense, in honorem B. Virginis erectum dedicauit, Anno Sal. 1194. Ordinis ſui incremento vbiq; tertatum procurato, in Hiſpania Calatrauenſes Ciſtercio reſtituit, à quo Annis tribus ſupra viginti deſecerant, & Abbati Morimundo ſubiecit, regula victus veſtituſq; præſcripta. In Regnis Caſtellæ, & Legionis, Ciſtercienſes moniales non nihil ab inſtituto aberrantes edocuit, inſtaurauit Abbatiſſa Huelguenſi per Guidonem præpoſita, quę pro Clauſtralis diſciplinæ obſeruantia vigilaret. *Ippol. Marrac. in Purpura Mariana*. Angelus Manriquez *to. 1. Annal. Ciſtercien.*

Cardinalem fuiſſe S. R. E. probat Innocentij III. diploma de inungendis Francorum Regibus, cuius titulus. *Innocentius Ep. Seruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Guidoni Rhemenſi Archiepiſcopo S. R. E. Cardinali*. Scripſit Cæſarius Heiſterbachius, *lib. 6. c. 2. & lib. 9. c. 51.* Guidonem creatum fuiſſe Cardinalem Diaconum à Clemente III. Anno 1190. deinde Presbyterum Cardinalem *tit. Callixti*, à Cæleſtino III. tandem Ep. Præneſtinum ab Innocentio III. Sed fallitur teſte eodem Innocentio III. R. P. in diplomate ad Capitulum Rhemenſe, datum Nonas Iulij, Anno 7. Pontific: occaſione diſſidij, quo Capitulum laborabat in electione noui Archiepiſcopi. *Verum quoniam officij noſtri debitum, & Rhemenſis Eccleſiæ commodum requirebat, vt ei prouideremus perſonam idoneam in paſtorem, ne ſi denuo reſtitueremus vobis licentiam eligendi, denuò Apoſtolicæ Sedis beneficio abutentes Rhemenſem ſcinderetis Eccleſiam, & labores nouos veteribus laboribus cumulantes, afflictionem adderitis afflictę, ad Venerabilem Fratrem noſtrum Guidonem Præneſtinum Epiſcopum A. S. Legatum, virum prouidum & honeſtum, oriundum de Regno Francorum, qui fuerat in Ciſtercienſi Ordine primus Abbas, & ſua Religionis exigentibus meritis à nobis aſſumptus fuerat in Epiſcopum Præneſtinum, Virum vtiq; coram Deo, & hominibus potentem in opere, ac ſermone, oculos noſtræ conſiderationis extendimus, & vobis, & eidem Eccleſiæ prouidimus in Rectorem, dum tamen eius ſuper hoc accedat aſſenſus, quem inuictum cogere nolumus, ſed conſentientem aſſumi.* Ex quibus patet Guidonem non ex Diacono Card. S. Mariæ Tranſtyberim, poſtea Presbytero *tit. Callixti*, ſed immediatè tranſijſſe ex Ciſtercienſi Abbatia ad Præneſtinum Epiſcopatum, poſtea ad Rhemenſem eo tempore quo Legatus in Germania, Othonis Imperatoris electionem nomine Pontificis ratam habuit contra Philippum Sueuum, quem à communione fidelium, Eccleſiaſtica cenſura remouit, vt dedimus *in vita Philippi*. In qua Legatione non modò ciuili rerum ſtatui conſuluit; ſed etiam ritus promouit Eccleſiaſticos, duorum in Eccleſia piorum inſtitutorum auctor; quorum primum, vt cum Hoſtia Sacroſancta eleuaretur
A in Miſſa, cāpanula pulſaretur, cuius ſoni excitati fideles, proſtrati adorarent Corpus Euchariſticum; Alterum, vt quoties ad ęgrum ſancta deferetur Synaxis, tintinnabularius Sacerdotem pręcedens pulſando Campanulam, Sacramentum proderet, vt Chriſtiani flexis genibus, latrię cultu Hoſtiam adorarent Sacratiſſimam. Leodij etiam Concilium conuocauit lapſiſq; Clericis leges dixit duriores, ita vt ex Religionis ſtudio flagranti alter Paulus videretur, vt apud Placentinum, & Ægidium de Aurea Valle in *hiſtoria Epiſcop. Leodien.* Ad hunc Guidonem Rhemenſem Archiep. & S. R. E. Cardinalem geminam Innocentius III. ſcripſit epiſtolam; quarum pri-
B ma ei, eiuſq; ſucceſſoribus priuilegia confirmat inungendi Regis Francię. Gandaui in Belgio obijt. XIII. Cal. Iunij, An. 1206. peſte correptus ibidem depoſitus in Andrio D. Petri, deinde Ciſtertium tranſlatus, & in Choro ſepultus cum ſequenti epitaphio,

Nobis donatus de culmine Pontificatus
Rhemis tranſlatus iacet hic vir Guido Beatus

Huius memoria apud Naucletum *Chronol.* Ægidium Burcherium; Aubertum Miręum; Arnoldum Vvion, Ioan. Chenoù; Claudium Robertum, *Cata-*
C *logo Francorum Ep.* Ludouicum Donium. Petrum Frizonium in *Gallia Purpurata*. Conuixit Guido Pare Guidoni de Papa P. C. tit. S. Marię Tranſtyberim, Legato Apoſtolico in Marchia, & Longobardia, vt ex *ep. 57.* Idus Nouemb. Anno quinto Pontific. Innocentij III. Chriſti verò 1202. *Poteſtati, & Paulo Taruiſino*. Ad Guidonem verò de Pare epiſtola eſt octaua eiuſdem Innocentij III. data Laterani, eodem Anno Pontificatus Quinto, 3. Cal. April. contra *Archiepiſcopum Magdeburgenſem*.

Guidonem *Beatum* refert Menologium Ciſter-
D cienſe, & 161. Chryſoſtomus, Henriquez, qui in pluribus errauit Guidonem Pare, confundens cum Guidone de Papa. Plura cum huius Cardinalis & diuerſa recurrant inſignia, omnia pari gradu incerta, cuncta omiſimus, neſcientes ad dexteram declinare debeamus, vel ad ſiniſtram.

Car-

Cardinales Presbyteri.

3. Qua aſpergens cinerem capiti ſuo: Sciſſa talari tunica, impoſitiq. manibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans,
2. Reg. 13.

HVgo, vel Hugutio Romę natus ex nobili Bobonis familia teſte *Ciaconio* cuius in antiquo exemplari legitur: *Hugucio de Thienis patria Vicentinus:* Antonius Caraciolus in *vita B. Caetani Thienei*, quod ſi verum, expungenda eſſet Bobonis familia, quod nō crederem Veriſimile namq. Cæleſtinum II. interprimos Cardinales agnatū vocaſſe in ſubſidium tanti oneris. Vir ſanè humani, Diuiniq: iuris ſuo tempore peritiſſimus litigia omnia dirimenda, vel componenda ſuſcepit à Pontificibus Romanis Cœleſtino IIJ.& Innocentio IIJ.Huius tempore cum nonnulli Graſſatores, qui Epiſcopum occiderant Herbipolenſem, Romam veniſſent pœnitentes, ab Hugone tanquàm Innocentij IIJ. PP. delegato ſuſcepti iuſſi ſunt iuxta ritum antiquum per plateas Vrbis, nudis pedibus, & Capite, ſubucula tantum induti, veſte collo circundata, certis diebus procedere; prohibiti arma tractare, niſi contra Saracenos, nouas nuptias celebrare; ſecunda, quarta, ſexta feria ieiunare in pane, & aqua: Tres Quadrageſimas in Anno ſubire. Die, qua Epiſcopum occiderunt, carnes non comederent in æternum. Orationem Dominicam decantare centies in die, genuflectere quinquaginta, vt apud Trithemium *in Chron. Hirſangienſi*, Anno 1202. Aſſumptus tunc fuerat Hugo inter Presbyteros Cardinales *tit. SS. Silueſtri, & Martini tit. Equitij.*

Decori ſuæ intentus Eccleſiæ, Vmbones reſtituit Marmoreos, vt ex inſcriptione eis adiecta.

Hugutio ſumens à Cardine nomen honoris
Presbyter, hac ſponſa dedit ornamenta decoris;
Tempus habes operis venientis Saluatoris
Annum Millenum priorum coniunge ducentis.

Cum eodem Cęleſtino IIJ. ſubſcripſit ad Ep. Theanenſem, Anno 1193. *to. 6. Vghel. p.* 707.

4. Ieſus ergo cum cognouiſſet, quod venturi eſſent vt facerent eum Regem; fugit iterum in montem ipſe ſolus. Io: 6.

IOannes Salernitanus Campanus Monachus Caſſinenſis, inter Cardinales Presbyter aſſumptus *tit. S. Stephani in Monte Cęlio*, à Cęleſtino IIJ. Anno Sal. 1191. teſte Ciaconio; non anno 1193. ſecundum Panuinium, quia anno Sal. 1191. cum eodem Cęleſtino IIJ. ſubſcribit ad Bentiuolum Epiſcopum Eugubinum, *to. 1. Vghel. p. 686.* & anno 1192. ad Canonicos *S. Mariæ* de Sauona, ad Abbatem S. Mariæ in Flumine *to. 2. p. 629.* & Monachos S. Mariæ de Ferraria *to. 6. p.* 700. & anno 1193. ad Canonicos de Sauona, *to. 4. p.* 1010. Ad Canonicos Ianuenſes *to. 4. p.* 1219. quo anno Legatus abijt ad Germanos, eiuſdem Cœleſtini III. nomine.

Cęleſtino defuncto, cum de Romano Pontificatu Cardinales ambitioſè certarent (teſte *Rogerio in Annalibus*) ipſe autem Joannes à decem Cardinalibus Pontifex renuntiaretur, Lothario Diac. Cardinali SS. Sergij, & Bacchi, qui in ſua obedientia Innocentius IIJ. dictus eſt, ſuffragium contulit & ad euitandum ſciſma, electioni ſui libere ceſſit, teſte *Houedeno in Annalibus*. Sub eodem Innocentio IIJ. varijs Legationibus functus, primo in Regno Neapolitano, vnà cum Gerardo D. C. S. Hadriani, vt Regnicolas concitaret in Marcualdum Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimum hoſtem, deindè in Regno Siciliæ, quę iure feudi ad Eccleſiam ſpectabat Romanum, vt Regem Fridericum cuius tutelam ex teſtamento paterno Pontifex gerebat Romanus, cuſtodiret, eiq: ſubditos contineret obſequentes feliciter compleuit, fidelitatis iuramento recepto, quod præſtitit Comes Lameſte, Magiſter Iuſtitiarius erga ſedem Romanam. In Scotiam tandem miſſus ab eodem Innocentio, vt abuſum tolleret ſucceſſionis in beneficijs Eccleſiaſticis, quæ iure hæreditario tranſmittebantur ad filios, atq: nepotes, introiuit ad Hibernos, & accolas adiacentes magno plauſu, nam *Carnem non manducauit; vinum nec ſiceram non bibit, nec aliquid quod inebriare poteſt, ſed aurum, & argentum ſitiuit*, graui Eccleſiæ ſcandalo, & labe auaritiæ, qua animam fædauit, & decorem Curiæ Romanæ. *Roger. Houeden.* Niſi Rogerius ab hæreticis corruptus (vt ſepiſſimè contigit in Hiſtoricis Anglis) Non enim veriſſimile; quod Ioannes, qui faſtigium ſummæ dignitatis declinauit, poſtea aurum ſitiret.

5. Spiritus Conſilij & fortitudinis.
5. Iſai. 11.



DOn Rofredus, vel Rofridus de Inſula Arpinas, Abbas Caſſinenſis, à D. Benedicto quinquageſimus ſecundus (hunc *Raynaldum* Panuinius appellat) Romam cum veniſſet conſecrationis gratia, à Cœleſtino IIJ. Cardinalis Presbyter renuntiatus tit. *SS. Marcellini, & Petri*, Anno Sal. 1191. tanquàm magni Conſilij Angelus, & admirandæ ſapientiæ. Vuillelmo Siciliæ Rege, nullis relictis liberis, vita functo; Rofredus quaſi ex ſpecula tumultus, ac ſeditiones, quæ poſtea in Regno Neapolitano ſunt conſequutæ, longè proſpiciens, vicinos Comites in rem Cęnobij arctiore ſibi fædere copulauit. Indè Henricum Cęſarem cum Vxore Conſtantia Caſſinum aduenientem omnibus obſequij, & humanitatis officijs excipiens, eumdem mox in Germaniam redeuntem proſecutus; deindè Germanorum Phalangibus armatus Italiam repetentem; Tancredum Regem, alioſq: dynaſtas om-

nibus Cęnobij locis quę tumultuario impetu excepe-rant, coegit excedere: aliquotq: poſt annos, ite-rum conſcripto milite præter Cęnobij Caſtella Ger-manenſium vrbem è Diobuldi manibus eripuit; ip-ſumq. oppidum, mænium ambitu vallauit, ad hoſtes in poſterum facilius ſubmouendos. Fractarum, Ca-ſtri Noui, & Fregellarum locis recuperatis; Arcem Ianulæ muris incluſit, ac turribus. Legatione in Si-ciliam, Pontificis nutu, ac voluntate perfunctus, vr-be ſora, alijſq: Romanæ Ditionis oppidis, armorum, animiq: robore, Innocentio III. recuperatis, Ro-manę ſedis ſtrenuam, fidelemq: operam nauauit; quo factum eſt, vt à Romanis viciſſim Pontificibus Inno- A
centio (qui per eos dies Caſſinum inuiſit) Clemente. Cęleſtino magni momenti retulerit in vſum, ſplen-doremq: ſui Monaſterij plura priuilegia præcipuè, vt bonorum vſurpatores Cænobij, vbicumq; terrarum eſſent, eos legitima facultate poſſet anathemati ſu-bijcere. Henrico quoq; acceptiſſimus Imperatori, pretioſa munera ad ornatum non ſolum retulit Ec-cleſiarum; ſed in Monachorum decorem, & alimo-niam, oppida accepit Antini, Roccæ Guillelmi, Ma-lueti, Roccæ Albani, & Roccæ Vandræ, cum mero & mixto Imperio in omnibus oppidis ſui Monaſterij. Decretũ quoq: ac ſancitũ ab eodem Cęſare, vt viti Principes per Italiam, quicumq: ipſum quoquo modo B
læſiſſent, fruſtra reconciliari ſperarent, niſi Roffre-dus ſequeſter, ac deprecator accederet. Inter tamen tantorum armorum fragores, ac ſtrepitus cum non-nihil diſciplina monaſtica in eodem Caſſinenſi Cę-nobio laxata iaceret, Innocentius III. plures ei dedit epiſtolas, quæ in eius extant regiſtro, quarum vna durius eum reprehendit, hortaturq: ad vitę Monaſti-cæ reſtitutionem. Cęnobium D. Pauli propè Vrbem inſigne, ac magnificum, eiuſdem Innocentij iuſſu, cum ſedulò viſitaſſet puriore monaſtici cultus obſer-uantia, & frequentiore ſodalium numero, multo per-fectius, ac celebrius reddidit deniq: meritis abundãs, & recte factorum conſcientia locuples migrauit in C
Cęlum tertio Kal: Iunij, An. 1209. Præfuit Annis vi-ginti, menſibus vndecim, teſte *M. Ant. Scipione in Elogijs Abbatum Caſſinen.* Ciaconius. Floratians Mar-tinellus ex Bernardo Clauello de *Antiquitat. Arpini* Leonem Rubrum erectum in area alba, inſigne pin-xit huius Cardinalis; vt ſupra habes. Legationem etiam obijſſe in Regno Sicilię cum Iacobo Comite Conſobrino, & Mareſcalco Innocentij Pontificis; Magiſtro Iuſtitiario & Capitaneo Apulię Terręq: Laboris; retulit idem Ciaconius.

6. *Quia ædificauit Dominus Sion.* Pſal. 101.

D



CYnthius, quem Panuinius Cincium appellat, ex no-bili Cinciorum familia, natu Ro-manus de Regione Arenulę, à Cęleſtino III. promotus, Anno Sal. 1191. Presb. Cardinalis *S. Laurentij in Lucina*, cum eo ſub-ſcribit ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria, Anno 1192. *to. 6. p.* 700. *Vghel.* & anno 1193. ad Canonicos Ianuen. *to. 4. p.* 1219. Titulum ſuum reſtituit labantem, & ab eo-dem Cęleſtino dedicari curauit, vt ex antiqua ta-bula marmorea eiuſdem Eccleſiæ: Adfuit etiam Ca-nonizationi S. Ioannis Gualberti, Fundatoris Con-gregationis Monachorum Vallisumbroſæ. Innocen-tij III. Legatus in Picenum Marcualdum excommu-nicauit Imperij Seneſcallum; qui mortuo Henrico, agrum diuexabat Eccleſię Romanę. Eſinos populos ad obſequium attraxit *ep. 4. lib. 4. Innocentij III.* inde in Siciliam tranſmiſſo freto Regnum, Regiſq: pueri hoſtes cohibuit.

7. SOfredus ex Diacono Card. S. Marię, in Via La-ta; Presbyter Cardinalis *tit. S. Praxedis* pro-motus à Cęleſtino III., Anno Sal. 1193. Vide ſub Lu-cio III. *n. 9.*

8. D. Bernardus Canonicus Regularis ex Diac. Cardinali S. Marię Nouę, Presbyter Car-dinalis *S. Petri ad Vincula tit. Eudoxię*. Vide ſub Cle-mente IIJ. *n. 26.*

9. *Redemiſti in brachio tuo populum tuum,* Pſal. 76.



FIdantius Presb. Cardinal. *tit. S. Marcelli* cooptatus anno Sal. 1193. à Cęleſtino Legatus abijt ad Italos Ciſalpinos eiuſdem Cœleſtini nomine, & Veronę, in Eccleſia S. Petri in Arcę, poſt ſacrum abſolutum, luculentam habuit orationem, vt conſtat ex tabulario eiuſdem Eccleſię S. Petri. Deſcendit po-ſtea Venetias, vt Cruceſignatos reciperet, qui in Pa-læſtinam nauigabant, ad redimendum Chriſti Sepul-chrum, Eccleſias Parochiales vrbis inuiſit, laudauitq: officio tamen priuato, non iure Legati. Subſcripſit cum eodem Cœleſtino IIJ. ad Canonicos Ianuenſes, Anno 1193. *to. 4. Vghel. p.* 1219.

10. *Vas electionis eſt mihi iſte.* 10. Act. 9.



IOannes cognomento de S. Paulo, quem ex illuſtri Co-lumnenſium familla, Eduardo genitum Patre ſcribunt Maria-nus *to. 1. Annal. Minorum* Lucas Vvadingus; Vghellus *libro de Car-dinalibus Columnen.* Inter Presby-teros Cardinales aſſumptus *tit. S. Priſca* à Cœleſtino IIJ. Anno Sal. Sal. 1193. Canonizationi adfuit S. Ioannis Gual-berti Inſtitutoris Monachorum Vallis Vmbroſæ, & cum Cœleſtino III. ſubſcripſit pro Eccleſia S. Petri de Mutina Anno 1294. & Anno 1193. ad Abbatem Monaſterij Montis Virgilij.

Cœleſtino defuncto, promouit Innocentium III. à quo Epiſcopus dictus Cardinalis *Sabinus*, Lega-tus abijt in Picęnum, & cum Cencio Cardinali Mar-

cual-

cualdum ſacris interdixit , eoq; pulſo Prouinciam illam in Eccleſiæ Romanæ poteſtatem reuocauit. *l.4. Ep. 4. Innocentij III.* In Gallia ad Philippum Regem in Hiſpania Narbonenſi contra huius metropolis Archiepiſcopum, qui Simoniæ labe, alijſq; criminibus irretitus ſedem ſpernebat Romanam (*vt ep. 22. Innocentij III.*) In Germania ad Imperij Principes ; In Sicilia poſt obitum Conſtantiæ Auguſtæ, pluribus Legationibus functus, magnam ſui nominis famam apud poſteros perennauit . Nam Regi Francorum anathema minatus, niſi vxorem, quam dato libello repudij dimiſerat, reuocaret: Reginę dolorem epiſtola abſterxit luculenta . Sanctum Franciſcum adhuc ſuperſtitem ex pietatis affectu , quam maximè coluit ; eius gliſcentem ordinem per Orbem , cuius primus Protector fuit , omnibus, quibus potuit officijs, eſt proſecutus. Cum enim ſuę Regulæ poſtulante Franciſco adprobationem ab Innocentio III. nutarent Cardinales, dubium omne è medio ſuſtulit Ioannes à S. Paulo , qui teſte D. Bonauentura, *ſpiritu inflammatus Diuino, Summo Pontifici, & fratribus dixit . Si petitionem pauperis huius tanquàm nimis arduam, nouamq; refellimus, cum petat confirmari ſibi formam vitæ Euangelicæ; cauendum eſt nobis, nè in Chriſti Euangelium offendamus . Nam ſi quis intra Euangelicę perfectionis obſeruantiam, & votum ipſius dicat aliquid nouum contineri, aut irrationabile vel impoſſibile ad ſeruandum , contra Chriſtum Euangelij auctorem blaſphemare conuincitur .* Eiuſdem Ioannes laudes breui cumulat idem D. Bonauenturas dicens. *Aderat inter Cardinales vir venerandus D. Ioannes de S. Paulo , Epiſcopus Sabinus omnis Sanctitatis amator , & adiutor pauperum Chriſti.* Hunc tanti fecit Cœleſtinus III. (teſte Rogerio Houedeno in Annalibus) vt ſeipſum Pontificatu ſpoliare offerret, ſi ei Cardinales ſucceſſorem dare promitterent Ioannem à S. Paulo. Quod Cardinales negarunt, ne ad poſteros tranſmitteretur exemplum ; quòd Papa ſibi ſucceſſorem eligeret quaſi iure hæreditario . Ipſe autem Ioannes Cœleſtino III. defuncto , cum à decem Cardinalibus in
A Pontificem electus eſſet, modeſtè declinans, ad euitandum Sciſma ſuffragium ſuum Ioanni Lothario contulit Diacono Cardinali *SS. Sergij, & Bacchi*, qui Innocentius III. dictus eſt. *Rogerius.* Subſcripſit cum Innocentio III. ad Gualterum Epiſc. Lunenſem.

E viuis eripitur Romæ Innocentij III. extremis temporibus, rerum geſtarum gloria, & pietate illuſtris, in maiorum conditus ſepulchro.

Sedente Ioanne in cathedra Sabina; Iura omnia, & opes ad Sabinenſem Eccleſiam ſpectantes, quæ ex longiori Conradi Moguntini abſentia , Epiſcopatui illi deperierant ; diligentiſſima conquiſitione redemptæ, & in priſtinum reſtitutæ, ſucceſſoribus
B ſunt tranſmiſsæ.

Huius Cardinalis effigiem apud Vghellum habes libello de *Cardinalibus Columnenſibus*. Lege Ludouicum Donium d'Attichij.

Diaconi Cardinales.

11. *Viri miſericordiæ ſunt : quorum pietates non defuerunt*. Eccli. 44.



BObo Romæ natus, ex Canonico S. Petri , Diaconus Card. S. Theodori dictus à Cœleſtino III. An. Sal. 1193. cum eodem ſubſcribit ad Cænobiarchas S. Benedicti de Mantua , Anno 1194. & An. 1199. Teſtatur Oldoinus legiſſe apud nonnullis , Vrſinæ familiæ fuiſſe Bobonem, & affinem Cœleſtini III. obijſſe ſub Innocentio III. to.4. *Vghel. p.* 1219. & Anno 1194. ad Monaſterium S. Petri de Mutina.

Huius Cardinalis memoria , teſte Florauante Martinello, Laterani extat, æneis characteribus , in valuis ęneis portę Epiſcopij , qua licet demolita, eę tamen in Baſilica reſtitutæ, curatoris Cencij , & reſtitutoris Bernardini de Sabellis nomina pręfefe-
C runt gemina inſcriptione.

In valuis æneis.

✠. *Incarnat. Dom. Anno 1195. Pontificatus verò Domini Cœleſtini Papę III. Anno VI. Cencio Camerario miniſtrante hoc opus factum eſt.*

12. *Abierit te Dominus, nè ſis Rex.* 1. Reg. 15. n. 23.



CEncius Sabellus Romæ natus (teſte Panuinio) ex Canonico Regulari Lateranenſi, vel ſecundum Ciaconium ex Canonico S. Mariæ Maioris à Cœleſtino III. Anno Sal. 1193. Cardinalis Diaconus *S. Lucię in Orphea*, aliàs *Silice*, & S. R. E. Camerarius, ac Procancellarius, poſtea ſub Innocentio III. Presbyter Cardinalis *SS. Io: & Pauli , tit. Pammachij*. Subſcribit cum Cęleſtino IIJ. Anno 1193. ad Ogerium Præpoſitum, & Canonicos Ianuenſes,

In tabula Lapidea ſupra portam

Valuas portę Epiſcopij Lateranenſis , quas Cencius S. R. E. Camerarius, qui poſtea Honorius Papa III. Sabellus, iuſſu Cœleſtini Papæ III. faciendas curauit , quaſq; loco ſuo demolitas Bernardinus Sabellus, memoriæ cauſa, aucto-
D *re Iacobo Cardinal. Lateranum remiſit , hic repoſuerunt . Anno 1589.* reliqua de eò vide in Honorio III. quia poſt Innocentium IIJ. Chriſti Vicarius præfuit Eccleſiæ Vniuerſæ, nomine *Honorij III.* Quantum inſudauerit contra Federicum II. Imperatorem ſuperbum, & Romanæ aduerſum Eccleſiæ , quem tandem excommunicauit : Lege in *vità Honorij. III.*

13. *Et*

13. *Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cum te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer.* Iob. 11.



MAg. Petrus Capuanus Amalphitanus, Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Via Lata* à Cęleſtino III. promotus Anno Sal. 1193. cum eo ſubſcribit ad Canon. Ianuen. *to.* 4. *Vghel. p.* 1219. pluribus Legationibus clarus, obiuit primam in Sicilia protutela pupilli Regis, Inde reuerſus creationi adfuit Innocentij III. R.P. à quo Presbyter Cardinalis *tit. S. Marcelli.* promotus, Legatuſq: ad Longobardos, poſtea ad Philippum Gallorum Regem, vt Coniugium illegitime contractum cum filia Ducis Morauiæ reſcinderet, atq: Reginam Iſenburgim legitimam coniugem in thalamum reuocaret; renuentem cenſuris compelleret Eccleſiaſticis: ſecundò Crucesignatos ad expeditionem vrgeret in Terram Sanctam: tertio, Gallos Anglo reconciliaret, vt iuncti arma pararent contra Infideles; vt ex literis Innocentij III. datis tertio, & ſeptimo Cal. April. 1198. ad ipſum Petrum Cardinalem, & ad Philippum Francorum Regem. In Gallias cum perueniſſet, noua ab eodem Innocentio III. accepit mandata inquirendi contra Raynaldum Abbatem S. Martini Niuernenſis de hęreſi accuſatum *Populicanâ*, vt ex *to.* 11. *Concil. p.* 4. contra quam Concilium conuocatum fuit Senonenſe non à Petro Cardinali Diacono *S. Mariæ in Via Lata*, vt deceptus credidit Spondanus: nam teſte Rigordo; Cardinalis Legatus peruenit in Gallias ſolùm exeunte Decembri. Concilium, quod Petrus congregauit, Diuionenſe fuit, non Senonenſe, de quo Rigordus illius temporis ſcriptor: *Eodem Anno* 1199. *Menſe Decembri, in feſto S. Nicolai conuocatum eſt Concilium apud Diuionem à Petro Cardinali, omnium Epiſcoporum, Abbatum, & Priorum totius Regni: ſed quia contra Regem Franciæ, Regnum ipſius ſub interdicto ponere moliebatur; à Nuntijs Regis ad Romanam Sedem eſt appellatum: tamen ipſe Cardinalis appellationi non deferens, in eodem loco adſtantibus Epiſcopis vniuerſis, ſententiam protulit, ſed vſq: ad diem* 20. *poſt Domini natiuitatem non eſſe publicandam præcepit*, quòd Viennæ factum eſt, quò receſſit Legatus, ſecurus à Regis indignatione *pag.* 11. *to.* 11. *Concil.*

In Cyprum poſtea Legatus, abuſus qui contra Eccleſiaſticam irrepſerant diſciplinam, correxit; ac bellum Peluſij, quod inter Piſanos, & Ianuenſes graſſabatur, compoſuit. Indè in Syriam cum Crucesignatis, Conſtantinopoli Amalphim, Corpus S. Andreę Apoſtoli transferri curauit, vt ex eiuſdem Eccleſiæ monumentis, in quibus elogio donatur ſequenti. *Petrus S.R.E. tit. S. Marcelli Presb. Cardinal. ſcientia moribus, & honeſtate in Eccleſia Romana, velut Lucifer intra Aſtra nitebat.*

Nouiſſima Petri Legatio ad Sarmatas, & Bohemos, cum quibus collectis Synodis errores ſuſtulit non paucos & Concubinas Sacerdotibus interdixit; quibus palam vtebantur: teſte *Martino Polono*. Conſtituit inſuper, vt homines profani clandeſtina euitarent coniugia, ea publicè celebrantes in Templo. Ex hac Legatione redeuntem Petrum Guillelmus Pallauicinus aggreſſus more latronum in agro Placentino, bonis omnibus ſpoliauit: qua de re cum Legatus apud Conſules Placentinos conqueſtus eſſet, & nihil id ipſi curarent; indignatus Pontifex Innocentius IIJ. Placentiam interdicto notauit; Epiſcopum Placentinum Rauennati ſubiecit, coegit Placentinos ſatisfactionem ſoluere Gregorio Diacono Cardinali S. Mariæ in Porticu, qui nomine Romani
A Pontificis, Placentinos abſoluit ſtans in Gallia Ciſalpina.

Eximia erga Deiparam deuotione, Domum pauperum in Ciuitate Amalphitana, extrui curauit ſub titulo *S. Mariæ Virginis de hoſpitali*, cura Cruciferis impoſita; vt in ea languentes, ac debiles, rerum temporalium deſtituti ſolatio miſericorditer alerentur. Illam propter et prædijs dotauit, & poſſeſſionibus; quam etiam Innocentius IIJ. priuilegijs fulciuit Spiritualibus, & Indulgentijs.

Literis clarus ſcripſit, *Corteſio* teſte, *Commentaria Iuris Pontificij*. Luculentam orationem, qua victi Galli, & Angli, poſitis odijs, arma direxerunt in Pa-
B leſtinam pro ſeruanda Chriſti Religione. Vitam protraxit vſq: in Annum 1209. quia hoc Anno die XI. Auguſti, diploma ſignauit datum ab Innocentio IIJ. ad Abbatem Monaſterij S. Mariæ de Monte Virgine, vt legere eſt *in hiſtoria Vincentij Veracis*. Huius memoria recurrit in tabula marmorea periſtylij, Monaſterij S. Pauli in via Oſtienſi, quam refert Panuinius de Septem Vrbis Eccleſijs.

Agmina ſacra regit locus hic, quem ſplendor honorat;
Hic ſtudet, atq: legit, Monachorum cętus, & orat.
Clauſtrales claudens Clauſtrum de claudo vocatur.
Quę Chriſto gaudens fratrum pia turma ſeruatur.
C *Hic nitet interius Monachalis regula turba*
Clauſtri per gyrum decus auro ſtat decoratum,
Materiam mirum præcellit materiarum.
Hoc opus arte ſua, quem Roma Cardo beauit;
Natus de Capua Petrus olim primitiauit,
Ardea quem genuit, quibus Abbas vixit in Annos.
Cętera diſpoſuit benè prouida dextra Ioannis.

Romæ obijt ſepultus in Eccleſia S.Mariæ de Ara Cœli. De eo ſcripſere S. Antoninus *par.* 3. *hiſtor. tit.* 10. c. 1. Fr. Ptolomeus. Fr. Salimbenus Parmenſis in ſua hiſtoria. Ludouicus Donius d'Attichij.

D 14. *Miſit Herodes Rex & tenuit Ioannem, & vinxit, ac in carcere decollauit*. 6. Marci. 17.



ALbertus filius Godefridi IIJ. Ducis Lotharingiæ, & Brabantiæ, ex Margareta Limburgica, atq: Henrici IV. Brabantiæ, & Lotharingiæ Ducis frater germanus, in Archidiaconum primò, deindè in Leodienſem Pręſulem electus



ctus contra Lotharium Prepoſitum Bonnenſem, cuius partes Henricus ſouebat Imperator. Albertus autem iram Cæſaris declinans, Romam venit ętate iuuenis, prudentia ſenex, ac coram Cœleſtino IIJ. ſuæ electionis fundamentis expoſitis, in partem ſui traxit Pontificem, qui reiecto Lothario Albertum, annulo donauit aureo, & gemina mitra ornauit pretioſa, aſſumpſitq: inter Cardinales S..... Albertus verò inter Miſsarum ſolemnia, lectionem legit Euangelicam, A
dum Papa Sactum perageret. Cæſar audita Alberti confirmatione (in furorem Leodium tendẽs, quo conſecrandus à Vvillelmo Archiepiſcopo Rhemenſi ſe receperat Albertus) ira ſuccenſus Domos primò diruit Clericorũ, indè immiſſis ſatelitibui qui Albertũ interſicerent; inopia preſſum & à ſuis deſertum, tredecim vulneribus confoſſum perſide trucidarunt; quaſi vnicum vulnus animæ tam grandi ad exeundum non ſufficeret. Ab eo namq: benigne excepti, ad menſam admiſſi, truculenter nihilominus, barbato more in ipſum ſęuierunt; dum extra portam Rhemenſem (eo loco vbi Crux hodie inſurgit) ex inſidijs adorti, perfidi ſicearij trucidarunt, iuxta vati- B
cinium Guillelmi Archiep. Rhemenſis, qui ei prædixerat, *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, prępara animam tuam ad tentationem: ta enim Magnus es futuras.* Eodem anno 1193. quo purpura donatus cum laurea Martyrij euolauit ad ſuperos die XXIV. Nouembris, vt prædixerat. Die ſequenti, tota Ciuitas Luctoſa ad Eccleſiam confluxit, vt Alberto iuſta perageret Cineres in medio Eccleſiæ humati epitaphio donantur ſequenti,

Legia me legit, electum Roma probauit,
Rhemis ſacrauit, ſacratum martyrizauit.

Eius Martyrum recolet *Liber mortualis* in Eccleſia C
Rhemenſi: *Martyrologium* Eccleſiæ Bruxellenſis: *Martyrologium Romanum*, tanqnam miraculis clarum *Rhemis S. Alberti Epiſcopi Leodienſis, & martyris, qui pro tuenda Eccleſiaſtica libertate necatus eſt.* Agit de eodem pluribus Molanus in *additione ad Vſuardum; & in indic. Sanctorum Belgij.*

Nonnulla eius miracula reſcripſit Ægidius Aureę Vallis in eius *vita*. Eius Cardinalatum exhibet Tabula in ſacrario Eccleſiæ Cathedralis S. Lamberti Leodienſis, in qua legitur *S. Albertus Pontifex Leodienſis, & martyr à Cœleſtino III. Papa S. R. E. Cardinalis Diaconus Romæ ordinatus eſt, & impoſita capiti mitra inter purpuratos Patres iuſſus conſidere An. 1193. quo, &* D
Rhemis occiſus eſt.

Annos ſupra quadrigentos iacuere cineres, nullo in Eccleſia Rhemenſi erecto ſepulchro, donec 4. Nouemb. 1613. impetrantibus pijſſimis Principibus Alberto Archiduce, & Iſabella Clara Eugenia vxore à Ludouico XIIJ. Francorum Rege Bruxellas tranſlati ſunt, pompam funeris comitante Guidone Bentiuolo Nuntio Apoſtolico, futuro S. R. E. Cardinale. Albertus Princeps veneranda Lipſana cognati proprijs humeris ſuccollauit, & in ædes Virginum Diſcalceatarum S. Thereſæ inuexit, eodem Anno, die xi Decembris, vt apud Aubertum Miræum in *vita S. Alberti*. De hac tranſlatione ita legitur in Catalogo Ep. Leodienſium.

S. Albertus S. R. E. Cardinalis. & Martyr, vir animo fortis, & in aduerſis Conſtantiſſimus, Eccleſiaſticę libertatis, pro qua etiam mortem opetijt, Anno 1193. defenſor Magnanimus, Rhemis Bruxellas tranſlatus eſt, anno 1613. cæleſtibus ſignis nobilis. Seruat autem adhuc Eccleſia Rhemenſis, eius Rochetum ſangnine tinctum. Thomas Cantipratanus *lib. 2. Apum c. 39.* de eo ſcripſit ſequentia. *Venerabilis, & Deo dignus Albertus Leodienſis Epiſcopus Frater Ducis Brabantiæ ab Henrico Imperatore exul ab Imperio palſus eſt, & à militibus eius iuxta Rhemenſem Vrbem pro Iuſtitia doloſiſſimè necatus eſt.* Paulus V. peculiari diplomate inter ſanctos tranſcripſit Viri eum laudauere doctiſſimi, Petrus Frizonius in *Gallia Purpurata* Baronius in *Rom. Martyrologio*. Odericus Rinaldus *to. 13. Annal. Chronicon M. Belgij.* Antonius Sanderus Yprenſis Canonicus carmine heroico.

Auſtraſiæ columen; Lotharingę clara propago
Gentis, & alta Ducum ſoboles, auguſta tuorum
Gloria, ſalue Heros Alberte, ò inclyta ſalue
Gemma Patrum, niueo quos infula vinxit amictu.
Salue Heros. pulchro, qui Religionis amore
Incenſus ſacrum pro libertate cruorem
Fudiſti impauidus. Te læto ſedula cultu
Muſa canat, licet imparibus tua nomina laudet
Ipſa ſonis; tua eam quæ forti pectore virtus
Præſtitit. humanæ ſuperant conamina venæ.
Sæuo quondam odio, furijſq: agitatus iniquis
Henricus, Dirum ſuperis caput, atraq: Regni
Labes Auſonij, atq. æternæ infamia Romæ.
Indignis vexare modis non horruit, & te
Sanguineis preſſum latronibus obtrancauit
Innocuum, carumq: Deo, & ſacrata tuentem
Iura poli, poſitaſq: pro moderamine leges.
Chriſtigenum à magnis Paſtoribus, Heu ſcelus ingens!
Heu crudele nefas! at tu dabis improbe quondam
Vltrices, Cęſar, pœnas; te iuſta ſequetur
Non dubio Nemeſis, conturbabitq; flagello,
Omnibus inuiſum terris, atq: efferra nunquàm
Facta nepos feret ceſſabit plectere faſtis.
Te verò indigetem Cęli mixtumq: beatis,
Alberte, Agminibus, qua primos aurea cultus
Oſtentat lętis Coniux Titonia terris,
Et qua præcipites feſſo temone iugales
Heſperio mergit lampos Phœbeia ponto.
Deuoti dicent Populi, meritiſq: decorum
Elogijs feſto celebrabunt ſęcula cultu.

De eo lege Ludouicum Donium d'Attichij.

15. *Impetum fecit contra gentem hoſtilem, & deſcenſu perdidit contrarios.* Eccli. 46.

NIcolaus Bobo nepos Cęleſtini III. teſte Panuinio, (Hinc inſignia hic omictimus, quia eadem ac Cęleſt. III.) ab eodem Cęleſtino aſſumptus Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin*, quum idem Papa ſanctorum cętui referret Ioannem Gualbertum inſtitutorem Monachorum Vallis Vmbroſæ ſubſcripſit

Digitized by Google

pſit cum eodem Cœleſtino ad Bentiuolſi Epiſcopum Eugubinum Anno Sal. 1191. *to.* 1. *Vghel. p.* 685, & An. 1192. ad Abbatem S. Mariæ in Flumine *to.* 2. *p.* 619. ad moniales S. Petris Maioris, *to.* 3. *p.* 135, Ad Monachos S. Mariæ de Ferraria *to.* 6, *p.* 700. & Anno 1193. ad Ep. Theanenſem *p.* 707. & ad Canonicos de Sauona *to.* 4. *p.* 1010. Valde inſudauit in expeditione Terræ Sanctę, Eius inſignia habes in Cęleſtino III.

16, *Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: & ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.* Pſal. 30.



SImon filius Henrici Limburgenſis Ducis, frater Vualeranni II. conſanguineus Ducis Lotharingiæ (teſte Ægidio Auræuallenſi) à quo *Simon* dicitur à *Lotharingiae, 91, & 92. Hiſtoria Ep. Leodien.* Diaconus Cardinalis S. . . . à Cœleſtino III. Anno Sal. 1196. in Vrbe Roma, litis occaſſione, quam componendi gratia Romam venerat. Interfectoq; namq; B. Alberto Ep. Leodienſi, conuenere Canonici, ſed in factiones diuiſi; alij Albertum elegere *Decurq*: alij Simonem Lotharingum, qui vltra Canonicorum calculos, inſignia etiam ſuſcepit regalia, Aquiſgranni, de manu Henrici Cæſaris. Cum autem electi de inſula conuenere haud poſſent, auctore, & ſequeſtre Duce Louanienſi, Romam adiere accepturi ſententiam. Cauſa interim cum agitaretur apud Pontificem Romanum; Simon Purpuram accepit Cardinalitiam à Cœleſtino III. anno Sal. 1196. ſed paulò poſt vitam poſuit, die ſcilicet prima Auguſti, magno ſuorum mærore, ob ægregias animi dotes, & humilitatem, qua pręfulgebat ac regijs natalibus. Sepultus eſt in Eccleſia S. Ioannis, intra Palatium Lateranenſe.

Petrus Frizonius apponit huic Cardinali Scutum Limburgicum argenteum Leone coccineo inſiliente
A coronà, & falculis aureis, linguà cæruleà, cauda bifida in decuſſim traiecta exaratum.

17. *Fulgebunt iuſti, & tanquàm ſcintilla in arundi neto diſcurrent in æternum.* 3. Sap.

BEnedictus Diaconus Cardinalis *S. Mariæ Nouæ* ſubrogatus à Cęleſtino III, in locum Bernardi, qui ex D. C. S. Mariæ Nouæ aſſumptus fuit Presbyter Card. tit. *S. Petri ad vincula tit. Eudoxiæ* Annno 1192. vt habes in Clemente III. *n.* 24. ſubſcribit cum eodem Cęleſtino III. Anno 1193. ad Canonicos de Sauona, *to.* 4. *Vghel. p.* 1010. Vir iuſtus, in timore Domini dirigens greſſus ſuos.
B

18. SOffredus Diac. Card. *S. Mariæ in Via Lata* ſubſcribit cum Cęleſtino III. Anno 1195. ad Archiep. Beneuentanum, *to.* 8. *p.* 200. an coincidat cum Soffredo ſub Lucio III. *n.* 9. ibi vide.

Procancellarij S.R.E.

ÆGidius Petri Leonis Romanus Diac, Card, S. Nicolai in Carcere Tulliano Procancellarius ab initio Pontificatus, vſq; ad annum IV.

Dom. Cencius Sabellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Luciæ in Orphea S. R. E. Camerarius, Procancellarius ab anno quarto vſq; ad finem Pontificatus, vt ex bullis Cœleſtini IIJ.

INNOCENTIVS. IIJ. P. R. CLXXVI.

C

INnocentius IIJ, antea Ioannes Lotharius Cardinalis Diaconus SS, Sergij, & Bacchi, non Ioannes à S. Paulo Presbyter Cardinalis *S. Priſcæ* qui vnus ex duobus electis à decem Cardinalibus, Ioanni Lothario ſuffragia contulit, ad euitandum ſciſma, quamuis à moriente Cœleſtino IIJ. R. P. ſacro Purpuratorum Senatui eo calore commendatus, vt ſe ipſum Pontificatu ſpoliare offerret, ſi Ioannem eligerent de S. Paulo, Qua tamen commendatione prætèrita Purpurati Ioannem elegerunt Lotharium Diaconum Card, SS. Sergij, & Bacchi.

Propterea ſupple, & corrige, ea, quæ in exordio vitæ Innocentij III. impreſſoris in curia omiſſa ſunt, nobis abſentibus. Electus itaq; 6. Idibus Ianuarij An. 1198., vſq; ad diem obitus 17. Cal. Aug. 1216. plures Cardinales, de quibus infra, creauit.

Supple etiam, quæ ad eius ſymboli explanationem forſan deſunt pro maiori notitia, Cum in ſomnis Baſilicam Lateranenſem Innocentius aſpexiſſet labantem; Dominicum verò atq; Franciſcum (quorum inſtituta explorare volens confirmatione dilata, an ex Deo eſſent?) humeros ruinoſo ædificio ſubmittere, & magna virtute fulcire, Dei agnito decreto, nouas Regulas protinùs confirmauit.

Cardinales qui Comitijs adfuere Innocentij III.

Cardinales Epiſcopi,

1. COnradus de Vvitelſpach Arch, Mogunti- D nus, Salisburgenſis, & Ep. Card. Sabinus ex Ale-

Alexandro III. ſecundum *Ciaconium & Panninium.*

1. Octauianus Ep. Card. Oſtien. Vicarius in Vrbe ex Lucio IIJ.

3. Petrus Gallocia Ep. Card. Portuen. ex Clem. IIJ.

4. Guillelmus Comes Blecenſis Archiep. Rhemenſis, Ep. Car. Præneſtinus.

Presbyteri Cardinales.

5. Pandulphus Maſca P. C. SS. XIJ. Apoſtolorum, Prior Presbyterorum ex Lucio IIJ.
6. Adelardus Ep. Veronenſis P. C. S. Marcelli.
7. Petrus Placentinus P. C. tit. S. Cæcilię
8. Iordanus de Ceccano P. C. S. Pudentianæ tit. Paſtoris, A
9. Ioannes P. C. tit. S. Clementis, Ep. Tuſcanenſis, & Viterbienſis, ex Clemente IIJ.
10. Guido de Papa P. C. S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti, ex Clem. IIJ.
11. Hugurio P. C. SS. Siluestri, & Martini tit. Equitij, ex Cœleſt. IIJ.
12. Ioannes Salernitanus P. C. tit. S. Stephani, in Monte Cælio: ex Cœleſtino IIJ.
13. D. Rofredus de inſula Abbas Caſinenſis P. C. SS. Marcellini, & Petri: ex eodem. Hunc Panuinius appellat Raynaldum.
14. Centius Comanus P. C. S. Laurentij in Lucina: ex eodem.
15. Sofredus P. C. tit. S. Praxedis, ex Lucio IIJ. & Cœleſtino IIJ.
16. Domnus Bernardus. Canonicus Regularis S. Fridiani Lucen. P. C. S. Petri ad vincula, tit. Eudoxię, ex Clem. IIJ.
17. Ioannes de S. Paulo P. C. tit. S. Priſcæ, ex Cœleſtino IIJ.

Cardinales Diaconi.

18. Gratianus D. C. SS. Coſmæ, & Damiani, Prior Diaconorum: ex Alexandro IIJ.
19. Gerardus Allucingolus D. C. S. Hadriani, ex Lucio IIJ. B
20. Gregorius Galganus de S. Apoſtolo, D. C. S. Mariæ in Porticu ex Clemente IIJ.
21. Gregorius D. C. S. Mariæ in Aquiro
22. Gregorius de Monte Carello D. C. S. Georgij in Velabro
23. D. Lotharius Comes Anagninus D. C. SS. Sergij, & Bacchi
24. D. Nicolaus D. C. S. Mariæ in Coſmedin
25. Gregorius D. C. S. Angeli

} ex Clem. IIJ.

26. Bobo D. C. S. Theodori
27. Petrus Capuanus D. G. S. Mariæ in Via Lata
28. Centius Sabellus D. C. S. Lucię in Orfea, S. R. E. Camerarius

} ex Cœleſtino IIJ.

Typis hic vſi ſumus Panuinij apud *Tramezinum* Venetijs, in 4. An. 1557. ſub Signo Sibillæ, vt aliàs adnotauimus.

Epiſcopi Cardinales creati ab Innocentio III.

IO: Ep. Virerbienſis ex Presbytero Cardinali *tit. S. Clementis* promotus in Ep. Cardinalem *Albanum* ab Innocentio IIJ. An. Sal. 1190. Vide Sub Clem. IIJ. *n.* 13. C

2. *Accingere gladio tuo, ſuper femur tuum potentiſſime*, Pſal. 44.



GErardus de Seſſa, ſiue Seſſius, natione Italus, nobilis Regienſis, Canon. Parmenſis, poſtea monachus Ciſtercienſis, & Abbas S. Mariæ de Filieto, diæceſis Aquenſis in Inſubria ab Innoc. IIJ. Epiſcopus dictus Nouarienſis, & Legatus Apoſtolicus ad Inſubres, vt ſua eloquentia eos armaret contra Othonem IV. excommunicatum, Anno verò 1211. ab eodem Pontifice ſublectus Ep. Card. *Albanus*, vt ex regeſto 3. Non. Decemb. An. 14. Pontificatus, pluribuſq; eiuſdem Pontificis literis, quas ad Gerardum D Filieri Abbatem, ac Nouarię Epiſcopum electum, & Ep. Cardinalem Albanum ſcripſit. Concordat Franciſcus Boſquetus Narbonenſis in epiſtolis Innocentii IIJ. Conſonat etiam eiuſdem Gerardi decretum ad Canonicos Placentinos, vt prandium ſumerent in loco communi, diuinam cum Silentio audientes lectionem; vt habes apud Vghellum *to.* 4. *in Ep. Nouarien. p.* 970. Ab eiſdem Canonicis cum facultatem accepiſſet eligendi Epiſcopum Placentinum in locum demortui; Fulconem ſingularis Sanctimonię Præſulem renuntiauit. Eius Cardinalitiæ dignitatis meminit Carolus Sigonius, & Vghellus loco ſupracitato, Cremonæ degens ob mortem Vberti Pirouani, electus Archiep. Mediolanenſis, poſt diem trigeſimum electionis ſuæ, vitâ deceſſit, teſte Corio, Onuphrio, Caſtiloneo. Eius purpuram Ciaconius, & Panuinius prætериere: quod vetuſtas quandoq; obruat nobilium ſcriptorum induſtriam. *Andreas Victorellus in addition. ad Ciaconium* & Vghellus.


3. *Mittamus ad Sacerdotes & Leuitas ; & reducamus arc am Dei noſtri ad nos* 1. Paralipon. 13.



NIcolaus Romanus, vel de Romanis, Romæ natus Pontificis Innocentio III. à Sacrificijs, ab eodem electus Epiſcopus Cardinalis *Tuſculanus* Anno 1205. cum eodem ſubſcribit ad Eccleſiam Eugubinam, XI. Cal. Iunij. Diuum Dominicum quàm maximè coluit. Legatus in Angliam, vt expeditionem vrgeret in Terram Sanctam, ſatisfactionem etiam accepit oblatam à Rege Ioanne de patratis ſceleribus. Extat *M. S. Vatic. n.* 5586. *de Reb. Angliæ.* Elogio decoratus ab Innnocentio III. *Pacis Angeli & Salutis, Deo, & hominibus grati, pręq: alijs à ſe dilectis* verbo impleuit, & opere encomium Pontificis. Innocentio defuncto, promouit Honorium III. à quo delegatus cum Hugolino Epiſcopo Hoſtienſi, & Stephano de Foſſa Noua D. C. S. Angeli ad reſtituendam collapſam Monialium diſciplinam, interprete D. Dominico, reformauit, & ſub arctam viuendi formulam redegit, in Monaſterio S. Sixti, quod imagine Deiparę Tranſtyberinâ donauit ſub Innocentio III. Concilium congregauit Londonienſe, Anno 1214. (teſte Matthæo Pariſienſi) apud S. Paulum, vbi Regis ſatisfactione acceptâ, interdictum relaxauit, poſtquàm Annis ſex, Menſibus tribus, diebus quatuordecim duraſſet. *to.* 10. *Concil. p.* 103. Vitâ ceſſit, Honorij PP. Anno IIJ. Salutis 1219. ſucceſſorem habens in Eccleſia Tuſculanâ Nicolaum Monachum.

4 BEnedictus ex Presbytero Cardinali *tit. S. Suſannæ*, Ep. Card. *Portuenſis*, & *S. Ruffinę*, promotus Anno 1211. Vide infra *n.* 8.

5. *Ipſe autem rectos faciet curſus tuos: itinera autem tua in pace producet*, Prouer. 4.



GRegorius Epiſcopus Card. *Sabinus* (teſte Ciaconio) promotus ab Innocentio III. Anno Sal. 1211. in ſeptima Cardinalium creatione, cuius mentio neq: apud Panuinium, nec alios inuenitur. Immo repugnat Joannes de S. Paulo Ep. Card. *Sabinus*, qui ſolum nouiſſimis Innocentij diebus deceſſit. Vrbem veterem Legatus Gregorius, ait Ciaconius, ciuili bello fatigatam, ob Guelforum, & Gibellinorum diſſidia, ſuâ induſtriâ reparauit; vt ex regiſtro Innoc. III. Anno V. quando obierit? incertum. Inſignia, quæ in Ciaconio deficiunt, ex M. S. ſuppleui Cornelio.



A 6 GErardus, *Ciaconio* teſte, & *Panuinio*, in prima Cardinalium creatione An. 1198. ex cęnobiarcha, & Abbate Pontinianenſi (ſecunda Ciſtercij filia Pontiniacum à Theobaldo Campaniæ Comite erectum Monaſterium Anno 1124.) vt refert ex antiquo eiuſdem Monaſterij Necrologio, Petrus Frizonius in *Gallia Purpurata*) Cardioalis Diaconus *S. Nicolai in Carcere Tulliano*, ab Innocentio III. promotus, poſtea Epiſcopus *Prænestinus*, teſte eodem Frizonio, ſed nullo fundamento, quia in ſerie Ep. Prænestinorum non legitur, nec inſeri valet; cum Guido Pare, Anno 1198. Epiſcopus dictus Prænestinus, ſucceſſorem habuerit Guidum de Papa Romanum, An-
B no 1206. qui vſq: ad Annum 1221. illum tenuit Epiſcopatum. Ipſe autem Gerardus, teſte eodem Frizonio, diem clauſerit extremum Anno 1210. De hoc infra vide *n.* 27. Huic Gerardo Scutum Gentilitium adiecit Frizonius diuerſum ab eo, quod appoſuit Ciaconius.

7. *In nomine Domini Exercituum.* 1 Reg. 6. n. 18.



C HVgolinus Anagninus ex Diac. Card. S. Euſtachij Ep. Oſtienſis Papa futurus nomine Gregorij IX. Quales & quantos lapides mouerit, vt Terram ſanctam redimeret è manibus Infidelium: *lege in eius vita.*

8 BEnedictus ex P. C. tit. S. Suſannæ, Ep. C. *Portuenſis.* Lege infra n. XII.

9 IO: Comes de S. Paulo ex P. C. S. Priſcæ, Epiſcopus Card. *Sabinus*, Leg. n. 10. in Cœleſtino III.

Presbyteri Cardinales.

10 GRegorius ex Diacono Cardinali S. Mariæ in Aquiro ſub Clemente IIJ. Presbyter Card. *S. Vitalis tit. Veſtinę* promotus ab Innocentio III. Anno 1202. Vide in Clemen. III. *n.* 27. Eius memoria tanquàm Diaconi in Bulla Innocentij III. ad Eccleſiam S. Petri.

11 PEtrus Capuanus Amalphitanus ex Diacono Cardinali S. Mariæ in Via Lata, Presbyter Cardinalis, *tit. S. Marcelli*, promotus Anno 1200. Vide n. 13. ſub Cœleſt. III.

12. *His verbis conſtanter effecti ſunt: pro legibus, & patria mori parati.* 2. Macc. 8.

BEnedictus Presbyter Cardinalis *tit. S. Suſannę*,
D promotus ab Innocentio III. Anno 1200. poſtea Epiſcopus *Portuenſis*, & *S. Ruffinę*, occupata à fęderatis Latinis Conſtantinopoli, ſubrogatis Legatis Soffredo P. C. tit. S. Praxedis, & Petro tit. S. Marcelli, qui huic prӕerant expeditioni, Conſtantinopolim venit, vt tanquàm vir prouidus, diſcretus, honeſtus, & literatus Balduino Imperatori conſilijs, & opera non deeſſet aduerſus Græcorum inſidias, qui Theodorum Laſcarum contra Balduinum in Cęſarem acclamauerant. *ep.* 17. *Innocentij, & ſequenti.*



Ibidem

Ibidem iubente Romano Pōtifice, Clericis Gallica-
nę nationis Byzantij degentibus Eccleſias ordinan-
das conceſſit, quæ eis in diuiſione pacta inter Gal-
los, & Venetos obtigerant: *ep.* 44. 22. *&* 23. Tho-
mam Maurocænum Patriarcham Coſtantinopoli-
tanum, qui aliarum nationum clericos præteriens
Venetos tantum in Conſtantinopolitanis Eccleſijs
collocare fatagebat, monuit, nè Sanctuarium Dei,
iure regeret hæreditario *ep.* 102. 101. 103. 109. *In-
nocentij III.* Eadem de cauſa Bzouius ſcribit adiectum
anathema, ni omnium nationum patrem ſe oſten-
deret. Veruntamen quàm rationabile conſilium
Maurocæni fuerit in Venetis ſolumodò promouen- A
dis, vt pro Imperij tutelà vna fides eſſet, & cor vnum;
ruina monſtrauit eiuſdem Imperij iterum à Græcis
redempti, à Barbari poſtea occupati, ſolum quia
Veneti ibidem præteriti, Byzantium reſpiciebant,
vt alienum. In eà ciuitate cum longo degiſſet tem-
pore Benedictus, Cæſari non ingratus, ad curiam
reuerſus Romanam; ſub eodem Innocentio vitam
poſuit.



13. LEo Brancaleo ex Diaco-
no Cardin. *S. Luciæ*
Presb.Card.tit. *S. Crucis in Hieru-* B
ſalem. Lege infra in Diaconis.
Huius Cardinalis gemina re-
currunt inſignia Montes in tran-
ſuerſis lineis Ciaconius appoſuit.
Leonem cum Aquila Oldoinus ex
M. S. apud Dominicum Iacobatium Equitem Cala-
trauæ, hęredem familiæ Brancaleonum, quę in Mar-
gherità vxore Laurentij Iacobatij defecit.

14. *Sapientiam ſine fictione didici, & ſine inuidia
communico*. Sap. 7.



ROgerlus Presb. Card. tit. C
S. Anaſtaſiæ promotus ab
Innocentio IIJ. An. 1205. Car-
dinalium promotione quartà,
eiuſdemq; Legatus ad Siculos
plura firmauit Innocentij III. di-
plomata, præcipuè XI. Cal. Maij
1205. Ad Albertum Ep. Eugub.
VII. Id Iunij 1209. ad Michael.
Abbatem S.Michael: Verrucēſis, Dięceſ. Piſanę. Plu-
ra etiam ſcripſit vir doctiſſimus, teſte Gregorio Ab-
bate de Monte ſacro, in dedicatione operum ſuorum
ad Thomam P.C.S. Sabinæ. Lucis vſuram amiſit Ro-
gerius ſub eodem Innocentio III. D

15. *Deum timete, Regem honorificate*. 2. Petri.

PEtrus Cognomento *Comes* Monachus Caſſinenſis
Abbas eiuſdem Cęnobij electus An. 1209. die
natali S. Io: Baptiſtæ, Romam profectus ab Inno-
centio III. ob egregiam ſapientiæ famam Caſinas
Antiſtes confirmatus, inter Cardinales cooptatur
(teſte *Andrea Victorello*, & Marco Antonio Scipione
in *Elogijs Abbatum Caſſinen*. Is Othonem IV. Imperato-
rem, Caſſinum inuiſentem, quo par erat honore,
ac magnificentia eſt proſecutus, à quo de tuta poſ-
ſeſſione Oppidorum Monaſterij. priuilegium obti-
nuit. Extremum diem obijt quinto Cal. Feb. An.
1211. Geminus ponitur Petrus cognomento *Comes* n.
15. & 30. ſed vnum credo & eumdem.

16. *Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus
ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ*.
Iſai. 60.



PEtrus Saxonis Anagninus
Hernicus in Presb. Card. *S.
Pudentianæ tit. Paſtoris* promotus
ab Innoc. III. Anno Sal. 1206.
plures ſubijt Legationes, præcipuè
ſub Innoc. III. ad Fridericum Im-
peratorem, vt legimus in Godefri-
do, An. 1216. *Fridericus in feſto SS.
Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, cu-
riam apud Nurimberch habuit: ubi Petrus Cardinalis S. Pu-
dentianæ à D. Papa miſſus affuit: huic curię Engelbertus
Colonienſis electus ſe exhibuit, & à D. Petro Cardinali con-
firmatus, regalia à Friderico Rege ſuſcepit*. Huius me-
moria cum inſigni refulget pietate, in tabula mar-
morea Eccleſiæ S. Pudentianæ.

*Petrus Saxonius S. Pudentianæ Cardinalis
Anno XII. Innocentij III. Papæ,
Tertio verò ſui Cardinalatus Anno
Fecit opus hoc.*

Mortuo Innocentio; Comitijs adfuit Honorij IIJ.
cuius vices Vicarius geſſit in Vrbe; deindè in Ger-
maniam Legatus, Canonicis Colonienſibus S. Ma-
riæ ad gradus, ſacra interdixit, quia cuiuſdam ciuis
Colonienſis filium à ſe Canonicum electum, in fra-
trem recipere recuſarunt: quo non obſtante, vicit
Canonicorum Sententia. *Cæſar. lib. 6. c. 28. M.S.
Cornelium*. Subſcripſit cum eodem Honorio IIJ. Anno
1217. ad Cannnicos Lucenſes: & Nonis Iulij 1218.
ad Soffredum Ep. Piſtorienſem, Sub eodem Hono-
rio obijt.

17. *Terra autem erat inanis & vacua*. Geneſ. 1.



MAurus Amerinus Vmber.
Epiſcopus Amerinus,
Presbyter Cardinal. tit. S......
creatus ab Innocentio IIJ. An-
no 1210. vt ex Amerinis tabula-
rijs apud Ciaconium, & Vghel-
lum *to. 1. Italię, in Ep. Amerinis*.
De eo meminit Bernardinus
Mandoſius. Apud Panuinium,
& Auberij nulla mentio. Legatione functus dicitur
ad Germanos, ſed nullo fructu.

PElagius ex Diac. Card. *S. Luciæ in Septiſolio*
Presb. Card. tit. *S. Cæciliæ* promotus An. 1211.
Vide infra. n. 45.

19 IAcobus Gualla ex Diac. Card. *S. Mariæ in Porticu* P.C.SS. *Silueſtri*, *& Martini*, *tit. Equitij* Vide infra n. 42.

20. *Noli quærere fieri index*. Eccli. 17.



IOannes Presbyter Cardinalis tit. *S. Praxedis* promotus ab Innocentio III. Anno 1211. & ab eodem delegatus iudex cuiuſdam controuerſiæ; vt in regiſtro Honorij IIJ. Anno 5. cum honorabili titulo. *Bonæ memoriæ*: ſed A refragantibus litigatoribus; pronuntiauit in caſſum.

Comitijs adfuit Honorij IIJ. à cuius electione in Papam, Anno quinto vitam poſuit.

21. *Inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ, & præpoſui illum Regnis, & ſedibus; & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.* Sap. 7.



STephanus Langthonus natu Anglus, monaſterij Cantuarienſis Monachus, Pariſienſis gymnaſij magnus Cancellarius, inſignis Theologus, & Artium Magiſter, Literatorum ſui temporis apprimè Princeps, vtraſq; facultates Pariſij diù docuit; donec mortuo Vbetto Archiep. Cantuarienſi: Monachi illius Eccleſiæ timentes, ne Rex more ſuo electionem ſucceſſoris impediret, eius minimè requiſito Conſenſu, confeſtim Reginaldum Subpriorem ſuum clam elegerunt, miſeruntq: Romam à Pontifice confirmandum, antequàm Regi res innoteſceret: cum verò Papa Confirmationem denegaret, priuſquàm de legitima electione conſtaret; Monachi percipientes culpa, & electi loquacitate confirmationem fuiſſe dilatam, in eum irati, ne & ipſi Regem iratiorem experirentur; facultatem nouæ electionis ab eo petierunt, eoq: iubente Ioannem elegerunt antea Epiſcopum Noruicenſem. Ita ſciſmate diuiſi Canonici, cum diù apud Papam altercati eſſent, nec poſſent in alterutrum conſentire: Papa vtraq: electione tanquàm vitioſa reiecta, tertium eligendum cenſuit per monachos Cantuarienſes, qui frequentes Romæ conuenerant. Excuſantibus autem plurimis, haud ſibi licere abſq: Regis conſenſu; eligi curauit Stephanum Langtonum, quem ipſe Presb. Card. tit. *S. Chryſogoni* creauerat, proprijſq: manibus Viterbij conſecrauit XV. Cal. Iulij 1207. Regi commendans ſuaui, benignaq: epiſtola: qua tamen præterita exeandens Rex ob Noruicenſis repulſam, monachos omnes è Cantuarienſi expulit Monaſterio, bonis Eccleſiæ Fiſco addictis, & Stephanum, ne pedem in Anglia poneret, prohibuit; deinde aculeatas literas reddens Pontifici, grauiter expoſtulauit, quaſi ingratus Pontifex de beneficijs ab Anglo in Sedem collatis Apoſtolicam, ius Regis temerare præſumpſiſſet. Quibus reponens Pontifex, Regem anathemate ferijt, regno priuauit, armis tandem expugnauit Sacerdotalibus, lacrymis, & orationibus. *Lege Pariſium; Vulſinghamum Vveſt monaſterien. Polydorum Virgilium*: vt corona depoſita, eam non niſi permittente Papa reaſſumeret; vt dedimus in *vita Innocentij III. n. 9*. Reſtituto in Sedem Stephano Cantuarienſem; non propterea motus ceſſarunt propter exactiones in Anglia factas, tempore Interdicti, ab Epiſcopis rigidis, & auaris. Propterea Rege accuſante Joannem; tanquàm perduellionis reus ad Concilium vocatus Lateranenſe, penè conuictus damnatur ab Innocentio III. veniam poſcens reſtituitur ea conditione, ne in Angliam pedem referret, priuſquàm Regem inter, & proceres concordia coaleſceret. In Angliam rediiſſe Stephanum probat Sarcophagus, in quo ſepultus, in Sacello S. Michaelis Eccleſiæ Cantaurienſis, prope gradus Auſtrales. Vir generoſus & munificus plura contulit Eccleſiæ ſuæ. Archiepiſcopale Cantuariæ palatium ferè totum conſtruxit; & in Horologij fabrica ſupra regiam liberalitatem aurum profudit. Obijt die 9. Iulij, poſt electionem Honorij III. Anno incerto. Eius anima exultat inter Beatos, teſte Henrico Stanfordio Roffenſis Eccleſiæ Præſule. Vir iſte magnę Sanctitatis, cum aliquando ad populum concionem haberet, ingenti B fiducia palam aſſeruit. *Hodie Rex Ricchardus, Stephanus Archiep. Contuarienſis cum ſuo Capellano, è Purgatorio in Cælum migrarunt*. M.S. Vaticanum, teſte *Bzouio*.

De eo lege *Nomenclatorem Cardinalium*, *Pariſium*, *Trithemium*. *Sixtum Senenſem in Biblioth. Auberij*; *Bzouium; Iongelinum in purpura D. Bernardi*: *Franciſcum Goduuinum in Ep. Cantuarien*. Eius eulogium ſeruant libri ab eo exarati.

In Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Regum lib. 4. Paralipomenum lib. 2. Iob. lib. 34. Tobiam, Iudith, Eſther, Pſalmos, Prouerbia Salomonis; Eccleſiaſtem, Cantica; Eccleſiaſticorum C *notulas; Eſdram; Hieremiam; Ezechielem; Danielem, Tropologiam in Prophetas; Oſeam, Ioelem, Amos, Abdiam; Ionam; Micheam; Naum; Habacuch; Sophoniam; Aggæum; Zachariam; Malachiam; Macchabæos; Epiſtolas Pauli lib. 14. Concordiam vtriuſq: Teſtamenti lib. 8.*

De vera pænitentia — *de Similitudinibus.*
Adam vbi es? — *Sermones 60.*

Vitam Ricchardi Regis.
Benedictiones in Monte Ebali
De maledictionibus.
Adnotationes Bibliorum
Conſtitutiones Oxonienſes
D *De Sacerdotibus Deum neſcientibus;*
Quæſtiones Theologicas.
Vitam Thomæ Cantuarienſis.
De factis Mahumetis
Hexameron. Carmina
Repetitiones Lectionum

Bibliam primus in Capitula diſtinxit; quem ordinem omnes Eccleſiæ ſequutæ nunquàm mutarunt. Lege Ludouicum Donium d'Attichij.

22. *Qui*

12. *Qui ſapiens eſt corde appellabitq. prudens: & qui dulcis eloquio, maiora percipiet*. Prouer. 16.



GRegorius Theodulus P.C. tit. *S. Anſtaſiæ*, Auditor in cauſa Rauennati, & tituli Lucinæ, contra Rectorem Eccleſiæ S. Saluatoris de Cuppellis de Vrbe, datus ab Honorio IIJ. à quo Legatus ad Hernicos, Prouinciam laudabili iuris prudẽtiæ plauſu gubernauit. Mortuo Innoc., promouit Honorium III. cũ quo ſubſcripſit An. 1216. Ad Baſilicam Lateranenſem, An. 1217. ad Marzinum Lunenſem, Fulconem Papienſem. Anno 1218. ad Soffredum Piſtorienſem. Anno 1219. Ad Petrum Firmanum Epiſcopos. An. 1222. tertio Idus Iulij, ad Stephanum Abbatem Noui Petrus. Anno 1224. ad Eccleſiam Lucenſem, Raynaldum Firmanum, & Monaldum Foroſempronij, Epiſcopos. Vita exceſſit die 21. Iulij, An. ,,, ex M. S. Eccleſiæ Catanenſis.

23. *Credo videre bona Domini, in terra viuentium.* Pſal. 26.



ROdulphus natu Gallus ex Archidiacono Atrebatenſi Presb. Card. tit. *S*. .... creatus ab Innoc. IIJ. Anno Sal. 1198. poſtea Præſul Atrebatenſis An. Sal. 1203. poſt Petrum VI. Abbatem Ponticiacẽſẽ (de quo Claudius Robertus in *Gallia Chriſtiana*, et Frizonius in *Gallia Purpurata*, habuitq; ſucceſſorem in Cathedra Pontium, qui exequijs interfuit Philippi Augusti, An. 1224. Contendit ad Superos Anno 1220. Atrebati ſepultus in D. Mariæ templo, tumulo ęneo, in quo inciſa leguntur Carmina ſequentia.

Quem ſculptura premit, Pręſul regale redemit.
Non fecit Antiſtes diſcretos mors tua triſtes:
Nam Cęli Ciuis meritorum pondere viuit.

Scutum Frizonius huic Cardinali apponit Atrebatenſe aliqualiter huic diuerſum, nempe Cyaneum lilijs Francicis incerto numero ſparſum, cum faſciola coccinea, tribus pendulis lacinijs diſtincta, qualibet tribus caſtellis aureis impreſſa:

24. *Notum facere myſterium Euangelij, pro quo legatione fungor.* 6. Ephes.



THomas de Capua Campanus, Presb. Card. tit. *S. Sabinæ* promotus ab Innocentio IIJ. Legatus ad Viterbiẽſes odio certantes ferali aduerſus Romanos, reconciliauit. Plures poſtea ad Longobardos Legationes ſubijt, vt inter eos, & Fridericum II. Imperatorem pacem proponeret. Multa promiſſa, & nihil obſeruatum. Virginem Dei matrem coluit carminibus editis, & Antiphonis, inter quas, *Virgo parens gaude &c.* teſte *Hippol. Marrac. in purpura Mariana*, & in *Biblioth.* ſcripſit ſummam artis dictaminis; epiſtolam nomine Innocentij IV. oſtendens Fridericum iuſte, extra Eccleſiam poſitum teſte *Nomencla.* Hymnos compoſuit in honorem D. Franciſci; quorum initium In *Cœleſti Collegio*. Firmauit literas Innocentij III. tertio Idus Aprilis 1216. ad Abbatem Monaſterij Cluſini. Comitijs adfuit Honorij III. An. 1217. ad Marzinum Lunenſem; Fulconem Papienſem Epiſcopos. Anno 1219, ad Petrum Firmanum Anno 1224. ad Monaldum Foro Sempronieoſem Epiſcopos. Promouit etiã Gregorium IX. cum quo ſubſcripſit ad Eccleſiam Lateran. An. 1227. & An. 1228. ad Theodoricum Ar-
A chiep. Rauennæ. Vitam deſeruit mortalem XI. Cal. Septemb. 1243.

25. *Dixiſti ædificare templum in monte Sancto tuo.* Sap. 9.

VBertus III. Tertiacus, vel Obertus, nobilis Mediolanenſis, ex Modoetię Archipresbytero, die 7. Septemb. Anno 1196. vnanimi totius Cleri voto electus in Mediolanenſem Pręſulem, & Cœleſtino III. R. P. confirmatus grata eloquentiæ vi, ac morum ſuauitate, reconciliatis Comenſibus cum Mediolanenſibus ſub Conſulatu Lanſtanci Sep-
B talæ, Eccleſiam S. Ambroſij reſtaurare cœpit, quamuis morte præuentus inchoatum opus ſucceſſoribus abſoluendum reliquerit. Altaria in Clareuallenſi Eccleſia eodem An. conſecraſſe refert Codex eiuſdem Abbatiæ in Anſelino Abbate. Anno (inquit) 1196. *facta eſt Conſecratio Altarium à Reuerendiſſimo D. Oberto de Terzaghis Archiep. Mediolani* Cardinalem fuiſſe Presbyterum *tit. S. Stephani in Monte Cœlio*, refert Andreas Victorellus in *additione ad Ciaconium ex actis Eccleſiæ Mediolanenſis*, promotum ab Innocentio IIJ. ſed cum nulla apud Panuinium, & Ciaconium mentio, & tempus repugnet, quia Vbertus è vita ſeceſſit Anno 1197. die 12. April. cum ad Clauum Mediola-
C nenſis Eccleſiæ ſediſſet, menſes nouem, dies quinque Inſuper cum à diebus Papæ Cœleſtini IIJ. ad multos Annos Innocentij III. tit. *S. Stephani in Monte Cœlio* occupauerit Io: Salernitanus vir eximius, & legationibus clarus ſub vtroq: Pontifice; Vberto non datur locus inter Cardinales. Sepultus eſt Vbertus Mediolani in Eccleſia Hiemali.

26. *Egredimini & videte filiæ Syon Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua* Cant. 3.



D VBertus Pirouanus Mediolanẽſis, teſte Andrea Victorello, Presb. Card. S. R. E. tit. ... ab Innocentio promotus, poſtea Archiepiſcopus Mediolanenſis, cum poteſtate Legati, Othonem IV. Imperatorem in Baſilica coronauit Ambroſiana. Eius tamen purpura nutat in incerto, & nullo nititur antiquo fundamento, vt notauit Vghellus *to.* 4. *in Archiep. Mediolan. p.* 247.

27. *Ocu-*

27. *Oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius*, Eccli. 11.n. 13.



RAynerius Vrbeuetanus natu pauper et humilis Canon.Regularis S. Mariæ de Rheno Bononienſis, ac S.R.E. Card. tit. S.... cuius obitũ memorat Rhenanum Calendarium XIV. Cal.Iulij. An. 1217. vt apud auctorẽ libri de *Statu & ordine Canon. l.* 1.*c.*7.à quo purpurã,& 40. Aureos Piſanos poſt eius mortem habuiſſe profitentur Canonici Rhenani. Incertum tamen an ſub Innocentio III. vel Honorio IIJ. fuerit promotus? A

28. *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei Domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo, cunctis diebus*. Reg. 2.



SIgefridus Baro ab Eppẽſtaim Præpoſitus S. Petri Maioris Eccleſiæ Mogũtinæ,mortuo Cõrado Archiepiſcopo Moguntino, Anno Sal. 1200. à Canonicis qui partem fouebant Othonis IV. & Eccleſię Romanę,ſubrogatus Archiepiſcopus Moguntinus,regalia de manu Othonis ſuſcepit,poſtea B à Guidone Ep.C.Prænestino Legato Apoſtolico confirmatus,& cõſecratus,reprobata electione Diepoldi Antiſtitis Vvormatiẽſis, quẽamici Philippi Cæſaris in Archiepiſcopum Moguntinũ elegerant armis prę-ualente Diepoldo, Moguntiam intrare non potuit, nec adminiſtrationem Pontificatus obtinuit quamuis in Sabbato Quatuor Temporum menſi Septembris ab eodem Legato fuiſſet Presbyter ordinatus, ac ſequenti Dominica in Archiepiſcopum conſecratus. Hinc cum literis commendatitijs tam ipſius Cardinalis, quam Regis Othonis ad Papam Innocentium Romam directus,Pallij honore donatus eſt: C Diepoldus verò depoſitus, & excommnicatus, qui excommunicatione poſthabita viuente Philippo, poſſeſſionem tenuit Eccleſiæ Moguntinę, donec Philippo Imperatore, *Sifridus Moguntinæ Sedis Archiep. qui metu illius biennio exul à Patria, Romæ, in Eccleſia S. Sabinæ titulum Cardinalatus tenuerat iubente Papa Innocentio, ad propriam Sedem reuertitur: electoq; Diepoldo Vvormatienſium Epiſcopo, qui Archiepiſcopatum inuaſerat; Ciuitatem cum honore magno ingreditur; & tam à populo,quàm à Clero cum lętitia ſuſcipitur*. Io: Trithemius in Chron Hirſaugienſi, Anno 1208. Breui tamen in luctum Cithara verſa: Otho namq; proſperis vtens ſucceſſibus, in Calabriam irrupit, necem cogitans Friderici Regis filij Henrici Imperatoris, quem Pontifex in tutelam ſuſceperat. Hinc iuſſus Sifridus Othonem excommunicare; irruente Othonis milite Moguntinus ager direptioni ſubiacuit; D ipſe autem Sifridus vix in Thuringiam euaſit apud Hermannum Prouinciæ Comitem, Romanæ Eccleſiæ ſemper fidelis. Anno namq; 1214. iubente eodem Innocentio III. Theodoricum Archiepiſcopum Colonięſem monuit;Othonem deſerere excommunicatum: contumacem, & renitentem excommunicauit, depoſuit, coegitq; tandem Romam petere ad impetrandam abſolutionem. Obijt Sigefridus Anno Sal. 1225. Idibus Septemb. & ſucceſſorem habuit Sifridium III. Erfordiæ ſepultus, in æde B. Mariæ, breue habuit epitaphium, quod adhuc in marmore inſculptum legitur.

Migrans vir fidus, quinto ſeptembris in Idus
Præſul Sigfridus, fulget Cælo quaſi Sidus
Lege de eo Serarium de *rebus Moguntinis*.

A 29. *Bonorum omnium mater eſt Sapientia*. Sap. 7.



RObertus de Curſon, vel Corceon natu Anglus, Oxonij, literis incubuit,magna nominis fama, Inde maiora meditatus, Lutetiam petijt, & Romam:ibi Theologus doctor, hic Cardinalis Presbyter *S. Stephani in Monte Cælio*, ptomotus ab Innocentio III. Anno 1212. ſcripſit.

Summam Theologia
B *De Salutione Origenis*
Lecturas ſolemnes, teſte *Antonio Poſſeuino*, in *Apparatu ſacro*.

Ab eodem Innocentio Legatus in Galliam, vt Crucem prædicaret aduerſus Saracenos, in ſubſidium Terræ Sanctæ egregiè pręſtitit, immò ad debellandos hæreticos Tholoſanos ſeipſum Cruceſignauit (*Bzouius ex Petro monacho cap.* 122.) & vicit. Cum autem Burdegalenſis Archiep. Pariſienſis, Andegauenſis, Marchiæ, & Niuerniæ Comites expeditionem iuraſſent Syriciam, ab Honorio III. R. P. Robertum Cardinalem in Legatum poſtularunt. At C Pontifice diſſentiente, qui eum, vt ſacra florentem eloquentia ad exponenda Diuina Oracula miſerat; ſubſtitit, Legatione poſtea functus ad Anglos. Eius obitum refert Iacobus de Vitriaco Cardinalis *lib.* 3. *Hiſtor. Oriental.* An. 1218. hiſce verbis. *Pariſienſis Geruandenſis, Hungarienſis Epiſcopi mortui ſunt in Suburbio Damiatę, Cardinalis Robertus de Corſeon ſimiliter*. Si vera refert Vitriacus; Gallorum poſtulatis opus eſt deſcendiſſe Honorium.

30. *Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum Sapientia inhabitat*. Sap. 7.



D PEtrus cognomento Comes Campanus, Monachus Caſinenſis Presb. Card. S.R.E. aſſumptus ab Innocentio IIJ. & Abbas confirmatus ob egregiam ſapientiæ famam. Is Othonem IV. Imperatorem, quo par erat honore, ac magnificentia proſecutus, de tuta poſſeſſione oppidorum Monaſterij, priuilegium obtinuit. Mortalibus vale dixit quinto Cal. Feb. 1211. cum præfediſſet

diſſet Annum vnum cum dimidio. *M. Anton. Scipio in elogijs Abbatum Caſinen.* Arnoldus Vvion *in Ligno Vitæ.*

31. *Dixitq: Deus ad Balaam. Noli ire cum eis: neq: maledicas populo, quia benedictus eſt,* Numer. 22.



GOfredus, ſeù Siffridus P.C. S. *Praxedis* promotus ab Innocentio III. Venetias deſcendit vt Claſsem inſtrueret pro expeditione Syriaca, quò nauigauit cum Cruceſignatis. Ibi Patriarchæ electus Hieroſolymitanus dignitatem admittere noluit, immò vt ſe ſubduceret, Syriam deſeruit, & pro confirmanda poſseſſione Imperij Conſtantinopolitani, Cruceſignatos per Annum abſoluit à voto Syriaco, Veneto ſq: ſacris reſtituit, nulla ſatisfactione recepta. Hinc redargutus ab Innocentio, & iuſsus in Syriam redire, obtemperauit, ibiq: vitam poſuit.

A

32 CEncius Sabellus ex D. Card. S. Luciæ, Presb. Card. *SS. Io: & Pauli, tit. Pam.* Lege in Cœleſtino III. n. 22.

33. *Et quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem* 2. Timo. 3.



IO: Dominicus Vmber, patria Fulginatenſis, filius Odoriſij Comitis Trincij frater Ioannis Epiſcopi Amerini, literis clarus quibus ab infantia incubuit, ab Innocentio III. Presbyter Card. aſſumptus tit. *S. Cyriaci in Thermis,* ſi fides Duranti Dorio in *hiſtoria familiæ Trinciæ;* & Ludouico Iacobillo *Hiſtoria Fulginatenſi,*

Diaconi Cardinales.

34 HVgolinus Comes Anagninus, Diaconus Card. S. Euſtachij promotus ab Innocentio III. prima Decembris 1198. poſtea Epiſcopus Oſtien, tandem Papa nomine Gregorij IX. Crucem indixit, vt è manibus infidelium extorqueret S.S. Chriſti Sepulchrum,

34. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego Mundo.* 6. Galat. 14.



GErardus Diac. Card. *S. Nicolai in Carcere Tulliano,* promotus ab Innocentio III. vnà cum Hugolino Diacono Card. S. Euſtachij, cognitor datus in quadam controuerſia, vnà cum Hugolino nepote eiuſdem Innocentij Card. poſtea Ep. *Praneſtinus:* de quo ſupra *n. 6.*

36. *Cogitationes mortalium timidæ & incertæ* Sap. 9.



LEo Brancaleo natu Romanus, ex Canonico Regulari S. Fridiani Lucenſis, Diaconus Cardinali *S. Luciæ, in Septiſollio* promotus ab Innocentio III. Anno 1200. poſtea P. C. *tit. S. Crucis in Hieruſalem*, Anno 1201. Legatus in Germaniam cum Hugolino Hoſtienſi Epiſcopo, vt Othonem, & Philippum Sueuum de Imperio exitiabili bello contendentes pacaret, Spiræ Philippum obuium habuit honorificè, indè Quinto Lineburgi, coactis comitijs, Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem Philippi captiuum ſolui rogauit, pacem à Romanis exhibens, & Regem excomunicatione ſoluendum. Rex autem cum Brunonem laxare inexpectato Principum conſenſu negaret: Cardinales quo pacto? incertum, metu, an fauore, munere flexi, vel promiſſis abſoluère Philippum, minimè laxato Brunone; poſtea ad Othonem ſe conferentes; ſciſcitanti, quid apud Philippum inuenerint? cum reſponderent. opus fuiſſe, cum vinculo obſoluere excommu- B nicationis; excanduit Otho, & litteris Innocentij, quas clanculo ſuper mandato Cardinalium receperat, prolatis, dixit: *Oſtendant iſta: ſi mandati fines impleuerint.* Erat enim Sententia Pontificis, ſinè Brunonis libertate, non ſoluendum Philippum. Erubuere Cardinales, & benè cum ſperare iubentes, ad Philippum redeunt clamantes Brunonem omni pacto liberandum, alioquin oblatam euaneſcere abſolutionem. Laxauit Brunonem Rex inuitus, ne bellum quærere videretur: habitoq: colloquio cum hoſtibus, ſed incaſſum, Brunonem iterum captum *obſeruari* iuſſit. Papa verò ſtrepente, vel laxaret protinùs, vel grauiora expectaret vincula; Brunonem C Philippus ad Pontificem remiſit Romanum, arma tamen non poſuit; reparatiſque Phalangibus, direptionibus mutuis Germaniam diuexabant; donec fatigati Principes, vt Pontificem demulcirent; filiam Regis Philippi in vxorem obtulerunt nepoti Pontificis. Annuit tunc Papa, promittens coronare Philippum, nec amplius reſtitui ſibi inſtetit Petri Patrimonium, ſperans nuptiarum titulo Tuſciam, Spòletum, marchiam Anconitanam nepoti acquirere. Hiſce arcanis aſcenderunt ad Comitia Cardinales Hugutio, & *Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem*, conceptoq: fœdere, inter cætera pactum; vt Otho filiam Philippi in vxorem acciperet: & quia quarto conſanguinitatis gradu iungebantur, pro bono pacis, D Romana diſpenſaret Eccleſia. Philippus verò faſces retineret Imperij, quoad viueret; poſt eius mortem Otho ſuccederet. Matrimonium porrò quod in Arcanis Legati contraxerant inter Philippi filiam, & nepotem Pontificis, euanuit; quia Philippus ab Othone Vuitelſpachio Comite Palatino, ferro petitus, Anno Sal. 1208. parricidæ ſuccubuit. *Vſpergen Chron.* Romam interim reuerſus Leo S. Franciſci per familiaris promotioni Ordinis Seraphici incumbens, & incremento, purpuram exuere cogitabat; cum iterum Legatus ad Bulgaros, & Vngaros, Caloia-

Ioannem Bulgarorum, & Blacorum Regem coronauit, contradictinne præteritâ Regis Vngarorum, & Archiepiſcopi Strigonenſis, cum donatione inſignium Regalium, poteſtate cudendi monetam, & facultate Apoſtolicâ, vt ex *ep. Innocentij III. An.* 1204. *ad Calo: Ioannem III. Bulgarorum Regem*. Romæ obijt Honorio ſedente Sal. An. 1219. habuitq: ſucceſſorem in Eccleſia Tuſculana alium Nicolaum de Claromonte, Monachum Ciſtercienſem.

37. *Petrus autem ſurgens, cucurrit ad monumentum & procumbens vidit linteamina*. 24. Lucæ 12.




37 **M**Atthęus Diac. Card. *S. Theodori* promotus ab Innoc. III. Sal. An. 1200. cuius memoria in Bulla Innoc. III. Lateran. An. 1201. vt in regiſtro An. 8. & Nonis Mar. 1202. ad Gualterum Lunenſem, Obijſſe affirmat Oldoinus hunc Cardinalem An. 1206. Vir Sagax & prouidus, miniſtris nũquàm credens, oculis ſuis prouinciam luſtrauit, Petrum æmulatus Apoſtolorum Principem; qui Chriſti ſepulchrũ quamuis ſenex nõ per Legatos & interpretes ſed ipe inuiſere voluit.

38. *Dic vt duo filij mei ſedeant, vnus ad dexteram tuam; alius ad Siniſtram in regno tuo*. Matth. 20.

IO: Comes Anagninus Iacobi Comitis, & Andreę frater germanus, affinis Innocentij III. eiuſq: conſobrinus, ſanguinis merito in Diaconum Cardinalem *S. Mariæ in Coſmedin* promotus, Cancellarium egit S. R. E. ſcripſitq: plures Innocentij literas, precipuè An. 1205. Alberto Ep. Eugubino. Anno 1206. Sexto Id. Maij ad Canonicos Vicentinos. VII. Id. Iunij 1209. ad Michaelem Ab. S. Michaelis Verrunenſis Piſanæ diæc. Vita exceſſit An. 1213. teſte *Auberij*. Eadem habet inſignia, quæ Innocentius III.

39. *Et ait Saul. ad David: Non vales reſiſtere Philiſtęo iſti, quia puer es*: 1. Reg. 17.



GVido ex nobilibus de Biſontio, Regulus Vrbeuetanus, vt Diaconus Card. *S. Nicolai in Carcere Tulliano* ab Innocentio III. promotus Anno 1205. cum eodem ſubſcribit XI. Cal. Maij 1205. Alberto Ep. Eugubino. 6. Id. Maij 1200. Canonicis Vicentinis, 7. Id. Maij 1209. Michaeli Abb. Verruc. 4. Idus Aprilis. 1210. Ægidio Ep. Fulginen. Idib. April. 1216. Abbati Cluſino. Cum Honorio, Anno 1217. Marzino Lunenſi & 3. Id. Iunij 1222. Stephano Abbati Noui Portus.

Mortuo Innocentio, cum promouiſſet Honorium IIJ. ab eodem tranſlatus ad Ep. C. *Praneſtinum*, Anno 1221. Menſe Decembri. Vvidoni de Papa ſucceſſit; vt in calce Vaticani Regeſti, Honorij IIJ. Anno. 5. vbi inter Epiſcopos conſecratos ab Honorio IIJ. primo loco legitur Præneſtinus, Inde ab eodem Legatus ad Gallos Ciſalpinos, plurium litium, & controuerſiarum auditor, alias iure declarauit, alias partium tranſactione compoſuit. Fuit Guido (ſi Oldoino fides) ex gente Perleonum iuxta vetuſta Kalendaria Eccleſiæ Placentinæ, 8. Cal. Maij. 1228. *Obijt Guido Petri Leonis Præneſtinus Epiſcopus, qui dedit huic Eccleſiæ planetam, tunicellam violatam, & pluuiale rubeum, Dalmaticam rubeam frixiatam, Camiſciam frixiatam cum ſtolà, manipulo, Cingulo: & pallium rubeum cum grifonibus, duos coſinos nouos, vnum tapetum, quinquaginta libras in ædificatione ſacriſtiæ: & 50. libras pro*
A *emenda poſſeſſione; cuius fructus expendantur in refectione Canonicorum; videlicet medietas in die Anniuerſarij ſui; & altera medietas in feſto S. Ægidij*. Petrus Maria Campi *to. 2. l. 17. Hiſtor. Placent.* Eiuſdem Cardinalis mentio recurrit in diplomate Honorij IIJ. ad Clerum, & Populum Placent.

Honorius PP. &c.

E*X literis V. Archiep. Ianuen. & dilecti filij Ab. de Columba, & veſtris perpendimus, quod Archiep. & Abbas prædicti, iuxta mandati Apoſtolici formam ad Eccle-*
B *ſiam veſtram perſonaliter accedentes dilectum filium Io: Petri Leonis, Subd. noſtrum, nepotem dilecti filij Guidonis S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. veſtris, & Populi Placentini votis vnanimiter concurrentibus, vobis prouiderunt in Epiſcopum, & Paſtorem. Gratum ſiquidem gerimus, & veſtræ circumſpectionis prudentiam commendamus, quod deſiderando prædictum Subdiaconum, Epiſcopum veſtrum, oſtendiſtis deuotionis affectum, quod ad ipſum habere credimini Cardinalem; & per hoc ipſum, ac ſuos, qui multiplicia poſſunt vobis obſequia exhibere, ad dilectionem noſtram arctius obligaſtis. Verum quia iam di-*
C *cto Subdiacono expedit, & dicto Cardinali, vt adhuc inſiſtat Scholaſticis Diſciplinis; per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt infra XV. dies, perſonam idoneam vobis in Epiſcopum eligatis &c.* Huius Cardinalis obitus incertus; ſub Gregorio IX. Anno 1227. cecidiſſe volunt Auberij 7. Cal. Maij 1228. Vghellus. Alij in Annum reijcientes, 1231.

40. *Et remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerunt* Iudith. 1. n. 11.



M. Ioannes ex Subdiacono, & notario S. R. E. Diacon: Card. *S. Mariæ in Via Lata*, promotus Anno 1205. Legatus in An-
D gliam, tempore perſecutionis aduersùs Clericos patratæ à Rege Ioanne, vt hunc ad pacem retraheret, ſorte nõ improſpera. Biennio mãſit in Anglia, ex qua plures dedit epiſtolas ad Innocentiũ IIJ. Inde miſſus in Galliã, vt Regem Philippum, Anglorum Regi Ioanni reconciliaret, & vxorem iniuſtè dimiſſam aſſumeret, nihil egit. Subſcripſit cum Innocentio IIJ. An. 1206. ad Canonicos Veronenſes, & An. 1210. ad Ægidium Ep. Fulginenſem, vitam poſuit ſub eodẽ Innocentio; cum inter promotores Honorij III. non inueniatur.

41. *Et expenderunt libros legis.*
1. Maccab. 3.



PEtrus de Mora Beneuentanus, ex Subdiacono Apoſtolico, Diaconus Cardinalis *S. Angeli* promotus Anno 1205. merito Canonicæ Iuris prudentię qua ipſe pollebat: nam adhuc cum Subdiaconus eſſet librum decretalium epiſtolarum collegit, & certis titulis, capitibuſq; diſtinxit, argumentorum varietate diſpoſitâ nomine Innocentij III. Ab eodem Legatus in Gallias vt pacem inter Philippum Gallorum Regem, & Riccardum Angliæ componeret, acceſſit vacuus; morte tamen opportunâ intercedente Riccardi, cui Ioannes frater ſucceſſit, inducias ſignauit: Synodumq; coegit apud Montem Peſſulanum, in qua Simoni Comiti montis fortis, ditio Raymundi Comitis Toſolani commendata fuit, vſq; ad Generale Concilium *to. 11. Concil. p.* 106. Negat porrò Oldoinus ex Mario Vipera (*Chron. Archiep. Beneuent.*) Petrum ad Gallos miſſum; ſed alium Petrum natione Beneuentanum, familia Collis Vaccini, Diaconum Cardinalem non *S. Angeli* ſed *S. Mariæ in Aquiro* Concordant diplomata à Guillelmo
B Catel relata, in ſua *hiſtoria Comitum Toloſæ*, in quorum ſubſcriptionibus apertè elucet Legatus Innocentij, ad Gallos, Diaconus Card. fuiſſe *S. Mariæ in Aquiro*. Legitur etiam in literis Innocentij IIJ. ad Philippum Francorum, & Richardum Angliæ Reges, Legatus, & Card. Diaconus *S. Mariæ in Via Lata*: quibus etiam ſtantibus, ſubſiſtit adhuc Petrus Diac. Card. *S. Angeli*, vt legitur apud Panuinium, & in diplomate Innocentij IIJ. dato 11. Cal. Maij 1205. Ad Albertum Ep. Eugubinum, cui ſubſcripſit *Petrus S. Angeli Diac. Card.* Mundo exceſſit ante Annum 1213. Quo Romanus inauguratur D. C. S. Angeli.

42. *Sapientia ædificauit ſibi Domum.* Prouer. 9.



DIacobus Gualla de Biccherijs ſeu Beccaria, vel ſecundum Nomenclatorem *Qualo* vocatus, natione Lõbardus, ex Canon. Regulari S. Petri in Cœlo Auro Papię, Epiſcopus Vercellenſis IV. doctor, Eccleſiam illam rexit poſt Albertum Cribellũ, vt ex tabulis Vercellenſibus, & Io: Stephan-
D Ferrerio de *Epiſ. Vercellen.* Inde Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Porticu*, poſtea Presbyter Cardinal. *SS. Silueſtri, & Martini, tit. Equitij*, Anno 1205., promotus, cum eo ſubſcribit.

Hic Vercellenſe nobile S. Andreæ templum, & Monaſterium à fundamentis, proprio ære conſtruxit, & Canonicis Regularibus inhabitandum conceſſit cum magnis prouentibus, vltra auream, & argenteam ſuppellectilem, eum Sanctorum reliquijs, inter quas gladius, quo S. Thomas Cantuarienſis Archiep. cæſus eſt, qui ibidem ſeruatur vſq; in hodiernam diem; moriens omnia bona ſua teſtamento eidem Monaſterio legauit, confirmante teſtamentum, & priuilegia Gregorio IX. R. P. qui primum Abbatem eidem monaſterio præpoſuit Thomã Canonicum Regularem S. Victoris Pariſienſis, Theologiæ Doctorem. Ex eodem cænobio prodijt D. Papinianus Taurinas Ep. Parmenſis, & Bonifacij VIIJ. Papæ Vice Cancellarius.

Sæuiente apud Aquitanos, Albigenſium hæreſi, vt eam Innocentius comprimeret, miſit Petrum Monachum Ciſtercienſem, de Caſtro Nouo Abba-
A tem Fontis frigidi, quo ab hæreticis occiſo, Iacobum Guallam, virum prudentia, doctrinà, & vitæ integritate celebrem legauit, eiq; ſeptem Abbates Ordinis Ciſtercienſis doctrina, & ſanctitate conſpicuos adiecit, qui contra hæreticos, eorumq; protectorem Comitem Toloſanum, Crucem predicarent. Venit Legatus plenus fide, & Spiritu Sancto, cumq; verba, & diſputationes minimè proficerent, vocatis copijs ad Carcaſſonam confertà pugnà duodecim milla hæreticorum proſtrauit expugnatis Biterris, quibus præfectus Simon Comes Montis Fortij, peſtiferam hæreſim paululum repreſſit. Ouans itaq; cum redijſſet in Vrbem, ſed plenus humilitate, Le-
B gatus iterum in Angliam abijt, vbi permanſit etiam ſedente Honorio IIJ. à quò in Legatione confirmatus Ioannem Regem Angliæ in ſubſidium Terrę Sanctæ Crucem ſumere excitauit. Rege verò paulò poſt morte ſublato, Henricum filium in tutelam ſuſcepit Eccleſiæ Romanæ, arcana Regni edocuit, coronauit, & inter eum, ac Ludouicum primogenitum Philippi Francorum Regis inducias firmauit. Plura contra Clericos concubinarios ſanciuit, & lata ſententia eos beneficijs priuauit. Improperanti verò cuidam Clerico Concubinario, etiam Apoſtolis fuiſſe vxores; reſpondit, *vxore vteretur more Apoſtolico*. Apoſtoli namq; quorum Princeps Pe-
C trus, poſtquàm initiati ſunt ſacerdotes, vxorem remiſerunt, nec eam amplius viſitarunt, quam in agone martyrij.

Anno VIIJ. Honorij IIJ. Legatus ad Fridericum Imperatorem, vt eum ad ſubſidium Paleſtinæ, deſidem inflammaret; vanitatis namq; cauſa Crucem induerat, vt coronam raperet eludendo Pontificem, eiuſq; Legatos, Iacobum pręcipuè, qui deluſus, & deriſus, mærore plenus receſſit ad Pontificem, qui eum miſerat.

Plura Iacobus ſcripſit, *ſermones* præcipuè, teſte *Paulo Corteſio* qui propterea eum inter Cardinales doctrina celebres recenſuit. *Decreta* plurima pro re-
D formatione Cleri Vercellenſis, iubente Honorio IIJ.
Sermones

Reformationem Cleri Anglicani, ad quem opuſcula plurima *de Cælibatu Clericali* propterea Paulus Corteſius Cardinalem dixit eminẽti doctrina celebrem.

Eius memoria apud Bernardinum Corium *par. 2. hiſtor.* Io. Philipini in *Chron. Canon. Regul.* S. Antoninum. *par. 2. hiſtor. tit.* 19. *c.* 1.

Obijt ſub Honorio IIJ. vel Archipresbyter S.R.E. ſub Grgorio JX. eiſque Cadauer apud Cænobium S.

Hh An-

Andreę Vercellarum funeratum affirmat Pennotus *l.* 3. *c.* 28. 3. 10. *Hiſtor. Tripar.* quod ex eſſe hæredem inſtituit. Sunt qui hunc Cardinalem confundant cum *Iacobo Guallio*, qui libros ſcripſit de Sanctuario Vrbis Papiæ; cuius mentionem habet Arnoldus Vvion in *Ligno Vitæ*.

43. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in Mundo; in fine dilexit eos.* Io: 13.



OCtauianus Anagninus, Hernicus, ex comitibus Signię Papæ Conſobrinus, *vt ex ep. Innoc.* A 3. *ad Epiſcopos Regni Siculi*, Camerarius S. R. E. Diaconus Card. *SS. Sergij & Bacchi*, promotus An. 1206. cum adhuc Subdiaconus eſſet, cum Iordano legatus in Picenum, vt Prouinciam pulſo Marcualdo tyranno, Eccleſiæ aſſereret Romanæ, mandata abundè impleuit charus Pontifici, qui antiquam oblitus ſeueritatem, cępit diligere, & promouere ſuos.

44. *Et in fines Orbis terrę verba eorum*, Pſal. 18.



GRegorius Creſcentius Romanus Verona oriundus ab Innocentio III. Anno Sal. 1206. promotus in Diaconum Cardinalem *S. Theodori*, & ab eodem legatus in Latium, & Campaniam, prouinciam iuſtitia, & abundantia panis, & pacis gubernauit, vſq: dum ab Honorio IIJ. ei ſubrogatus Io: de Columna P. C. *tit. S. Prax.* Romam venit Gregorius auditor cauſæ delegatus ab eodem Honorio, prò Monaſterio Saxi viui. C Legatus tandem in Daniam Rege rogante, tanquàm vir prouidus, prudens, honeſtus, nec leges Cęſaris turbauit, nec Petri iura omiſit. Krantzius in *Dania*. Anno ſequenti, qui fuit Salutis 1221. Concilium Sleuuici celebrauit, ad reſtitutionem Eccleſiaſticę Diſciplinę, decreuit Sacerdotes, cæteroſq: Eccleſiaſticos cælibes viuere. Coniugia enim tam ſanctè ab eis celebrari præſumebant, vt ea de re, à Pontifice qui abuſum per Epiſcopos auferri curauerat, ad Generale Concilium iam ante prouocaſſent. Eiuſdem Gregorij Legati opera Fratres Dominicani, ſeù Prædicatores ingreſſum ſibi conceſſum in Daniam aſſeruit; teſte *Spondano* Anno 1221. *n.* 4.

Deſcendit etiam non ſolum in Bohemiam Gregorius, vt patet ex priuilegijs Eccleſiæ Pragenſis, quorum cauſa inter Othocarum Regem, & Andream Pragenſem Epiſcopum bis fuerat, quæ habentur *lib. 6. Boemię Piæ*, ſed totum peragrauit Septentrionem, diſſidia componendo priuata, vitia euellendo ſerpentia, mores reparando corruptos, barbaroſq: ritus vbiq: cum gloria, vt ex Canonizatione Vvillelmi Abbatis Roſchildenſis Monaſterij S. Thomæ de Paraclito, in Regno Daniæ, facta ab Honorio III. qui Anno ſui Pontificatus VIII. qua Pontifex teſtatur, ſe per prædictum Gregorium, qui Legationem in illis partibus ſubierat, certiorem effectum fuiſſe de vita, fama, & miraculis prędicti Vuillelmi *vt in Reg. Honorij III.* Surio. to. 6. April. *in vita Vuillelmi Roſchild.* Baron, *in Martyrolog.* Hinc ſuis exigentibus meritis promotum fuiſſe in Archipreſbyterum Vaticanæ Baſilicæ, illius antiqua monumenta teſtantur. Immo in Archiepiſcopum Papienſem fuiſſe aſſumptum ſcripſit Boſſius apud Vghellum *to.* 1. *Italia*. De eius obitu, auctores diſcrepant; Auctor namq: libri, *de Ordine & ſtatu Canonico*, ex Calendario, & Annalibus Rhenani cænobij, obijſſe Gregorium recenſet Anno 1208. Boſſius An. 1216, Auberij Anno 1225. Literis namq: ſubſcripſit Honorij III. An. 1224. ad Eccleſiam S. Geminiani in Tuſcia. Firmauit etiam diploma ad Marzinum Lunenſem, Anno 1217. & Anno 1218. ad Soffredum Piſtorienſem.

45. *In tribus placitum eſt ſpiritui meo: quæ probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum: vir & mulier bene conſentientes.* Eccli. 25.

B



IOannes Diaconus Card. *SS. Coſmæ, & Damiani*, promotus ab Innocentio III. Anno Sal. 1206. in quinta Cardinalium promotione, cum eo ſubſcripſit An. 1206. ad Canonicos Veronenſes: & An. 1209. ad Michaelem Abbatem S. Michaelis Verrucenſis, diæceſ. Piſanæ: & An. 1210. ad Ægidium Ep. Fulginenſem. Adfuit creationi Honorij IIJ. voto tamen aduerſo. Vir fuit pius, & Innocentio à Secretis. Dilexit Ordinem Prædi- C catorum, quorum diploma ſignauit cum eodem Honorio IJJ. *An.* 1216. quorum cænobia auro promouit, præſentia decorauit, & communi conuiuio recreauit, *M. S. Cornelium*. Vitam poſuit ſub eodem Honorio III. & communi Prædicatorum voluit humari ſepulchro.

46. *Pugnauerunt Philiſtym, & caſus eſt Iſrael; & fugit vnuſquiſq. in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum.* 1. Reg. 4.

D PElagius Caluani, vel Galuani, Diaconus Card. *S. Luciæ in Septiſolio*, poſtea Presb. Card. tit. *S. Cęciliæ* tandem Epiſcopus Card. *Albanus* promotus ab Innoc. III. Anno Sal. 1211. & ab eodem Byzantium Legatus, vt ex *ep. Innocentij III. n.* 104. & 105. *l.* 4. Commendatitia *ad Henricum Imperatorem*, & *vniuerſos Imperij Antiſtites*, tanquàm vir prouidus, literatus, & honeſtus, vt Græcos edoceret, & ad obſequium Romani Pontificis retraheret. Comparuit coram Imperatore purpura indutus, quæ Apocriſſarij erat indumentum etiam priuſquam ſub Innocen-

tio

Digitized by Google

tio IV. communis eſſet cæteris Cardinalibus. Acci-
pe verba Georgij Logothetę Acropolitę, in Chron.
Conſtantinopol. *Ea tempeſtate, qua ſummum Imperium
apud Henricum erat, miſſus fuit à Papa conſtantinopolim
Sacerdos, quem illi Legatum vocant, cognomento Pela-
gius, populi auctoritate munitus: purpurea illi talaria eiuſ-
dem coloris veſtimenta, frenaq: & ſagum purpurea erant.*
Cum autem aſperiùs Legatione ſua fungeretur, Mo-
nachos carceribus includendo, Sacerdotes vinculis
onerando; templa omnia claudendo, in ſeditionem
excitatus populus Conſtantinopolitanus, qui nullo
modo ritus patrios deſerere volebat, turmatim ac-
currit ad Imperatorem, vt violentiam temperaret A
Legati. Henricus Imperator maiora timens, vt po-
pulum placaret furentem, Legato inuito, templa
reſerauit, Carceres aperuit, vinctos liberauit, non
propterea placauit populum, quorum plurimi ex Ec-
cleſiaſticis, & Monachis ad Theodotum Græcorum
Imperatorem Niceę ſtantem confugerunt, vt in Re-
ligionis libertate agerent vitam ſecuri. Legatus
verò nullo fructu Romam redijt, vbi promouit Ho-
norium IIJ. cuius Pontificatus Anno tertio Salutis
1219. mortuo Rodulpho Patriarcha Antiocheno di-
ſcordes Canonici, in Pelagio Ep. Albano conuene-
runt, eumq: ab Honorio R. P. poſtularunt, ſed fruſtra
Reſpondit namq: Honorius Pelagium malle eſſe in
Eccleſia Romana, in qua magnum locum obtinebat,
omnibus etiam charus, & acceptus: propterea abdi-
catis æmulationibus, idoneum eligerent ſucceſſorē.
Regiſtrum Honorij. Ducheſn. Pelagium autem Antio-
cheni elegerant, quia ſibi cognitum, & in Syria agē-
tem cum plenitudine poteſtatis Legatum præualidi
exercitus, aduersùs Saracenos in Syria, vbi Damia-
tam, nobile Egypti oppidum, poſt diuturnam obſi-
dionem expugnauit; licet exitiali orta diſſentione
inter eum, & Ioannem Regem Hyeroſolymitanum
ibi deſes quieſcens cum Latinis, ob exercitus præfe-
ctutam quam ſibi debitam aſſerebat Legatus, & de-
creta min Lateranenſi Concilio: propterea poſt ca-
ptā Damiatam Pelagius primas partes ſibi vindicās
rerum omnium, etiam captæ Vrbis gloriam ſibi at-
tribuere, eademq: ditionis eſſe Pontificiæ conten-
dens occaſſionem ſubmiſit diſcordię cum Rege Ioan-
ne, quamuis *Iacobus de Vitriaco* Ep. Accouenſis, qui
omnibus aderat *ep. ad Io: de Niuella* referat, captà Da-
miata ſtatim in ampliationem Regni Hieroſolymi-
tani, eius Dominium Ioanni Regi, à Legato fuiſſe
collatum, alias diſſidij referens cauſas. Quæcumq:
fuerit cauſa, copias ſanè diſtraxit. Sub pęna tamen
excommunicationis, reuocatus Ioannes; cum in Pa-
leſtinam, cuius cauſa expeditio decreta fuerat, caſtra
moueri ſuaderet: Legatus noluit, ſed aduerſus Sul- D
tanum Babylonis, in ſuperiorem Egyptum ſigna
direxit, Rege contradicente Hieroſolymitano, qui
proximis Nili inundationibus caſtra facile obrui
poſſe prænuntiabat. Cenſurarum potius, quam ra-
tionis iudicio, ſeptuaginta millibus armatorum ad
certamen eductis, Idibus Iulijs, caſtra caſtris obie-
cit, ad Cairum ſolo intermedio flumine: vbi Sulta-
nus quamuis innumera pollens multitudine, ſimu-
lato metu ſecedens, diuiſis copijs, viarum aditus,
per quos Chriſtianis commeatus ſubmitti poterat
obſtruxit penitùs: ingruenteq: ſolito Nili incremen-
to, ipſe ruptis aggeribus damnum multipliciter au-
gens, victoriam incruentam ſedens de victrici exer-
citu reportauit. Ita repreſſa Legati ſuperbia, qui
ad iuuandos milites orationibus, & benedictionibus
miſſus, & ad choros natus, bellicæ artis ignarus,
tentoria, ſigna, papiliones, tormenta tractare
præſumpſit *Sanutus. S. Antonin. Amiſſa Damiatæ de-
decus* (ſcribit Spondanus) *An. 1221. n. 19. in Pelagium
reijciunt, qui contra omnium militarum Ducum ſenten-
tiam, ipſe earum rerum inexpertus, alieniſſimo tempore
vi cenſurarum, aduerſus Sultanum caſtra mouere inconſul-
tè coegerit, & tantum non ignauiſſimę morti, vel
teterrimæ ſeruituti florentiſſimum Chriſtianorum exer-
citum obiecerit quo vel tum vniuerſam Syriam, & Paleſti-
nam, vel commodiori tempore etiam Egyptum, & Baby-
lonem, totumq: Orientem ſubiugare facillimum fuiſſet.
Quem quidem fuiſſe natione Hiſpanum ex Tudenſi Chron.
ar. 55. & alijs conſtat: eumdemq: ex cuiuſdam prædictio-
nis vanitate, quaſi ex Hiſpania eo tempore venturus eſſet,
qui ſectam Mahometis extirparet, in eam perniciem exerci-
tum præcipitaſſe.* Antoninus tit. 19. c. 3. 5. 3. *& alij ha-
bent, vt Æmilius l. 6. Vaſſemburg. in antiquo Belgio, par.
5. ac propterea interceſſiſſe iam antea, ne pax barbaris, am-*
B *pliſſimis conditionibus daretur. Quem ſane, & natura
fuiſſe ceruicoſum intelligi etiam datur ex Cæſario 7. Mira-
cul. 6. (ſi tamen is eſt, de quo Cæſarius loquitur nigri Or-
dinis Cardinalis, vt ex vetuſto Calendario Caſſinenſi exi-
ſtimauit (qui notas ad Ciaconium addidit:) dum recuſaret
olim aſſentiri Innocentio Papa, cæteriſq: Cardinalibus om-
nibus, in conceſſione cuiuſdam priuilegij Ordinis Ciſtercien-
ſis: vndè, & Cæſarius ait ita in illum exarſiſſe Innocentium
vt ſtatim eum dignitate amouere minaretur.*

In reditu Cyprum appulit; vbi Iſabella Regina
cum filio Henrico, & reliquis Principibus, contra
Epiſcopos ius decimarum, atq: poſſeſſionem bono-
rum immobilium, Eccleſijs adimere conabatur; par-
C tes audijt, in contradictorio, & contra Reginam,
& Proceres pronuntiauit, pæna adiecta excommu-
nicationis, ſi res violarent, vel perſonas Eccleſia-
ſticas. *Iacob. Boſ. hiſtor. Meliten.* Priuſquàm Syria di-
ſcederet, Rupinum Principem Antiochenum, Re-
gem coronauit Armeniæ. In Italiam reſtitutus, iuſſus
ab Honorio III. Veronam accedere, quo omnes Prin-
cipes Chriſtiani aduenturi erant in Subſidium Terrę
Sanctæ; Fridericus Imperator minime accedens
omnes eluſit; donec ſedente Gregorio IX. iuſſus
iterum Pelagius Fridericum ſollicitare ad ſacram
expeditionem, Caſini conuenit; vbi iuramentum
accepit Imperatoris, quàm primò nauigandi cum
Cruceſignatis, qui cum periuraſſet, excommunicatus
à Pontifice iacuit. Occaſione huius legationis in
Montem Caſinum, ibidem ægrotauit Pelagius, &
XIII. Cal. Feb. obijt, in eodem ſepultus cænobio;
teſte *Arnoldo Vuion lib. 2. Ligni Vitæ*, ex antiquo
Calendario M. S. qui monachum fuiſſe aſſerit S.
Benedicti priuſquàm ab Innocentio III. purpurà
donaretur.

46. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſe tuę.*
Pſal. 126.



ANgelus....Diaconus Car. *S. Hadriani* promotus ab Innocentio III. Anno Sal. 1206. promotione ſexta. Eius memoria in regiſtro Innocentij III, An. 1212. Cuius obitus (teſte *Oldoino*) recenſetur in Necrologio Monaſterij S. Cyriaci de Via Lata. *III. Cal. Decemb. Cardinalis S. Hadriani Angelus pater Theodora bonæ memoriæ.* Ex quibus non leuis coniectura ante purpuram filios ab eo procreatos.

47. *David aſcendebat cliuum oliuarum flens, nudis pedibus incedens, & operto capite; ſed & omnis populus qui erat cum eo.*
2. Reg. 15.



STephanus de Ceccano, nepos Iordanis Cardinalis de Foſſa Noua, natu Campanus, vt habent Chronicon, & antiqua monumenta Foſsę Nouę, profeſſione Monachus Ciſtercienſis, eodem Anno Prior, Abbas eiuſdem Monaſterij de Foſſa Noua, à quo cognomen de *Foſſa Noua* ſortitus eſt, & Diaconus Cardinalis *S. Angeli* promotus ab Innocentio III. vt in *Catalogo Abbatum de Foſſa Noua*, poſtea Camerarius S. R. E. ſub eodem Innocentio IIJ. & Anno Sal. 1212. translatus ad Presbyterium Card. Baſilicæ *SS. XII. Apoſtolorum*. Fratrem habuit nomine Neapolionem, quem equo lapſum, & mortuum, coram Hugolino Oſtienſi, & Nicolao Tuſculano Epiſcopis Cardinalibus, Sanctus Dominicus è mortuis reuocauit ad vitam, vt in *vita S. Dominici*. De eo plura in *libro Cenſuum Sedis Apoſtol.* Eccleſiam de Baraburch, quam ante Cardinalatum obtinuerat ab Anglorum Rege, monaſterio S. Sixti, cuius reformationi prefuerat, Monialium victui donauit. In ſupplicatione habita, pro translatione, imaginis Deiparę, à D. Luca pictę Euangeliſta, facienda ab Eccleſia tranſtyberina ad Eccleſiam S. Sixti, in qua eam Moniales cuſtodiunt Dominicanę, nudis pedibus Stephanus Cardinalis incedens, eam proprijs humeris deportauit, cum Nicolao Ep. C. Albano. Fundationem etiam ſuo ęre promouit templi S. Galgani Ciſtercienſis, in agro Senenſi ad honorem Virginis aſſumptę ac S. Galgani: iuxta quod, loco in quo S. Galganus obijt, ſacellum extruxit ſub inuocatione S. Mariæ Rotundę; cuius in Sacello imago Cardinalibus viſitur adhuc. *Gaſpar Songellinus in purpura D. Bernardi*. Quanta eidem Abbatię S. Galgani contulerit? lege inſcriptionem ibi poſitam à Ferdinando Vghello eiuſdem loci Abbate.

D. O. M.

Stephano de Ceccano, ex Monacho Ciſtercien. S. R. E. Cardinali Presb. pyſſimo. Ildebrando, & Guillelmo Panochijs ex Comitibus de Traualle: Ac Galgano II. religioſiſſimis, ſanctiſſimiſq: Volaterranis Epiſcopis. Quorum egregiam Sanctitatem, & venerabilem in Deum, & S. Galganum peruigilem deuotionem, ęternum hoc ſacrumq: Templum ante 400. Annos ab ipſis fundatum, redditibuſq: innumeris ditatum, laudando comprobauit Ferdin. Vghellus Abbas, & Monachi ob eximiam erga Ciſtercienſem Ordinem pietatem clementiſſimis optimiſquè fundatoribus P. C. Anno Sal. 1631. Romæ mortuus humum ſubijt in Baſilica S. Mariæ Maioris cum ſequenti epitaphio.

Hic requieſcit Stephanus de Foſſa Noua.....

Ma. P. L. M. Presbyter Cardinalis obijt, Anno Domini MCCXXVII. Indictione.... Gregorij IX. Papæ Anno primo.

Eius memoria apud S. Antoninum *par. 3. Hiſtor. tit. 23. cap. 4.* in Vaticanæ lib. de Cenſib. *Stephanus de Foſſa Noua Romanus P. C. SS. XII. Apoſtolorum; amiciſſimus S. Dominici, ab Innocentio III. creatus iacet in terra, ante Sacellum Cardinalis S. Flore.* Et in M. S. Tabellario Baſilicæ Liberianæ. *Stephanus de Foſſa Noua Romanus, Card. SS. XII. Apoſtol. amicus B. Dominici, ab Innoc. III. creatus iacet in terra in hac Baſilica S. Mariæ Maioris.*

48. *Exaudiuit Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananeum, quem illa interfecit ſubuerſis vrbibus eius, & vocauit locum Horma, idest anathema.* Num. 20.



PEtrus (vt refert *Vvion lib. 2. Ligni Vitæ*) ex Ordin S. Benedicti vocatus ad purpuram ab Innocentio III. non ex Ordine Mendicantium, vt nonnulli ſunt opinati auctoritate Matthæi Vveſtmonaſterienſis, cuius verb. *Propter captionem fratris Petri de Donay Cambronenſis electi interdicta eſt Francia.* Quaſi vox *Fratris* eum Regularem faciat mendicantem: cum tamen Ordines Mendicantium ante Annum 1200. non fuerint exorti; et in Belgio ſoli reperirentur Ciſtercienſes, & Benedictini. Vterq. tamen corrigendus (vt aduertit Frizonius) Vvion ſcilicet, & Monaſterienſis. Vvion quum Petrum induit Monachiſmo. Monaſterienſis, dum alium Petrum electum dicit Cambronenſem; qui tamen electus fuerat Cameracenſis. Audi Rigordum auctorem illius ęui, Chronographum Ludouici VIII. in geſtis Philippi Auguſti, de Petro loquentem Anno 1199. *Philippus Comes Namurij, frater Comitis Flandrenſis captus eſt à Roberto de Beleſio, & ab Euſtachio de Noua Villa, cum duodecim militibus, Menſe Maio, iuxta Lentium caſtrum, & Regi Philippo traditus cum Petro de Douio Clerico, qui multa mala Regi fuerat machinatus. Electus verò Cameracenſis (nimirum Petrus de Carbolio) quondam Innocentij Papa Diſcipulus captus fuerat ab Hugone Damclencourt, pro quo Petrus iam dictus S. R. E. Le-*

E. Legatus totam Franciam ſub interdicto poſuit; ſed reuolutis tribus menſibus, habito Rex ſaniori conſilio, Eccleſiæ Sanctæ Petrum prædictum liberum reddidit. De titulo huius Cardinalis ſcriptores diſſentiunt; Ciaconius enim, & Vghellus primò Diaconum Cardinalem dicunt *S. Mariæ in Aquiro*; poſtea Presb. Card. tit. *S. Laurentij in Damaſo.* Frizonius verò *tit. S. Sabinæ*, tandem Ep. Card. *Sabinum* Anno 1216. Miſſus in Galliam ab Innocentio III. Anno Sal. 1199. teſte *Rigordo* Menſe Decembri, in feſto S. Nicolai, Diuione. *Concilium conuocauit Epiſcoporum omnium, Abbatum, & Priorum totius Regni, ſed quia contra Regem Franciæ, regnum ipſius ſub interdicto ponere moliebatur, à Nuntijs Regis ad Romanam Sedem eſt appellatum. Tamen ipſe Cardinalis appellationi non deferens, in eodem loco, adſtantibus Epiſcopis vniuerſis, ſententiam protulit ad viginti dies poſt Domini Natiuitatem publicandam. Transactis verò viginti diebus à Natiuitate, tota Terra Regis Francorum interdicta ſubiacuit. Quo audito, Rex vehementer iratus, quia Epiſcopi ſui interdicto faciendo conſenſerant, ipſos Epiſcopos proprijs ſedibus deturbauit, Canonicos ipſorum, ſeù Clericos omnibus rebus ſuis expoliatos de terra ſua eijci præcepit, & bona eorum confiſcauit. Presbyteros etiam, qui in Parochijs manebant, omnes eiecit, & bona eorum diripuit. Ad cumulum totius mali, Ingelburgem vxorem ſuam legitimam, Reginam Sanctam, apud Papam in ſuo caſtro recluſit.*

Aliam legationem ſubijt nomine Eccleſiæ Romæ Anno 1215. cum Romano D. Card. S. Angeli, & tanquam Iuris peritiſſimi, plures controuerſias abſoluerunt. In Concilio Pariſienſi, Ludouicum VIII. Gallo Monarcham Cruce ſignauit, & Bellum in Albigenſes decreuit: quo audito Raymundus Tholoſę Comes, Dux Albigenſium, obſequium ſimulans, vt iram declinaret Catholicorum, quieuit vſq: ad Mortem Regis Ludouici, quo ſepulto Raymundus ad vomitum redijt.

Aliam Synodum Montis Peſſuli priùs habuerat Petrus pro Cleri reformatione, & in Albigenſes decreta vulgauerat cum quinque Galliarum Archiepiſcopis viciniotibus, & Epiſcopis XXVIII. In ea Simon Comes Montſortius conſtitutus Princeps agri, quod in bello amiſerant Albigenſes, in Synodo poſtea generali Lateranenſi confirmationem accepit. Auget Petri gloriam egregium facinus (ex epiſtola Arnoldi Archiepiſcopi Narbonenſis, poſt inſignem illam à Chriſtianis contra Miramolinum Marochij Regem partam Anno 1212. ad Arnoldum ſcripta Abbatem Ciſtercienſem) excerptum. Cum enim Petrus Cardinalis, iubente Innocentio III. contra Albigenſes Legatus ad Gallos, in Peſſulano Monte, celebrato Concilio Gallos excitaſſet in hęreticos Albigenſes; etiam Hiſpanorum animos ad pellendos ex Hiſpanijs Mauros, ac Miramolinum, qui ſuperbia elatus, crudele Chriſtianis bellum intulerat, inflammauit. Et quamuis Petrus victoriæ non intereſſet, atq: certamini, cum Hiſpani expugnauere Toletum; quia iam ille accenſo bello ſacro, omnibuſq: abſolutis, quę ad eius officium attinebant, Romam ab Innocentio reuocatus fuiſſet, & in Albigenſes in Gallijs, ac in Saracen[illegible] Hiſpanijs legatio commiſſa eſſet Arnoldo Archiepiſcopo Narbonenſi; auctor tamen victoriæ Petrus, quam Arnaldus ipſe citata narrat epiſtola; cuius exemplum ſeruant adhuc Ciſtercienſes Florentini D. Mariæ Magdalenæ eamq: habes apud Vghellum *to. 1. p.* 188.

Mortuo Innocentio, cum Honorium III. promouiſſet in Romanum Pontificem, ab eodem dictus Ep. C. *Sabinus* plures accepit epiſtolas præcipuè Anno 1219. Pontific. quarto; Die 6. Cal. Aug. *ep.* 538. *fol.* 120. Vaticani Regiſtri, in qua confirmantur Cõcordata eiuſdem Petri cum Canonicis, & Archipresbytero Epiſcopij Sabinenſis, quam legere eſt apud
A Vghellum *to. 1. p.* 186. Obijt Petrus Anno 1221. non 1252. vt aſſerit Arnoldus Vvion, confundens Petrum hunc cum altero Petro de Barro Gallo, qui fuit Ep. Sabinus, & Peruſijs vitam poſuit Anno 1252.

49. *Animallia ad ſibi ſimilia congregantur.*
Eccli. 13.



R Aynerius Capoccius Viterbienſis Monachus Ciſtercienſis, teſte *Bernab. Montalb. to. 1. Hiſtor. ex Card. de Vitriaco de nat. rer.* in Monaſterio SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas
B Saluias extra Vrbem, vt ſcripſit Guido Claraualleu. *de Viris Illuſtrib: Ord. Ciſter.* vel eum Vghello, de Ep. Viterbienſibus, *to. 1. Italiæ p.* 313. ab Adoleſcentia ex diuino inſtinctu, Ciſtercienſem Monachum induit Romæ, in Monaſterio Trium Fontium, Hunc ex præclarę vitę merito eum prędiligeret Innocentius III. Cardinalem dixit Diaconum *S. Mariæ in Coſmedin* in octaua Cardinalium promotione. S. Dominico Prędicatorum parente, atq: Inſtitutore familiariter vſus, eius gliſcentem Ordinem, tan-
C quàm vniuerſali Eccleſiæ ſalutarem perpetuò fouit, protexit, ęre, lingua manu. Nam diuinitus in ſomnis admonitus, eidem extra Viterbium, Templum S. Mariæ ad Gradus, munificenter erexit, quamuis morte præuentus Monaſterium ipſum abſoluere non potuerit. Hanc poſtea perfectam Alexander IV. conſecrauit Anno 1258. eoq. iubente templum cum Monaſterio datum B. Dominico. Pluribus cum Innocentio III. ſubſcripſit eoq: mortuo, comitiis adfuit promouendi Honorij III. à quo Legatus in Hetruriam, Viterbium Friderico Imperatori extorſit, defenditq: Legatus cum Stephano P. C. tit. Calixti ad Concilium Lugdunenſe, Fridericum excom-
D municauit ac ſententiam priuationis vbiq: vulgauit, & gladio defendit. Promouit etiam Gregorium IX. à quo Legatus deſignatus exercitus Eccleſiaſtici contra Fridericum Imperatorem Montem Flaſconem Sanctiq: Petri Patrimonium, totamq: Sabinam recuperauit, pacatis rebellibus, quos Pontifici, nouo fędere iunxit. Cum autem S. Petri patrimonij Rector eſſet, Ordinem ſuum Ciſtercienſem, pluribus in eumdem collatis beneficijs exornauit, adauxit, impulitq; Gregorium IX. vt ſuis Ciſtercienſibus Mona-

Monaſterium Septimi, prope Florentiam concederet, cum prius ipſe effuſa liberalitate cænobium S. Martini in Cimini Montibus fundaſſet, dotaſſet, Viterbij deceſſit ſexto Cal. Iunij 1252. lacrymantibus cunctis, ſepultuſq; in Eccleſia S. Mariæ ad gradus, ante altare maius cum ſequenti epitaphio, quod in propinquiori ſacello, penicillo expreſſum legitur.

Raynerio Capoccio Viterbien.
Tit. S. Mariæ in Coſmedin. Diac. Card.
Ædis huius cælitus demoſtratæ Religioſiſs. Fundatori
Familięq; Prædicatorum Piiſſimo Largitori
Fratres ad beneficij memoriam ſempiternam
Ampliſſimo Benemerito.

Ante digniorem Aram condito nuncuparunt.

Huius quotanis ſolemnes inferiæ per totum ordinem Ciſtercienſem, ſexto Cal. Iunij celebrantur, vt notatur in antiquo Calendario monaſterij S. Cerbonis Lucane Diæceſis. Eius meminit Bernardus Montaluus *p. 1. Hiſtor. Ciſter.* Io: de Vitriaco *de natur. rerum.* Vido Claraualllen. *de viris Illuſtribus Ord. Ciſter.* Baccetius *in hiſtoria ſeptimania M. S.* Raynerium Capoccium vnà, & Iacobum Pecorariam ſequenti exornat elogio. *Tum impellabant, vt dicitur, currentes, duo illa lumina purpurati ſenatus Raynerius Capoccius, ac Iacobus Pecoraria, ambo Ciſtercienſes, ambo Trium Fontium clariſſimi monachi, quorum ille ſub Innocentio III. & Honorio III. bis Legatus in Tuſcia cum trepidas res compoſuiſſet, & ex voto, eius beneficij gratia, Florentinorum animos maximè deuinctos habebat. Hic inter Senenſes, Florentinoſq: cum odia ealentiùs deſæuirent, internecinoq: bello certarent ex inſperatò reddita pace nil planè erat, quod à memori, grataq: gente non videretur impetraturus.*

Pietatem, & Religionem voce, calamoq: fouens nonnulla ſacræ eruditionis monumenta reliquit in ſacris hymnis ad ſtylum eius ſæculi, quorum ille *Cælorum Conditor.*

Plange turpa paupercula.

Eccleſiam rexit Viterbienſem vſq: ad Annum 1244. quo grauioribus pro Apoſtolica Sede negotijs implicitus, eo munere, libens, volens abiuit, & ſucceſſorem habuit M. Scambium de Scambijs. Viterbij palatium habuit, vbi nunc viſitationis eſt monaſterium, in quo Fridericum hoſpitio excepit Imperatorem.

Scripſere de eo Anton. Sanderus in *elog. Card. p.* 347. Sebaſtian. de Olmedo in *Chron. Ordin. Prædic. par. 3. tit. 23. c. 4.* ex Chron. Viterbien. S. Antonin. Franciſcus Maria Turrig. de *ſcriptor. Card.* Gaſpar Iongelin. *in purpura D. Bernardi.* Ludouicus Donius d'Atticlui.

50\. *Audiuit itaq: omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet Rex, & timuerunt Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo, ad faciendum iudicium.* 3. Reg. 3. n. 28.



ROmanus Bonauentura natione Romanus Diaconus Card. *S. Angeli* dictus ab Innocentio III. Anno Sal. 1212. merito Iuriſprudentię, quà ſuper omnes pollebat. Hinc ſub Honorio III, ferè omnes dificultates, quæ deferebantur ad Romanum Tribunal, à Pontifice huic Car-
A dinali cognoſcenda delegabantur.

Vir non modo Affinium clientela, & natalibus clarus, ſed prudentia quam in pluribus Legationibus, præcipuè in Albigenſes oſtentauit, Chriſtianæ Reipublicæ ſupramodum profuit. Prima eius Legatio ad Gallos Anno 1225. ſub Honorio III. apud quos plura celebrauit Concilia. Primum contigit Meloduni in Octaua omnium Sanctorum, vbi, vt in M. S. Chron. Turonenſi (*to. XI. par. 1. Concil. p. 290.*) *præſente Legato Archiepiſcopi, & Epiſcopi Franciæ petebant inſtanter à Rege Franciæ, & à ſuis Baronibus, iuriſdictionem omnium hominum, ſuper mobilibus de quibus homines Eccleſiarum in cauſam traherent coram*
B *ipſis, & iuriſdictione iſta dicebant inueſtitam eſſe Eccleſiam Gallicanam. Quibus Rex ſe opponens, argumentis euidentiſſimis aſſerebat hoc eſſe diſſonum rationi: cum cauſa mobilium non ratione iuramenti, vel fidei, vel teſtamenti, vel maritagij petitorum, mera ſit laicalis, nec ad forum Eccleſiaſticum videatur aliquatenus pertinere. Saiſinam eorum ſuper his aſſerens irritam, & inanem, cum eo, nec non & Philippo Bonæ memoriæ patre ſciente, vel vidente de ijs vnquam ſaiſiti fuerint: & maximè cum nullus poſſit de iure partem ſui Domini deteriorem facere, vel vendere, vel quitare: nec per eum alius in eum alterius dominium vſurpare. Tandem interueniente Dei gratia, & Legato, cauſa iſta ab utraq: parte poſita eſt in ſuſpenſo. In*
C *eodem Concilio tractatum eſt de treguæ inter Regem Franciæ, & Regem Angliæ reformanda, nec non & de negotio Albigenſi. Sed ad præſens nihil ſuper ijs potuit reformari.*

Aliud poſtea celebrauit Concilium, in feſto S. Andreæ Apoſtoli, pridię Cal. Decemb. An. 1225. Bituris, vt ex eodem Chronico Turonenſi, *to. 11. par. 1. Conc. p. 291.* Vbi Raymundus Comes eoram centum Epiſcopis, & Abbatibus, & Prioribus Conuentus obſequium obtulit Romano Pontifici, ſi ei vti Principi Catholico bona reſtituerentur paterna. Quibus Amalricus Comes de Monteforti decretum obijciens Innocentij III. necnon Regis Franciæ Philippi, quo damnabatur Raimundus, eiuſq; bona do-
D uata fuerant Simoni Montfortio Amaltici patri, nil innouatum.

Præterea cum Legatus ex parte Papæ, *per totum Regnum Franciæ, fructus peteret duarum prębendarum in vnaquaq: Abbatia, & in qualibet Eccleſia Cathedrali; & in alijs Conuentualibus, fructus unius prębendę, ad uſum ſummi Pontificis, in perpetuum retinendos: & iam aliqui Epiſcoporum conſenſiſſent: Capitulorum Nuntij ijs omnibus, coram Legato, & coram omnibus obuiarunt aſſerentes, Capitula pro quibus uenerant, hoc*

nullo

nullo modo factura, nulloq; tempore conceſſura. Adiecit etiam Legatus, quòd D. Papa dederat duobus Epiſcopis in mandatis, quod ad dictum quatuor Abbatum, quos ad uiſitandas Abbatias totius Franciæ & ad corrigendos exceſſus earum deſtinauerat, Abbates deponerent uniuerſos. Quo audito, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſe per hoc in Abbatijs Iuriſdictionem omnimodam perdidiſſe videntes, ſe hoc nunquàm, quamdiù viuerent, conceſſuros, vnanimiter reſponderunt. Et ſic præcepta Apoſtolica tam de Præbendis, quàm de depoſitatione Abbatum, in pendulo remanſerunt. Tunc ferè octaginta Magiſtrorum Pariſius, qui contra Legatum in ſupradicto aſſultu fuerant, & ligatos Legati ſententia ſe videbant, abſolutionem à Legato in dicto Concilio petierunt, petitamq; protinùs receperunt.

Cum autem Vniuerſitas Scholariũ Paris. in præiudicium Pariſienſis Eccleſiæ Sigillum proprium confeciſſet; dictoq; ſigillo, Vniuerſitatis negotia ſigillaret: Pariſienſes Canonici, coram Legato, qui Pariſios uenerat, ſuper Sigillo Scolares conueniunt, & multum ab utraq; parte allegantes quid ſit iuris, in Legatum protinùs compromitunt: illudq; ſigillum coram omnibus, ibi fregit; omneſq; qui deinceps Pariſijs ſigillum Vniuerſitatis faceret, vinculo anathematis innodauit. Quo audito, clamor in cœlum attollitur, rumor per Vrbem egreditur, ſcholares conueniunt, ad domum Legati cum gladijs, & fuſtibus tanquàm ad latronem Quorum aduentum homines Legati cognoſcentes, portas obſtruunt, arma rapiunt, ſe, Dominumq; ſuum à furibundis ſcholaribus defendentes. Tandem per urgentes aſſultus ſcholarium, per portarum fractionem, per lapidum fulminationem, eum ferè Legatus ſuiq; homines caperentur, Ludouicus Rex, Legati audito infortunio, ſeruientes & milites miſit, qui ſcholares minis repulerunt, & Legatum gentemq; ſuam, indemnem, non tamen ſine effuſione ſanguinis ſeruauerunt. Quo facto, Legatus ab Vrbe egreditur cum conductu, excommunicans generaliter ſcholares qui hunc aſſultum fecerant, & alios, qui ex parte eorum interfuerant in aſſultu.

Cũ Chronico Turonenſi cõcordat Matthęus Paris ad Annũ 1226. Hoc tempore venit magiſter Romanus ad partes Gallicanas, miſſus à Domino Papa, ut ibi Legationis officio fungaretur. Quo cum perueniſſet, fecit conuocare Regem Francorum cum Archiep. Ep. & Clero Gallicano ad Concilium, cum Comite Toloſano. Ad Bituricam conuenerunt Lugdunenſis, Rhemenſis, Rotomagen. Turonen. Bituricen. Auxitanenſis Archiepiſcopi: Burdegalenſis verò Romæ fuit, & Narbonen. uacabat Eccleſia. Conuenere igitur nouem Prouinciarum ſuffraganei circiter centum cum Abbatibus, Prioribus, & ſingulorum procuratoribus Capitulorum, mandatum ſummi Pontificis audituri. Quibus ſedentibus, apparuerunt Comes Toloſanus ex una parte, & Simon de Monteforti ex altera, qui petijt ſibi reſtitui terram Raimundi Comitis Toloſani, quam domnus Papa, & Rex Francorum Philippus ſibi, & Patri ſuo contulerunt. Addiditq; Comitem Raimundum abiudicatum fuiſſe Romæ, in Concilio Generali propter hęreſim Albigenſium, ad minus à parte maiori terrę, quam nunc tenet, E contra Raimundus obtulit ſe facturũ erga Regem Francorum, & Eccleſiam Romanam, quidquid facere deberet pro hęreditate ſua. Tunc cum peteret pars aduerſa ab eo, ut iudicium ſubiret duodecim Parium Franciæ, Reſpondit Raimundus: Recipiat Rex homagium meum, & paratus ſum ſubire: quia fortè non haberent me pro Pari, ſi ſecus fieret. Cumq; hinc inde fuiſſet plurimum altercatum; præcepit Archiepiſcopis ſingulis Legatus cum præſentibus, ut conuocatis ſeorſum unuſquiſq; ſuffraganeis, cum eis deliberarent ſuper pręfato negotio, & traderent Legato conſilium ſuum in ſcripto.

Poſt hæc dedit Legatus in dolo, Procuratoribus Capitulorum, licentiam ad propria reuertendi, retentis tantum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, & ſimplicibus Prælatis, Vnde non immerito timuerunt, ne procurata eorum abſentia, qui maioris prudentię erant, & experientię, & pre multitudine potentiores ad contradicendum, A aliquid ſtatueretur in præiudicium abſentium Prelatorum Quocirca dicti Procuratores, poſt deliberationem diutinam, miſerunt ad Legatum Procuratores Metropolitanarum Eccleſiarum, qui coram eo allegauerunt, querentes quod literas de exigendis præbendis, in omnibus Eccleſijs Conuentualibus, ſiuè Cathedralibus in Concilio non vulgaſſet, tanquàm negotium ad omnes pertinens, & cui contradicere parati erant Rex, & Principes omnes cum ſubditis ſuis vſq; ad ſãguinem, propter ſcandalum, & Regni ſubuerſionem, quæ ex hoc imminebat. His auditis Legatus protulit authenticum Papę, quo exigebat à ſingulis Eccleſijs Cathedralibus duas præbendas, unam à Capitulo, alteram B ab Epiſcopo. Et in cęnobijs ſimiliter, vbi ſunt diuerſę portiones, Abbatis ſcilicet, & Conuentus, duas exigebat præbendas, unam ab Abbate, alteram è Conuentu, æquali facta diſtributione bonorum ſuorum à conuentibus, quantum pertinet ad unum Monachum, ſicut ipſe interpretatus fuerat Legatus, & ab Abbate tantumdem.

Allegauit etiam commoda, quæ poſſent inde prouenire, illud videlicet, quod amoueretur Scandalum à Romana Eccleſia, quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, concupiſcentia ſcilicet, quæ radix eſt omnium malorum; cum nullus pro aliquo negotia in Curia Romana, pro aliquo faciendo aliquid offerret; vel aliquis oblata reciperet.

His reſpondit Procurator Lugdunenſis: Domine, C nolumus eſſe ſine amicis in Curia, & largitate donorum. Alij ęquè ſua incommoda allegabant: damna ſcilicet rerum, conſiliorum, auxiliorum, obſequiorum, in hunc modum. Erit in qualibet diœceſi, vel ad minùs in Prouincia, Nuncius vnus continuus, procurator Romanus, qui non viuet de proprio, ſed graues exactiones, & procurationes exiget ab Eccleſijs maioribus, & fortè minoribus, vt nullus remaneat impunitus: nomenq; Procuratoris habens, Legati officio fungetur. Item dixerunt: imminere turbationes Capitulorum: forte enim demandaret Domnus Papa, cum vellet, procuratori ſuo, vel alij, vt vice ſua intereſſet electionibus, qui eas turbaret: & ſic lapſo tempore deuolueretur electio ad Curiam Romanam, quæ in omnibus, vel D pluribus Eccleſijs Romanus poneret, vel tales, qui ei plurimum eſſent deuoti. Et ſic nulla eſſent partes indigenarum Prælatorum, vel Principum, cum multi ſint viri Eccleſiaſtici, qui potiùs Curiæ Romanæ, quàm Regi, vel Regno prouiderent. Item addiderunt, quod ſi proportionaliter fieret bonorum diſtributio; omnes in Curia fierent diuites, cum multo plus eſſent recepturi, quam Rex proprius: & ſic maiores non ſolum diuites fierent, ſed ditiſſimi. Cum igitur diuitum vermis ſit ſuperbia; Maiores vix cauſas audirent, ſed eas in immenſum differrent, & minores ſcriberent inuiti.

uiti. Cuius rei experimentum in euidenti eſt; quia & modò negotia protrahunt, etiam poſt percepta obſequia, & ſecuritate percipiendi: & ſic periclitaretur iuſtitia, & oporteret conquerentes mori in manus Romanorum tunc pleniſſimè dominantium. Item cum vix poſſibile ſit fontem cupiditatis deſiccari, quod nunc faciunt per ſe, tunc facerent per alios, & ſuis multo maiora, quàm nunc dari munera procurarent: modica enim nulla ſunt in conſpectu diuitum cupidorum. Item multę diuitiæ facerent Romanos inſanire, & ſic inter diuerſas parentelas tantæ orirentur ſeditiones: quod poſſet timeri potius excidium ciuitatis, cuius etiam, & modo penitus expers non eſt. Item dixere quod licet ſe obligarent, qui modo præſentes ſunt; id non ſuſciperent eorum ſucceſſores, nec illam obligationem ratam haberent. Nouiſſimè negotium abſoluere dicentes: Domine, moueat vos Zelus vniuerſalis Eccleſiæ, & Sanctę Sedis Romanæ quia ſi omnium eſſet vniuerſalis oppreſſio, poſſet timeri, nè immineret generalis diſceſſio, quod Deus auertat. His auditis, ſe excuſauit Legatus, ſe cum eſſet in Curia Romana, nunquam huic exactioni conſenſiſſe, & ipſum literas accepiſſe in itinere, ſuo graui dolore. Addidit etiam monita ſua intelligenda, ſi Imperium, & Regna alia conſentirent, quod impoſſibile ſuſpicabatur. Hæc *Matthæus Paris* citato *to. XI. Concil.* quamuis Spondanus. Anno 1226.n. 3. ea ſpernat tanquàm vana & à vano capite prolata.

Minus ergo facta petitione Comitis Raymundi innumerabiles copiæ tranſierunt in caſtra, Rege Duce, qui Cruce à Romano Legato fuerat inſignitus. Auenio primùm tanto exercitui tranſeundi facultatem dare recuſauit, ob ſuſpicionem (ait *Matthæus Pariſius*) doloſe tranſitum fuiſſe à Cruceſignatis petitum, vt Vrbem occuparent. Hinc obſeſſa: maiori tamen Gallorum, quam obſeſſorum damno, nam peſtilentia in caſtris exorta totam penè Galliam deuaſtauit. Ex commeatus inopia morbus originem traxerat. Raymundus enim annonam ex agro in munitiora oppida, nouoq; doli genere prata, vbiq; arari præceperat. Peſte ergo ſæuiente, cum Rex paulò ſe inde elongaſset, veneno potatus à Comite Campanienſi, quòd commeatum ei, quem Reginæ cauſa, quà turpiter abutebatur, petierat, denegaſset. Mortuo Rege, Legatus cum cæteris Prælatis, ne ſolueretur obſidio, mortem eius celaruut, nullo tamen in obſeſsos fructu. Prnpterea doloſè egentes petierunt ab obſeſſis, vt Vrbem ipſis ingredi liceret ad probandam Ciuium fidem, num verè Catholici, vti aſserebant, eſsent? præſtitoq; vtrinq; de ſecuritate iuramento, panduntur portæ; dumq; Prælati Vrbem ingrediuntur, vnà irrumpentes & milites Vrbem occuparunt. Periere ex Francis viginti duo millia hominum; Nemeſi vlciſcente Diuina, Francorum ambitum, qui Dominio potius incubabat, quàm exterminio hæreticæ prauitatis. Nugamenta hæc dicit Spondanus: quę vtinam valido renceret teſtimonio. Huic expeditioni dum Rex incumberet Ludouicus; Rogerius Bernardus Comes Fuxenſis, vnus ex Albigenſium Primatibus, hæreſim abiurauit, iuramento præſtito Eccleſiæ, & Regi: Propterea ad eum miſsus *Romanus* Legatus Apoſtolicus, qui habito Prælatorum, ac Procerum conuentu apud *S. Ioannem de Virginibus* propè oppidum Fuxi, pœnitentem abſoluit, & in communionem recepit Eccleſiæ. Apud Appamias verò idem Legatus plura ſtatuit pro optimo Eccleſiæ regimine, & ſtatus politici adminiſtratione, maximè in contemptores Romani Pontificis, Sediſq; Apoſtolicę; quæ poſtea promulgata fuere in Concilio Narbonenſi per eumdem Legatum celebrato in ſequenti Quadrageſima. *Annal. Fuxenſes, & Francorum* apud Bellefor. *Chron. Pody Laurentij* & *Monfortian*. Interfuit etiam ſub Honorio III. Concilio generali Ciſtercienſi, ad quem Honorius III. plures ſcripſit epiſtolas ſemper cum laude. Geminos cum promouiſset Pontifices, Honorium III. & Gregnrium IX. ſub hoc Legatus abijt ad Anglos; inde in Galliam cum eadem poteſtate rediens, contra ſuppullulantes Albigenſes Eccleſiam propugnaturus, abſens ſalutatus eſt à Gregorio IX. Epiſcopus *Portuenſis S. Ruffina*. Legationibus egregiè functus, Romam redux, eiuſdem Gregorij Vicariam operam impendit, & cum Ioanne Columna P. C. tit. S. Praxedis, & Stephano P.C. tit. S.Marię Tranſtyberim, Vrbem Romam non ſatis obſequentem ad aram reuocauit, laudabili ipſius gentis Romanæ plauſu, cuius ingenti mœrore, in interregno, hoc eſt, inter exceſsum Gregorij, & Innocentij IV. creationem, circa Annum 1243. vitam poſuit, non minori laude dignus pro tantis exanthlatis laboribus, quàm pro ſumma erga Eccleſias, Portuenſem, & S. Ruffinę, in perquirendis earum antiquis monumentis, pia, & ſolerti diligentia, Priſcorum Pontificum priuilegia colligens, quæ in Gregoriano Regiſtro inſeri voluit, vna cum eiuſdem Gregorij IX. confirmatione, Anno 1236. quam habes apud Vghellum, *to. 2. p.* 154.

51. *In quo & vos ędificamini in habitaculum Dei, in ſpiritu.* 2. Epheſ.



BErtrandus Diaconus Card. *S.Georgij in Velabro*, promotus ab Innocentio III. Anno 1212. cum eo ſubſcribit ad Maronitas, & S. Stephanum Veronæ, An. 1214. Petri coadiutor & cœdificator.

Mortuo Innocentio, promouit Honorium III. à quo Legatus in Gallias, aduersùs Albigenſes, excitauit Cruceſignatos. Reſtitutus in Italiam, promotus fuit Ep. Portuenſis, teſte Panuinio, & Auberij, reclamante Vghello, apud quem nulla mentio in Epiſcopis Portuenſibus. Tres Lunas ſed cum Cruce non cum Lillio, à Ciaconio diſſentiens pingit *M. S. Cornelium.* pro inſignibus.

52 *Quid-*

52. *Quidquid polllicita eſt & iurauit; opere complebit. Sin autem ſtatim vt audierit, contradixerit Pater; & vota & iuramenta eius irrita erunt; nec obnoxia tenebitur ſponſioni.* Num. 30.



STephanus Diaconus Card. *S. Hadriani* promotus ab Innocentio III. Anno Sal. 1212. promotione VIII. Hunc per errorem Panuinius ab Honorio III. creatum dicit, cum tamen Honorij creationi in Pontificem adfuerit, teſte Ciaconio, licet loco *S. Hadriani*, dicat *S. Theodori*, errore forſan typographi; cum in iiſdem comitijs adeſſet Gregorius de Creſcentio D. C. S. Theodori Subſcripſit cum Honorio R.P. Preſ. Card. promotus *S. Mariæ Tranſtyberi in tit. Callixti* Anno 1222. ad Abb. S. Mariæ de Ferraria; *to. 6. Vghel. p.* 720. multarumq; controuerſiarum Auditor, curam accepit reſtituendi Diaconiam S. Luciæ in Silice, teſte *Floramante Martinell de Diconia S. Mariæ in Via Lata*. Sub Gregorio IX. ac Innocentio IV. in Vrbe Vicarius, iubente eodem Innocentio, Canonicos S. Petri, ac Lateranenſes à laxiore vita ad ſeueriorem reuocauit diſciplinam. Legatus ad Siculos, vt eos à Sacramenti religione liberaret erga Fridericum excommunicatum, vnà cum Raynerio D. C. S. Mariæ in Coſmedin, mandata Sedis Apoſtolicæ diligenter compleuit, graui Romani Pontificis teſtimonio, qui hoſce Legatos *præcipua Eccleſiæ mœnia vocauit, ſapientia conſpicuos virtutum diuerſitate præclaros*. Romam reuerſus Sabinæ, ac Campaniæ Maritimę præfectus, Prouincialibus ita complacuit, vt ab omni querela ceſſauerint, quamuis natura procaces. Neapoli obijt poſtridie obitus Innocentij IV. Sexto Idus Decemb. 1254. in Cathedrali ſepultus. Ludouicus Iacobillus Stephanum hunc patria Peruſinum pingit, coniugio illigatum, ex quo filium legitimè procreauit Philippum nomine, qui Minorum Ordini adſcriptus, Alexandro IV. R. P. extitit familiaris, teſte *Ciotto in hiſtoria*. Crucem ſtellatam huius Cardinalis inſigne cur in Eccleſiam mutauerit Oldoinus? ignoratur.

53 ILdebrandinus D.C. *S. Euſtachij* cum Innocentio III. ſubſcripſiſſe legitur 6. Idus Maij 1206. ad Canonicos Vicentinos, apud Vghellum *to, 5. p.* 1123. Idem fuerit? (vt contendit Oldoinus n. 42. in Innoc. III.) cum Alebrandino, de quo habes *n.* 5. in Honorio III. dubium.

54. *Iudicabit populos in iuſtitia*. Pſal. 9.



GVido ex nobilibus de Bifontio, regulus Vrbeueranus, D, C. *S. Nicolai in carcere*; ab Innocentio III. promotus, Anno 1205. cum eodem ſubſcribit XI. Kal. Maij, 1205. Alberto Ep. Eugubino 6. Id. Maij 1206. Canonicis Vicentinis. 7. Id. Maij, 1209. Michaeli Abbati Verrucen. 4. Id. April. 1210. Ægidio Ep. Fulginen. Idib. April. 1216. Abbati Cluſino. Cum Honorio, Anno 1217. Marzino Lunenſi &c. 3. Id. Iunij. 1222. Stephano Abbati Noui portus.

Mortuo Innocentio, cum promouiſſet Honorium III. ab eodem tranſlatus ad Ep. C. *Præneſtinum*, Anno 1221. Menſe Decembri, Vvidoni de Papa ſucceſſit; vt in calce Vaticani Regiſtri, Honorij III. An. V. vbi inter Epiſcopos conſecratos ab Honorio III. primo loco legitur Prænestinus. Inde ab eodem legatus ad Gallos Ciſalpinos, plurium litium, & controuerſiarum auditor, alias iure declarauit, alias partium tranſactione compoſuit. Fuit Guido (ſi Oldoino fides) ex gente Perleonum, iuxta vetuſta Kalendaria Eccleſiæ Placentinæ. 8. Cal. Maij, 1228. *Obijt Guido Petri Leonis Præneſtinus Epiſcopus, qui dedit huic Eccleſiæ planetam, tunicellam violatam, & pluuiale rubeum, dalmaticam rubeam frexiatam, camiſciam frexiatam cum ſtola, manipulo, cingulo, & pallium rubeum cum griſonibus, duos cuſinos nouos, vnum tapetum, quinquaginta libras in ædificatione ſacriſtiæ; & 50. lib. tr pro emenda poſſeſſione, cuius fructus expendantur in refectione Canonicorum videlicet medietas in die Anniuerſarij ſui; & altera medietas in feſto S. Egidij*. Petrus Maria Campi *to. 2. lib. 17. Hiſtor. Placent.* Eiuſdem Cardinalis mentio recurrit in diplomate Honorij IIJ. ad Clerum, & populum Placentinum.

Honorius P. P. &c.

Ex literis V. Arch. Ianuen. & dilecti filij Abb. de Columba, & veſtris perpendimus, quòd Archiep. & Abbas prædicti, iuxta mandati Apoſtolici formam ad Eccleſiam veſtram perſonaliter accedentes, Dilectum filium Io: Petri Leonis, ſubd. noſtrum, nepotem dilecti filij Guidonis S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. veſtris, & populi Placentini votis unanimiter concurrentibus, nobis prouiderunt in Epiſcopum, & Paſtorem. Gratum ſiquidem gerimus, & veſtra circumſpectionis prudentiam commendamus, quòd deſiderando prædictum Subdiaconum, Epiſcopum veſtrum, oſtendiſtis deuotionis affectum, quod ad ipſum habere credimus Cardinalem; & per hoc ipſum, ac ſuos qui multipliciter poſſunt nobis obſequia exhibere, ad dilectionem noſtram arctiùs obligaſtis. Verùm quia iam dicto Subdiacono expedit, & dicto Cardinali, vt adhuc inſiſtat ſcholaſticis diſciplinis; per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut infra 15. dies perſonam idoneam nobis in Epiſcopum eligatis &c. Huius Cardinalis obitus incertus; ſub Gregorio IX. Anno 1227, cecidiſſe voluit Auberij 7. Cal. Maij, 1228. Vghellus. Alij in Annum reijciunt, 1231.

55. *Cum depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro unguentis varijs, cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiunijs; omniaq; loca in quibus antea lætari conſueuerat crinium laceratione compleuit*. 14. Eſcher. 2.

... Primus qui ex ordine S. Franciſci dignitate ornatus fuerit Cardinalitia (ſi vera profert Periander

pa. 7. ſapientia Franciſcana) ignoro nomine. Volunt alij Canonicũ fuiſſe eccleſiæ S. Iacobi Compoſtellani; ex eorum numero qui *Cardinales* appellantur ex indulto Paſchalis I, R. P. Hic S. Franciſco adhæſit, quando is Anno 1214. a ſepulcho S. Iacobi, quod inuiſerat, regreſſurus in Italiam, non longe ab oppido Robledillio Corianæ diæceſis, ſuperato cuiuſdam montis iugo in quadam aprica planitie aquilam, ad riuulum decurrentem; iuxta quem iudiſicare ſolebat, conſpexiſſet, locum indice oſtendens *Ad illius* (inquit) *Aquilæ fluenta perpetuo ardebit facula, Deoq; Omnipotenti fideliſſime deſeruietur. In hoc loco memoratus Canonicus ad Seraphini doctrinam, pœnitentiæ agendæ ſtimulis excitatus, relicto ſæculo & dignitate, erecto primum tugúriolo, dein cœnobio, domum pœnitentibus aperit, in qua ipſe miraculis clarus ſepultus eſt*, Vuadingus *Ad Annum* 1214. *n.* 21, Gonzaga *in prouin. Gabriel.* Conuen, 1.

Cancellarij, Procancellarij S. R. E.

M. Raynaldus Papæ Notarius, poſtea Archiep, Acheruntinus. An. 1. & 11.

Blaſius S, R. E. Subdiac. & Notarius poſtea Ep. Turritanus ab An, 3. ad finem V.

Io: S. R. E. Subdiac. & Notarius, poſtea D. C. S. Mariæ in via lata, Procancel. ab Anno 6. ad finem VIII.

Comes Anagninus D. C, S. M. in Coſmedin, Cancellarius ab Anno IX. ad XVJ.

M. Raynaldus Acoluthus, vel Acolytus, & Capellanus Papæ Procancellarius Anno XIIX, & XIX.

A

HONORIVS IIJ. P. R. CLXXVII.

HOnorius III. Electus die XV. Cal. Auguſti 216. vſq. ad XV. Cal. April. 1227, ſedit Annos X. Menſes 8.

Cardinales XXVII, viui quando Honorius III. creatus eſt, ſecundum *Ciaconium*; vel XXI. tantum, teſte *Panuinio*.

Epiſcopi Cardinales.

1. F. Nicolaus Monachus Ep. Card. Tuſculanus ex Alexandro III. B
2. Guido de Papa Ep. C. Præneſtinus ex Clemente III. Cœleſtino III. Innoc. III.
3. Hugolinus Comes Anagninus, Ep. C. Oſtienſis ex Innoc. IIJ.
4. Benedictus Ep. C. Portuenſis ex Innoc. III. *Hic diſſonat Panuinius.*
5. Pelagius Ep. C. Albanus, ex Innoc, IIJ.

Presbyteri Cardinales XXII.

6. Cynthius de Cincijs P. C. tit. S. Laur, in Lucina Prior Presbyterorum. Ex Cœleſtino III.

Ex Innocentio IIJ.

7. Ceneius Sabellus P. C. S, S. Io: & Pauli tit, Pammachij; ex Cœleſtino IIJ. & Innoc. IIJ,
8. D. Leo P. C. S. Crucis in Hieruſalem.
9. Petrus Saxo Anagninus P. C. S. Pudentianæ, tit, Paſtoris Vicarius in Vrbe.
10. D. Iacobus Gualla de Bicherijs P. C. SS. Siluestri & Martini, tit. Equitij,
11. Io: P, C. S, Praxedis.
12. Robertus Curſon Anglus P. C. S, Stephani in Monte Cœlio,

C

13. Stephanus de Foſſa Noua P. C. Baſilicæ SS. XIJ. Apoſtolorum,
14. Stephanus Langhtonus Archiep. Cantuarien, P. C. S. Chryſogoni.
15. Gregorius Theodulus P, C, S. Anaſtaſiæ.
16. Petrus P. C, S. tit. S. Laur. in Damaſo.
17. Thomas de Capua P, C. tit. S. Sabinæ. *Hic diſſonat Panuinius*,

Diaconi Cardinales XI. *ex Innoc. III.*

18. Guido de Biſontio D. C. S. Nicolai in Carcere Prior Diaconorum. D
19. Octauianus de Comitibus Signię Anagninus D, C, SS. Sergij, & Bacchi.
20. Io: monachus D. C. S. Mariæ in Via Lata *Hic diſſonat Panuinius*.
21. Gregorius de Creſcentio D. C. S. Theodori,
22. Io: D. C, S. S. Coſmæ & Damiani.
23. Raynerius Capoccius D. C. S. Mariæ in Coſmedin, aliàs ſchola Gręca.
24. Romanus D. C. S. Angeli in Poro Piſcium.
25. Petrus D. C. S. Mariæ in Aquiro. *Hic diſſonat Panuinius.*
26. Bertrandus D. C. S. Georgij in Velabro. *diſſonat Panuinius.*
27. Stephanus D. C. S. Theodori: *diſſonat Panuinius*.

Epi-

Epiſcopi Cardinales creati ab Honorio III.

1. *Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea: qui egreſſus in occurſum cognati ſui adorauit, & oſculatus eſt eum.* Ex. 18.



CEntius Sabellus natu Romanus, qui Honorium IIJ. R. P. propiori attingebat affinitate, ab eodem Ep. Card. dictus *Portuenſis,& S. Ruffinæ*, Anno Sal. A 1216. Menſe Decembri, & ab eodem in Hiſpaniam Legatus, officio functus (teſte Vghello) Romam redijt, vbi vitam poſuit Anno 1219. memorabilis, quia affinis Pontificis,

2. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Pſal. 118.



F. Cōradus Eginonis de Vrach Suitonum Dynaſtæ filius, B vel Comitis de Seijne, monachus Ciſtercienſis, (vt habet Henriquez *in Menologio Ciſter.*) non Ducis Bauariæ. Canonicus S. Lamberti Leodienſis, & ibi ſupremæ eiuſdem ordinis, dignitati proximus, cum arctioris vitæ deſiderio raptus, in Villarienſi cænobio habitum induit Ciſtercienſem: initio ſui tyrocinij quàm fortiter luctauerit aduerſus inſidias Diaboli, docet eiuſdem coetaneus Cæſarius *li.3.c.33.* Nouitius cum eſſet, eum B. Simeon Alanenſis eiuſdem Ordinis conuerſus Prophetiæ dono illuſtris, magnum futurum Eccleſiæ lu- C men prædixit, & in ſpiritu auream coronam geſtare vidit. Succeſſu temporis, Prior, inde Abbas Villarienſis Monaſterium tum Spiritualibus, tum temporalibus rebus ſua diligentia auxit. Ad Clareuallenſem Abbatiam vocatus, S. Bernardi locum ſanctiſſimè moderatus, donec vitæ ſanctimonia præcedentibus meritis, ad Ciſtercienſis Ordinis regimen, Generalis, ac caput ordinis admotus eſt; in quo quidem munere, cum ad miraculum, Monaſticæ obſeruantiæ laude prudentiaq: fulſiſſet, ab Honorio III. Epiſcopus Cardinalis *Portuenſis ac S. Ruffinæ* adlectus Anno Sal. 1219. Inter cætera miracula, quæ de Conrado narrantur, illud haud in poſtremis habetur: D quod eius digiti, quibus Corpus Dominicum attrectare ſolebat, non ſecùs, ac fax ad repellendam noctem ſuccenſa, ita noctu micabant, vt lucis eiuſdem beneficio, facillimè, & cum iucunditate, ſcripturarum prata percurreret. Hoc mirabilius ſanè portentum, quo ſingulis noctibus, cum ſe ſe tenebræ incendiſsent, ex eiuſdem digitis lux illa affulgeret. *Chron. Brabantiæ. Thomas Cantipratanus l. 1. c. 9. Apibus.* Hoc tempore ſæuiente teterrima Hæreticorum Albigenſium ſecta, quæ totam Galliam inficere conabatur; delegatus Conradus à Romano Pontifice, vt doctrinæ, pietatiſq: ſignis collaris, ſectam illam quæ peruicaciter in dies veritati obluctabatur deleret. Quantos exantlarit labores, pericula adierit, ſudores fuderit? Docet eiuſdem ſancti viri epiſtola ad Archiep. Rothomagenſem, apud Matthæum Pariſium, An. 1223. Salubre Concilium celebrauit Coloniæ, vel vt alij volunt Moguntiæ (vt habes *par. 1. to. 11. Concil. p. 294.*) latiſq: ſaluberrimis legibus, ad deſæcatiorum morum normam nō mediocriter Clerum lapſum adduxit: iniuſtam Engilberti cædem Colonienſis Archiep. vltus, quē factioſi homines, ob libertatē Eccleſiaſticam mordicus defenſam, occiderant. Prædicatorum inſtitutum, quod Bononiæ Legatus adprobauerat Apoſtolicus, Coloniæ aduerſus Calumniatores mirabili zelo defendit (vt *in Chron. Villar. Monaſterij*) nouoq: diplomate confirmauit; vt ab ipſa Dei parente, quæ ei apparuit, & quòd ordinem ſibi dilectum, & filio ſuo gratiſſimum promouiſſet, gratulata eſt, mire excitatus, *Menolog. Ciſtercien.* & Gaufredus Villarienſis ep. *ad Idam Sanctimonialem*, Auctor antiquus, & ferè Conradi contemporaneus. Lege Bernardum Brito. *to. 1. lib. 6. c. 39.* Defuncto Honorio III. cum conueniſſent Cardinales pro ſucceſſoris electione, & fluctuante Comitio protraheretur electio, non ſine grauioris diſſidij diſcrimine: tribus Cardinalibus mandari, & committi placuit electio, Inter quos cum Conradus eſſet; & collegæ eum deſignarent futurum Pontificem; excanduit vir ſanctus proclamans, indecorum ſibi, totiq: Eccleſiæ, ſi inter Chriſtianos dubitaretur; An Conradus ambitionis ſtimulo percitus ad ſe traxiſſet Imperium? Ita obluctando, adhortandoq:, collegarum ſententiam fregit, auctorq: potiſſimus fuit, vt à Triumuiris illis Gregorius IX. eligeretur. Ab hoc iterum Legatus contra Hæreticos, & Saracenos mirabili feruore, orando, Cruciatam indixit, collectoq: fortiſſimo exercitu, in Palæſtinam nauigauit præſentiſſimam opem laturus ijs, qui in acquiſitione Terræ ſanctæ inſudabant. Itaq: cum piè loca ſancta colendo, vt contra hoſtes feliciter acies explicaretur, deprecatur à Deo, lenta febri correptus, fato conceſſit, querendo, & ſe accuſando; *ſatius ſibi fuiſſe*, inter quaſillarios pannoſum Monachum Monaſterij quiſquilias euertiſſe; quàm Pontificium Legatum, & Cardinalem ſplendidiora illa Eccleſiæ tranſegiſſe negotia. Sic plenus meritis, & miraculis clarus obdormiuit in Domino prid. Cal. Octob. 1227.

Eius Corpus in Claramuallē delatum, vt ipſe præceperat, marmoreo conditum in Eccleſia ſepulchro ſequenti ornatum eſt epitaphio, vt refert Chryſoſtomus Henriquez, in *Menologio Ciſtercienſi*.

In eodem Presbyterio, iuxta prædictum D. Iacobum Cardinalem ad ſiniſtram minoris Altaris iacet bonæ memoriæ D. Conradus, frater olim Comitis de Frinburg, qui primo Villarienſis, deinde Claraualenſis, poſtea Ci-

ſtercienſis extitit Abbas, & demum S. R. E. Ep. Cardinalis. De ipſo legitur illud memoria dignum: quod digitis ſacris, quibus Dominici Corporis, & ſanguinis hoſtiam offerre ſolitus erat, tantà luminis claritate frequenter affulgere viſi ſunt, vt noctis et tenebras, tanquàm meridiem illuſtrarent. Plurimis locum Clarauallenſem decorauit Reliquijs: inter quas eſt caput S. Vincentij, & Chriſti Martyrum Eutropij, Zoſimi, & Bonoſæ. Legationis à latere functus eſt officio multoties, in quo varias Hæreticorum perfidias magnificè compeſcuit, & repreſſit. Cum deniq: in Tranſmarinis partibus diem tranſitus ſui de hoc mundo propinquare agnoſceret, inſtantiſſimè præcepit, vt oſſa ſua deferrentur ibidem. Quæ voluntas eius vltima per Clarauallenſes fideliter eſt impleta. Obijt autem Anno gratiæ 1226. Pridie Cal. Octob.

In Chronico autem Villarienſi ſequens legitur Epitaphium.

Viue, vide, fide, ne fide fidatur in æuo
Quo vireas, caro quo vireas, quo pingere næuo
Spica ſenum, culmen iauenam, ſed & indolis verba,
Impariter, ſed par pariter, ſunt meſſis; & herba.
Conradum tot in alta gradum firmaſſe recluſum
Cerne ſolo feriante colo, iam pendere fuſum,
Iam neq: net, neque aratra tenet, cum præmio cernat,
Præcipuus flos Roma tuas ſuper æthera vernat.
Planta Dacam, Villare nucum deſcendit in hortum.
Dehinc vacaum Bernarde tuum transfertur ad hortum,
Mox matris Pater; imò Patris Pater ordinis eſſe,
Promeruit, demum meruit tibi Papa coeſſe,
Papa conradians Conradus, ei quaſi ſoli
Luna rotunda fuit, tibi teſtis Roma fidelis.
Hiſpida cum raſit Conradus corpora barbam,
Ordinis, Imperij collum, Romæq: coronam
In Clauſtro Daniel, Noe portus Pontificatus,
Imperioq: Ioſeph, modo Beniamin in Paradiſo,
Anno milleſſimo ducenteno trinoaeno.
Luceta a Cæli, manus hunc ſepelit Michaelis.

Vitam eius ſcripſit, & tijpis mandauit Athanaſius de Loneta. Vide Io: Abbatem *in Catalogo SS. Ordinis Ciſtercien.* Renatum Coppinum *l:* 1. *Monaſticon. tit.* 3. *n.* 15. Arnoldum Vvion in *Ligno Vitæ*. Baſilium *l.* 5. *Prati Spiritual. c.* 3. Angelum Manriquez, *Laurea Euangel. lib.* 3. *diſc.* 7. §. 5. Bernardum de Brito, & Barnabam de Montalbo in *Chron. Ord. Ciſtercien.* Ad pedem ſepulchri alia inſcriptio.

Hic iacet Dominus Conradus, qui primò Villarienſis, deinde Claraualenſis, poſtea Ciſtercienſis extitit Abbas, & demùm Portuenſis Epiſcopus Card. Hic cum in Tranſmarinis partibus moraretur, inſtantiſſimè præcepit, vt Claraualem, vbi iam dudum ſuam ſepulturam elegerat, oſſa ſua deferrentur, & ibidem ſepelirentur. obijt Anno D. 1227. prid. Cal. Octob. Nonis enim Maij. ſubſcripſit ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria to. 6. p. 720. *Vghell.*

De eo lege Henriquez in *Kal. Ciſtercien. die* 30. *Sep.* Ioannem Abbatem in *Catalogo Sanctorum.* Molanum *Indiculo S. Belgij.* Cæſarium Heiſterbachenſem. Aubertum Miræum *Chron. Ciſtercien.* Moncaluum *Chron. Ciſter.* Arnoldum Vvion. Seuerinum Binium *to.* 3. *Concil.*

3. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes; & ſimplices ſicut Columbæ* Matt. 10.




F. Nicolaus de Claro Monte nobilis Siculus, Monachus Ciſtercienſis, teſte Iacobo Græco Sillanco, in *Chronologia Abbatis Ioachimi*, ex monumentis *Floren. Cænobij*, promotus in Ep. Card. Tuſculanum, vt ex regiſtro Honorij III. ab Honorio III. Anno Sal. 1219. Fuit Claramontenſium familia antiquiſſima, & nobiliſſima, qui olim præfectur à Regni, Mariſq: fungebatur; donec ſub Aragonijs de crimine damnata leſæ Maieſtatis, ad nihilum redacta eſt. Claramontenſis Cardinalis Nicolaus vulgò appellabatur, gentilis olim illius Federici de Claramonte, qui tempore Honorij III. dignitate florebat, à quo plura fauorabilia retulit, quę ad pietatem ſpectarent; vt ex monumento, quod olim ſedente Martino V. ratificatum, à Gabriele Condolmerio Cardinali, qui poſtea Pontifex Eugenius fuit; in gratiam cuiuſdam Claromontenſis gentis alumni, qui è Regno Siciliæ exulabat, tranſcripſit ex archiuio Florentinæ Canonicæ, Vghellus *to.* 1. *Italiæ, p.* 266.

Eodem Anno, quo creatus eſt Cardinalis Eccleſiam obtinuit S. Mariæ in Monaſterio pro habitatione ſui, & ſequentum Tuſculanorum Epiſcoporum; vt liquet ex diplomate, quod ex Vaticano Regeſto deſumpſit Vghellus *to.* 1. *p.* 265. Legatus ad Germanos, vt poſt amiſſam Damiatam, Federicum Imperatorem adhortaretur ad bellum ſacrum, elogio ornatur viri prudentis, religioſi, & familiaris Pontifici. Miſſus in Regnum Neapolitanum, Cathedralem Eccleſiam Coſentinam conſecrauit, Anno 1222. teſte *Iacobo Græco Sillaneo Monacho Ciſter. in Cronol. Ioachimi Abbatis.* E viuis deceſſit Anno 1227. dum Gregorius IX. cuius adfuit comitijs, Pontificatum exordiretur.

Inſignibus à Ciaconio, huic Cardinali appoſitis adiunge Stellam ex M. S. Cornelio.

4. *Super montem excelſum aſcendetur, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam: qui euangelizas Ieruſalem, noli timere.* Iſai. 40.



M. Oliuerius Saxo Germanus Scholaſticus Colonienſis indefeſſus, egregiuſq: diuini verbi enunciator, Canonicus Padebornenſis,, poſtea à ſaniori parte Capituli contra Henricum Præpoſitum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli electus; Romæ ab Honorio III. conſecratus, reiecta Henrici poſtulatione, ad oues redijt cum commendatitij eiuſdem Honorij ad Nobiles, & Miniſterſciales Eccleſię Padebornenſis, vt Oliuerio à ſe conſecrato

ctato obediterent, vt ex *ep. Honorij n.* 249. *Anno* 9. *Pontif.* Inde ad Eccleſiam tranſlatus *Sabinam* Anno X. eiuſdem Honorij, Legatus abijt ad Fridericum Imperatorem, vt eundem ad ſacrum bellum prouocaret, poſt Damiatam à Chriſtianis amiſſam. Quos verò in enunciando verbo Dei Oliuerius labores pertulerit? Cæſarius narrat Hiſterbacenſis *l.* 3. *c.* 6. & *l.* 12. *c.* 13. vt notat Nomenclator de *Eccleſ. diſciplin. Clero Padebon.* In Traiectenſi Epiſcopatu Crucem cum prædicaret in Saracenos, & à deperdito homine, qui homagium Diabolo fecerat, impediretur, ſtatim in ſpiritu Prophetico, & vehementi ad eum conuerſus, *Iace*, inquit, *infelix. Vas enim Diaboli es, & Diabolus loquitur per os tuum*: cum tamen illius ſtatum ignoraret. Ille confuſus abijt cogitans Epiſcopum interficere, quem propterea tribus diebus inſequutus, iuſto Dei iudicio, morte præuentus repentina, impænitens deceſſit. Scripſit Oliuerius (teſte Eiſengrein apud Nomenclatorem) *Conſtitutiones Synodales de Eccleſiaſtica Diſciplina*, Clero Paderbonenſi. E viuis ſeceſſit Anno 1227. quo ſubſcripſerat ad Abbatem S. Mariæ de Ferraria. *to.* 6. *Vghel. p.* 720. Nouis Maij. A

5. *Labor eſt ante me.* 27. Pſal. 16.



ALebrandinus *Gaetanus*, nobilis Romanus Presbyter primo Cardinalis *tit. S. Suſanna* poſtea Epiſcopus *Sabinus* promotus ab Honorio III. Anno 1221. vt ex eiuſdem Honorij epiſtola *n.* 529. *An.* 5. *Pontific. ad Epiſcopum, & Capitulum Pariſienſe*, mandantis vt alium eligãt Epiſcopũ, quia Alebrandinus P. C. tit. S. Suſannæ ab ipſis poſtulatus electioni de ſe factæ aſſentiri nolebat. Huius Cardinalis quamuis apud Ciaconium, & Panuinium nulla mentio, eiuſq; nomen hac ſola littera, A, notetur in Regiſtro Vghellus tamen ex antiquis monumentis Archiuij Eccleſię Florentinæ; tum ex diplomatibus Honorij III. Alebrandinum fuiſſe clare adinuenit in Bulla Honorij III. conceſſa S. Marię de Petronio: data 8. Cal. April. Anno. 5. Qui fuit Chriſti 1221. Tanquàm vero Ep. Sabinus in alia eiuſdem Honorij Bulla Monaſterio S. Saluatoris Maioris, Reatinæ diæceſis, 8. Cal. Maij An. 5. Memoratur etiam in inſcriptione marmorea Eccleſiæ SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Tres Fontes extra Vrbem; cuius conſecrationi factæ ab Honorio III. Interfuit tandem in diplomate confirmationis omnium priuilegiorum Abbati S. Mariæ de Nouo Portu, diæceſis Anconitanæ, innouato ab eodem Honorio Anno 6. Pontific. Sal. 1222. ita ſubſcribit *Ego Alebrandinus Sabinenſis Epiſcopus*. In Martyrologio SS. Cyri. & Ioan. ſæpè à Baronio in notis citato ad Romanum Martyrologium, hiſce verbis commemoratur *II. Cal. Ianuarij obijt D. Allebrandinus Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis*.

6 GVido ex D. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano, Ex Card. *Praeneſtinus* ſubſcribit Anno 1217. *to.* 6. *Vghell. p.* 920. & *to.* 3. *p.* 370. & *to.* 2. *p.* 774. & *to. p.* 919.

7. *Nuntiatur animi tui induſtria vniuerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſæculo: quoniam tu ſolus bonus & potens in omni regno eius: & diſciplina tua omnibus prouincijs.* Iudith. 11.



M. Bertrandus Presbyter. Card. *SS. Io: & Pauli, tit. Pammachij*, promotus ab Honorio III. Anno Sal. 1216. tanquàm vir ſcientiæ eminentis, probatæ vitæ, potens opere, & ſermone, vt crebro teſtantur epiſtolæ ab eodem Honorio ad eum ſcriptæ. Legatus ad Gallos, inter quos aliquot Annis permanſit, contra Hæreticos Albigenſes præclara egit facinora. Hunc Cardinalem Panuinius *Bartholomeum* appellat familia *Sabellum*, nepotem ipſius Honorij III. Frizonius verò natu Gallum pinxit. Tempora offendens calamitoſa, & plena diſſidijs, excitatis à Iacobo Aragonum Rege, tunc Fuxenſi Comite, & Raymundo Iuniore, aduersùs Monfortium, in arma ruentibus Auenionenſibus, Maſſilienſibus, Belliquadrenſibus, Tarraſconenſibus, ac S. Ægidij ciuibus: quorum B nonnullos verbis, alios anathemate compeſcuit. Hiſpana etiam legatione donatus Hiſpalim vulgò *Seuille* petijt. Obijt circa Annum Honorij ſeptimum, loco incerto. Eius memoria *l.* 2. *Hiſtor. Toloſ.* Lege Frizonium, Ciaconium.

8. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in montibus frequenter.* 2. Cor. 11.



C IOannes Columna Romanus huius nominis ſecundus, Odoardi filius, ab Honorio III. Anno Sal. 1216. creatus Card. Presbyter, *tit. S. Praxedis*, magnum Romanę nobilitatis, & Eccleſiaſticę dignitatis decus, Legatus in Syriam à Sede Apoſtolica, Dux belli ſacri, in Epiro à Theodoro Comneno Dyrrachij Duce cum Imperatore, & Archiepiſcopo Theſſalonicenſi per inſidias captus, nec longè poſt, Honorio rogante, dimiſſus, Conſtantinopolim venit, vbi Petro Altiſſiodorenſi Imperatori Conſtantinopolitano, ſummo adiumento fuit vt à Manuele Conſtantinopol. Patriarcha reciperetur, facta proteſtatione nomine D Romani Pontificis; quod coronatio Romæ ab Honorio peracta minimè præiudicaret iuribus Eccleſiæ Græcę: vt ex Honorij III. *ep.* 418. & 525. In Ægyptum progreſſus ad Peluſium, Nili Oſtium, Æliopolim, (quam Damiatam vocant) validiſſimam expugnauit Vrbem. Mox Hieroſolymam deuotionis gratia profectus, à Saracenis captus, diuq. carceris maceratione, & grauiſſimis afflictus tormentis martyrium penè conſumauit, ſed diuinitùs liberatus, Romam reuerſus, columnam, cui Saluator noſter

Chri-

Chriſtus ad plagas fuit alligatus, quaſi illius Regni opima, ac deuictorum hoſtium pretioſiſſima ſpolia, in patriam detulit, quibus Vrbem, & ſuum S. Praxedis titulum exornauit, vt ex inſcriptione lapidea ibidem poſita. Ad Lateranum, Occidentem versùs, Hoſpitale effuſa liberalitatę in peregrinorum egenorumq; vſum, ſingulari pietatis laude ędificauit. Sedente Gregorio IX, Eccleſiaſtici Legatus exercitus; Neapolitani Regni, ac Piceni à Federico II, Imper. plura occupata loca recepit; & quidquid eſt à Caſtello Caſſinate Capuam vſquè, cum plurimis Apuliæ vrbibus, vel deditione recepit, vel armis expugnauit, Diu vir eximius ſuis egregijs virtutibus Pur- A puram exornauit Romanam. Mortem obijt Anno 1245, ſub Innocentio IV. R. P. De eo lege Volaterranum *lib.* 22. *Anthrop.* Iouium *in vita Pompei Columnæ*. Eius encomia habes in epiſtola Cleri Conſtantinopolitani ad Honorium III, apud Odor, Rinal. *in Annal.*

Lege de eo Octauium Pancirol, Panuinium *de 7. Vrbis Eccleſ.* Angel in *deſcript. S. Mariæ Maioris*, Hippol. Marrac: in *Purpur. Marian.* Vveſtmonaſterien.

9. *Deus qui præcinxit me virtute: poſuit immaculatam viam meam.* Pſal. 17. B



M. Robertus Somercotus natu Anglus, vir omni literarum genere clariſſimus, & multiplicis eruditionis titulis inſignitus, proptetea virtute ſuffragante, ad purpuram Presbyteralem S.... vocatus ab Honorio III. dignitatem tantis floribus decorauit vt Pontifex deſignaretur, acclamaretur futurus, antequàm Honorius decedeces. De eo plura ſcripſit Matthæus Pariſius *lib.* 8. *Chron.* & Matthæus Vveſtmonaſterien. *in floribus Hiſtoriar.* Alium Robertum Somercotum, vel Vamer- C cotum Ciaconius ponis ſub Gregorio IX. Diaconum Cardinalem *S. Euſtachij*: cum tamen Angli Scriptores vnum Robertum Vamercotum tantumodò aſſignent. An verò ſub Honorio III. vel ſub Gregorio IX. promotus fuerit? incertum. Sanè Matthæus ſub tempore Honorij III. nullam mentionem de Roberto habuit. Obijt ſub Cœleſtino IV. ſepultus in ęde S. Chryſogoni, ad cuius tumulum ſequens extat epithaphium.

Hic quieſcit in Domino Robertus gratæ memoriæ S. Euſtachij Diaconus Cardinalis, natione Anglus qui obijt VI. Cal. Octob. Anno Dom. Incarnat. MCCXLI. Nec obſtat, D quod ille, qui ſub Gregorio IX. vixit, fuerit Diaconus Cardin. ex familia Vmmarcote; qui verò ſub Honorio III. Presbyter Cardinalis fuerit ex familia Somercote. Nam non ſolum in nomine coincidunt, & familia, quę apud hiſtoricos vnica literà diſſonat; verum & Ciaconius eadem de vtroq; refert ex *lib.* 8. *Matthæi Pariſij*, cum tamen apud Matthæum vnus reperiatur Cardinalis Robertus Somercote.

Huius Cardinalis memoria in literis Honorij III, datis XV. Cal. Feb. 1217. ad Simeonem Tarracinenſem Epiſcop, in Vghello.

10. *Ego ſemper docui in Synagoga, & in templo.* Io: 18.



A M. Petrus de Capua, Campanus, Sacræ Theologiæ Doctor eximius, poſtquàm Pariſijs publicè docuit ſumma cum laude, ab Honorio III. ad Purpuram aſſumptus eſt presbyteralem tit. *S. Crucis in Hieruſalem*, Anno Sal. 1220. Patruum habuit Petrum Presbyterum Card. tit. *S. Marcelli*. Antiochenę Patriarcha præfuit Eccleſiæ, poſtea inter Cardinales adſcriptus; Eius memoria in eiuſdem Honorij regiſtro recurrit, Annis, ſecundo, tertio, quarto Romæ Sarcinam poſuit mortalem X. Cal. April. vt ex necrologio Eccleſiæ SS. Cyri, & Io: de Vrbe. De eo lege Ciaconium, Auberij. Petrus iſte de Capua Idem fuerit cum Petro Diacono Card. S. Georgij ad Velum Aureum qui Anno 1222. ſubſcribit ad Ep. Rauellenſem; *to. 9. Vghel. p.* 928; dubium. Certe quod Petrus Diaconus B Cardin. S. Georgij ad Velum Aureum reperitur ſubſcribere cum Innocentio IV. Anno 1252 ad Plebanum S. Petri in Campo ex Vghello *to. 9. p.* 1000.

11. *Quoniam exultatis & magna loquimini diripientes hæreditatem meam: quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri.* Ierem. 50.



C B Artholamæus natu Gallus; Presb. Card. *S. Pudentianę tit. Paſtoris.* Auditor datus in cauſa Monaſterij Trium Fontium, contra Capitulum S. Mariæ de Orbitello, Cardinalis aſſumitur ab Honorio III. Anno Sal. 1220. promotione quarta. Comitijs adfuit Gregorij IX. cum quo ſubſcripſit Anno, 1227. ad Canonicos Lucenſes S. Fridiani; & Anno 1228. ad Eccleſiam S. Georgij Maioris Venetiarum, & Anno 1229. ad Albertum Priorem Sedis Epiſcopalis B. Mariani. Senex obijt plenus diuitijs quas diſtraxerunt hæredes.


D 12 THomas P. C. *S. Sabinæ*, vt ex literis Honorij III. datis XV. Cal. Feb. 1217. ad Simeonem Epiſcopum Tarracinen. apud Vghellum.

Diaconi Cardinales.

13. *Parauit in iuditio thronum ſuum.* Pſal. 9.

N...... Diaconus Cardinalis *S. Euſtachij*, promotus ab Honorio III. & ab eodem ſæpè delegatus cauſarum cognitor, & iudex, vt frequenter eius memoria recurrit in regiſtris Honorij III. An. 2. & 3. Hunc Ferdinandus Vghellus Alebrandinum appellat; & coniectura ductus ſubſcripſiſſe refert Anno Sal. 1217. 5. Idus Mar. in fauorem Fulconis Papienſis Anno, 1. Honorij III. vt apud Antonium Mariam Spelram *hiſtor. Ep. Papien.* A

14. *Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.* Pſal. 121.



ÆGidius de Torres natione Hiſpanos Diac. Card. *SS. Coſmæ, & Damiani*, ex Canonico Eccleſię Burgenſis, ab Honorio III. promotus Menſe Decembri, 1216. Archiep. Toletanus fuerit? incertum. Scribit enim Ciaconius poſtulanti Capitulo Toletano Ægidium in Archiepiſcopum negaſſe aſſentiri Innocentium IV. quod Ægidij opera, Eccleſia indigeret vniuerſalis. Ex aduerſo Bzouius, Annalium Anno 1248. refert Ægidium Cardinalem S. S. Coſmæ, & Damiani, commendatum fuiſſe Ferdinando Regi, eius primogenito Alphonſo, nec non vniuerſo eius Eccleſiæ collegio ab eodem Innocentio IV. Eius mentio in ep. Friderici II. Imper. ad Collegium Card. ſuper iniuria illata Rainerio Card. S. Mariæ in Coſmedin pro pace & concordia. Monaſterium adminiſtrauit Farfenſe; in pluribus litigijs Auditor. B

Cum Honorio III. ſubſcripſit Anno 1217. ad Canonicos Lucenſes S. Fridiani & Fulconem Papienſem Ep. Anno 1222. ad Ep. Rauellenſem. C

Promouit Gregorium IX. & Innoc. IV. cum Gregorio ſubſcripſit Anno 1228. ad Eccleſiam Lateranenſem, & Theodoricum Rauennæ Archiep.

Cum Innoc. IV. An. 1244. ad Lateranenſem Eccleſiam & Ceruienſem Ep.

Sub eodem Innoc. IV. obijt An. 1254.

15. *Fruſtra venit, & pergit ad tenebras: & obliuione delebitur nomen eius*, Eccli. 6.



NIcolaus Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Aquiro* ab Honorio III. aſſumptus, An. Sal. 1216. Cardinalium promotione prima: cuius præter nudum nomen nil occurrit in regiſtro Honorij III.

16. *Homo ſimplex & rectus.* Iob. 1.



PEtrus Romanus Diac. Card. *S. Georgij in Velabro* aſſumptus ab Honorio IIJ. vnà cum Nicolao D. C. S. Mariæ in Aquiro. Subſcribit cum eodem Honorio, die 14. Cal. Iunij 1224. ad Monaldum Ep. Fori Sempronij. Promouit Gregorium IX. cum quo ſubſcribit ad Theodoricum Rauennæ, An. 1228. & ad Albertum Priorem ſedis Epiſcopalis B. Mariani, XV. Cal. Feb. 1229. Ad Ep. Monopolitanum XI. Cal. April. 1231. Vitam exuit An. 1242. Sede vacante Romana per obitum Cœleſtini IV. teſte Auberij. Panuinius verò ſcribit in eius adſuiſſe promotione.

17. GRegorius D. C. S. Nicolai in carcere ſubſcribit cum Honorio IIJ. Anno 1218. ad Soffredum. *to. 2. Vghelli p. 371.*

Cancellarij S. R. E.

D. Raynerius de Caſtroueteri Vmber, ſeu Vrbeuetanus ab Anno 1. ad 4. quo conſecratur Patriarcha Antiochenus à quo tempore, non amplius Procancellarius dictus eſt, ſed *Cancellarij vices agens.*

Mag. Guillelmus V. Cancel. S. R. E. ab anno 4. vſq; ad partem ſeptimi.

M. Guido Capellanus, & Notarius P. P. Pro Cancellarius ab anno VIJ. vſq; ad finem Pontificatus Honorij IIJ.

D

GREGORIVS IX. P. R. CLXXVIIJ.

GRegorius IX. Electus XVIJ. Cal. Aprilis 1227. obijt XIJ. Cal. Septem. 1242. cuius adfuere comitijs.

Cardinales Epiſcopi ex Ciaconio.

Ex Innoc. IIJ.

1. F. Nicolaus Monachus Ep. Card. Tuſculanus.
2. Hugolinus Comes Anagninus Ep. C. Oſtienſis.
3. Pelagius Ep. Card. Albanus.

4. F. Con-

4. F. Conradus Ep. C. Portuenſis ex Honorio III:
5. Guido de Papa Ep. C. Præneſtinus ex Clemeote III. Cœleſt. III. Innocentio III.

6. Oliuerius Saxo Ep. C. Sabinus: adiungit *Panuinius*.

Presbyteri Cardinales.

Ex Innoceotio III.

7. D. Leo P. C. S. Crucis in Hieruſalem
8. D. Iacobus Gualla de Biccherijs P.C. SS. Silueſtri, & Martini in Montibus tit. Equitij.
9. Stephanus de Foſſa Noua P. C. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.
10. Stephanus Langthonus Aoglus, Archiep. Cantuar. P. C. *tit. S. Chryſogoni*.
11. Gregorius Theodulus P. C. tit. S. Anaſtaſiæ.
12. Thomas de Capua P. C. tit. S. Sabinæ

A

Ex Honorio III.

13. Io: de Columna P. C. S. Praxedis.
14. Bartholomæus P.C. S. Pudentianæ tit. Paſtoris. Hunc Bartolomęum Panuioius Petrum Saſſonem appellat.

Hos duos omiſſos ſupplet Paouioius.

15. Robertus P. C. tit. S. Stephani in Monte Cęlio.
16. Petrus P. C. tit. SS. Laurentij, & Damaſi.

Diaconi Cardinales ſecundum Ciaconium.

Ex Innocentio III.

17. Octauianus D. C. SS. Sergij, & Bacchi Archidiac. S.R.E.
18. Gregotius de Creſcentio D. C. S. Theodori.
19. Raynerius Capoccius D. C. S. Mariæ in Coſmedio, alias Schola Græca.

B

Ex Innocentio III.

20. Romanus D. C. S. Angeli, in Foro Piſcium.
21. Stephanus D. C. S. Hadriani in Tribus foris, de hoc ſilet Panuinius.
22. Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano, Archid. S. R. E. hunc adiungit Panuinius.
23. Ægidius D. C. SS. Coſmæ, & Damiani. Huoc Ioannem appellat Panuinius.
24. Petrus D. C. S. Georgij io Velabro, Hic ſilet Panuinius.

Epiſcopi Cardinales creati à Gregorio IX.

1. *Pratioſa in coſpectu Domini mors Sanctorum eius.* 115. Pſal. 15.

GAufridus de Caſtillione, natu Mediolanenſis, ex Cancellario Eccleſiæ Mediolanenſis, Presbyter Cardin. tit. *S. Marci*, poſtea Ep. Card. *Sabinus*, tandem Papa Cœleſtinus IV. ſed Pontifex hebdomadarius ad Cęlum rapitur, quod ſuperbiam abhorreret Imperatoris.

2. *Omnium excellentium & humilium corda, virtute calcaui: & in his omnibus requiem quęſiui, & in hæreditate Domini morabor.* Eccli. 24.



M. F. Ioannes de Abbatis Villa, quem alij Io. de Hollegrin appellant, diæceſis Anabianenſis, Gallus, Monachus, & Prior Cluniacenſis noo Abbas; eſt enim Prioratus, non Abbatia. Decanus primo Eccleſię Ambianenſis, poſtea Epiſcōpus Biſuntinus, tandem Ep. Card. *Sabinus* creatus à Gregorio IX. Anno 1227. Fuit Ioannes omni diſciplinarum genere excultiſſimus, & inter cætera ingenij monumenta, in Cantica Canticorum pulchram, plenamq: iudicij edidit expoſitionem, cum multis diuinis coocionibus, quarum cum laude Tri-

C themius meminit. In publica Pariſieoſi Accademia ad liberales Artes diuturniori labore, atq. conatu plurimos inſtituit. Vix ſub Gregorio IX. Roſeo decoratus pileo fuerat, cum ad prædicandam Cruciatam in Saracenos miſſus io Hiſpaniam, & Luſitaniam, cum Rege Iacobo Aragonenſi, Maioricam Vrbem Sarracenis eripuit, Regiſq: filium tredecim Annorum puerum captiuum fecit; cui poſtea ſacris initiato Chriſtianorum, nomen Iacobi datum. In acie ſocium habuit, & Ducem S. Georgium equo inſidenrem, Arragoniæ patronum. Notabilis mos Crucem tunc deferendi in humeros, & dorſos à militibus, in Saracenos pro terra Sancta recuperanda; & ante pectus in Albigenſes, Apud Turiaſonem, conuentum habuit cum Rege & Pręſulibus Prouin-

D cię, III. Cal: Maij, in quo quęſtione habita de inualiditate matrimonij Eleonorę cum Rege, ob cauſam conſanguinitatis; ſolutum eſt Matrimonium, filio tamen ex Leonora procreato, vt legitimo recepto, Legatione abſoluta, in Curiam redijt, *B. Raymundum*, ſecum ducens de *Pennafort* Barchinonenſem Ordinis Prædicatorum, Moderatorem; cuius opera vſus Gregorius Papa, libros condidit Decretalium. Functus eſt ſub eodem Pontifice ſecunda Legatione; cuius meminit Innocentius IV. in Lugdunenſi Concilio, Anno 1245. ad Fridericum Imperatorem eo felici euentu, vt abiectis Sciſmatis conſilijs, ad pacis fædus cum Pootifice faciendum,

faci-

facili negotio perduxerit; quamuis Imperator ad fallendum promptus, breui redierit ad vomitum.

Scripſit Ioannes *Sermones de Tempore* libros duos *Sermones de Sanctis libros duos, ex Tithemio.*

Expoſitionem in *Cantica Canticorum* (quæ vocatur *Sexta*) Lutetiæ typis datam, Anno 1521. teſte Iacobo Chifletio in *Ep. Biſuntinis.*

Optimè de Eccleſia meritus hinc obijt, An. Sal. 1237. Necrologium D. Io: Biſuntini notat diem obitus verbis ſequentibus. *IV. Cal. Octob. obijt Io: Ep. Sabinus, qui primus fuerat Archiep. Biſuntinus.*

In Cartophylacio mortuorum Ambianenſis Eccleſiæ, hæc leguntur,

XXIII. Septemb. obitus fel. mem. Ioannis de Abbatis villa quondam Decani noſtri, poſtea Archiep. Biſuntini vocati per D. Honorium tunc ſummum Pontificem, ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum ſed pro ſua probitatis, & ſcientia reuerentia à D. Greg. IX. detenti apud ſedem Apoſtolicam, in quo factus eſt Cardinalis Ep. Sabinenſis; pro cuius memoria, quoniam Eccleſiam noſtram multipliciter honorauit in Sanctorum Reliquijs, & ornamentis Eccleſiaſticis multis, & ſui regiminis Decanatus, Frizonius in ſua *Gallia Purpurata,* inſignia aſſignat diuerſa ab ijs, quæ apud Ciaçonium, dicens. *Scutum Alegrinorum minio, & argento diſſectum in longum parmam habet; ancorata cruce impreſſa, diſſecta crucis ſemiſſibus parma colores alternantibus.* Obijſſe circa Annum 1240. teſtatur per errorem Ciaconius, cum ei Gaufridus ſucceſſerit Anno 1237. in Epiſcopatu Sabino. De eo lege Abbatem Spanhemenſem de *Scriptor. Eccleſ.* Fr. Ptolomęum, Arnoldum Vuion in *Ligno Vitæ.*

Iacobum Chifflentium de *Ep. Biſunt.* Trithem. Florauan. Martinel.

Subſcriptione ſua firmauit Ioannes literas Gregorij, ad Canonicos Lucen. An. 1227.

3. ROmanus ex Diacono Card. S. Angel. Ep. Card. *Portuenſis* & *S. Ruffinæ* promotus An. 1231. Vide ſub Innocentio III. n. 48.

4. RAynaldus Anagninus ex fratre Philippo nepos Gregorij IX. ex D. C. *S. Euſtachij*, Ep. Cardin. Oſtienſis, & Veliternus, promotus Anno 1231. Papa futurus Alexander Quartus. Subſcripit cum Innoc. IV. ad Plebanum S. Petri in campo An. 1252. *to. 9. Vghell. p.* 1000.

5. *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium pacem.* 10. *ad* Rom. 15.



M. D. Iacobus de Vittiaco, natu Gallus ex vico Argenſolio ad Sequanam diœceſis Pariſienſis, Canonicus Regularis Monaſterij S. Nicolai ad Sabium fluuium Brabantiæ, diæceſis Namurcenſis olim Leodienſis, non S. Marię Oegniacenſis, priuſquàm Clauſtro nomen daret Pariſijs, vitæ Sanctitati diuiniſq: ſcientiis nauauit operam, donec fama ſanctitatis excitus Mariæ Niuellanæ de Villebroueque, deinde de Oegenies dictæ, quæ ancilla Chriſti in extremis Brabantiæ finibus ſe macerabat, in andrium illud deſcendit, einſq: victus ſuada, & exemplo, Canonicis ſæcularibus ſe adiunxit: poſtea ſacris initiatus ordinibus à ſuo Præſule Pariſienſi, in regreſſu obuiam habuit Ancillam Chriſti cum Monachis Oegniacenſibus, quæ manus ſacro oleo recens delibutas deoſculabatur, ſubſequutaq: pedum veſtigia pone flexis genibus præmebat, & oſculis excipiebat, ſciens hunc à Deo electum ad plurimorum procurandam ſalutem. Prædixit etiam cænobiarchę Oegniacenſi Iacobum in tranſmarina Terrę Sanctæ regione, ad Epiſcopalem Cathedram euehendum: vt poſt obitum B. Mariæ de Oegenies contigit; teſte Mitęo in *Chron. An.* 1224. Molano de *Canon. Regular. l.* 1. *c.* 11. Teſſeram itaq: cum ſuſcepiſſet Monaſticam, Paſtor eligitur Eccleſiæ Parochialis, ita impellente B. Maria Niuellanà, vt animas ex Inferni faucibus Chriſti vindicaret, Inde Epiſcopus Achonenſis, ſeu Ptolemaidis ſub Archipręſule Tyrenſi; inde in Patriarcham Hieroſolymitanum electus, prohibitus eſt ab Honorio IIJ. onus ſubire, ſubrogato in eius in locum Roberto Nannetenſi Antiſtite, vt Iacobus Romanæ adeſſet Eccleſiæ. Concionator namq: Verbi Diuini, toti Orbi celeberrimus, Legatus in Albigenſes, qui in Belgio ſæuiebant & in Imperio Germanico (vt teſtantur *Petrus de Valle c.* 58. & *Thomas Cantipratanus lib. Apum* (Crucē prędicauit: Fulconē tamen Vrenouiū, patria Gandauenſem, fundatorem Hoſpitalis Bilotæ, celebri id temporis ſapientia virum, & Canonicum inſulanum inducere non potuit, vt eam expeditionem ſuis ad populum concionibus commendaret; quod ſe idoneum tanto muneri negaret: propterea ab irato Numine hæmorroide repentina correptus grauiſſima, Anno XXIV. pęnam ſubijt, & pęnitentiam fructuoſam oppidò; nam obitus ſui præmonitus Chriſtum in agone habuit conſolatorem. *Anton. Sander. in elog. Cardin.*

Ex Palęſtina redeuntem Honorius IIJ. Pontifex M. & Cardinales honorificentiſſimè exceperunt. Hugo Ep. C. Hoſtienſis Iacobo perchatus, eo ſuadente totū Deo ſe mācipauit; ac poſt aliquot annos IIJ. ſucceſſor datus in ſede Petri, Honorio nomine Gregorij IX. Epiſcop. Cardin. *Tuſculanum* creauit (Romę Anno 1228. Menſe Decembri. Ex Palęſtina nauigans, naufragio proximus precibus ad Deum, Deiq: famulam Mariam de Oegenies, cuius digitos argenteo incluſos locello ad collum appēſos geſtabat aſſiduè) religioſè effuſis; repentè ſopori datus, ancillam Dei accurrere videns in ſubſidium, quaſi ad templum perduceretur Oegniacenſis Monaſterij, Altaria quinque luſtraſſet; quorum quatuor B. Cęlitum memoriæ, quintum SS. Trinitati conſecrare iuſſus, ad ſe rediit, ſubitamq: maris tranquillitatem obſtupuit. Romam cum veniſſet, annuente Honorio IIJ. Trāſmarinum vltro ceſſit Pontificatum, Oegniacum rediens, monaſticà paupertate contentus. Interim

Templi ſabrica abſoluta, quam prçuiderat cum quinq: Altaribus, Deo ipſe locum conſecrauit. An. 1227. Gregorius JX. in ſedem Petri eleuatus, Iacobum aſciuit in Vrbem, Epiſcopumq; Card. *Tuſculanum* dixit, qua in dignirate diu vixit, promouitq: Cçleſtinum IV. & Innoc. IV. ad ſummum Eccleſiæ Ponrificatum.

Plura ſcripſit tam ante, quam poſt adeptum Cardinalarum, teſte Bellarmino de *Scriptoribus Eccleſ.* prçcipuè.

In quatuor Euangelia.

Magnum volumen concionum de Tempore; quod Damianus à Ligno Dominicanus in lucem edidit.

Hiſtoriam Orientalem, ſeu Hieroſolymitanam, hoc eſt de Terra Sancta, cum eſſer Epiſcopus Achonenſis.

Hiſtoriam Occidentalem, quæ ſtarum complectitur Eccleſię Larinæ,

Librum contra Sarracenorum errores, quos Mahometes genti illi afflauit,

Libros duos de vita B, Maria Oegniacenſis, ad Fulconem Toloſanum Ep. apud Surium XXIIJ. Iunii.

Tertium adiunxit *Thomas Cantipratanus*,

Epiſtolas varias ad diuerſos è Palçſtina, teſtę Trithemio; & Henrico Gandauenſi.

De Sanctis Mulieribus Leodienſibus, De Domo V. Lauretana. teſtę Tobia Corona.

Poſt prçclaros, quà in Oriente, quà in Occidente, pro Eccleſia Sancta Dei, impenſos labores, vt ſanctiſſimè vixerat, ita ſanctiſſimè diem clauſir extremum; Romę Anno 1244. pridie Cal. Mai. Corpus delatum, ſepultumq: in Monaſterio S. Marię de Oegnes. Sancta Lutgardis, Ordinis Ciſtercienſis, in Brabantia, ſanctitate vitę clariſſima, dum fatigaret prçcibus Cçlum, vidir animam Iacobi, corporis nexu abſolutam, poſt purganrium flammarum triduum, ad ſuperos euolare. *Surius in uita S. Lutgardis 23. Iun.* Donauir Iacobus Diuionenſibus Lipſana D. Medardi Ep. teſte Andrea Sauſſay *in Martir. Gallico*, V. Idus Septemb.

De eo lege Trirhemium in *Chron. Hirſaug.* Anno 1220.

6. *Ego cognoſco oues meas: & cognoſcunt me mea,* Io. 10.



JAcobus Pecoraria, natu Placentinus, ſanguine nobilis, diuitijs clarus, in agro namq. Placentino non ſpernendam obtinebat ditionem, in ea parte præcipuè, quæ *Vallis Pecoraria* dicebatur, à qua ea gens nobile ad poſteros cognomen traxit, quæ deinceps ſemper, & vbiq: fortes protulit viros, & illuſtres; inter quos Fulço enituerunt, atq: Rodulphus, qui regnante Ænobarbo Imperarore, Placentiæ Conſularum prudentiſſimè geſſerunt, Feudiſq. Camoromoldi, ac Montis Albi adaucti fuere. Ab his Iacobus Pecoraria originem duxit, & penè puer, ſpretis blandienris Fortunæ diuitijs, totum ſe diuino cultui conſecrauit, Clericus primò S. Domnini, mox grandior factus, & maior Rauennas Archidiaconus honoribus plenus atque diuitijs, quibus cum ad ſæculi pompam augēdam excitaretur magis, quàm diſcutiendam ſeceſſit in Gallias, vbi Ciſtercienſem ſpectati rigoris, ac probitatis ordinem profeſſus Sal. Anno 1215. in ea virtutis ſchola, ſocios breui ſupergreſſus, cænobio trium Fontium, S. S. Vincentij, & Anaſtaſij, extra Vrbem, Abbas prçpoſitus, ſedente Honorio III. R. P, qui cum ſingulari proſequebatur beneuolentia, etiam Pçnitentiarius Pontificis, & Capellanus dictus eſt, grauiſſimiſq.

A addictus aulæ arcanis, in quibus enodandis, fæliciter acceptus, notus aulæ, notus Pontifici, ſub Greg. IX. Anno 1231., menſe Septembri, Epiſcoparum Card. *Praneſtinum* ſcandit, protinuſq. ante conſecrationē Legatus cum O. S. Nicolai in Carcere D. C. pro reſarcienda pace, ad Fridericum Imperatorem, vt ex *ep. 29. Gregorij IX. in Vatic. Reg. fo.* 17. Inſubres interim cum inteſtina diſcordia comiſiſſet populos, cum diſcrimine cçdis promiſcuæ; eò venit Pecoraria cum Othone Blanco, nomine Romani Ponrificis, vt reconciliati arma ponerent. In hac ſecūda Legatione, ardor enituit, & ingenium Iacobi, à quo Inſubres exarmati profitebantur. Hinc tertiò ad eoſdem

B Inſubres Legatos, vt eoſdem cum Friderico reconciliaret. Quarta Iacobi Legatio ad Pānones vt B. Lucæ Archiep. Strigonien. miracula propiùs cognoſceret & Ducem Metaniæ cum Stephano Comite Cabilonenſi pacaret, In hac legarione Regem, Regnum ab Archiepiſcopo ſacris inrerdictum abſoluir pçnitentiæ promiſſione recepra, cuius formula cum prçſtito iuramenro M. S. exhibetur in Varicano.

Quinta Iacobi legario ad Florentinos diſcordes atq. Senenſes; à quibus arbiter, & compromiſſarius electus pacem reſtituit, Sexta in Gallias, & Hiſpanias Legatio, vt Albigenſium Hæreticorum furores retunderet, ac Præſules ad Concilium exciret Late-

C ranenſe, quod contra Fridericum Imperatorem excommunicatum Gregorius JX. deſignauerat. Legationem hanc Pecoraria vt tuto obiret, ementito peregrinorum habitu Roma digreſſus, vt Friderici phalanges declinaret, Genuam venit, inde Gallias, vbi eneruatis Albigenſium viribus, nobilium Epiſcoporum è Gallia, & Britannia, manu contracta, Genuam redijt, vt inde oſtiam nauigaret cum claſſe Liguſtica, quæ in altum vela ducere cum potuiſſet, ne in Piſanos Friderici amicos incurreret, quaſi fugam dedignata, in Piſanos tenuir, collatiſq: ſignis, leui prçlio victa Pecorariā, & Othonem Card, reliquit in ſeruitute, quos Jmperat. in agro Neapol. carcerę ma-

D cerauit teterrimo; donec inſtante Jmper. Cōſtantin. in Curiam remiſſus à Friderico plenus muneribus, & rogatus eius negotia amicè agere in Curia Romana reſpondit imperterritus. *Amare non poſſe eum, qui Eccleſiam perſequeretur Romanam. Odia poneret, amicitiam expectaret.* Romam reuerſus ab Innocentio, IV. in Galliam, qui profugò Celeſtino IV. ſuffectus fuerat, Vicariam ſubijt Vrbanam, quam etiam ſedente Gregorio IX. adminiſtrauerat: cumque in Varicana Baſilica, ſupra humanum faſtigium,

Verbum

Verbum Dei enunciaſſet, paulo poſt, hoc eſt, 6. Cal. Iulij, 1244. vitam poſuit mortalem, in Vaticano ſepultus, monumento temporario, donec ex eiuſdem teſtamento, Claram Vallem in Gallijs, cadauer delatum, propè S. Malachiam Epiſcopum quieſcit. Placentini, ne tanti ciuis, ac præclariſſimi Epiſcopi priuarentur reliquijs, partem enixis precibus impetrarunt, & in Cathedrali Choro repoſuerunt cum inſcriptione ſequenti.

Hic requieſcit pars Capitis, & digiti Card. Iacobi de Pecoraria Ep. Praneſtini.

Fundauit viuens Monaſterium Monialium S. Petri Paliani; in ſua diœceſi Placentiæ, Templum S. Domnino M. à ſe multis exornatum muneribus dicauit, vt inde ad poſteros memoria emanaret, ibidem ſe primitus diuino cultui mancipaſſe, vt carmina teſtantur inciſa marmori in eadem Eccleſia.

An. Dom. MCCXXXVI. Kal. Decem. Ind. X. tempore D. Gregorij Papæ, & Friderici Imper. conſecrata fuit iſta Eccleſia D. Domnini M. à venerabili patre Iacobo Epiſcopo Praneſtino, Apoſtolica Sedis Legato.

In clauſtro verò eiuſdem Eccleſiæ, ſequentia leguntur.

Hoc Cardinalis Iacobus pro nomine Chriſti
Fecit opus fieri, qui tempore contulit iſti
Auxiliante Deo, quòd eam pax alta ligauit
Temporibus longis diſcordia, quam malè ſtrauit.

Et paulò infra

Delectare Do. multumq; Placentia gaude
Tali progenito, qui ſtat pro te ſine fraude
Qui fuit, hac primo condam titulatus in æde
Sed bonitate ſua, meliori ſtat modo ſede.

A Eius virtutes admiratus Gregorius IX. Vicecomes Placentinus adeo viuentem coluit, vt eidem in exantlandis pro Eccleſia laboribus, ſe ſe comitem præbuerit indiuiduum. Cumq; ad ſummum Pontificatum fuiſſet euectus, de mortui memoriam exarauit nobilem in ſua encyclica ad Fridericum Imperatorem.

De eo laudabiliter ſcripſere Antoninus *par.* 3. *hiſtor. tit.* 13. Corius *p.* 2. Petrus Maria Campius in *vita Greg.* X. Chron. Angliæ: F. Ptolomeus. Ioan. Villanus *lib.* 6. *c.* 20. Pandulphus Colon. de *Rebus Siculis* Vatican.

B

Presbyteri Cardinales.

7. *Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.* 108. Pſal. 5.

7 GAufridus Caſtilonæus natu Mediolanenſis, filius Ioannis Caſtilonæi, & Caſſandræ Cribellæ, ſororis Vrbani III. R. P. qui ſeueriori morum diſciplina, ſub S. Galdino inſtitutus Archiep. Mediolanenſi, Eccleſiæ Mediolanenſis, Archipreſbyter electus & Cancellarius, ſedente patruo Vrbano IIJ. ad clauum totius Orbis, ſua mediocritate C contentus, infulam declinauit Mediolanenſem: patruo verò defuncto, rerum pertæſus humanarum, Altacumbam Ordinis Ciſtercienſis in Sabaudia, celebre Monaſterium ingreſſus, vitam iurauit Monaſticam. Vbi tranquillè vixit, donec renitens, & inuitus eductus è Clauſtro, à Gregorio IX. dictus eſt Card. Presbyter *tit. S. Marci* poſtea Anno 1237. Ep. C. *Sabinus*; tandem Papa futurus, *Cæleſtinus IV.* cum Fridericum Imper. placare haud poſſet, tædio habens humanum faſtigium, vitam poſuit.

8. *Et concluſi ſunt ab eo in turribus & applicuit ad eos, & anathematizauit eos*, 1. Macchab. 5. n. 5.

D

8 M. Sinobaldus Fliſcus ex Comitibus Lauaniæ, natu Ligur ex S. R. E. vicecancellario Presbyter Card. *tit.* S. Laurentij in *Lucina*. Anno 1227. Papa futurus Innocent. IV. Fridericum excommunicauit Imperatorem; vt & in *eius vita*.

9. *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequunt retributiones.* Iſai. 1.



NIcolaus Comes Anagninus, ex Subdiacono, & Capellano Papæ Presbyter Cardinalis *tit. S. Marcelli* Anno Sal. 1228. menſe Decembri, poſtea in Armeniam Legatus, vt pacem inter nepotem Regis Armeniæ, & Comitem Tripolitanum conciliaret de principatu Antiocheno altercantes, Regi minimè gratus acceſſit; vt ex literis eiuſdem Regis ad Gregorium IX. R. P. inſimulantis, quod iniquè Legatus in partes inclinaret Comitis Tripolitani, Propterea iudices delegarentur non ſuſpecti, Reuocatus in Vrbem, in ea vitam poſuit Sal. Anno 1239. Eius mentio inter Benefactores Eccleſiæ Vaticanæ, cui legauit libras 60. argenti.

10. *Tabeſcere me fecit Zelus meus; quia obliti ſunt verba tua inimici mei.* Pſal. 118.



SImeon de Sullij, cuius familiæ fuit etiam Henricus de Sullij Cardinalis creatus ab Vrbano III. Cantor Eccleſiæ Biturigum, D. Stephani Protomartyris, electus à Canonicis Archipræſul Bituricenſis numero Septuageſimus, Ludouico VIII. Gallorum Regi, parenti S. Ludouici adeſt

ami-

animam agenti apud Montem Penſerium, XII. Nouemb. An. 1226. & ab eodem mandatum ſuſcipit de procuranda filij adhuc pueri coronatione, quod ſtatim effectum; nam XX. die eiuſdem menſis, Rhemis conſecratur à Iacobo de Baſochijs Epiſcopo Sueſſionenſi, Prouinciæ Decano, vacante Sede Metropolitana. Dedicauit Simon ędem ſacram S. Petro cognomento le *Guyart*, ſic nuncupatam à cognomine Zacharię Iudæi ad fidem conuerſi. Veſtitus purpura à Gregorio IX. Anno Sal. 1232. Presbyter Card. tit *S. Cæcilia* annum non compleuit.

In Gallias Legatus eodem Anno, quo Stephanus Prior Caritatis ad Ligerim malè excipitur ab Hęreticis:& Petrus Cancellarius Pariſienſis in choro Eccleſiæ B. Mariæ, coram venerabili Sacramento, à Gerardo milite Veromanduorum Seneſcallo penè ſuffocatus; vt habet Gregorius IX. *ep.* 340. ad S. Ludouicum Regem, II. Cal. Maij, Hæreticos inſequutus, rem fideliter promouit Eccleſiæ. Ad eumdem literas Honorij III. habes in *c.* 31. *ad audientiam de Reſcriptis.* Vitam poſuit ſexto Idus Auguſti, poſt Sedem XIV, Annorum, Anno 1232, ſepultus Bituribus, in Choro S. Stephani, cum lamina ænea.

Exuperans hoſtes Simon, en in Præſule Præſes,
Orator caſtus, patiens, ſine crimine faſtus.
Deuotus Chriſto, tumulo requieſcit in iſto.
Bis ſex centenos octo, quater egerat annos
Chriſtus homo, ſexto ſextiles euolat idus.

Legauit Medio Monaſterio viginti libras Turonenſes, pro eius celebrando Anniuerſario.

11 STephanus ex Diacono Card. S. Hadriani, ſub Innocen. III. Presbyter Card. *tit. S. Mariæ Transtyberim* tit. Callixti; ſub Gregorio IX. An. Sal.... de quo vide ſub *Innoc. III.* cum quo ſubſcribit ad Plebanum S. Petri in Campo, Anno 1252. ex Vghello, *to.* 9. *p.* 1000.

12. *Credo videre bona Domini in terra viuentium,*
Pſal. 26.

A FRanciſcus Caſſandi (cuius nulla mentio apud Ciaconium, & Panuinium) Delphinas, Iuris IV, doctor, è Fayeto, diæceſis Gratianopolitanæ, ex Archipręſule Turonenſi poſt Joannem de Fayet, S. R. E. Presb. Card. tit. *S. Martini* creatus à Gregorio IX. An. Sal. 1227. vltimo die defungitur Lugduni, menſe Auguſti, 1237. ſepultus apud Dominicanos, quibus non paucos redditus legauit, vt ex epitaphio ibidem adiecto, teſte *Frizonio* in appendice. *Hic iacet R. in Chriſto Frater, & Dominus Franciſcus Caſſandi vtriuſq: iuris doctor, diuina miſeratione Archiep. Turonen. S. R. E. Cardinalis ſub titulo S. Martini, oriundus de Fayeto, diœc. Gratianopolis, qui multa bona dimiſit in pręſenti Religione,* B *pro quibus fundauit vnam Miſſam quotidianam dicendam per dictos Fratres in dicta Capella; & duo Anniuerſaria, vnum in feſto vndecim millium Virginum; & aliud in feſto S. Franciſci: qui obijt Anno D. 1237. octauo Idus Aug.*

Diaconi Cardinales.

13. *Laus mea in Eccleſia magna.*
26. Pſal. 21.

RAynaldus ex Comitib. Signię, Nepos Gregorij IX. ex fratre Philippo, ex Subdiacono Card. S. R. E. Diaconus Card. *S. Euſtachij*, poſtea Ep. C. *Oſtienſis* tandem Papa, nomine Alexandri IV.

14. *Inuenit Rex in eis decuplum ſuper cunctos ariolos & magos, qui erant in vniuerſo regno.*
Dan. 1.



OTto Candidus, ſeù Blancus Guillelmi III. Marchionis Montisferrati, quem Ciaconius *de Alerano* Caſalenſem appellat, repugnante Oldoino; eo quod Ciuitas Caſalenſis tunc temporis, Marchionibus non ſubeſſet Montisferrati. Aſtrorum peritiſſimus Otho de Aſtrologia ſcripſit, ſui tamen minimè infortunia præuidit: Ariolus propterea hic appellatur. Diaconus Card. *S. Nicolai in Carcere Tulliano.* Sal. An. 1227. creatus, impleuit Tituli vaticinium. Turbulentiſſimiſq: namque Friderici temporibus miſſus à Gregorio IX. in maiorem Britanniam, & Scotiam, vt horum Regnorum clariſſimos ſcientia, & pietate Epiſcopos, ad Generale Romæ congregaret Concilium, contra Fridericum II. collegit non contemnendas Epiſcoporum C copias. Accipe Gregorij literas: *Ecce magnum, & honorabile membrum Eccleſiæ amicum Dei, dilectum filium noſtrum Othonem S. Nicolai in Carcere Tulliano D. C. virum morum honeſtate conſpicuum, præditum ſcientia literarum, & prouidentia circumſpectum. Quem inter cæteros fratres noſtros admodum clarum habemus pro ſuorum excellentia meritorum, in Angliam, Walliam, & Hiberniam, commiſſo ſibi plenè Legationis officio, de latere noſtro prouidimus deſtinandum; vt cum in hac hora XI. cultores ſimus in vinea Domini conſtituti, Vice noſtra, vt diligens cultor euellat, & deſtruat, diſſipet, & diſperdat, ædificet* D *& plantet, prout ipſe Dominus miniſtrabit, De quo vtiq: cum ei adſit puritas conſcientiæ, & præſto ſit iudicium rationis, malitiam odiat, & innocentiam tueatur; ſperamus firmiter, quod recta regens, & dirigens indirecta, aſpera conuertet in plana &c.* Omni pompa exceptus Legatus Regem ipſum in occurſum habuit; teſte *Mattheo Paris.* Primum Legati facinus, proceres inter ſe diſſentientes ad concordiam reuocare; deinde Londonij (coacto Concilio) ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam; cum in eo conuentu non leuem.

Can-

Cantuarienſi controuerſiam,de loci dignitate exci-
taſset Eboracenſis; Legatus lecto primum de more,
Euangelio concionem exorſus ab eo, *Ego ſum Paſtor
bonus*: litem dirimere ſategit, in ſigillo Ponti-
ficis à dextra Crucis, Paulum: à ſiniſtris Petrum
innuendo; quod inter Apoſtolos nulla eſſet de digni-
tate contentio. In eodem Concilio,dũ lis agitaretur
in eos, qui plura occupabant ſacerdotia Ep.Vvigor-
nienſis in medio cætu ſurgẽs,mitra depoſita obiecit,
rem arduam agitari, & plenam periculis; cum plu-
res nobilitate conſpicui, iam annis grauiores reli-
quum vitę in egeſtate trahere cogerentur,poſtquàm
profuſis eleemoſinis, amorem ſubditorum ſibi con- A
ciliaſſent. Alij verò iuuentute præferoces omnia
potius aditura pericula, quàm ſacerdotia depoſituri
proinde Romanum prius conſulendum Pontificem
in re tanti ponderis, ſuadebat, Legato ipſo non
diſſentiente. Poſt hæc ad ſacrum bellum imperatis
decimis; naue conſcenſa Genuam venit cum altero
Legato Iacobo Pecoraria; vbi inuitatus à Friderico
Imperatore ad iter terreſtre, cupiens eos de ſtatu
rerum ſuarum commoneſacere; quia ſe à Papa in-
dicta cauſa damnatum aſſereret; Legatus fretus Li-
gurum promiſſis, qui Romam Epiſcopos ſecurè de-
ducere offerebant; claſſem conſcendit. Hoc in ſui
contumeliam factum arbitratus Imperator, Hen- B
ricum nothum ſuum cum claſſe Piſana obuiam miſit,
Certatum vndiq: acerrimè: ſed Lygurum claſſem
imbellis eccleſiaſticorũ turba ad querimonias,quàm
ad arma proprior cum præpediſſet; à Piſanis mari
exercitatis victoria ſtetit; crucidataq: turba promi-
ſcua, capita nobiliora ſeruitutem ſubiere; in qui-
bus Otho Candidus, & Iacobus Pecoraria Amal-
phim in duriſſimum Carcerem relegati, ad duos an-
nos famem, ſitim, ſquallorem paſſi; donec mor-
tuo Gregorio IX. miſſis à Cardinalium collegio, Le-
gatis, qui Prænestinum Epiſcopum, & Othonem
peterent, vt electioni adeſſent Romani Pontificis;
præcibus Richardi Cornubiæ Comitis flexus Fride- C
ricus ea lege permiſit, vt poſt electum Papam ad
carcerem redirent, ni Otho Pontifex ſalutaretur.
Bzouius to. 15. Cum vero in eligendo R.P. Cardina-
les diſſiderent; Otho D.C. ad Carcerem redijt; ne
dati Friderico obſides malè haberentur. Eius fidem,
atq: conſtantiam laudauit Cæſar teſte *Pariſio* carceri
tamen iterum tradidit,in quo ad duos annos dura in-
comoda ſubijt; donec rogante Balduino Conſtanti-
nopol. Imper. liber exijt. Creatur interim Innocen-
tius IV. per obitum Cœleſtini III. comitijs adfuit
Otho ſed non vſq. ad electionem. Adſuit tamen In-
nocentij IV. electioni, cum quo ad Lugdunenſe
profectus Concilium, ibi de Eccleſia meritus, & D
penè martyr occubuit, in Eccleſia Prædicatorum
ſepultus An. 1251. Apparuit mortuus paulò poſt
Guillelmo *Ep. Sabino*, qui cum Innocentio IV. redi-
tum parabat in Italiam, eiq: dixiſſe fertur; *Ne ſol-
licitus eſſet de hoſpitio Genuæ habendo; quia hic habebis ho-
ſpitium meum*. Quod impletum: pridie namq: Cal.
Aprilis obijt, ad Prædicatores, & ipſe Lugduni ſe-
pultus. Huius Othonis meminit. *Io: Villanus, Folie-
ta, Pariſius, Raynald:, Bzouius*.

15. Robertus Vmmareor, vel Somecort Diac. Cardinal. *S. Euſtachij*, an idem cum Roberto P.C., ... ſub Honorio III? ibi vide.

16. *Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellatur Lebertinorum, & eorum, qui erant a Cilicia & Aſia diſputantes cum Stephano, & non poterant reſiſtere* Act. 6.



Ricardus Hannibaldenſis de Molaria, natu Romanus. Dominus arcis Molariæ in Latio, infra Montes Tuſculanos, Monachum induit Caſſinenſem à puero, & gradibus regularis obſeruantiæ, creuit inter Monachos ſapientia, & ętate. Donec Abbatiæ Magiſtratu donatus à fratribus, & Cardinalitia dignitate Diaconali *S. Angeli*, a Gregorio IX. anno Sal. 1237. Innocentium IV. promouit; & cum eo Lugdunenſe celebrauit Concilium, in quo obijt, ſi vera profert Nomenclator inter epitaphia, *p.* 5. Anno 1274. ſepultus in Laterano, ſub marmore emblematibus exornato, cum ſequenti inſcriptione.

MEMORIÆ.

Richardi Hannibaldenſis de Molaria
S.R.E. Archidiaconi Card. S. Angeli,
Qui à Greg. Papa IX. creatus Roma An. 1240.
Obijt Lugduni, in Concilio Generali, An. 1274.

Tempora obſerua diſsona; nam Ciaconius, Anno creatum Cardinalem dicit 1237. in epitaphio verò 1240. Vvion *l.* 2. *&* 3. *Ligni Vitę*. Caſi-
C ni obijſse refert, ibiq: ſepultum, epitaphium verò eius cineres in Laterano locat. Ciaconius geminum Ricchardum aſſignat Abbatem Caſſinenſem, Diaconum Cardinalem vnum *S. Angeli*. Presbyterum Cardinalem tit. S. . . . . . alterum; quem vnum eumdemq: crederem cum Vghello ex Diacono Card. S. Angeli, ſub Gregorio IX. Presbyterum Cardin, tit. S. . . . . creatum ſub Innocentio IV. ni ſupradicta obſtaret inſcriptio ſepulchralis.

Eo rectore in Abbatia Caſinenſi, pleraq: loca, quæ ſuperiorum temporum acerbitas abſtulerat, iterum Cęnobio vindicata, Ingentes à diuerſis magnatibus copioſęq: honorum donationes factæ, Monachorum
D oppida, fortunęq: omnes amplo Alexandri IV. ſancita diplomate, Diuini cultus, Religioſiq: inſtituti (quod caput eſt) integritas ſeuerioris inuecta diſciplinæ *M. Anton. Scipio in elog. Abbatum Caſſinen.*

Citra dubium eſt; tempore Innocentij IV. vixiſſe Ricchardum Diaconum Cardinalem *S. Angeli*, cuius opera, & prudentia Eremitas vagantes, qui in Tuſcia abſq: habitu viuebant, & regula, in vnum corpus ſub vno capite congregaſse, & titulo Eremitarum S. Auguſtini donaſse, vt ex diplomate Inno-

centij

centij IV. apud Gabrielem Pennotum *Hiſtoria Can. Regul. lib.* 1 *c.* 25 *n.* Verum etiam: fuiſse Ricchardum Card. D. S. Angeli, arctiſſimo amicitię nexu iunctum cum D. Thoma Aquinate (teſte Surio *die VII. Martij in vita S. Thomæ*) qui cum Molariam ſe contuliſset ad celebrandum Chriſti Natale, cum Ricchardo Cardinali, eoq: duo aduenisſent Iudæi, in lege Moyſis optimè inſtructi, Cardinali rogante, diſputatione propoſita inter eos, ac D. Thomam, huius rationibus victi, Chriſto dedere manus.

17. *Quis dicere poteſt cur ita facis?*
Iob. 9.



GVido D. C. *S. Hadriani* promotus á Gregorio IX. Anno Sal. 1237. Cardinalium promotione quarra, ſub eodem Gregorio obijt; cum quo Eccleſia vacuit Parochialis de Grincfordo Duleninenſis diæc. in Anglia, quę erat ius patronatus monaſterij S. Mariæ Eboracenſis, quam Papa Obritoni S. Vitalis Canonico, & nobili Parmenſi nepoti ſuo ex ſorore conceſſit.

Prouiſio notabilis: vt curam animarum Angliæ gerat parochus Romę degens. Veruntamen quis Papam redarguęt?

18. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis,*
Pſal. 67.



RAymundus Nonnatus, de quo ſatis dicete Sanctum niſi ſanctorum maximus eſset. Nonnatus dicitur, quia cæſo defunctę matris vtero, prodijt Natu Hiſpanns, patria Portelenſis, Diæc. Vrghellenſis in Catalonia, Decembri naſcirur, Anno 1200. ſanguine clarus, ex antiquis familijs Fox & Sartoi Cardonæ olim Comitibus, nunc Ducibus, qui in ſummum ſibi honorem aſsumunt tanti viri cognarionem. Raymundum in lauacro Baptiſmatis appellarunt, in gratiam patrini Raymundi Cardonæ comitis, cuius eſt baptizando dare nomen. Literis eruditus prophanis, & ſacris, vt ab Eccleſiaſtica auerteretur militia, cui erar propenſus, in villam relegatur, ad paſcendas oues: In qua cum Eremitorium eſset S. Nicolao Myrenſi dicatum & in eo perpulchra imago Deiparæ, quam ipſe ſumma deuotione venerabatur, cum ante eam preces effunderet, audire meruit: *Ne timeas Raymunde; ex nunc enim te in meum recipio filium; quo etiã ore pleno me poteris appellare matrem, de meiq. in poſterum patrocinio, & protectione confiſus ſecurus eſto.* In hanc ſedem quoties ſe conferebat Raymundus ad recitandum Roſarium; toties eius Angelus tutelaris, eius vices, viſibili pulcherrimi iuuenis ſpecie, gregẽ cuſtodiebat teſte eius genitore, qui ſæpè Angelum ſub ſpecie conſpexit humana. Ab hoc cultu, vt Raymundum

euocaret Dæmon, ſub falſa apparens paſtoris ſpetie ruſticam cępit diſsuadere vitam, claris indignam natalibus: cui reſpondens Nonnatus, non alterius ſe capacem doctrinæ, pręter eam, quam edocebatur ab imagine Marię in ęde ſira D. Nicolai. Vix nomen *Mariæ* audijt malus Genius, quòd fragore præcipiti ſumum euaporans ſtygium, ſeſe in Tartara dedit. Cognita fraude, ad aſyllum ſibi conſuetum confugiens, grates ſoluit Virgini liberatrici. Cumq: ab ea intellexiſset ſe rem gratiſſimam facturum, ſi in ipſius honorem virginitatem ſuam Deo voueret, cõtinuò votum emiſit, cautione recepta ab eadem Vir-
A gine matre; ſe vſq: ad mortem, votum perfectiſſimè impleturum. Familiari B. Virginis colloquio iuſsus, ſaltibus relictis, ordini *de Mercede Redemptionis*, nomen dare, obtenta patris licentia per virum Principem, Cardonę Comitem, Barcinonem venit, vbi Nouitiorum perſolutis officijs, per manus S. Petri Nolaſci fundaroris in Aula Regia habitum ſumpſit magna alacritate, & deuotione. Tyrocinio abſoluto, ſub diſciplina B. Serapij Scoti eiuſdẽ Religionis alumni, martyris futuri (quique erumnas, quas in Africa ſubiturus erat Raymundus) vota ſoluit caſtitaris, obedientiæ, & paupertatis cum quarto voto, vincula etiam ſubeundi Saracenorum,
B ad redimendos captiuos. Sacris initiatus, Euangelij incubuit pręedicationi, verbo docens, & exemplo, verberum acerbitate corpus caſtigans, pane dumtaxat famem ſuſtentans; bis in Africam ad redemendos captiuos ſe conferrens; Romę primus ſui Ordinis Procurator Generalis confirmationem ſui Inſtituti obtinuit à Gregorio IX. R. P. Curia relicta, in Africam nauigauit tertio, cũ deficiente pecunia, captiuos redimere prohiberetur, ſponte ſe obtulit ſeruituti, in qua verberibus ſępè cęſus eius labia repagulo ferreo occluſa ſunt, ne effundere verbum Dei, expeditius tamen, non ſine Barbarorum admiratione, loqui auditus eſt. Quanto fru-
C ctu, verbum Dei pręedicauerit? teſtes accedunt Rabini decem Iudęorum; duoq: nobiles Sarraceni qui luce illuſtrati Euangelica, fidei iugo dura colla dedere; Irarus propterea Sarracenorum Princeps Raymundum virgis cęſum, cateniſq: vinctum traduxit in carcerem, in quo menſes octo ſolo pane macerauit, & aqua, ore ſemper ferro recluſo. Sepiſſimè tamen cũ catenæ corruerent; euidenti miraculo victi nonnuli Saracenorum, Mahumete relicto Baptizari ab eo voluerunt. Ab Alumnis interim ſui Ordinis auro ſubmiſſo eoque redemptus à Gregorio IX. Rom. Pont. Decembri 1237. inter Cardinales Diaconus *S. Euſtachij* aſsumprus, Bar-
D cinonem venit occurrentibus ciuibus magno apparatu: ille verò domo relicta, quam ei parauerat Cardonę Comes, in Cænobium declinauit, viram ibidem traducens more priuati. Die quadam, cum defluente imbribus Cęlo, in via pauperem quemdam ſenem offendiſſet canitie venerabilem, ſine capitis tegumento, pluuiæ expoſitum frigoriq: ſtatim ſibi detractum pileum ſeni impoſuit; domumq: reuerſus cum ex more, preces Deiparę ſolueret, in extaſim raptus vidit virginum chorum Deipara duce in viridario

ridario

ridario florum coronam texere canentes, *Io: illi qui ſeni pileum impoſuit : coronam accipiat* . Quibus reſpondente Raymundo, non florum coronam , ſed Chriſtum poſcere in prœmium . Chriſtus apparuit pileo ornatus (quo ille pauperem texerat) Spineam in capite ac florum coronam pr̨e manibus geſtans . Spineam cum ſibi concedi poſtulaſſet , & obtinuiſſet, cum dolorum tolerantia , cœpit ab illa hora , vſq: ad obitum, dolore capitis laborare. Omitto miracula ab eo viuente patrata, quæ legi poſſunt apud Alphonſum de Roxas , *de vitis illuſtribus B. Mariæ de Mercede* Fran. Guillel. *in SS. Ordin. S. M. de Mercede.* Alphon. Remon. *hiſt. Ord. S. M. de Mer.* Marc. Sal- A
meron, *hiſt. ord. S. M. de Mer.* A Gregorio R. P. qui inter Cardinales cooprauerat Raymundum , Romam vocatus, morbo obedire præpeditus Sacerdotem vocauit, vt ſacramentis muniretur. Cumq: morbus ingraueſceret; & Sacerdos diutius tardaret; Angelorum miniſterio , ſub ſpecie Religioſorum ſui Ordinis apparentium Viatico reſicitur ſalutari, Quo ſumpto , gratijs Deo paractis migrauit ad Dominum vltima Dominica Auguſti 1240.

Eius Corpus cum ſuum aſſererent Cardon̨e Comites, quorum in domo obierat ; ex aduerſo c̨enobiarchæ S. Mariæ de Mercede illud prætenderent ; litem diremit Deus, illud ad ædiculam S. Nicolai , B
in qua Raymundus puer adhuc lac ſuxerat pietatis, per cæſam mulam deportans voluit. Illic conſtructo ſui ordinis cænobio, à confluentibus voti cauſa , ex vniuerſa Catalonia fidelibus populis honoratur, varijs miraculis , & ſignis glorioſus. In itinere funus Altiſſimus pluribus honeſtauit prodigijs , Ante domum paternam S. Raymundi, genuflexa mula quæ feretrum ferebat, natalem tanti viri locum honorabilem monſtrauit. Ingens fidelium turba, quæ cum cereis accenſis, ad duodecimum milliarium comitata eſt, licet truces flarent venti (largusq: imber effluerer , nemo lumen ſuum extinctum paſſus eſt . Campanæ omnium Vrbium, & oppidorum, per quæ mula ſacro illo onuſta cadauere, iter habuit ; ſonum ſpontè nemine pulſante, ſupra naturæ ordinem fudit. Miracula, quæ contigerunt, eum viuere cum demonſtrarent ; Vrbanus VIII. Anno *1626.* & Alex VII. An. *1655*. conceſſit, die Raymundo ſacra, Pſalmos recitare, eiuſq: in honorem, Hoſtias Deo offerre . De eo ſcripſere Hiſtorici omnes ſacri fuerint , vel prophani,

A 19. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs*, 14. Iob. 1,



RAymundus de Pons (familia , quæ ab Helio Pontio Pompej, nepote originem ducere gloriatur (Bertrandi Domini de Pons filius) diuerſus ab altero Raymundo, qui in prima expeditione , & obſidione Hieroſolymitana cecidit, dum per aggeres in Vrbem irrumperet *(Catel. l. 2. Com. Tholos.)* Epiſcopus electus Pe-
B tragoricenſis , poſtea Cardinalis S. . . . à Gregorio IX. Anno Sal. 1227. Raymundum in eadem familia de Pons, duo alij ſubſequuti ſunt Cardinales , Pontius de Pons Epiſcopus Santonenſis, nepos Raymundi, & Godofridus de Pons Antiſtes Engoliſmenſis, vt apud Frizonium *in Gallia Purpurata ſub Greg. IX.* Romæ in Curia à Gregorio retentus ob magna negotia , exceſſit Sal. An. 1233. quo Præſul Petragoricenſibus præſidere legitur Petrus de S. Aſterio, miſerijs preſſus, & ærumnis ab inſidijs malignantium.

Vice Cancellarij S. R. E. ſub Greg. IX.

M. Sinibaldus de Fliſco , Auditor literarum C
contradictarum , ab initio Pontificatus , vſq: ad proximum Septemb. quando creatus eſt Cardinalis.

M. Martinus Archidiac. Senenſis, vel Moncinus , ab Anno primo ad V.

M. Bartholomeus ab initio Sexti , ad finem VIII.

M. Guillelmus Notarius Papæ à Nono, ad finem XI.

Fr. Raynerius Ordinis Prædicatorum, à XII. ad XIV, poſtea Epiſcopus Magalonenſis.

CŒLESTINVS IV. P. R. CLXXIX.

Cœleſtinus IV. Creatus die 22. Septemb. 1241. vſq. ad diem obitus, 8. idus Octobris, nullos creauit Cardinales. Eiuſadfuere comitijs.

Cardinales Epiſcopi ſecundum Ciaconium, & Panuinium.

1. Romanus Ep. C. Portuenſis, & S. Ruffinæ , ex D
Innocentio III. & Greg. IX.
2. Raynaldus Anagninus Ep. C. Oſtienſis, & Veliter. ex Greg. IX.
3. Iacobus de Vitriaco Ep. C. Tuſculanus ex Gregorio. IX. *Hic Silet Panuinius.*
4. F. Iacobus Epiſ. Card. Præneſtinus ex Greg. IX.
5. Gaufridus de Caſtillione Ep. C. Sabinus ex Greg. IX.

Presby-

Digitized by Google

Presbyteri Cardinales,

6. Thomas de Capua P.C. tit. S. Sabinæ ex Innoc. III.

7. Io: de Columna P. C. tit. S.Praxedis ex Honorio. III.

8. Sinibaldus de Fliſco P.C.tit.S.Laur.in Lucina, ex Gregorio. IX.

9. Stephanus P. C. S. Mariæ Tranſtyberim tit. Callixti, ex Gregorio IX.

Diaconi Cardinales.

10. Raynerius Capoccius D. C. S. Mariæ in Coſmedin ex Innocentio III.

11. Ægidius D. C. SS. Coſmæ, & Damiani; ex Honorio IIJ.

12. Petrus D.C.S. Georgij in Velabro ex Hon. III.

A 13. Otho Blaneus D. C. S. Nicolai in Carcere, ex Gregorio IX. adfuit in principio comitiorum, ſed non in electione.

14. Ricardus Hannibaldenſis D. C. S. Angeli, ex Greg. IX.

INNOCENTIVS IV. P. R. CLXXX.

INnocentius IV. Electus Anno Salutis 1243. die 24. Iunij: obijt 7. Idus Decemb. An. 1254. Eius adfuere comitijs.

Cardinales Epiſcopi creati ab Innocentio IV.

1 OTho Candidus ex D. C.S. Nicolai in Carcere, Ep. C. *Portuen. & S. Ruffinæ*, promotus Anno 1244. Vide in Greg. IX. n. 13.

B 2 PEtrus de Barro ex P. C. tit. S. Marcelli, Ep. C. *Sabinus*. Vide infra n. 10.

Nota, quod vſque in hanc diem Cardinales Mitra vterentur non pileo, quem eis *Rubrum* in Lugdunenſi Concilio, Innocentius IV. conceſſit.

3. *Neſcit homo finem ſuum*. Eccli. 9.



M. Petrus de Collemedio, non natu Gallus, vt vult Frizonius, ſed Italus ex oppido, vulgò, *de Colle medio*, quod in Campania Romana iacet, non in Campania Gallica vt ex epiſtolis Innocentij IV. ad Ioannem Odonis viri prænobilis, ex Dominis Fruſinonis filium ſcriptis, in quibus conſanguineum iſtius Cardinalis Epiſcopi Albanenſis appellat, præcipuè in epiſtola Lugduni ſcripta Cal. Octob. Pontific. 8. in Vaticano Regeſto, Fruſinum celebris Campaniæ Romanæ locus, Cælij Hormiſdę Papæ patria fuit, cuius ditionem Ioannes tenuit; quibus arguitur illum è nobili Campaniæ ſtirpe, ac forte ex ipſis Fruſinonis Dominis fuiſſe progenitum. Aſſentiri videtur ex Gallis Claudius Robertus, cum in Archiepiſcoporum Rothomagenſium catalogo, illum natione Italum affirmat fuiſſe.

Concordant Leonina carmina.

Hanc Sedem Petrus medio de Colle ſubiecit,
In quo ius, pietas, ratio, lux, gratia fulſit.
Ortu Campanus, ſenſu Cato, dogmate canus.
Cuius larga manus, ad ſumma negotia Ianus.
Inclytus Athleta Fidei, propria nece ſpreta
Sulcans claſſe fretum fuit hoſti præda, quieta
Cardinalem fecit eum, Viduę rapiens Eliſeum.
More rapax Pardi, tulit hunc Papa, & ſibi

Cæſar Alexius in Centuria prima virorum illuſtrium Peruſinorum, Petrum hunc de *Colle medio* Peruſinum dicit, gentis Comitulæ, ex Comitibus Collis medij. At quis non videt Hetruriam à Campania longè diſtare? Fuit Petrus Religione conſpicuus, & non mediocris literaturæ. Diui Audomari tunc temporis diæceſis Morinenſis præpoſitus, Honorij IIJ. & Gregorij IX. ſummorum Pontificum Capellanus. In Anglia moratus in contubernio Pandulphi Nuncij Apoſtolici, & S. R. E. Camerarij: Lutetiæ Pariſiorum etiam aliquot Annos vixit. Archiantiſtes Rothomagenſis 56. poſt Mauritium miraculis clarum, electus Anno Sal. 1236. conſecratus fuit in Eccleſia Metropolitana Rothomagenſi, & in Eccle- C ſia D. Audœni pallium accepit. Anno 1243. Lugduni diploma accepit, quo decem Clerici Rothomagenſes fructibus vterentur beneficiorum, non tamen quotidianis pecuniarum diſtributionibus, licet abſentes, vt rebus vacarent Collemedij.

In ſua Eccleſia Metropolitana decem erexit; dotauitq: Capellas nomine Albanas. Nuntius Gregorij IX. Anno 1229. menſe Iulio, ciuitatem à vinculis ſoluit Interdicti, Raymundo Comite Iuniore, Lutetiæ agente, quem S. Ludouicus Rex, ſtatuta pace, & hæreſi à Raymundo doloſè eiurata, Ordine decorarat Equeſtri, adhuc puero Regi impium ho-
D minem non bene notum *Dadreus in Catalogo Archiep. Rothomag.* Ab Hencio Friderici Imperatoris filio, & claſſe captus Piſanâ in mari Mediterraneo cum alijs quam plurimis Romam ad Synodum properantibus, quorum nonnulli interfecti; euaſit Petrus vnà cum Cænobiarchis Cluniacenſi, Ciſtercienſi, Clareuallenſi, intercedente S. Ludouico Rege.

Legatus ab Innocentio IV. initio Pontificatus, ad Imperatorem Fridericum II. anathemate innodatum à Gregorio IX. cum Guillelmo Morinenſium Præſule, poſtea Cardinale Sabino, & Guillelmo Abbate S. Facundi, futuro Cardinale tit. SS. Apoſtolorum, vt pacem componeret. Inde Lugdunum pergens ad Concilium Æcumenicum, men-


menſe Iulio, in vigilia SS. Petri, & Pauli Epiſcopus Cardinalis *Albanus*, Anno Sal. 1245. in peruigilio Chriſti Naſcentis, cum alijs duodecim Cardinalibus in ſacrum Collegium cooptatis ab Innocentio IV, Concilij præſide, Lugdunum profugo, ob Fridericum II. optimum quemque, & literatiſſimum ſeligente pro Cardinalatu, & rubro galero qui tunc temporis primum datus eſt Cardinalibus in ſignum expnnendi Capitis, & effundendi ſanguinis pro fide, & Eccleſia tuenda, cum antea Mitras capite gererent Cardinales,

Amicitia iunctus cum Fr, Electo Minorita, qui A dono ſulgebat Prophetię, cum aliquando ab eodem viſitatetur, præmonitus ſaluti conſulerc animæ ſuę, quòd eo die moriturus eſſet, nec crederet, morte repētina ſpiritū exhalauit, Anno 1254. qui fuit vltimus Innocentij, damno ſuo expertus piorum monita ſpernere. Vide *Frizonium in Gallia Purpurata: Martinum Polonum Fr. Ptolomeum Lucen.*. Tempori mortis reſiſtit Innocentius ep. data Anno 11. ſui Pontificatus, 3. Cal. Nouemb. qui fuit Chriſti 1253. Commendans Eccleſiam Albanam tunc vacātem Henrico Archiepiſcopo Barenſi, quem adminiſtratorē eiuſdem conſtituit Eccleſiæ, ad libitum Romani Pontif.

Huius Cardinalis meminit Carolus Sigonius nec B ſine laude; quamuis Mattheus Vueſtmonaſterienſis vituperet. Cuiuſdam Cardinalis mortem (Deo vlciſcante) ob leuiſſima quædam Fr. Prædicatoribus ac Merioriteis itati, narrat Cantipratenſis, nomine tamen præterito Cardinalis: Lucas verò Vvadingus ex ſignis coniectari auſus, *Petrum* fuiſse *De Colle Medio* accuſare non dubitat: *to. 2. Annalium Minorum. An.* 1254.

Eius memoria in literis ad Clerum, Poteſtatem, Conſilium & Commune Hadrienſe, vbi eccleſiam S, Marię in Cathedrale crexit, & Pennenſi vniuit ſignato decreto, quod Pennenſis & Hadrienſi diceretur Epiſcopus, iſta iubente Innocentio IV, *to. 1. Italiæ Sacra*, apud Vgbellum. Ad preces eiuſdem Cardinalis, idem Innocentius IV. vnionem Monaſterij C de Palazuolo diæceſeos Albunēſis ſub Gregorio, IX. indultum ordini Ciſtercienſi, & Monaſterio S.S. Vicentij & Anaſtaſii Trium Fontium de Vrbe nouo diplomate confirmauit,

4. *In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines Orbis terræ verba eorum*. Pſal. 8.




M. Guillelmus Subalpinas olim S. R. E. Vicecancellarius ſub D Honorio III. mox Epiſcopus Mutinenſis, vt ex literis Simonis Archiep. Raucuatis, in fauorem Canonicorum Mutinenſium, qui accedente ad Ciuitatem. Guillelmo illico poſt conſecrationem, equum petiebant ſibi tradi iuxta antiquam conſuetudinem, quē equitauerat Epiſcopus, dū primò vrbē ingreſſus fuerat poſt cōſecrationē. Quod recuſā te Guillelmo, & lite ad Metrop. delatā, pro capitulo deciſum fuit.

Plura leges de Guillelmo, apud *Gaſparem Silligardum Ep. Mutinen. in Catologo Antiſtitum eiuſdem ciuitatis.*, Legatus inde ab eodem Honorio III. ad Gentes in Pruſſiam, Linoniam, Gotlandiam, totumq; Septentrionem vt euangelizaret Chriſtum; & in eodem munere confirmatus à Gregorio IX. cum ampla facultate ibi creandi nouos Epiſcopos, ſanctæ prædicationis fructus retulit ſalutares. In curiam reuerſus ſedente Innocentio, IV. in Generali Lugdunenſi Cōcilio, (eo tempore, quo Cardinales aliquot in pugna nauali capti à Friderico II. nec dimiſſi; niſi Balduino intercedente Imperatore; Papa vt eos Auguſtiores faceret, Rubro etiam Pileo decorauit, (teſte *Emilio lib. 7.*) argumento non obſcuro, oportere huius ordinis Antiſtites ſemper paratos eſſe pro fidei defenſione, vſque ad ſanguinis effuſionem. *Sab. lib. 6. Enn. 9.* Diſcrimen vt habeas, quomodo ante Innocentium IV, Cardinales exornarent Caput: en *Pileus*: cum Antea Mitra cooperirētur) Epiſcopatum Card. obtinuit *Sabinum*. Hinc tertio ad eandem legationem rediens, Noruegiam, Suetiam Eccleſiæ copulauit *Fr. Salinbene in Chron.* Lugduni obijt paulò ante diſceſſum Innoc. IV. pridie Cal. April. An. 1251. ad Prædicatores ſepultus cum ſequenti epitaphio,

Hic iacet.
Zelantiſſimus Prædicator, & Laudator
Nominis Ieſu Chriſti
Aſſertor fidei, & totius veritatis
Vir permagnæ Sanctitatis
Et ornamentis Pietatis
Pater venerabilis
Dominus Guillelmus Sabinus
Epiſcopus Cardinalis.

Huic ſarcinas colligenti, vt Ianuam deſcenderet; apparuit ei Otho Candidus D. C. S. Nicolai in Carcere, monens *ne ſollicitus eſſet de hoſpitio Genuæ habendo quod ibi eiuſdem Othonis habiturus eſſet hoſpitium*. Idem fuerit cum Nicolao. Ep. Card. Sabino? lege infra n. 1.

5. *Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe venturus*. Lucæ 10.



OTho de Caſtro Rodulph Chaſteauraud nobilis Gallus, diæceſis Bituricenſis, cuius loci ea gens, etiam nunc Baronatus titulo nobilitatur, vt ait Vghellus in Epiſcopis Tuſculanis. Vel cum Frizonio. Odo *de Chaſteau-Roux*, nunc Ducatu celebri ad Principem Condæum pertinente, inter viros eius æui doctri-

na,

na, & eloquentia non poſtremus :non autem dominorum *de Caſteau-Roux* , quorum antiquum ſcutum argenteum faſcia coccinea fuſaria exaratum . P. de Varennes Societatis Ieſu aſſerit Caſtro-Rodulphęam parmam eſſe argenteam lilijs incerto numero nigris preſsam . Vghellus verò ex Gaſpare Iongellino, ea quæ hic inciſa; aſſignat .

Canonicus primum , & Cancellarius Eccleſiæ *Pariſienſis* electus contemplationis, & ſolitudinis cupiditate excitus, in Grandiſylua Ciſtercienſi Monachum induit ; mox & eiuſdem monaſterij Abbas, atq: Vrſicampi alterius eiuſdem Ordinis Monaſterij A Pręfectus ab Innocentio IV. creatus eſt Epiſcopus Card. *Tuſculanus* . Anno 1244. Lugduni. In Gallias miſſus poſt Lugdunenſe Concilium , Anno 1246. menſe Auguſti, Crucis prædicandæ cauſa contra infideles, eo ardore animus abſoluit , vt ab eo animatus Rex ſanctus Ludouicus, ex voto tranſmarinam ſuſceperit expeditionem , cum quo profectus Otho Tuſculanus , Apoſtolicæ Sedis Legatus , quem Rex Sanctus *virum* vocitabat *iuxta cor ſuum*, motum honeſtate decorum , literatum ſciẽtia præditum , conſilij maturitate præclarum. Maſſilienſi portu ſoluit, VIII. Cal. Septemb, (teſte *Nangio de rebus S. Ludouici*) vexillum tradente Regi, B Galtero de Caſtro Theodorici Epiſcop. Pariſienſi. Priuſquàm diſcederent ; Cardinalis Tuſculanus S. Capellam Lutetianam cõſecrauit, præſentibus XX. Epiſcopis, quam D.Ludouicus Rex fundarat in Palatio ad reponendas ſacras Coronæ reliquias , & alia, quæ Balduinus Iunior Latinus Imperator ei ceſſerat in Oriente. Plures ad Othonem in Oriente degentem literas ſcripſit Innocentius, & inter cætera mandauit , vt eius opera Epiſcopatus inſtituerentur Græcorum , in inſula Cypro Syrię obiacente : vnde Legato auctore , Græcus Archiepiſcopus Cyprum fuit reuocatus, quem Latinus proſcripſerat Archipręſul ſacris in Inſula etiam interdictis. Duo enim imperant Archiptæſules , Latinus vnus , Græcus alter . C In ea expeditione, Regem Tartarorum Orientalem ſuis literis ad Baptiſmum inuitauit , tribus monachis , & duobus Clericis ad eum miſſis. Caſtris productis Damiatam primò in Ægypto opulẽtiſſimam vrbem Rex occupauit ; quam peſte ſæuiente reſtituere & in Galliam redire coactus eſt Rex .

Scripſit Otho *Homilias de Tempore, de Sanctis* , quæ Cremonæ habentur in Monaſterio Auguſtinianorũ duobus tomis diſtinctas . Eius memoria apud S.Antoninum *par. 3. tit. 9. c. 57.* Syluestrum Maurolicum *in ſuo Oceano*: Fr. Ptolomęum Lucenſem *lib. Hiſtor.* Fr. Salimbene *Chron. Ordin. Præd.* Vixit vſque ad Nicolaum III. cuius diplomati pro augendo cultu diui- D no in Vaticana Eccleſia ſubſcripſit Anno 1278. III. Non: Feb.

Terram reliquit 26. Ianuarij 1283. Vrbe Veteri Ditionis Pontificiæ , apud Prædicatores ſepultus; ſi vera profert Frizonius , qui tamen Othonem hunc cum Odone Ordeoneo Ep.C. Tuſculano confundere videtur . De eo ſcripſit Bandellus *tract. de Concep. B. Marię.* Philippus Seguinus de *viris Illuſtribus Ordin. Ciſtercien.* Montalbus *p. 1. Chron.*

6. *Virtutem autem magnitudinis eius quis enarrabit.* Eccli. 18.



IAcobus Herebertus familiæ Ciſtercienſis , natu Gallus genere nobilis, ſed virtute nobilior, in Clarc-Vallenſi Cænobio pietatis lac ſuxit dulciſſimũ ; doctrina nõ vulgari inſignis, magnanimitate celebris promotus ad Cardinalatum ab Innocentio IV. Anno Sal. 1251. Pontificatus octauo, Peruſij Epiſcopus Card. *Portuenſis*, *& S. Ruffinæ*, cum Orthobono Ligure, Archidiacono Rhemenſi Card. S. Hadriani , futuro Pontifice Hadriano IV, Mortalitatem expleuit Ann. 1254. paulò ante Innocentium, qui eodem Anno deceſſit, Conditus Iacobus in Clara-Valle , vt teſtamento iuſſerat, iuxta B.Malachiam, in Presbyterio ad eius ſiniſtram

De eo lege Frizonium . Feder, F-der, *D. Familia Fliſca.* Gaſpar. Iongel. *in Purpura D. Bernar.* Philip. Senguin. *de viris Illuſtribus Ciſtercien.* Aquilam orbiculis circumſcriptam inter orbiculos, cum Roſa pro inſignibus damus huic Cardinali ex *M. S. Cornelio.*

7. *Melius eſt humiliari cum mitibus: quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.* Prouer. 16.



STephanus Vngarus, Archiepiſcopus Strigonienſis , cum ob certa negotia ad curiam veniſſet Romanam , ab Innocentio IV, An. 1252. ad *Prænestinam* translatus Eccleſiam, aeris intemperiem minimè patiens, Pontificem rogauit , vt eum ad Sedẽ remitteret Strigoniẽſem ; petitioneq: ſummis obtenta dificultatibus ad Strigonienſem Iunio Menſe, ea lege redire permiſſus, vt ſi intra feſtum omniũ Sãctorum poſſeſſionem Strigonienſis adijſſet tunc Pręneſtina vacaret Eccleſia cum dignitate Cardinalitia , ac ſi intra id tempus Strigonienſem non occupaſſet ; illa prius abdicata , & renuntiata , eiq: antequàm ex Vngaria diſcenderet , dato paſtore, ad Præneſtinam Cardinalitiam reuerteretur dignitatem, ſeſeq: intra Feſtum Chriſti Natalitium, ſummo Pontifici ſiſteret vt ex literis ipſius Innocentij IV. ad ipsũ Stephanum & Clerum Strigonienſem , ac Regẽ videre eſt , apud Vghellum *to. 1. p.* 240. Ex quibus apertè colligitur , quanti idem Pontifex Stephani virtutem faceret, & induſtriam vtilem , & neceſſariam Eccleſiæ Romanę. Cũ enim ſupradicta diplomatã veluti tentamina, & experimentum conſtantię contra Stephanũ Pontifex euulgaſſet; cognitaq: celſi animi magnitudine D in effugiendis excelſis dignitatibus ; perpenſaq: quanta in Stephano purpura Cardinalitia, Eccleſiæ bona conciliare poſſet , altero ad eum miſſo diplomate, coniunctam cum Strigonienſi Archiepiſcopatu purpuram retinere iuſſit ; vt ex diplomate ad eumdem Stephanum Ep. Præneſtinum, in Vghello *to. 1. p.* 241. Concordant Bullæ eiuſdem Innocentij IV, Alex. IV, Vrbani IV. Clem. IV, quibus ſubſcripſit tamquam Ep. Præneſtinus , & Strigonienſis . Plures pro Eccleſia Romana Legationes obijt; inter

quas

Digitized by Google

quas V[illegible]a, & Slauonica celebres præcipuè cum Regem Belam excommunicauit, eiuſque Regnum interdicto ſubiecit; vt ex literis ipſius Regis ad Jn-nocentium JV. rogantis; vt cenſuras colleret Epiſcopi Præneſtini, Regnumq ſuum anathemate ſolueret: Exceſſiſſe dicitur ſub Clemente IV.nam promouit Alex. IV. Vrbanum IV.Clementem IV. Conſecrationi adſuit altarium, in Eccleſia S. Agnetis. An.1254. dedicationi S. Lucę, ac Martinę, in foro Boario, An.1257. Grauiſſimè errare Ciaconium arguit Vghellus Stephano adijcientem inſignia, quæ fuere Ioannis Anglij Ep. Portuenſis.

8. *Cum conſumauerit homo, tunc incipiet: & cum quieuerit, operabitur* Eccli. 18.



IOannes ab Innocentio, IV. electus Ep. Card. *Sabinus*. Anno Sal. 1252. Menſe Decembri comitijs adfuit Alexandri, IV.cuius mētio recurrit in regiſtro Innocentij JV. Anno XI. Patria Peruſinum Ciottus pingit *hiſtor. Peru*:licet apud Ciaconium, & Panuinium nulla mentio de Patria, purum recenſentes nomen. Creationi adfuit Alex. IV. ſub quo abijt inviam pacis.

9 NIcolaus Ep. Card. *Sabinus*, nomine Innoc. IV. legatus in Pruſſiam Anno 1245. vel 1244. vt crucesignaris opem ferret pugnantibus contrà Paganos, teſte Oldoino ex Bzouio *An.* 1245. *n.* 12. Verum cum apud Ciaconium, & Panuinium nulla mentio; errorem irrepſiſſe nominis credere; cum apud eumdem Bzouium, *Guillelmus* recenſeatur Ep. *Sabinus* ſub eodem Anno legatus in Pruſſiam. Accedit; quod Guillelmus Ep. Mutinenſis, Epiſcopatum acceperit Sabinum ab Innoc. A IV. in Lugdunenſi Concilio,& vſq:in Annum 1251. vitam protraxerit; vnde cum duo nequeant eumdem poſſidere Epiſcopatum: eumdem dices Guillelmum, & Nicolaum, Lege ſupra.

Presbyteri Cardinales.

10. *Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius quaſi flos agri.* Eſai. 40.



PEtrus de Bar, vel Barto, nepotem habuit Galterum Barrenſem, cuius mentionem fecit Innocentius IV. in *Regiſtro*) natu Gallus Prior Clareuallenſis Cenobij, Abbas de Moris, poſtea Igniaccenſis. In eadem Claraualle fuit etiam Prior Iacobus de Bar, poſt aliquot Annos, Cardinalis Presbyter creatus *tit. S. Marcelli* ab Innocentio IV. Lugduni, in prima creatione, Anno Sal. 1245. dum Synodus haberetur contra Fridericum Imperatorem: poſtea ab eodem Innocentio *Ep. C. Sabinus* inauguratus, Anno 1251. octauo Pontificatus, Peruſij. Subſcripſit varijs diplomatibus ab Innocentio conceſſis Lugduni, Anno 1245. & 1246. ad Abbatiſſam S. Antonij Barchinonenſis apud *Frizonium*. Ad Plebanum S. Petri in Campo. An. 1252. ex Vghello, *to.9.p.* 1000. Ad Hiſpanos Legatus, cauſam iuuit Eccleſiæ, contra Fridericum excommunicatum. Peruſij, in Prouincia Romana, viuere deſijt, An. 1252. ibidemq: tumulatur, cum inſcriptione ſequenti.

Petrus de Bar
Abbas, Cardinalis, Epiſcopus,
Vmbra, puluis, fumus

Circa inſignia cum Frizonio ſentientes ſupradicta pinximus contra Ciaconium.

11 *Et mane oratio mea præueniet te.* Pſal. 87.



GVillelmus de Taliante, natu Gallus fratrem germanum habuit Attaneſum de Taliante, Priorem in Diæceſi Lugdunenſi, cuius meminit Innocentius in Regiſtro Anno XI. Guillelmo iam mortuo ſpretis Guillelmus, Mundi illecebris (quæ flamma, fumus) vt ſolus cum ſolo Deo ageret, & Paradiſi delicias, vnius entis ſupremi nocturna, ac diurna contēplatione prægustaret, Monachum induit, ſub quo moribus, atq: doctrina progreſſus, Archimandrita Abbatiæ D. Facundi, Diæceſis Legionenſis factus, quæ clara à temporibus Gothorum Sedi tantum ſubiectà Apoſtolicæ, nullum in Hiſpania agnoſcebat Metropolitanum, dum B ibi Abbas ſolus præeſſet, orator miſſus ab Innocentio IV. Anno Sal. 1243. cum duobus alijs ad Fridericum Imperatorem II. Eccleſiæ hoſtem, atq: Pontificis, vt æquè tranſigeret, nil impetrauit; teſte Innocentio IV. ep. Lugduni data, 4. Cal. Aug. Anno quarto Pontif. Quamobrem in Galliam confugiens Papa, ibique collecta Synodo Æcumenica, Cardinales creauit, inter quos Guillelmum P. C. *tit. SS. XII. Apoſtolorum*. Cardinalis electus corpus S. Zachariæ Epiſcopi Galliarum protomartyris Viennam Allobrogum, inſigni apparatu inferri curauit & in Baſilica S. Petri, congrua veneratione recoli. *Sauſay in Martyrol. Gall.*

C Ad Deum migrauit, Anno 1250. ibidemq: ſepultus.

12. *Plantauit Dominus Paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem; vt operaretur & cuſtodiret illum.* Geneſ. 2.



FR. Ioannes Franciogia, de Abbatis Villa, ſeu familia Abauillęa; cuius nominis tres fuiſſe *Frizonius* notat; quorum duo Archipręſules Biſuntini, vnus Prior Abbatis Villæ, alter è nobili illa familia Abbauillęorum. Ille Cardinalis Sabinus, hic Portuenſis: ille Decanus D Ambianenſis, hic Ordinis Ciſtercienſis: ille Halgrinus cognomento, hic Franciogę. Tertius Ioannes Cardinalis natione Anglus de *Toleto* dictus; Frizonio ſubſcripſit Vghellus in *additionibus ad Ciaconium*, licet in *Epiſcopis Portuenſibus* ſeipſum correxerit, dicens: *Ioannes Angelus cognomento de Toleto* Monachus

Ciſtercienſis, ex Presb. Card. *tit. S. Laurentij in Lucina*; Renuntiatus eſt ab Vrbano IV. Ep. C. *Portuenſis, ac S. Ruffinæ*, Anno 1261. Hic politioris, & abditioris doctrinę, ob quam ab Innocentio IV. Anno 1244. in numerum Cardinalium relatus fuerat, laude floruit, de cuius promotione Martinus Vveſtmonaſterienſis in *Anglicana hiſtoria*, loquens de Innocentio, ad Annum 1244. hæc habet. *In Feſto SS. Trinitatis vt partem ſuam cautiùs roboraret, quia paucos ſuæ ſollicitudine & labori i habuit participes, decem in paruo tempore creauit Cardinales, videlicet M. Io: cognomento de Toleto, Ciſtercienſis Ordinis Monachum natu Anglicanum literatura eleganter eruditum, & quoſdam alios plus de generoſitate, quàm virtute morum, vel ſcientia præditos, quorum nomina longum eſſet ſcripto inſerere, ac indignum octauo die, ante feſtum Natiuitatis B. Io: Baptiſtę, acceſſit D. Papa ad Ciuitatem Caſtellanam, quæ ab Vrbe octodecim diſtat milliaribus vt ibidem vicinius Imperatori, de pace tractaret.*

A Confirmat Matthæus de Paris, *hiſtor. Anglic.* An. 1246. Ioannem de Toleto Anglum fuiſſe & pacem inter Regem Angliæ, & Romanum Pontificem conciliaſſe. Concordat Theodoricus Valliſcolor, *in vita Vrbani IV.* dum nomina recenſet Presbyterorum Cardinalium, qui Vrbani interfuere electioni.

Alter, quem fouit Ciſtercius Ordo, Ioannes.
Nomine, natales Anglica Terra dedit.

B Paulò poſt idem Theodoricus nomina referens Cardinalium, quos Vrbanus in ſua Cardinalium promotione creauit, loquutus de Guidone Burgundo Ciſtercij Abbate, tunc Presb. Card. S. Laurentij in Lucina creato, eiuſdem meminit Ioannis ex Presbytero Cardinali eiuſdem tituli in Ep. Card. *Portuenſem.* Anno 1261. euecti. Guido namq: in eo titulo, Ioanni ſucceſſit, ita eiuſdem paulò agreſtior muſa cecinit.

Burgundus Patria fuit, & Ciſtercius Abbas
Alter promotus, Guidoq. nomen ei.
Huius enim titulum retinebat primo Ioannes.
Præſul de Portu, poſtea factus adeſt.

C Quindecim, & eò amplius Annis Ioannes Anglus P. C. *tit. S. Laurentij in Lucina*, ab Anno ſcilicet 1244. ad 1261. quo infula decoratur Portuenſi; Guidoni Burgundo eundem titulum reliquit Presbyreratus, & in diplomatibus Innocentij IV. & Alex. IV. tanquam. *Fr. Io: tit: S. Laur. in Lucina Presb. Card. ſubſcripſit.* præcipuè cum Innocentio IV. An. 1252. ad Plebanum S. Petri in Campo; ex Vghello *to. 9. p.* 1000. In diplomatibus vero Vrbani IV. Clem. IV. Greg. X. iam Cardinalis Portuenſis, iu hunc modum ſubſcribit. *Ego Fr. Io. Ep. Cardin. Portuen.* Ex his Vghellus colligit Ioannem Monachum Ciſtercienſem Cardinalem creatum *tit. S. Laur. in Lucina*, ab Innoc. IV. Anno 1244. non Lugduni, menſe Decembri, vt Ciaconio placet, ſed Romę menſe Iunio, in feſto SS. Trinitatis: ex Presbyter. vero Card. S. Laurentij in Lucina, creatum *Ep. C. Portuenſem* ab Vrbano IV. An. 1261. nec duos fuiſse Ioannes, Gallum vnum dictum de *Franciogia*. Archiep. Biſuntinum, Anglum alterum cognomento de *Toleto*, ambos Monachos Ciſtercienſes. Ioannes noſter Lugduni, diem clauſit extremum Anno 1274. Quod verò Ciaconius, Iacobus Chifletius in *hiſtor. Biſuntina*; Claudius Robertus in *Gallia Chriſtiana* Frizonius *in Gallia Purpurata*, Ioan: Monachũ Ciſtercienſem ab Innocentio IV. Anno 1244. ex electo Archiep. Biſuntino *P. C. S. Laur. in Lucina*, creatum Gallum de Franciogia ex Abbatis Villa oriundum referant, gratis effutiere, vt notat Vghellus: cum ab Anno 1244. ad Annum 1274. Ioannes Anglus Monachus Ciſtercienſis Cardinalis floruerit, eaq: omnia, quæ Ioanni Franciogiæ (qui nunquàm in viuis extitit) afficta ſunt, in iſtum veriſſimè cadant. Accedit, quod Ioannes promotus ab Innocentio IV. ad *P. C. S. Laurentij in Lucina*, nunquam ad Biſuntinum Archiepiſcopatum promotus fuerit, vel electus. Defuncto namq: Gaufrido Archipræſule, & propterea ſede vacante Biſuntina, Innocentius IV. An. 1245. Lugduni, Anno ſecundo ſui Pontific. ex plenitudine Apoſtolicæ auctoritatis, Vuillelmum Epiſc Cabillonenſem ſubrogauit; vt ex *ep. 429. in Regiſtro fol. 196.* apud Vghellum *to. 1.* 159.

Quis verò fuerit ille Ioannes electus in Biſuntinũ Archiep. de quo Chifletius? latet. Non is certè Ioannes, quem iam Innocentius IV. Cardinalem delegerat.

Cęterum præteriti non debet ad Ioannis gloriam quòd Viterbij cænobium erexerit, *Paradiſus* dictum dotauerit pro monialibus Ciſtercienſibus; quibus nunc ſublatis, Fratres Ordinis minoris Monaſterium tenēt. Aliud percelebre Monaſterium Peruſij excitauit, & ad inuidiam opibus cumulauit ſub titulo *Diuæ Iulianæ*; in quod euocatas ex Gallia octo Moniales, quarum vnam *Oliuam* nomine Abbatiſſam inſtituit, quàm è Cathedrali ad Monaſterium, cum Clero, & populo Peruſino, comitante quadraginta puellarum è primaria nobilitate Chriſto dicandarum caterua, ſolemni pompa deduxit. Propterea gratæ moniales ſeruant adhuc in aula Monaſterij antiqua, effigiem eiuſdem Cardinalis penicilo exaratam, vnà cum ſtemate gentilitio, & epigraphe ſequenti. *Effigies R. R. Patris D. Io: Card. Portuen. Ordinis Ciſter. qui huius Monaſterij extiti Fundator, & Pater.* Singulis etiam annis, Anniuerſaria celebrant die XIII. Iulij, qua corporis vinculo ſolutus eſt; & in Capitulo, ex Martyrologio antiquo D hæc ab hebdomadaria altà voce decantantur. *Eadem die fit commemoratio R. R. in Chriſto patris, ac Domini, ſacræ Theologiæ profeſſoris, D. Io: Ep. Portuen. & tit. S. Laur. in Lucina Ep. & Cardinalis, huius Monaſterij piiſſimi fundatoris, & patris.*

Scientijs omnibus perpolitus, lepidus, venuſtuſq: poeta, ſalibus acutiſſimus cum diuturniori tempore ab obitu Clementis IV. ſedes vacaſſet Romana ob Cardinalium diſſidia, cum certo die in ſpetiem potiùs, quam ſeria voluntate creandi Pontificem conueniſſent, iamq: tempus immineret in Conclaui inuocan-

uocandi Spiritum Sanctum, aſſurgens Ioannes alta voce prorupit,

Domini Fratres, conſentaneum feret, vt tectum iſtius cameræ, quo Spiritus Sanctus ad animos obſtinatos, & pertinaces ingredi valeat, aperiri mandemus: aliàs perturbati animi Chriſtianitati iacenti nunquàm dabimus Paſtorem, atq; Pontificem. Quibus moti Patres Theobaldum Placentinum, Archidiaconum Leodienſem tunc in Oriente agentem, cuius laudes reſonabat Ioannes noſter in Pontificem elegere Gaetanum, nomine Gregorij X. Quibus peractis, Ioannes plenus lætitia de feliciſſimo euentu, ſequens dedit ex tempore, Diſtichon.

Papatus munus tulit Archidiaconus vnus,
Quem patrem patrum fecit diſcordia fratrum,

Lugduni migrauit Cœlum Ioannes An. 1274. XIIJ. Iulij, dum Conc ..um celebraretur Generale, ſummoque ſui relicto deſiderio, cum incredibili fidelium luctu, ſepulchro conditus apud Prædicatores,

13. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus,*
Ioſues. 1.



FR. Hugo de Sancto Caro, alias de S. Theodoro (quem Hugonem de Burgundia vocat Garimbertus) eximius Theologus, Vienenſis Diæceſis, inter montes vicinos Sabaudis, in villa natus, cui nomen *S.* Theodoricus. Hinc de eo cecinit Theodoricus Valliſcolor in vita Vrbani IV.

Totque Sacerdotes genuiſſe Sabaudia primum
Dicitur Hugonem, qui Iacobita fuit,

Per Iacobitam intelliges Dominicanum; quia Pariſijs ita vocantur Dominicani à Domo Prædicatorum ſita, in via S. Iacobi. A quibuſdam *Barchioneſta* vocatur, non quòd fuerit Barcinonis Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbe natus, aut Epiſcopus Barcinonenſis, vt putauit Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibliothecæ*; ſed à conuentu Dominicano *Barchionettæ*, inter Alpes, vulgò *Barcellonete*, quem Conuentum Hugo auxit, teſte *Poſſeuino*.

Lutetiæ Pariſiorum operam cum nauaſſet litteris Baccalareus in Theologia dictus, Ordinem S. Dominici ingreſſus eſt, Anno Sal. 1227. ſub Magiſtro Ordinis Generali F. Iordano, à quo inter Doctores ad lectus eruditionem ſanctitati immixtam quæſiuit. Hinc ſacros libros primus in Capitula diſtinxit, & Bibliorum excogitauit Concordantias, (teſte S. Antonino, 3. *par. tit.* 19. *c.* 5. Sixto Senenſi *l. 4. Bibliothecæ*) infinitum penè opus, herculea planè audacia deſignauit primus, & quingentorum Fratrum ope adiutus coronidem impoſuit: quod Græci opera Entalij Rhodij Monachi; & Hebræi ſtudio Iſaac Natham poſtea ſunt æmulati. Edidit etiam in vniuerſam ſacram ſcripturam Commentarios iuxta quadruplicem ſenſum, ſermone ſcholaſtico, ideſt breui, abſq; vllo fuco ſecularis eloquentiæ. Notauit Bellarminus *lib. de Scriptor. Eccleſ.* & Poſſeuinus in *Apparatu ſacro*, Commentarium in Pſalmos à quibuſdam attribui Alexandro de Ales Anglo Ordinis Minorum, cum verò Hugonis fuerit. Commentario in Iſaiam ſuperauit ſeipſum, vt de S. Hyeronymo dicitur ſcribente epiſtolas: & Origine Cantica Canticorum commentante. Scripſit ex Sixto Senenſi, & Antonio Poſſeuino in *Apparatu Sacro* etiam.

A

Summam de Caſibus
Speculum Sacerdotum.
In IV. lib. Sentent.
Compendium Thelogicæ veritatis.
Regulam Fratrum Carmelitarum.
Manipulum Curatorum.
Dialogum de Creatione Mundi.

Varijs in cœnobijs eum Prioris munus peregiſset, Prouinciæ Franciæ Prouincialis, vbiq; verbo & exemplo, Paſtoris munus ea laude impleuit, vt in Comitijs generalibus, Anno 1238. Bononiæ, ad totius
B Ordinis Præfecturam, cum Alberto Magno, pari lance, ſemel, iterum, ac tertiò certauerit. Diſcordia hæc cum non ex ambitione conſurgeret, ſed ex Candidatorum præſtantia, cuius vtriuſque fama doctrinæ, & ſanctitatis, per totam Europam celebris haberetur; tandem Dei nutu effectum, vt Electores conuenirent concordes in S. Raymundo de Pegnaforti: quo abeunte An. 1240. Generalis vices egit Hugo ad Annum vſque ſequentem 1241. quo beatus Io: Theutonicus electus eſt Magiſter Ordinis quartus. Eius dulci ac erudita familiaritate ſummoperè delectatus Gregorius IX. Byzantium legauit, ad procurandam vnionem Eccleſiæ Græcæ,
C cum Latinis. Innocentius IV. dicitur eum promouiſſe Archiep. Lugdunenſem, ſed non probatur; cum & in eius epitaphio, in quo dignitates recenſentur, Infula non appareat Lugdunenſis. Veritatis amator mille Turonenſium libras ſibi reſpuit oblatas, vt ſilentio rem arduam percurreret, quam magno animo ſolius intentus Eccleſiæ commodo, impugnauit. Inter Cardinales Presbyter aſſumptus tit. *S. Sabinæ*, in Lugdunenſi Concilio, acquieuit, ne Pontificem offenderet promotorem, faſtus inimicus, & terrenæ dignitatis, Purpuram tamen nullo clauſtralis diſciplinæ admiſit diſpendio, quam in dignitatis faſtigio collocatus, ſacrā tectāq; voluit. Et hic primus,
D qui ex Prædicatorum Inſtituto Purpuram ornaret & ornaretur Cardinalitiam. Legatus in Germaniam ad Electores Imperij, vt in locum Friderici II. Augusti, alium ſufficerent; & ad Guillelmum electum Romanorum Regem pro aſſerendo in libertatem Imperio, & Hæreticis extirpandis. ob duritiem Germanorum, parum, vel nihil profecit. Finem tamen impoſuit veteri illi contentioni inter Biſuntinos Canonicos S. Ioannis, & S. Stephani, de harum Eccleſiarum præcellentia, ad id numeris delegatus à le-

laudauit virum Pontifex, & conceſſit; vt ex eius litteris Laterani datis XV. Cal. Iulij, Anno XIV. Pontific. apud Sigonium *lib. 2. De Epiſc. Bonon.* & Anno ſequenti dictus Cardinalis Diaconus *S. Mariæ in Via lata* Epiſcopatum depoſuit, ſucceſſorem habens Iacobum Boncambium, vt ex *ep. Innocentij IV. ad Canonicos Bononien. Cum dilectum filium noſtrum Octauianum S. Mariæ in Via lata D. C. cui commiſſa erat ab Apoſtolica Sede Bononienſis Eccleſia, ad Cardinalatus Dignitatem duxerimus aſſumendum; nos .... dilectum filium Fr. Iacobum V. Cancellarium noſtrum ipſi Eccleſię Bononienſi præfecimus.* Bononienſem Epiſcopatum in purpuram Diaconalem permutauit ei Innocentius, ſuſpectam habens Octauiani fidem, in vrbe tam celebri, in qua factiones gliſcebant Guelforum, & Gibellinorum, quibus inclinabat Octauianus. Venetias namq; Legatus, & per omnem Lombardiam, Pontificis indignationem incurrit, qui eum purpura ſpoliaturus erat vti Cæſaris nimis ſtudioſum, ni morte Papa præuentus iuſtitiæ executionem ſucceſſoribus reliquiſſet. Mortuo Innocentio, Alexander IV. Manfredum Friderici nothum Imperatoris excommunicauit, tanquàm vſurpatorem Regni Siculi, & in eum ſigna direxit duce Octauiano, qui in Manfredum explicatis vexillis, cum non adhuc ſatis firmum debellare potuiſſet, ab eo turpiter victus fuit perfidia, & ignauia. Obijt Menſe Martio, An. 1272. ſecundum Ciaconium; ſed Villanus *par. 2. fol. 124. lib. 7. Flor. Hiſtor. c. 43.* ſcribit, die 22. Iunij, An. 1273. Gregorium X. Papam ad Lugdunenſe Concilium properantem, Florentię receptum fuiſſe ab Octauiano Vbaldino Cardinale, in Mugello Florentinę ditionis, regione amenitſſima, quæ eius, qui, Vbaldinæ familię Gibellinorum Principis, dominium agnoſcebat, ibidemque per totam fermè æſtatem, loci amęnitate, & Vbaldinę gentis humanitate illectum manſiſſe. Propterea in aliud tempus, Vbaldini mortem referre, opus eſt. Dantes Aligherius *Cantu X.* fingit eius animam in Inferno cum Friderico II. Imperatore, ob amorem immoderatum Gibellinorum, in quorum gratiam parui fecit auctoritatem Pontificiam. Arbiter Curiæ Romanæ Archiepiſcopatum Mediolanenſem, Viſcontibus contulit, ex quo tandem vrbis Mediolanenſis facti ſunt Domini. Tanta eius apud Gentes exiſtimatio, vt cum mentio recurreret Cardinalis, *Vbaldinus* intelligeretur. In Inferno fingitur à Danthe Poeta; quia à Gibellinis deſtitutus, quorum gratia Eccleſiam penè deſeruerat, iratus prorupiſſe fertur. *Si Anima datur: eam pro Gibellinis prodidi, perdidi*, Ex quibus Epicureus fuiſſe accuſatur à *Criſtofor. Landino in Commentar. Dantis.*

De eo lege Paulum Iouium *in vitis vir. Illuſt. Sigonium Ciaconium, Andream Victorellum.*

17. *Ecce duo gladij hic.* Lucę 22.



PEtrus Capoccius natu Romanus, de regione Montium, moribus ac ſcientia inſignis non tam ciuili, quàm militari, cui à puero nomen dederat, in puluere Martis. Grandior factus, & maior relictis caſtris tranſijt ad choros, ad Innoc. IV. ſe conferens Lugduni ſtantem, à quo Archipresbyter dictus Baſilicæ
A Liberianæ. In itinere, Florentia tranſiens, in magnifici templi B. Mariæ V. Annuntiatę fundamentis primum lapidem ſacro ritu benedictum poſuit. In promotione poſtea Cardinalium, quam Innocentius Lugduni, in Generali Concilio celebrauit, Diaconus Cardinalis creatus *S. Georgij in Velabro*, & abeodem in Germaniam Legatus ad Principes Imperij, vt mortuo Henrico Lantgrauio Turingię, ad nouam Cęſaris electionem excitaret contra Fridericum II. excommunicatum ſuaſit, vt Guillelmus eligeretur Comes Hollandiæ, in Regem Romanorum, eique datis Innocentij litteris, in quibus Legatus *vir ſcientia præditus, honeſtate decorus, conſilijs circumſpectus* à
B Pontifice repreſentatur, inſtetit, vt coronam ſuſciperet Imperij. Ex hac legatione rediens, Siculam ſubijt, in qua non tantum veſte Sacerdotali, & Crucis vexillo redimitus ſed enſe ſubcinctus, & thoracè armatus, milites prouocauit in aciem, & primus exiuit in campum; cuius exemplo animati milites fælici Marte, Fridericum, eiuſq; exercitum palam, more Romano, non per inſidias, in fugam & in perniciem verterunt.

Religione & pietate non minus armatus, quàm ferro plura excitauit ædificia ad Sãctorum cultum, & pauperum alimoniam: ędes precipuè *S. Mariæ in Via*, vt ex ſequenti inſcriptione marmorea in eadem
C eccleſia inciſa.

Anno à partu Virginis 1256. Alex. IV. P. M. ſedente, In hac ęde, quæ erat olim domus Petri Capocij Cardinalis, miraculum vniuerſo Orbi, Romęq; præcipuè notum accidit. Nocte enim aqua putei in ſtabulo ſitus domus adeò ſe extulit, exundauitque, vt equi in eo manentes penè mergerentur. Nouitate rei exterriti domeſtici famuli, & cauſa diligenter inueſtigata, aquam ex ore putei redundare, in eoque lapidem ſcilicem, in quo B. Mariæ *Virginis imago depicta erat, ſupernatare conſpexerunt: cumque illum extrahere non valerent, omnia Petro Cardinali retulerunt, qui ſtatim huc ſe contulit, Deoque confiſus ſumma humilitate lapidem extraxit, cunctaq; Pontifici enarrauit, qui re benè*
D *diſcuſſa, & veritate comperta, ſtabulum in eccleſia mutare decreuit. Itaq; Populo Romano ſupplicationibus indictis, in quibus venerabiſle lapis ipſo Pontifice comitante efferebatur in hoc ipſo loco, prope hunc puteum repoſuit, & eccleſiam extruxit nuncupatam S. Mariæ in Via. In hoc autem puteo multorum Reliquias Sanctorum, & præſertim de petra putei Patriarchæ Iacob, in qua D. N. Ieſus Chriſtus ſedit, mirabile illud colloquium cum B. Photina Sammaritana habuit, reponi mandauit. Cum autem in po[illegible] aqua, interceſſione SS. Virginis, gratia ſanitatis in ægrotos,*

tos, in dies magis, magiſq; per tota ſæcula continuaretur; Vincentius Capoccius, & Mutij filius, Gētiliſq eiuſdem Petri Capocij Cardinalis animaduertens, tam excelſi miraculi, præter pates memoriam, nullum extare monumentum, ad temporis iniuriam vindicandam hoc in marmore incidi curauit. Anno Sal. 1621.

Ab humanis recedens, maxima in Deum pietate reſulgens, ex bonis paternis eccleſiam, cænobium, Xenodochium ſub inuocatione S. Antonij Abbatis conſtrui, dotari, ibiq; ægrotos curari, & ali mandauit. Pecuniam etiam erogauit ad Sacrum perennę Miſsę Sacrificium, prout lapidea indicant monumenta, quorum in eo, quod eſt in ſupercilio ianuę A maioris, eccleſiæ S. Antonij, in platea S. Mariæ Maioris, legitur.

D. O. M.

D. Petrus Cardinalis Capoccius mandauit conſtrui Hoſpitale in loco iſto. Et DD. Otho Epiſcopus Tuſculanus, & Io. Caietanus Cardinales exequutores fieri fecerunt pro anima D. Petri Capocij.

In Diaconia S. Georgij in Velabro iuxta aram Maximam, a ſiniſtris, in pariete.

D. Petrus Capoccius legauit huic eccleſię terras ſuas prope turrim dictæ eccleſiæ, quæ dicitur ad Valeranum: ita B *quod dicta Terra aliquo titulo alienari non poſſint, & tenentur Clerici huius eccleſię annuatim Cardinalis Anniuerſarium celebrare, & Capitulum huius Eccleſiæ ſolemniter iurauit, ſupradicta omnia inuiolabiliter obſeruare, & ratuit de cætero nullum recipere, niſi prius iurauerit ſeruare omnia ſupradicta. Anniuerſarium verò prædictum fieri debet XIII. Cal. Iunij Quicumq; legerit, oret pro eo. Actum eſt hoc A. D. M. CC. LIX. Pontific. D. Alex. IV. Anno V.*

Inſcriptionem ne tempus abſumeret, Vincentius Capoccius humi locatam in fornicem tranſtulit aræ maximæ Anno 1621.

In Clauſtro S. Praxedis. C

In nomine Domini Amen. D. Petrus Capoccius S. Georgij ad velum aureum D. C. legauit huic Eccleſiæ centum libras pro Turri Caſtillionis, & quinquaginta libras prouentus ad emēdas poſſeſſiones, ita quòd dictę poſſeſſiones aliquo titulo alienari non poſſint. Et tenentur Abbas & Conuentus dicti Cardinalis Anniuerſarium inuiolabiliter celebrare; & promiſerunt, quòd omnes ſucceſſores ſui Abbates, & Monachi hæc ſupradicta in perpetuum obſeruabunt. Anniuerſarium verò prædictum fieri debet XIII. Cal. Iunij. Quicumque elegerit, oret pro eo, Actum eſt hoc Anno D. M. CC LIX. Alex. IV. An. V.

In titulo Equitij à parte ſiniſtra fornicis, Aræ D Maximæ in pariete.

In nomine Domini Amen. D. Petrus Capoccius bonmem. Card. S. Georgij ad Velum aurei, legauit huic Eccleſiæ SS. Silueſtri & Martini, centum libras prouiſinorum, pro quinque emendis poſſeſſionibus, ex quibus emptę fuerunt ſex petię Vinearum quę poſitæ ſunt prope portam Maiorem, & mandauit in ſuo Teſtamento, quòd terra emptæ alienari non poſſint; & tenentur Clerici huius Eccleſiæ dicti Cardin. anniuerſarium celebrare; & iurarunt omnia ſupradicta obſeruare; Anniuerſarium verò prędictum fieri debet, 13. Cal. Iunij, Actum eſt hoc Anno D. 1259. Alex. IV, Anno V.

Migrauit Petrus ex hoc ſæculo, die Martis XIII. Cal. Iunij. 1259. Romæ ſub Alexandro IV. eiuſq; cadauer ſepultum in Baſilica S. Mariæ Maioris, cuius erat Archipresbyter, tumulo marmoreo, cum ſequenti epitaphio (ex *Nomenclator p.* 5.) in ſacello D. Barbarę per eum extructo.

Cardine prælatum genitum de ſtipite claro,
Quem rea mors rapuit infima buſta tenent,
A *Cultor Iuſtitiæ, rigidus ſeruator honeſti,*
Quæq; dari voluit, pauca retenta tulit
Gente Capoccinus Petrus *datus eſt ſibi duplex*
Enſis ab Eccleſia, quod tueatur eam,
Prætulit arma togæ, Federicum ſciſmate plenum
Belli iure fugat, vndique clarus ouat.
Donat opes largas, largo de pectore fuſas
Gratis in hac ęde Virgo Maria tibi,
Aurum veſtit opus, ſculpit manus arte magiſtra
Mira columna leuat, iſte miniſtrat opes.
Condit opus ſacra, condas animam precor huius,
Ædibus Ætherei intemerata parens.

Sacellum D. Barbatæ cum à poſteris Capoccijs, B Sixto V. conceſſum poſtea fuerit, ad aliud ſacellum eiuſdem familiæ, dicatum S. Laurentio M. Anno 1585. cadauer Petri Capoccij tranſlatum fuit, vbi quieuit vſque ad Annum 1608. quo Paulus V. Sixti V. munificentiam æmulatus, terreſtre ibi Cælum Deiparę excitauit: & inde dicti Cardinalis Capoccij oſſa extracta, in media Naui, prope Reliquiarum tabernaculum condita requieſcunt.

De eo lege Vghellum *in Italia ſacra*. Florauan. Martinel. Sigonium *de Ep. Bonon.* Rubeum *Hiſtor. Rauen.* Hot. Auicen. in Anaal. Hippol. Marac. *in purpur. Marian* Lauren. Schrader. *in Monum. Ital.*

18. *Principatus ſuper humerum eius. 9.* Iſaię. 6.

C 18 IOannes Caietanus Vrſinus Diaconus Card. *S. Nicolai in carcere Tulliano* Papa futurus *Nicolaus III.* Subſcribit cum Innocentio IV. ad Plebanum S. Petri in Campo Anno 1152. ex Vghello *to.* 9. *p.* 1000. Nuncium ſuæ electionis in Pontificem lacrymis excepit onus quàm graue perpendens Pontificatus, vt in *eius vita*.

19. *Erat Ioannes veſtitus pilis cameli & Zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas & mel Silueſtre ederat*, Mar. 1.



GVillelmus Fliſcus, ex Comitibus Lauanię, Genuæ natus, Alberti, Nicolai, & Theodoſij Fliſcorum frater, Innocentij IV. nepos ex fratre, pietate clarus Monaſterium condidit Monialium Ordinis Minorum; Lauaniæ. Protector, Corrector, Reformator Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, (quem Ordinem Innocentius IV. aliquot alijs Eremitarum Congregationibus amplificare decreuerat)

uerat (à patruo Romano Pontifice in Lugdunenſi Concilio, Anno 1244. Diaconus Card. *S. Euſtachy* creatus ad tutelam ſui regiminis, contra Fridericum II. Imper. quo extincto, Romam redijt cum patruo, ibique moritur Anno 1256. ſedente Alex. IV. ſepultus apud S. Laurentium extra Muros ſub marmore, & inſcriptione ſequenti; teſte *Nomenclatore pag. 6.*

Hic requieſcit corpus D. Guillelmi S. Euſtachy Diaconi Card. nepotis quondam fal. recordationis D. Innocenty Papæ IV. ex progenie Comitum Lauaniæ orti, cuius anima requieſcat in pace,

Siſte gradum, clama, qui perlegis hoc Epigrama;
Guillelmum plora, quem ſubtraxit breuis hora
Nobis per funus, de Cardinibus fuit vnus,
Prudens, veridicus, conſtans, & fidus Amicus.
Verè Catholicus, iuſtus, pius, atq; pudicus.
Candidior Cigno, patruus Quartus fuit Innocentius, illius mores imitans nec alius
Romæ, Neapoli, quos improba mors piariſcat
Regia ſancta Poli iungit, eoſq; beat.
Lauania ac progenie Comitum fuit iſte
Rex veni, des in requiem ſedem ſibi Chriſte
Anni ſunt nati Domini ſuper aſtra regentis,
Quinquaginta dati & ſex cum Mille Ducentis.

Eius Memoria in literis Innocentij IV. ad Plebanum S. Petri in Campo Anno 1252. to. 9. Vghelli. Inſignia verò eadem, quę Innocentij IV.

20. *Memoria veſtra camparabitur cineri.* Iob. 10.



BErnardus Caracciolus Neapolitanus Diaconus Card. S. . . . promotus ab Innocentio IV. Anno Sal. 1244. obijtq. Romæ ſub eodem Innocentio, lapideo conditus ſepulchro, cum ſequēti epitaphio, ex *Nomēclatore.*

Memoria Bernardi Caraccioli Neap. S. R. E. Cardinalis.

21. *Multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum:* 4. Tobię. 23.

21 OThobonus Fliſcus ex Comitibus Lauaniæ, Genuenſis, filius Theodoſij fratris Innocentij IV. ex Archidiacono Cantuarienſi in Anglia, vel Rhegienſi, & Parmenſi (dicunt alij) Diaconus Card. *S. Hadriani* creatus à Papa Innocentio IV. D Anno 1251. Papa futurus *Hadrianus V.* Hunc Placentina Cannonicum ſuum fuiſſe gloriatur eccleſia, ex Præbenda, quam à nomine, quod in Pontificatu accepit, Hadrianam appellant. *Antonius Maria Campi.* Eius memoria in literis Innocentij IV. ad Plebanum S. Petri in campo. An. 1252. ex Vghello. *to. 9. p.* 1000. Inſignia habes in Innoc. IV. Quòd Deum magis timeret quàm Cęſarem: lege in eius vita.

22. *Vt audiuit Alexander Rex, addidit glorificare Ionatham. Et miſit ei fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt dari cognatis Regum.* 1. Macchab. 10.



OTho Grillus affinis Innocentij IV. Rom. Pontif. (cuius mater ex nobili, & peruetuſta *Grillorum* familia orta eſſet, filia Amici Grilli, Genuenſium Conſulis, & claſſis præfecti præclariſſimi) Diaconus Cardinalis S. . . . . ab eodem A Innocentio dictus, Anno 1251. qui ſupramodum familiam extulit, & Conſanguineos prædilexit; Legatus cum alijs Cardinalibus in Germaniam, ad componenda diſſidia exorta in electione Imperatoris, vbi diuiſis ſententijs duo fuerant vocati, Richardus frater Regis Angliæ; & Alphonſus Rex Caſtellę; in ea legatione obijſſe Othonem tradunt. Huius galerus Cardinalitius olim conſpiciebatur marmore ſculptus Lauaniæ, in eius ędibus, prope eccleſiam Saluatoris. *Paul. Panſa in vita Innoc. IV.*

23. *Surrexit Iacob à puteo iuramenti: tulerunt eum filij* B *cum paruulis & uxoribus ſuis in plauſtris: venitq; in Ægyptum cum omni ſemine ſuo; fily eius & nepotes; filiæ & cuncta progenies.* Geneſ. 46.



GOffridus aliàs Gotifredus Piſis natus, Conradi Caietani Equitis Imperialis filius, conſanguineus Innocentij IV. R. P. Canonicus primò Panormitanus; teſte Jo: Spatafora in Compendio hiſtor. Siciliæ, An. 1248. poſtea S. R. E. Subdiaconus, & Scriptor, tandem Diaconus Car. C *SS. Sergy & Bacchi* creatus Anno Sal. 1251. teſte *Friderico de Fridericis ex monumentis Archiui Ianuenſis.* Lege de eo Conſtantinum Caietanum *in notis ad vitam Gelaſy II.* Ioannem Rubeum ad vitam Bonifacij VIIJ.

24 IAcobns Sabellus *D. C. S. Mariæ in Coſmedin* teſte Panuinio creatus ab Jnnoc. JV. adfuit creationi Alexandri IV. teſte *Panuinio.*

25. *Domine in nomine tuo prophetauimus: in nomine tuo Dęmonia eiecimus, in nomine tuo multas virtutes fecimus.* Matt. 7.



ODo Rigault vita, & proſapia nobilis, natione Gallus, profeſſione Minorita S. Franciſci (teſte *Frizonio*) Verbi Diuini præco celebris, teſte S. Antonino, ita vt domus eius perpetua fuerit magiſtra diſciplinę; dicitur conuertiſſe, & abſoluiſſe mulierem Aurelijs, quę

Annos ſeptem incubo vſa fuerat Diabolo. Redeunte verò Dæmone, & tot Annorum ſpretam accuſante amicitiam, ob fabulas fraterculi cucullati, qui Lutetiam à ſuperioribus reuocatus breui ceſſurus erat inſidijs: ad Odonem regreſſa mulier pauida verſutiā aperuit inimici, Cui Odo: *Ne timeas, non ego, ſed Dominus à ſcelere te liberauit comiſſo... Ille patronus, ille tutor, qui ſemper præſens.* Apparenti propterea Dæmoni, cum improperaret mulier: *Deus, qui me liberauit, non Odo, artem tuam Spiritus peſtilens, confundat;* confuſus protinus abijt, nec amplius ei moleſtus acceſſit. Fama itaque Sanctitatis Innocentio IV. cognitus, ab eodem inter Archiepiſcopos Ro- A
thomagenſes recenſetur, a b Innocentio IV. Lugduni conſecratos menſe Maio, 1244. ex Lectore ſacri Palatij Apoſtolici. Permutauit cum Rege S.Ludouico Leudioum & Viccardum Rothomagenſe, & Molendum de Deuille, adiectis quatuor millibus Librarum. Rex verò dedit Gallioucm oppidum, & terram de Noels, dominium de Douuran, & Humeſnil cum iuribus, honoribus, & gladio meri, & mixti Imperij. Cardinalis dicitur ab Innocentio IV. Anno 1248. non à Bonifacio (proteſtatur Frizonius) quia Bonifacius VIII. nullum creauit Cardinalem Gallum; & quia Rigaldus diem obijt extremum ante electionem Bonifacij VIIJ. quæ contigit Anno B
1292.

Adfuit electioni Vrbani IV. Anno 1261. quo tempore octo ſoli Cardinales viuebant, qui ius haberent ſuffragij, Ex Calendario Dionyſiano obijt Anno 1276. die 5. Maij ſepultus in ſua Cathedrali Rothomagenſi, in ſacello B. Virginis, quem Poeta Seraphici Ordinis diſticho decorauit.

En tibi Cardineo inſignis Reginaldus honore
Franciſcanorum luxque, decuſque Patrum.

Scripſit *Sermones de Tempore*, ſeù *Regulam viuendi* apud Petrum Rodulphum. *In quatuor libros ſententiarum*: & alia Opuſcula, teſte *Nomenclatore* M. S. in Chartulario Rothomag. eccleſiæ: *De modo viſitandi Paracias*.

De eo lege Claud. Rober. in *Gallia Chriſtian.* S. Antoninum. Frizonium *in Gallia Purpur.* Gaſpar Iongel. *in elog. Card. Minor.* Lucam Vuadingum: Nomenclat. Card.

26. *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt.*
Matth. 4.



ALbus natu Italus, patria Viterbienſis vitam cum duxiſſet Eremiticam in montibus Apenninis, monaſterium extruxit in honorem S. Martini, ſtudio, & impenſis Raynerij Capocij S. R. E. Cardinalis, & Ordini conceſſit Ciſtercienſi, habitumq: ipſe induit Ciſtercienſem; tandem plurimis de Eccleſia laboribus meritus, ab Innocentio IV. inter Cardinales aſſumitur, Sal. An. 1244. ſi vera profert Gaſpar Iongel. in *purpura D. Bernardi*. Suę promotioni non diù ſuperuixit, Viterbij ſepultus in eccleſia S. Mariæ ad Gradus, prope amicum Raynerium Capoccium Cardinalem.

Vice Cancellarij ſub Innoc. IV.

Fr. Iacobus Boncambius Bononien. Ord. Pred. Anno 1. Pontif. poſtea Epiſcopus Bononien.

M. Marinus Gallus Cantor & Theſaurarius Sareſberienſis, Scholarum Magiſter, ab Anno II. ad C Octauum Pontif.

M. Guillelmus de Gathadego Parmenſis, Scholarum Magiſter ab initio Anni noni, ad finem Pontificatus.

ALEXANDER IV. P. R. CLXXXI.

ALexander IV. Electus 12. Kal. Ianuarij, 1254. ad diem obitus 8. Kal. Ian. 1261. nullum creauit Cardinalem. Eligitur ab.

Ep. Cardinalibus ſecundum *Ciaconium*, & *Panuinium*.

1. Raynaldo Epiſcop: Card. Oſtienſi; ex Gregorio IX.
2. Iacobo Ereberto Ep. C. Portuenſi, ex Innoc. IV. *Hic ſilet Panuin.* D
3. Othone de Caſtro Rodulphi Ep. C. Tuſculano; ex Innoc. IV.
4. Stephano Vngaro Ep. C. Prænestino: ex Innocentio IV.
5. Io: Ep. C. Sabino; ex Innoc. IV.

Presb. Card.

Ex Innocentio IV.

6. Io: Franciogia P. C. S. Laur. in Lucina.
7. Fr. Hugone de S. Caro Presb. Card. tit. S. Sabinæ.

Dia-

Diaconis Cardinalibus.

Ex Innoc. IV.

8. Ricardo de Molaria D.C.S. Angeli in foro Piſcium : ex Greg, IX.
9. Octaujano Vbaldino Diac.C. S. Mariæ in Via lata.
10. Petro Capoccio Diac, Card. S. Georgij in Velabro.
11. Iacobo Caietano D. C. S. Nicolai in carcere. Hunc Panuinius *Ioannem* appellar.
12. Guillelmo de Fliſco Diac. Card. S. Euſtachij.
13. Othone Bono de Fliſco D. C. S, Hadriani in tribus Foris. Iacobo Sabello D. C, S. Mariæ in Coſmedin. Adiungit *Panuinius*.

Cardinales creati.

1. *Homo erat qui plantauit vineam, locauit eam agricolis. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet; miſit ſeruos ad agricolas, vt acciperet fructus: Agricolæ vero apprehenſis ſeruis alium ceciderunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt.* Matth. 21.



B. Theſaurus Beccaria, Papiæ ortus ex nobili gente: Monachus primùm deinde Abbas, & Generalis totius Ordinis Vallisumbroſæ, poſtremo ob inſignes animi dotes ab Alexandro IV. Cardinalis dictus S..... teſte Ciaconio (quamuis apud Volaterranum, & Io: Villanum de eius Cardinalatu nulla mentio) & ab eodem ad Florentinos legatus, vt Gibellinorum, & Guelforum inter ſe concertantium partes componeret; Guelfi falſa ducti ſuſpicione, quòd vir optimus, & ſanctus, cui præ oculis ſola erat Dei gloria, & factioſorum concordia; in partes deſcenderet cæco multitudinis furore ducti in foro S. Appollinaris, caput illi obtruncarunt: per ſcelus id à populo, clamoribus vociferante, factum, ait *Io: Villanus lib. 6. c. 67.* ob idque in Florentinos ſontes, à ſummo Pontifice anathema latum, & populum ſcelere contaminatum, diuinam vltionem paulò poſt experientia cognouiſſe. Eius corpus ad Monachos Vallis Vmbroſæ piè colitur; imò Martyr appellatur in *parte 1. Itinerary Italici*: & prius à Volaterano *lib. 21. Anthrop.* Florentiæ in æde S. S. Trinitatis, vetuſta eius imago coloribus expreſſa palmam manu geſtat, ſub epigraphe. *S. Theſaurus Cardinalis, & Martyr*, teſte *Ciaconio*. Quamuis in virum Sanctiſſimum ludens poeta Dantes *Cantu 32. Inferni*, eius animam collocauerit in Inferno,

Se foſſi dimandato, altri chi v'era,
Tu hai al lato quel di Beccheria
Di cui torò Firenze la gorgiera.

De eius martyrij palma conueniunt Arnol. Vvion *Ligno Vitæ*. Martyrol. Bened. Vita exceſſit Anno Sal. 1258. vel 1260. die 12. Septemb. Parmam gentilitiam pingo ex M. S. Cornelio.

Vice Cancellarij ſub Alex. IV.

M. Guillelmus de Cathadego Parmenſis, Scholarum Magiſter Annis I. & II. Pontif.

M. Iordanus Terracinenſis S. R. E. Notarius, & Subdiaconus pro Vicecancellario, in fine Anni ſecundi, & iterum in fine Anni tertij; & ab initio quarti ad finem Pontificatus.

M. Rollandus S. R. E. Vicecancellarius, in fine Anni II, & parte tertij.

VRBANVS IV. P. R. CLXXXII.

VRbanus IV. Electus 4. Kal. Septemb. 1261. vſque ad VI. Non. Octob. 1264. creauit plures Cardinales. Eius adfuere creationi.

Epiſcopi Cardinal. ſecundum *Ciaconium*, & *Panuinium*.

1. Otho de Caſtro Rodulphi Ep. C. Tuſculanus: ex Innoc. IV.
2. Stephanus Vngarus Ep. C. Prænestinus: ex Innoc. IV.

Presbyteri Cardinales.

3. Io. Franciogia P. C. S. Laurentij in Lucina: ex Innoc. IV.
4. Fr. Hugo de S. Caro P. C. tit. S. Sabinæ: ex Innoc. IV.

Diaconi Cardinales.

Ex Innoc. IV.

5. Richardus Hannibaldenſis D. C. S. Angeli in Foro Piſcium ex Greg. IX.
6. Octauianus Vbaldinus D. C. S. Mariæ in Via lata.
7. Iacobus Caietanus D. C. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
8. Othobonus de Fliſco D.C.S. Hadriani in tribus Foris.
9. Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

Epiſcopi Cardinales ab eo creati.

1. *Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur ingredietur, egredietur: & paſcua inueniet.* Io: 10.



HEnticus de Seguſio, Subalpinorum pago, diæceſis Taurinenſis, humili loco natus (Ripa eſt Seguſium in Pedemonte, ſuperatis Alpibus, Italiæ clauſtra obijciens, teſte Nazatio *in paneg. Plinij.*) in Gallijs eruditus & Italia, Ioannem audiuit Albiganenſem, tantumque profecit, vt fons Iuris fuerit appellatus. Auditorem habuit *Guillelmum Durandum* Ep. Mimatenſem vulgò *Speculatorem*, ob ſubtiles in ſcientijs theorias. Legatum ſequutus Apoſtolicum ad Regem Anglorum plurimum valuit, pluribuſque cumulatus beneficijs à Rege, Romam redijt, Regis mandato, vt Vinceſtriç Prçſuli, Epiſcopatus abrogationem procuraret; teſte *Matthæo Parit hiſtor. Angl.* Ebredunenſis Archiepiſcopus electus vitæ inculpatæ frequentes habuit conciones ad populum. Non ſolum enim Iuris petitiſſimus erat; ſed ſupra Iure conſultum Theologus, ſupra Theologum Orator. Ornatus purpura ab Vrbano IV. Anno 1261. Menſe Decemb. Pontif. 1. Viterbij, Ep. Card. *Oſtienſis*, in prima Cardinalium creatione, teſte Ciaconio; vel in ſecunda, ex Theodorico Valliſcolore, eius contemporaneo, quam eodem Anno contigiſſe refert in vita Vrbani IV. metro deſcripta;

Continuit fratres hos prima creatio ſeptem
Altera tot, quorum nomina cerne loco.
Ebredunenſis tunc Archiepiſcopus hic ſit
Præſul, & Henricus nomine hic dictus erat.

De hoc Henrico, & Guidone Groſſo Ep. C. Sabino, Papa futuro Clemente IV. Vrbanus ad S. Ludoulcum Gallorum Regem, epiſtolam ſcripſit XIJ. Cal. Nouemb. Vrbeueteri.

Ad Gallos Ciſalpinos Legatus Apoſtolicus, Populorum animos excitauit ad conferenda Eccleſiæ Romanç ſubſidia. Plura ſcripſit, præcipuè in explicationç Decretalium, librum, qui Apparatus vocatur. Et ſummam celebrem, quç *Summa Oſtienſis* nuncupatur. De eo Io: Ficardus De viris Iure conſultorũ *Hẽricus de Seguſia Card. Hoſtiẽſis ob eximiã eruditionem ſuam, primùm Innoc. IV. P. inde Alex. IV. eius ſucceſſori valde gratus, Iuris Ciuilis & Pontificij ſummam vno volumine complexus eſt, ordine conuenientiſſimo, & tractatione elegantiſſima. Illud poſt longum vtriuſque iuris ſtudium atq: exercitium inceptum, poſtea incendio amiſ-* A *ſum tandem Cardinalis, inter alia ſua negotia denuò reparauit, & exactiùs quàm antea abſoluit, vt ipſe refert in fine eius operis. Edidit prætereà Lecturas in libros Decretales* (in tractat. De ſucceſſ. ab Inteſt.) *Dicit Matheſilanus per magnam eſſe huius Hoſtienſis inter Iure conſultos auctoritatem.* *Tiraquellus* tractat. de pæn. cauſ. 51. n. 109. *virum prędicat Diuini, humaniq: iuris peritiſſimum.* Et Marcus Mantua *De viris Illuſtribus.* Henricus Hebredunenſis *quondam Eccleſiæ Archipręſul & Hoſtia Cardinalis, per antonomaſiam Hoſtienſis dictus: fortè quia per eum tanquàm per oſtium patuit aditus omnibus ad Iuris prudentiam. Hunc magnum Canoniſtam dicit Geminianus Conſ. 113. & Abbas c. ex conqueſtione. De Reſtitut. Spoliat. quòd ſolet vt plurimum reprobare opinio-* B *nes rigoroſas Innocentij, eoq: magis laudandus eſt, cum à Villa Secuſia originem duxerit, vt ipſe teſtatur c. nonnul. De reſcript. & nihilominus euectus ſit ad Cardinalatus faſtigium. Barb. quoq: ait in Rep. c. Raynaldus De Teſt. quòd iſte, & Innoc. fuerunt duo luminaria Cæli; & quòd ipſe rurſum Io: Andreas & Bernardus ſuis acutiſſimis ingenijs illuſtrarunt ſacros Canones.* Viuere deſijt, teſte Frizonio, & Ciaconio Anno 1281. verius 1271. 8. Id. Nouemb, quia ſucceſſorem habuit Petrum de Tarantaſia in Oſtienſi Epiſcopatu, qui Concilio adſuit Lugdunenſi An. 1274. Lugduni ſepelitur in Eccleſią Prædicatorum, poſtquàm ſede vacante ob obitum Clementis IV. graui petitus morbo vitam pene reli- C quit, Viterbienſes enim cum Çardinalium Collegiũ ædibus incluſiſſent, ad nouum pro ſuo arbitrio Pontificem eligendum compellere volentes, detecto ędificio; dirutiſq: cubiculis, ſubdio degere coegerunt. Quare Henricus difficili morbo contracto, cum exitum impetrare non poſſet, de ſalute ſollicitus, iuribus eligendi Papam renuntiauit, dimiſſuſq: conualuit.

De eo lege eumdem Hoſtienſem *c. nonnulli de Reſcrip.* Io: Andream *Addition. ad Speculatorem De Offic. Iud.* Aluaro *proh. Feud.* Platina *in Alex. IV.* Raphael. Volater *lib. 21. Anthoprol.* Panormitanum *De priuileg. c. antiqua.* Guido *De Claris legum Interpret.*

D

2. *Qui non odit patrem ſuum, & matrem & vxorem & filios; adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* 14. Lucæ.

2. VIdo Groſſus natione Prouincialis, è villa S. Ægidij, Epiſcopus Card. *Sabinus* promotus ab Vrbano IV. Anno 1261. Papa futurus nomine *Clementis* IV. ſolum dilexit Eccleſiam; ſanguinis & familiæ amore ſepulto.

3. *Hæc*

3. *Hæc dicit Dominus: elige quòd volueris: aut tribus Annis famē: aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos: & gladium eorum nō poſſe euadere: aut tribus diebus gladiū Domini, & peſtilentiam verſari in terra.* 1. Paral. 21.



Rodulphus Gallus natu, familia de Cheurieres, filius Ioannis (teſte *Frizonio*) Captarij Equitis Aurati, & Mariæ Comitis Baugei, & Sebuſianorum Principis filiæ, in Diœceſi Matiſconenſi, natu minor, cuius fratres germani Guido de Cheurieres Auratus Eques, & primus Centumuiralis in eadem Iuriſdictione Matiſconenſi iudex; & Henricus, quos Blancha Regina D. Ludouici parens, Alphonſi Filij ſui Comitis Pictauienſis, & Raymundi Comitis Toloſę generi nomine, ampliſſimè Tectoſagorum Prouinciæ (quam Languedocham vocant) Præſidis iure, & imperio præfuit. Gens Capraria pro gentilitio ſtemmate geſtat in ſcuto argenteo, tres canterios coccineos. Natalium ſplendor ad Comites referendus Matiſconenſes. D. Ludouici Regis Cancellarius ex veteri Chronico Normanniæ, idem obſeruauit Henrico Magno, à ſecretis, in auguſtioribus negotijs Dominus de Lomenie, ex vetuſtis Galliæ inſtrumentis, quæ ipſe improbo labore, & diligentia ſingulari coaceruauit.

Ebroicenſis Antiſtes XXXII. Anno 1256. de quo Theodoricus Valliſcolor in vita Vrbani IV. contemporaneus Rodulphi.

..... Rodulphus hic Ebroicenſis
Præſul conſilijs, moribus aptus erat.

Franciſcanos admiſit in ſuam Diœceſim. Ex Epiſcopo Ebroicenſi, Epiſcopus dictus Card. *Albanus* Anno 1261. ab Vrbano IV. cum eo ſubſcripſit. Vrbano mortuo, promouit Clementem IV. quo ſedente, Anno 1265. Romę Carolum Regem Siciliæ, eiusq; vxorem Beatricem, in feſto Epiphaniæ, ſtipatus alijs quatuor Cardinalibus, in Baſilica Conſtantiniana Regio inſigniuit diademate, eumq; ad regnum recuperandum contra Manfredum comitatus, tanquàm Legatus Apoſtolicus in poſſeſſionem induxit. *Naucleras Anno* 1264. *Platina in Clem.* 4. Eius effigies Carolo Regi coronam imponentis expreſſa coloribus, in Romano Farneſiorum palatio adhuc conſpicitur cum ſubiecta epigraphe:

CHarle Roy de Naples, & de Sicile, couronè par Raoul. Card. De Cheurieres, Eueſque de Albane 1265. Sub eodem Pontifice, in Orientem legatus contra Infideles, cum Diuo Ludouico in Africam transfretauit, vt Tunetum caperet, qua vrbe potitus, faciliùs in Syriam arma conuerteret; ſed peſte ſęuiente in Tunetana obſidione, extinctum Regem, eo omnium Ordinum mœrore, ſepulchro extulit, ac ſi Orbem totum ſub marmore poſuiſſent. Iuſtis Regi ſolutis, non longè Rodulphus etiam, eodem morbo implicitus. 4. Idus Aug. 1270. mortalem vitam cū immortali commutauit. Marinus Sanutus *lib.* 3. *p.* 12. *c.* 10. Claudius Clem. in *vita Clem. IV.*

Eius memoria in ędc D. Claræ, Aſſiſij, quam pręſente R. P. Clemente IV. conſecrauit die prima Septemb. 1266. *Marianus. Vuadingus to.* 3: *Annal.*

Iam dictis aduerſatur inſcriptio, quæ prope eccleſiam S. Laurentij, Villæ Corij, Vrbeuetanæ Diœceſis reperta, in qua, eccleſia illa condita dicitur à Guidone ex Comitibus de Monte Marte Presb. Card. tit. S. Laur. in Lucina, An. Sal. 1265. eodemque Anno die 9. Auguſti conſecrata à *Conrado Ep. C. Albanenſi.*

Iſta Eccleſ. S. Laurentij in Villa Cori eſt ædificata, ac dotata pietatis cauſa, à me Guido ex Comitibus de Monte Marte; Presb. Card. S. Laur. in Lucina. An. D. Incar. 1265. *Eodem Anno, die* 9. *Aug. conſecrata à R. Conrado de Monaldenſibus Ep. Card. Albanenſi.* Inſcriptionem hanc tanquam mendacem, & fictitiam, nuper compoſitam, in terra abſconditam, & nuper refoſſam irridet Vghellus *to* 1. *in Ep. Albanis, p.* 303. concinnatam ab Alphonſo Ciearello, vel aliquo eius farinæ impoſtore, qui Cardinales, illuſtreſq; Viros, Diplomata, Inſcriptiones, monumentaq; antiqua, per ſummum ludibrium, ad arbitrium confingunt. In re noſtra; Rodulphum Anno 1265. ipſa die Epiphania, in Baſilica Conſtantiniana, vt Legationis Principem & caput, Carolum Comitem Andegauenſem, eiuſq. vxorem Beatricem Regio vnxiſſe diademate, teſtatur Clemens IV. datis Peruſij literis, 4. Cal. Ian. 1. *ep.* 126. & 127; *Vaticani Regeſti.* Eundem Carolū in Regni poſſeſſionē inductū fuiſſe ab eodem Rodulpho Legato Apoſtolico, teſtes ſunt Nauclerus An. 1264. Platina in Clem. IV. Ædem conſecraſſe D. Claræ Aſſiſij, litteris Marianus prodidit. Trāſmarinę expeditionis Legatum vnà cum S. Ludouico Rege, in Africam tranfretaſſe, ibique peſte cecidiſſe teſtantur Vvadingus to. 3. Annalium. Claudius Clemens in *vita Clementis IV.* Quomodo ergo alius Epiſcopus aſſignatur Albanus Conradus nomine eodem tempore, quo viuit Rodulphus.

Plura ac magni pretij Rodulphus contulit in S. Petri Matiſconenſe cœnobium, ac in Patres Dominicanos, eiuſque Vrbis valetudinarium.

De eo lege Auberij, Frizonium, Vvadingum, Ciaconium, Vghelllum, Panuinium.

Presbyteri Cardinales.

4. *Vita carnium, ſanitas Cordis: putredo oſſium, inuidia.* 14. Prouer. 30.




SImon Paltinerius, ex Acedo, alias Mōte Silice oppido agri Patauini, fama doctrinę ac prudētiæ clarus gratiam meritus Vrbani IV. purpurā ſcādit Presb. *SS. Silueſtri, & Martini, tit. Equitij* promotione Cardinalium prima, Sal. Anno 1261. gradu virtutis, quæ nunquam ſine hoſtibus, & querelis. Hinc ab eodē Pontifice in iudicium vocatus, vt accuſationibus ſatisfaceret ad ſedē perlatis, iuſſuſq; inſignib. abſtinere Cardinalitijs, calumnias omnes abūdè diſlauit, nimboſque, quos æmuli æſtro inuidiæ cōcitauerant. Propterea nō ſolum purpuram obtinuit, ſed legationem in Vmbriam, Picænum, Hetruriam, totamque Galliam Ciſalpinam, ſtudio, & fide Cruceſi-

cognatos ad arma vocauit contra Manſredum Siciliæ inuaſorem, continuauitque etiam ſub Clemente Vrbani ſucceſſore, *Vrbani IV. menſe IV. ſui Pontificatus numerum Cardinalium ampliauit, præclaros viros vita, & ſcientia inſignitos ad tam S. Collegium promouendo. De quorum numero, Diuina prouidentia faciente, extitit vir benigniſſimus Simeon de Monte Silice Canonicus Paduanus, quem tam forma corporis, quàm nobilitate generis, & gratioſis moribus, & multiplici ſcientia, Diuina gratia decorauit*. Eiuſdem meminit Theodoricus Valliſcolor in vita Vrbani IV. carmine à ſe conſcripto,

Presbiteri bini Simon Paduanus, & alter A
Simon, cui patria Gallica terra fuit.

Vnde errauit Panuinius dicens Simonem P. C. *SS. Siluestri & Martini* Gallum fuiſſe. Viget namq. familia Paltaneria, quæ ante Cardinalis ortum, radices egerat in agro Patauino. Vrbano mortuo, comitijs non adfuit Clementis IV. legationibus irretitus. Promouit poſtea Gregorium X. Innocentium V. Hadrianum V. & Io: XXI. ſub quo obijt Anno Sal. 1277. Viterbij, vbi Legatus præſedebat Apoſtolicus, ibiq. cōdidit teſtamentum (licentiā iā indulgente Innocentio V.) in quo Philippum filium D. Jacobi de Troris Ferrarienſis, nepotem ex Aloyſia ſorore eiuſdem Cardinalis, hæredem instituit vniuerſorum, B quo decedēte ſine liberis legitimis poſt tertium gradum rectum, medium hæreditatis diſtribueretur pauperibus Chriſti, vel. Religioſis eligendis per Epiſcopum Patauinum & Comiſſarios teſtamentarios. Altera medietas daretur eccleſiæ Montis Silicis per quartam diſtributa Altaribus, & Cappellis quas ipſe erexerat. Plura alia deſignauit legata Eccleſiæ Patauinæ, ac pro Miſſarum celebratione; vt in exemplari eiuſdem Teſtamenti, quod adhuc ſeruant agnati ſuperuiuentes, apud quos Imago etiam eiuſdem Cardinalis mihi ſubminiſtrata a R. Fratre Vicentino Paltanerio Dominicano, viro moribus ac eruditione perclaro, quam habes in Tabula n.... C

5. *Et mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierum & diuitijs, & gloria*. 1. Paralip. 29.



ANcherus Pantaleo ex fratre nepos Vrbani IV. R. P. Campanus Gallus, ex Archidiacono Laudunenſi in Gallia, Cardinalis Presb. tit. *S. Praxedis* dictus à patruo, in prima Patrum promotione, Anno 1261. vt cecinit Valliſcol. in Vrbano IV.

Hicque Sacerdotis, Ancherus in vrbe Trecenſi,
Progenitus, Papæ ſanguine, corde nepos. D

Anno 1265. Roma Carolum Regem Neapolitanum, cum alijs quatuor Cardinalibus, Clementis IV. nomine, coronauit in Regem Siciliæ; propterea in Regno Neapolitano, Legatione cum functus eſſet, per aliquod temporis interuallum, in Curiam rediens, Romæ ad immenſas opes ab Vrbano prouectus & omnium Cardinalium præcipuus habitus, quòd tāquam nepos Pontificis dominaretur in Clero; ſacras ædes D. Vrbano Martiri, Trecis, à patruo excitatas auxit, & collegio duodecim Canonicorum ornauit, ornamentis pluribus oblatis aureis, atq; ſericeis, cum ſacris vaſibus aureis, & Codicibus pretioſis ad Pſalmodiam.

Romæ mortalibus exutus ſpolijs Anno 1286. prima Nouemb. in S. Praxede marmoreo tumulo conditus, cum hac inſcriptione, teſte *Nomenclatore*.

Qui legis Ancherum dure ſub marmore claudi,
Si neſcis, Aldi, quem verè perdis herum
Trecæ parit puerum, Laudunum dat ſibi clerum.
Cardine Praxedis titulatur, & iſtius ædis.
Defuit in Cælis, largus fuit, atq; fidelis:
A *Dæmonis à telis, ſeruet Deus hunc quoque Cælis,*
Anno Milleno centum bis & octuageno
Sexto deceſſit hic prima luce Nouembris.

Librum Carminum ad eum ſcripſit Theodorus Valliſcolor,

De eo lege Auberij; Frizonium: Andream Sauſſaij in *Martir. Gallico*. Cherubin. Gherar. *hiſtor. Bonon.*

6. *Ipſe dedit mihi ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem Orbis terrarum & virtutes elementorum; initium & cōſummationem & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes: Anni curſus, Stellarum diſpoſitiones*. Sap. 7.

GVillelmus de Brayo, natu Gallus, Diœceſis Senonenſis, & Archidiaconus Rhemenſis, B Theologiæ Magiſter, Presbyter Card. dictus tit. *S. Marci* in ſecunda Patrum promotione, An. 1263. vt cecinit Theodoricus Valliſcolor in Vrbano IV.

Guilelmus Rhemis tunc Archileuita, Decanus.
Lugduni factus tertius inter eos.

Comitijs adſuit Clementis IV. cum quo ſubſcripſit litteras pro Regni inueſtituris Anno Sal. 1265. promouit etiam Gregorium X. cum quo ſubſcripſit ad Guerricum Abbatem Præmonſtratenſem Anno 1272. Promouit iterum Innocentium V. Hadrianum V. Io: XXI. Nicolaum III. cum quo ſubſcripſit Anno 1282. pro Diuini cultus celebratione C in eccleſia Vaticana. Morti debita ſoluit teſte *Frizonio* Vrbe veteri, tertio Cal. Maij 1282. marmoreo donatus ſepulchro, & elogio apud Prædicatores.

Sit Chriſto gratus hic Guillelmus tumulatus
De Braio natus, Marci titulo decoratus.
Sit per te, Marce, Cæli Guillelmus in arce.
Quæſo non parcè Deus Omnipotens ſibi parce.
Francia plange virum, mors iſtius tibi mirum
Defectum pariet, quia vox ſimilis ſibi fiet.
Defleat hunc Matheſis, lex, & decreta, Poeſis
Nec non Syndereſis, heu mihi quàm Themeſis.
Bis ſex centenus binus, bis biſque vicenus
Annus erat Chriſti, quando mors affuit iſti.
D *Obijt tertio Cal. Maij.*

Ex hoc epitaphio, virtutes habes literariſſimi viri, & magni Cardinalis. Eius obitus memoriam celebrat annuatim eccleſia Rhemenſis, die XXIX. Aprilis.

7. *Reges eos in virga ferrea, & tanquàm vas figuli confringes eos* 2. Pſal. 9.

SImon de Bria Campanus, Senonenſis, ex Theſaurario eccleſiæ S. Martini Turonenſis. Presb. Card. *tit. S. Cæciliæ*, in ſecunda Patrum promotio-

notione dictus, Anno 1263. ab Vrbano IV. Papa futurus Martinus II.

Peleologum Imperatorem Eccleſiæ inſenſum excommunicauit; vt in eius *vita*.

8. *Quaſi oliua ſpecioſa in campis*. Eccli. 24.



GVido Ciſterciēſis Abbas Generalis Ordinis, moribus, & ſcientia notus, cum ob Religionis negotia in Curiam veniſſet Romanam, ab Vrbano IV. Anno 1263. Card. Presb. tit. *S. Laurentij in Lucina* dictus, & elogio ornatus *Angelicī viri, virtutum, ac ſcientię ſplendoribus illuſtrati, floris odoriferi, & Oliuę fructifera, è venuſtiſſimo horto Religionis, in Paradiſo vniuerſalis Eccleſia plantatę*; ep. ad Abbatem & Capitulum Generale Ciſtercij, quam M.S. habes *lib. 3. Formular. de vita, & honeſtate Clericor. M. Marini de Ebulo, Archiep. Capuani*, & S. R. E. Vice Cancellarij in Vaticana Biblioth. De eius patria, & purpura cecinit Valliſcolor. A

Burgundus patria fuit, & Ciſtercius Abbas,
Alter promotus, Guidoque nomen ei.

Vrbano mortuo, Clementem IV, promouit, à quo legatus ad Danos, Anno 1266, (Ennio teſte, *De Origine Danorum*) Regem Chriſtophorum excommunicauit, eiuſque coniugem tanquam perſecutores Iacobi Archiep. Lundenſis, quem ab Annis nouem carcere incluſerant, propter exactionem Decimarum. E Dania rediens Viennæ ſubſtitit, & 6. Idus Maij An, 1267. tanquàm Legatus Apoſtolicus Concilium celebrauit, legeſq; ſanxit, quas recitat Henricus Caniſius *to. 1. Antiquar. lect.* Krantz. *Rer. Vandal.* & habes *to. 1. Concil. p.* 858. Poloniam inde ingreſſus IV. Cal. Iulij, eodem Anno, Cracouiam venit, à Boleslao Pudico, & Paulo Ep. Cracouienſi proceſſionatim exceptus cum omni veneratione. Vvratislauiam deinde diuertens, Synodum collegit in die Purificationis, pro ſubſidio Terræ Sanctæ, Iubilæi gratiam & Crucem in Sarracenos prædicans, Matthias de Michoria *lib. 3. c. 17. Rer. Polon.* B

Eius mortem contigiſſe tradit Ciaconius Anno 1273. cum Ennius Rex Daniæ expreſsè referat in Annum 1272. Lugduni etiam mentiuntur peſte ſublatum; cum Anno 1274. ſub Gregorio X. Synodus fuerit celebrata; iam vita functo Guidone Cardinale. C

De eo lege Frizonium, Gaſpar Iongel. *in purpura D. Bernardi* Auberij, Ciaconium.

9. *Tu es Magiſter in Iſrael*. Io. 3.



FR. Hannibaldus Hannibaldenſis de Molaria, natu Romanus, teſte Theodorico Valliſcolore.

Hañibal hic quartus, genuit quē Roma

Ordinis Prædicatorum, Magiſter in Theologia, Lector Sacri Palatij, qui nunc *Magiſter* dicitur Munus ad purpuram ab Honorio III. inſtitutum, vt Gradus, eſſet & D. Dominico collatum, & ſucceſſiuè eius Ordinis alumnis; teſte *Auguſtino Patritio lib. 3. ſuc. Rituum S.R.E.* qui aliquid ex Theologiæ myſterijs publicè explicare tenebantur, quoties Conſiſtorium cogebatur. Mos, qui iuſtis de cauſis ſublatus; mandante Vrbano VIII. dum Papa cum Præſulibus & Cardinalibus aures concionatori præbet: Magiſter Sacri Palatij, in ſeiuncta aula, res diuinas Aulicos docet, ad virtutes excitat, & à vitijs auocat. Ad eumdem pertinet, libros probare vel improbare cudendos; cuſos corrigere, Conciones publicè recitandas luſtrare. Supremę S. Inquiſitionis, & Indicis Congregationibus intereſſe: ac Romanæ Sapientiæ gymnaſio pro creandis Theologiæ Magiſtris, quos creatos declarat, laureę diploma ſubſcribere, ſigillo firmare, tandem in ſacello Pontificio; poſt primum Rotæ Auditorem, ſedere.

Ex hoc munere Hānibaldus, in quo eximiè doctus & pius, ingenio ſubtilis, & ad cathedram natus, vocatus ad purpuram. Anno 1263. ab Vrbano IV. dictus eſt Presb. Card. *Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum*; locum dignum purpura, quem ipſe doctrinę lumine illuſtrauerat, poſteris clariſſimis calcandum reliquit; quales fuere Guillelmus Petri Theologus Pariſienſis; Io: Morlandinus Gallus, Guillelmus Sodre Lemouicenſis, Io: Caſa Noua Hiſpanus, Io: de Turrecremata per antonomaſiām dictus *Defenſor Fidei*, S. Vincentius Valentinus, Saluus Caſſeta, Syluester Prieras, alijque doctiſſimi viri.

Hannibaldum tanti fecit Thomas Aquinas Doctor Angelicus, vt ſuas in IV. Sententiarum libros, lucubrationes ei dicandas iudicauerit. Vir iſte tantæ eruditionis, vt cum Lutetiæ Theologiam profiteretur, *Commentaria* ediderit in IV. libros ſententiarum, in quibus D. Thomæ ſummam medullaſſe videtur.

Vrbano mortuo, comitijs adfuit creandi Clementis IV. à quo legatus cum tribus alijs Cardinalibus, Fidei ſacramentum à Carolo Siciliæ Rege, ante coronationem ſuſcepit. In tanto honoris faſtigio non elatus, humilitati, & pietati vacauit, in pauperes beneficus, in Fratres humilis, caſtitatem prædilexit etiam cum mortis diſcrimine. Morbo affectus mortifero, cum vitam maculato pudore ſeruare poſſet; mori maluit, quam fœdari. Eius memoria in litteris Clem. IV. quibus ſubſcripſit pro inueſtitura Regni Neapolitani. Vitam poſuit Sal. An. 1272. Vrbeueteri, ad Prædicatores ſepultus cum ſequenti epitaphio,

D

Vrbs genitrix, genus Hannibaldum ſors Presbyter; Ordo
Dominici; fons diuinus, Prelatio, Cardo,
Quem decorat titulo duodecim Apoſtolorum:

De eo Ciaconius; Michael Pius *de viris Illuſtribus Ord. Pręd.* Auberij *in vitis Card.* Seraphin: Razius *de viris Illuſtrib. Pręd.* Bzouius.

Dia-

Diaconi Cardinales.

10. *Vos autem Genus electum, Regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquiſitionis*: 1. Petri 2. n. 9.

10 IAcobus Sabellus Romanus, Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin* promotus Anno 1261. ab Vrbano IV. Papa futurus *Honorius IV.* Hunc Panuinius creatum dixit ab Innoc. IV. ſed reſtitit Theodoricus Valliſcolor contemporaneus,

Hi tres Leuitæ Gottfredus, Iacobuſque
Tertius Hubertus, clarus vterque fuit,
De eius Sancta progenie lege in eius *vita*.

11. ***Domine, dilexi decorem Domus tuæ***,
Pſal. 25.



GOtiſredus Aletrinus, Hernicus Diac. Card. dictus *S. Georgij in Velabro*, Anno 1261. in prima Patrum promotione, ab Vrbano IV. vir pius & Eccleſiarum reparator deuotus, plura impendit ad cultum Sanctorum, Eccleſiam præcipuè S. Stephani, Aletri, fundauit, B dotauit, Anno 1284. cuius eccleſiæ in ſuperliminari marmorea tabula viatori ſequentem exhibit memoriam.

Gottifredus Cardinalis huius Eccleſiæ Fundator, & Auctor ſpecialis.

Peſtilentia abſumitur Romæ, Anno Sal. 1287. ſede vacante per obitum Honorij IV.

12. *Dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis.*
Num. 35.



VBertus, natu Senenſis Tuſcus, ex Comitibus de Ileio, ſeu Elci Diaconus Cardinalis *S. Euſtachij*, Anno promotus 1261. ab Vrbano IV. qui (teſte Ciaconio, ex libris Cameræ Apoſtolicæ) oppidum Orbirellum emit nomine Eccleſiæ Romanæ, à Boemaria Tuſciæ Comitiſſa, cuius nepos erat ex fratre; Imò poſt factum venditionis inſtrumentum pretio minimè ſoluto, oppidum dono recepit, Theodoricus Valliſcolor Vbertũ Inſubrem dixit, non Tuſcum. C

Hi tres Leuitæ, Gottifredus, Iacobuſque
Tertius Vbertus, clarus vterque fuit.
Atretum primum genuit, Sabella ſecundum,
Alter Lombardus nomine, ſtirpe potens.

Vghellus Vmbertum hunc Alteramum dixit, patritium Aſtenſem ex Comitibus de Coconato, & Montiſalti de Arteſio Domini filium; ex Archidiacono Eccleſiæ Aſtenſis Diaconum Card. aſſumptum; vt ex tabulis publicis S. Secundi de Turre, Rubea, in quibus mentio recurrit Manuelis eius fratris. *An. 1273. 11. Iulij Ind. 1. die Dominica. D. Conradus Ep. Aſtenſis adiens locum vbi debebat conſtrui eccleſia fratrum Ord. Pœnitentiæ Ieſu Chriſti, qui deinde Ordo Seruorum B. Mariæ nomen aſciuit, in Burgo S. Marci, in præſentia fratrum, & D. Manuelis de Coconato Fr. Vberti Card.* &c. Panuinium, Ciaconium ſequuntur Malauolta *hiſtor. Senen.* Iſidor. Vburg. Azzol. in *Pompis Senen.* & Senenſem dicunt Vbertum. A

Comitijs adfuit Clementis IV. Gregeorii X. Innoc. V. ſub quo viuere deſiit inter mortales Anno 1276. eiuſque obitus in Necrologio Aſtenſi ita deſcribitur *III. Idus Iulij, obijt D. Hubertus S. Euſtachij Diac. Card. Archid. huius eccleſiæ, qui reliquit huic eccleſiæ libras 400. Aſtenſes pro vna Capellania, & Crucem auream, vbi eſt de vera Cruce, in qua Chriſtus pependit, cum pede argenteo. Veſtes de Sancto rubeo, ſcilicet Planetam, & Heamile, & Subeamile, & pluuiale, & tria pallia.*

13. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.*
Pſal. 67.

B



IOrdanus Piruntus de Comitibus, Tarracinenſis ex Subdiacono Apoſtolico, & Archidiacono Dorſotio in Eccleſia Saresberienſi, Vice Cancellarius S.R.E. poſtea Diaconus Card. *SS. Coſmæ, & Damiani* in ſecunda Patrum promotione creatus, Anno 1263. ab Vrbano IV. cuius Legatus in Campaniam, & Maritima, populos dulcedine pacis gubernauit, vt nunquam ſub eius regimine, quod ad Clementem IV. produxit, de capite ſit habita quæſtio. De eo Theodoricus Valliſcolor.

C

.....duoque
Leuitæ qui ſint, carmina noſtra docent:
Iordanum genuit Vibs Tarracina; Matthæum
Roma, tot Vrbanus fecit in Orbe Patres.

Comitijs adfuit Clemẽtis IV. cum quo ſubſcripſit pro inueſtitura regni Neapolitani, Anno 1265. Vitam poſuit Anno 1269. ſede vacante per obitum Clem. IV.

14. *Qui vicerit; faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.*
3. Apoc.

D



MAtthæus Rubeus natu Romanus, Vrſinus, Vrſi frater, & Ioannis Caietani filius, familiaris S. Thomæ Aquinatis, & Sacræ Theologiæ Magiſter, teſte *Sanſouino*, *Iſtoria della Caſa Orſina*: ſed per errorem: Sacræ namque Theologiæ Magiſter fuit Romanus, Matthæi frater,

ter, qui ſanctitatis merito inter Prædicatores, & laude doctrinæ, amicitiam familiarem meruit Thomæ Aquinatis. Matthæus inter Cardinales aſſumptus Diaconus *S. Mariæ in Porticu* ab Vrbano IV. promotione ſecunda, Anno 1262. (non à Nicolao III. An. 1277. vt deceptus retulit Sanſouinus) cum præfectura Patrimonij S. Petri, vt Petrum Vicum cum Germanico equitatu Manfredi inſignibus irruẽtem reprimeret. Comitijs adfuit Clementis IV. Gregorij X. Innocentij V. Hadriani V. Io: XXI. Nicolai III. patrui ſui, ſuoque præcipuè ſtudio, thronus Nicolao defertur; cum maximè decertarent Patres Galli, & Itali; vt quiſque indigenam ſuum promoueret, Inito itaque Nicolaus Pontificatu, nepotem illico Archipresbyterum declarauit S. Petri in Vaticano, & Moderatorem Xenodochij S. Spiritus in Saxia; eique curam Fratrum Minorum comiſit his verbis: *Si beneficia per nos tibi impenſa magna inueniantur, & multa, in nullo tamen ſic è vicino dedimus tibi arrham æternæ vitæ, ſicut in eo, quod modò tibi committimus. Damus enim tibi, quod te in Paradiſum inducat, merita ſcilicet Sanctorum Fratrum ordinis huius; damus tibi melius, quod habemus, damus tibi deſiderium cordis noſtri, & pupillam oculorum noſtrorum.* Et hoc dicens, lacrymas ſudit; & extenta manu annulum proprium ei tradidit dicens: *Tibi committimus Ordinem Fratrum Minorum; & licet gubernatione, & correctione tua non indigeant; quia tamen pauperes ſunt, & imbecilles, & habent impugnatores, tua indigent protectione defendi;* teſte Iordano. Defuncto vero Nicolao III. Viterbienſes cum Carolo conſpirantes Rege, vt hominem Gallum in Pontificem promouerent, Vrſinos carceri dedere qui factionem ſouebant Latinam. Audi Honorium Martini ſucceſſorem *lib. 1. ep. 18.* *Cum Romana Curia Viterbij reſidente, præfata Eccleſia per fel. record. Nicolai Papæ præd. N. obitum, paſtore vacaret; ac Nos, & Fratres noſtri, de quorum numero tunc eramus, ipſius eccleſiæ Cardinales conueniſſemus, ſolliciti in palatio Epiſcopali Viterbienſi, vt præconceptum virus euomerent, pulſata campana, ſumptis armis, & ſceleſtis actibus data licentia, in furoris ſpiritu ad prædictum palatium concurrentes, ac humanitatis, & reuerentia debita à ſe penitùs relegato, in palatium clamoribus terribilibus irruentes, graſſantes in patres, in paſtore attrociſſime ſæuientes dilectos filios N. Mathæum S. Mariæ in Porticu, & Iordanum S. Euſtachij Diaconos Cardinales, columnas quidem eccleſiæ, omnique reuerentia pertractandos quamquàm Viterbienſes prædicti promiſiſſent, ſe hunc ad incluſionem, vel arctationem prædictorum fratrum nullatenus proceſſuros, iniectis in nonnullos ex eiſdem fratribus, manibus violentis & non leuibus dictis Mathæo & Iordano irrogatis iniurijs, in vna ex cameris eiuſdem Palatij, obſtructis oſtijs, & feneſtris illius, auſu ſacrilego incluſerunt, nonnullis ex alijs fratribus ſupradictis, dũ præſumptioni tã temerè deteſtãdis agreſſibus refragari ſollicitè niterentur, ac eiſdem Mathæo & Iordano Cardinalibus ſub dura, & ſuſpecta nimis carcerali cuſtodia, quamuis ſub certis pactis, & conditionibus relaxato præfato Mathæo Cardinali, diebus pluribus ſic ab illis iniurioſè detento, per dies aliquot cibaria humaniter ſubtraxerunt eidem, pane, & aqua duntaxat iuxta ipſorum nefariam diſpoſitionem reſeruatis non permittendo, quòd proprius Confeſſor accederet ad eundem &c.* Excommunicati propterea Viterbienſes cum auctoribus ſuis, præcipuè Richardus de Hannibalderſibus Romanus, qui vt tanti mali auctor coactus fuit nudis pedibus de domo propria cum corrigia ad collum, vſq; ad domum D. Mathæi humiliter veniam petens, cui idem Cardinalis abſolutionem impetrauit ab Honorio IV. Promouit Mathæus Nicolaum IV. quo defuncto, Regis Caroli cum Mathæus in Põtificem aſſumere procuraret, amicum; diſſentiente Cardinali Iacobo Columna, poſt duos Annos, tres Menſes, diem vnum Sedis vacantis Romanæ, in Pe-

A tro conuenit de Morone, quem Cœleſtinum V. dixere. Cœleſtino verò Pontificatum renuntiante; Mathæus, & Iacobus Columna tanquàm Capita partium Cardinalium (teſte *Blondo Flauio* & *S. Antonino*) vt rem gratam facerent Carolo Regi, Benedictum Caietanum promouerunt nomine Bonifacij VIIJ. quem Anagnia Romam fugientem ſolus Mathæus proſequutus legitur; teſte *Georgio Card. ad Velum Aureum l. 1. c. 11. de Canoniz. S. Petri Cœleſtini.* Bonifacio extincto, promouit Mathæus Benedictum X. quo mortuo, cum Italum meditaretur Papam; nè Vltramontani in Galliam, ſedem traducerent S. Petri, deceptus Mathæus à Cardinali Pratenſi, in

B Archiepiſcopo conſenſit Burdegalenſi (in Papatu dictus iſte *Clemens V.*) qui electione vulgata Lugdunum Cardinales vocauit ad coronationem ſuam. Tunc grauamine cognito; Mathæus Pratenſi improperauit: *Viciſti tandem, ſed Sedis iactura Romana, quæ vltra Montes tranſuecta, tardè in Italiam reuertetur.* Contigit Coronatio IX. Nouemb. 1205. Lugduni coram Regibus, inſignia conſerente Mathæo Rubeo Vrſino S. R. E. Archidiacono. Tranſmigrationi Curiæ Romanæ non diu ſuperuixit. Poſt Annum purpuræ 43. Anno eiuſdem coronationis Clemẽtis V. Lugduni, muri ruina oppreſsum ſcripſit Lucas Vuadingus *to. 3. Annal. Min.* Alij, Peruſij, vitam poſuiſſe

C volunt Anno 1306. Nono poſt Anno, ſcilicet 1315. aperto ſepulchro, corpus eius integerrimum, nullaque ex parte læſum repertum, Romam tranſtulere; eiuſque in laudem Iacobus Stephaneſcus *D. C. ad Velum Aureum*, carmina ſcripſit ſequentia libro M. S. *de reb. Cœleſtini V. Bonif. VIII. &c.*

...... Sacro de fonte Mathæus,
Cui nomen Rebuſq; color, cognomen auitum
Quod ſibi dant homines, genuit quem nobilis Vrſa
Progenies; Romana domus, veterataq; manus
Faſcibus in Clero, pompaſque experta Senatus
Bellorumque manum grandi ſtipata parente
D *Cardineos apices, nec non faſtigia dudum*
Papatus iteratu tenens.

Paulo poſt.

Leuita prior procedere promptus
Decubuit moriens toto præſente Senatu
Exequijs, laus digna viro memorandiſq; pandam
Ipſius, ſermone breui, ſi hunc claudere metro eſt.
Si pietas, ſi recta fides, ſi candida quemquam

Ornauit titulis, Clero laudanda venuſtas.
Te tulit ante patrem, tecum puerilibus Annis,
Concreuit, cunctoſque tibi virtutis amictus
Induit, & fortem monſtrant aduerſa, modeſtum
Proſpera, prudentem finis, menſura refertum,
Deuotumq; Deo lacrymę, iuſtumque fatentur
Munda manus, ſincerus amor, zeluſq; caleſcens
Eccleſia, quamq; eſſe Caput; quamq; eſſe magiſtram,
Crediderus, ſeruaſque fidem. Nam Cardine vexit,
Te iuuenem, te natum Vrſa, teq; Vrbe coruſcum,
Pollentemq; genus, multis ornaris, & ornas
Eloquium ſermone graui, feruęſq; diſertas
Ingenio, ſtudioq; ſimul, quo doctas vtroq;
Efficeris, meritò magnos conſcendis honores,
Magnus, & bis auctas, fulget ſub nomine virtus
Fulget & Vrſa domus, diem his Leuita Mathae
Cui Rubei cognomen erat, cardoq; iuuenta
Et ſenio confractus abit, pandiſq; futuris
Te moriente mors; non ſic datur omnibus vnum
Viuere, quo cauti vigilemus, & inſcia ſortis
Atque hora, mens ipſa vacet cogitare ſalutem
Quanta promeritum, miſeratio pauperis effert,
Quaq; ſacra Cliſtea dedit, corpuſq; repoſtum
Illęſum miranda tuum res fudit in Vrbem
Membra genis, vngueſque manu, firmoſq; capillos
Vertice, quoſq; artus nono redolentia Phabo
Quę ſtabili alluſere animo, niueoq; pudori.


Plura ſcripſiſſe dicitur, teſte *Eiſingrenio*, præcipuè *De auctoritate Eccleſię*.

Opuſcula Theologica,

Epiſtolas, quarum aliquę Bononiæ aſſeruantur in Tabulario Monaſterij S. Franciſci; teſte *Toſſignano*.

De eo lege Frizonium; Bzouium in *Annal.* Nomenclatorem Cardinalium; Eiſengrein; Corteſium: Io: Villanum; Lucam Vvadingum; Odericum Rinal. *to.*14. *Annal.* Poſſeuinum in *Apparatu Sacro*.

15. *Effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum.* 11. Heb.



BErnardus Aiglerius natu Gallus, profeſſione Monachus S. Benedicti in Inſula Lerinenſi, Maris Mediterranei, in Gallia Narbonenſis Diæceſis Graſſenſis, olim Antipolitanę inter Forumiulium, & ipſam Antipolim, hodie S. Honorati Archiep. Arelatenſis nomine celebratur. Eſt in præſenti Congregatio Caſſinenſis in Cænobio, ex quo prodiere Archipręſules XII. totidem Epiſcopi; XIV. Confeſſores; quamplurimi Martyres. In hoc ſanctiſſimo cænobio, ad Monaſticæ vitæ normam adeò mores ſuos compoſuit, vt matura poſtmodum ętate, eiuſdem loci pręfectura ſit inſignitus. Hunc Carolus I. illuſtri prudentiæ, ac virtutis fama notiſſimum tanti fecit, vt eomitem, & ſuorum arcanorum participem voluerit, dum in Italiam deſcendit, Regno Carolus potitus Neapolitano, non modò charum habuit in paucis, ſed operam dedit, vt eius præclarę dotes, & inſignis religio, Romæ præcipuè diuulgaretur. Propterea Vrbanus IV. Caroli honorifica commendatione, de Bernardi ſanctitate; ac ſapientia certior factus, eum Caſſinenſi regimine decorauit (teſte Vghello *in Addition. ad Ciacon. in Martino* II. §. *Bernardus*. I.) mox etiã purpura in locũ Theodini, qui iuſſu Regis Mãfredi, ſedẽ inuaſerat vacantẽ: Extant Vrbani IV. litterę ad *Bernardum* Abbatem, Caſſini aſſeruatæ, quarum initium, *Dilecto filio Bernardo Monaſterij Caſſinen. Salu-*
A *tem, & Apoſtolicam benedictionem*. Suſcepta Monaſterij adminiſtratione, eò ſtudium intendit, vt ſanctiſſimarum legum cultus ad primæuam reuocaretur obſeruantiam. Verùm cum prudenter intelligeret, idipſum nulla ratione ſe conſequi poſſe, niſi priùs ex regulæ præſcripto, quæ cuiq; opus eſſent; religioſa liberalitate, concredito ſibi cætui, peramanter impertiret; recuperandis Cænobij fortunia manum admouit, Carolo adiuuante Rege, qui Caſſini diuerſabatur. Suprà namq; Annos triginta ſex, Federicus, Conradus, Manfredus direpto cænobio, locum in formam Arcis munitum, militari firmauerat præſidio. Bernardus deiecta militum ſta-
B tione, reuocatis ſodalibus, ex profanis caſtris, caſtra Dei viuentis inuexit; quæ pro Chriſtiana Republica diu, noctuq; excubaret, Oppida itaq; iterum in poteſtatem aſſerta, diſcreti termini, fixa confinia ad euitandas cum vicinis diſcordias. Oppidani peracta in ſubiectionis argumentum, modici cenſus ſolutione, nouo fidelitatis ſacramento, Abbati ſe obſtrinxerunt. Eorum agri, qui ſe Conradino aduerſùs Carolum Regem dimicanti coniunxerant, Fiſco adiudicata Caſſinenſi. Xenodochium in S. Germano peramplum erexit, aſſignatis facultatibus, & copioſa munerum largitionę; vbi & Synodum celebrauit. Fratribus Ordinis Prædicatorum, in vrbe S. Germa-
C ni conceſſit, D. Thomæ Aquinatis deſiderio ſatisfaciens. In vtroq; cænobio Caſſini videlicet, ac S. Liberatoris nedum mores diſciplina correcti, ſed ędificia amplitudine creuere, & eleganti a. Naturæ dotibus cum à puero ornamenta litterarum adiecifſer, multa piè, & ſapienter compoſuit, quæ Abbatibus, & Rectoribus perutilia obſeruantur. Legatus à Summo Pontifice ſemel in Gallias, iterum Byzantium, & mittentis deſiderio, & rerum quas tractandas ſuſceperat, magnitudini ſatisfecit. Omnia ex voto, cum Bernardo proſperè contigiſſent, caſus inopinatus a Regis effreni licentia, vel neceſſitate cuncta turbauit: & præ triſtitia Bernardus penè con-
D tabuit. Eo abſente, Carolus Caſſinenſis rerum Capitalium foro, ac iuriſdictione ſpoliauit, permiſitq; à militibus oppida cænobij impunè occupari: non ſine tamen memorabili vindictæ exẽplo Supernæ. Eo namq; die, quo Caſſinenſes ſuis ſpoliantur iuribus, & priuilegijs, eodem die Carolus Regno expoliatur Siciliæ, clade Gallorum attrociſſima indicta ſigno Veſperarum; vt ex litteris Vrbani V. R. P. ad Reginam Ioannam.

Obijt Bernardus pridie Non. April. 1282. Caſſini,

ni, ibidemq; ſepultus relictis ad poſterorum eruditionem commentarijs.

Super Regulam S. Benedicti,
Speculum Monachorum
Lib. 1. Collationum Beneficiorum, & Officiorum
Montis Caſſini Regiſtrum
Inquiſitorium Iurium, & bonorum in caſtris, & villis.
Montis Caſſini Regiſtrum Alterum —— Vvion *de ligno Vitę.*

Eius purpuram a Ciacot.io omiſſam meminit Frizonius in *Gallia Purpurata*. M. Anton. Scipio in *Elogys Abbatum Caſſinen.* De tempore diſſonare videtur Theodoricus Valliſcolor, qui inter XIV. Cardinales creatos ab Vrbano IV. Aiglerium non recenſet: propterea ſub Clemente IV. eum Vghellus repoſuit.

CLEMENS IV. P. R. CLXXXIII.

A

CLemens IV. Electus 9. Februarij, 1265. vſque ad vltimam Decembris 1268. nullum creauit Cardinalem. Eius adfuere comitijs,

Epiſcopi Cardinales, teſte Ciaconio, & Panuinio.

1. Otho de caſtro Rodulphi, Ep. Card. Tuſculanus: ex Innoc. IV.
2. Stephanus Vngarus Ep. Card. Præneſtinus: ex Innoc. IV.
3. Io: Franciogia Ep. C. Portuenſis; ex Innoc. IV, & Vrbano IV.

Ex Vrbano IV.

4. Guido Groſſus de Villa S. Egidij, Ep. C. Sabinus.
5. Rodulphus Gallus Ep. C. Albanus
6. Henricus Ep. C. Oſtienſis. Hic ſilet *Ciaconius*.

B

Presbyteri Cardinales.

Ex Vrbano IV.

7. Simon Paltinerius P. C. tit. SS. Silueſtri & Martini in Montibus.
8. Ancherus P. C. tit. S. Praxedis. Hic ſilet *Ciaconius*.
9. Guillelmus de Braio, P. C. tit. S. Marci.
10. Simon de Bria P. C. tit. S. Ceciliæ.
11. Fr. Hannibaldus Hannibaldenſis P. C. SS. XII. Apoſtol.
12. Guido P. C. tit. S. Laurentij in Lucina. Hic ſilet *Ciaconius*.

Diaconi Cardinales.

13. Ricardus Hannibaldenſis D. C. S. Angeli ex C Gregorio IX.

Ex Innoc. IV.

14. Octauianus D. C. S. Mariæ in Via lata
15. Io: Caietanus Vrſinus, D. C. S. Nicolai in carcere.
16. Othobonus de Fliſco D. C. S. Hadriani, in tribus foris.
17. Iacobus Sabellus D. C. S. Marię in Coſmedin, vel Schola Græca.

Ex Vrbano IV.

18. Gotefridus de Alatro D. C. S. Georgij in Velabro.
19. Vbertus D. C. S. Euſtachij.
20. Iordanus de Comitibus D. C. SS. Coſmæ & Damiani
21. Matthęus Rubeus, Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu.

GREGORIVS X. P. R. CLXXXIV.

D

GRegorius X. Electus Kal. Septemb. 1271. Obijt 14. Idus. Februarij, 1276. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales: ex *Ciaconio*, & *Panuinio*.

1. Otho de Caſtro Rodulphi, Ep. C. Tuſculanus: ex Innoc. IV.
2. Io: Franciogia Ep. C. Portuen. ex Innoc. IV. & Vrb. IV.
3. Henricus Ep. C. Oſtienſis, Hic ſilet *Panuinius*.

Presbyteri Cardinales.

Ex Vrbano IV.

4. Simon Paltinerius P. C. SS. Siluestri, & Martini ti t. Equitij.
5. Ancherus Pantaleo, P.C. tit. S. Praxedis.
6. Guillelmus de Braio, P. C. tit. S. Marci.
7. Guido P. C. tit. S. Lauren. in Lucina. Hic ſilet *Panuinius*.
8. Simon de Bria P. C. tit. S. Ceciliæ.
9. F. Hannibaldus Hannibaldenſis, P. C. SS. XII. Apoſtol.

Diaconi Cardinales,

Ex Innoc. IV.

10. Ricardus D. C.S. Angeli: ex Gregorio IX.
11. Octauianus Vbaldinus D. C. S. Mariæ in Via lata
12. Io: Caietanus Vrſinus D. C. S. Nicolai in carcere
13. Othobonus de Fliſco, D. C. S. Hadriani, in tribus fotis.
14. Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.

Ex Vrbano IV,

15. Gotifredus de Alatro D. C. S. Georgij in Velabro
16. Vbertus Senenſis D. C. S. Euſtachij,
17. Matthæus Rubeus Vrſinus D, C. S. Mariæ in Porticu.

Epiſcopi Cardinales creati à Gregorio X,

1 M. Io: Petrus Iuliani Oliſiponenſis, Luſitanus, ex Archidiacono de Vernuſi, in eccleſia Bracarenſi, Archiep. Bracarenſis deſignatus poſtea Ep. C. *Tuſculanus* promotus à Gregorio X. Anno 1274. Papa futurus *Io:* XX, Papa dictus XXI.

2. *Sicut & Rex hodie eſt, & cras moriatur*, Eccli. 10.




F. Vicedominus de Vicedominis, non de *Vicecomitibus*, Italus, Placentinus, profeſſione Minorita, Gregorij X. ex ſorore nepos, celebris Iureconſultus, & litium patronus ex foro ad altaria trāſijt, & mortua coniuge, ex qua liberos procreauerat, Eccleſiam duxit ſpe purpurę quam ſibi promittebat iure ſanguinis, vt nepos Pontificis. Clero itaq: cum nomen dediſſet; Præpoſitus dictus Graſſenſis, deinde Aquenſis Archiep. in Gallia Narbonenſi, 4. Kal. Septemb. 1257. demum ab auunculo Gregorio X. promotione Cardinalium prima, Anno Sal. 1274. Epiſcopus Card. *Praneſtinus*, primus in Ordinem Minorum inuexit purpuram. Quando *Minoribus* manus dederit? incertum. Cum alij ex Clerico Minoritam factum; alij mortali agitatum infirmitate poſt acquiſitam purpuram ſcribant. Ex quo difficultas grauior inſurgit; an prior S. Bonauentura, vel poſterior inter Minores purpuram in-
D duerit? Romę in eccleſia S. Crucis, teſtamentum condidit; deinde Viterbium veniens, ibidem obijt, in eccleſia ſepultus Fratrum Minorum. Incidit dies obitus *Octauo Idus Septemb. obijt Vicedominus quondam Epiſcopus Prenestinus An.* 1276. *& reliquit huic eccleſiæ anniuerſarium in die obitus ſui*: vnde mors contigit Vicedomini inter obitum Hadriani V. & creationem Io: XXI. Imo Vuadingus *Annal. Minor. to.* 2. *Anno Sal.* 1276. auctoritate Annalium M. S. vrbis Placentinæ, in quibus legitur, *Ex domo Vicedominorum fuiſſe vnum Papam Ordinis Minorum, qui non ſtetit in Pa-*
B *patu niſi per vnum diem*; conſtantiſſimè aſſerit, ex Preneſtino Epiſcopatu Romanū aſſumptum fuiſſe Pontificem, licet morte præuentus nec nomen aſſumpſerit; propterea nec nomina augent, nec numerum Pontificum Romanorum. Spondanus An. 1276. n. 6.

Eius memoria in priuilegio Gregorij X. dato Monachis Vallis Dei, diæceſ. Leodien. Ord. Ciſter. An. 1275. Lugduni De eo Poeta,

Noſſe Vicedominum vis lector? en tibi ſacro
Gregorij ille nepos murice comptus adeſt.

De eo lege Ciaconium; Auberij Panuinium, Ioſeph Mariam Suareſium in *Praneſtin. Antiquit.*

C 3. *Dedit ipſe quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Euangeliſtas alios autem paſtores & Doctores*. 4. Epheſ.



Inſignia Gentilitia S. Bonauenturę ante Cardinalatum.



Inſignia Gentilitia S. Bonauenturę, quę aſſumpſit in Cardinalatu.

S. Bonauentura Ioannis Fidanzæ & Riſelle filius, natu Hetruſcus Balneoregii, parua Hetruriæ vrbe, ad ſextum ab Vrbeueteri lapidem, humili & inope genere, vt transcribendis panem quæreret. Pariſios veniens, Alexandrum de Ales virum eruditiſſimum per Annos ſeptem audiuit, poſtquam Anno ætatis 22. in Monaſterio Balneoregienſi Romanæ Prouincię, Ordinem profeſſus Minorum, mutato nomine, Bonauentura dictus eſt. Anno à profeſſione ſua ſeptimo, ętatis 29. cum adhuc laureā adeptus nō eſſet, ętate deficiente, publicè ſacras literas, & , libros

libros Sententiatum , magna omnium admiratio-
ac, & plauſu profiteri cępit, facundia, doctrina, pie-
tate , qua in excitandam populorum deuotionem
excelluit . Eius ingenium, & vitæ probitatem prę-
ceptor eius Alexander de Ales ſæpè contemplatus
dicebat, *in Bonauentura Adamum non peccaſſe* . Anno
XIII. ſuę profeſſionis, ætatis XXXV. vacante Ordi-
nis Generalatu, quia Ft. Io: Parmenſis ſponte ſeceſ-
ſerat, huius iudicio, omniumq; Pattum ſuffragijs, in
comitijs Romę habitis, cotã Alexandro IV. octauus
Generalis Miniſter deligitur , præfuitq; Annis
XVII. Eo tempore libellum pernicioſiſſimum edi-
tum à Gerardo, contra Fratres Minores confutauit; A
eiuſq; rogatu Alexander IV. tigidiſſimam regulam
S. Damiani de Brena mitigauit; nè Fratres horrido
vitæ genete detetriti à propoſito teſilirent . Eodem
Anno , in monte Aliterno libellum edidit, cui titu-
lus, *Itinerarium Mortis* , Alia ſcripſit ſeptem volumi-
nibus diſtributa, quæ (mandante Sixto V. P. M.)
qui eum intet Sanctos Eccleſiæ Doctores adnume-
rauit , & eiuſdem D. Bonauenturæ nomine Colle-
gium ſui Ordinis Theologorum in Vrbe inſtituit ,
excuſa ſunt in Vaticana Bibliotheca .

Eius laudes Doctrinæ, vel Sanctitatis, retexere,
cum idem eſſet ac infæliciter Oceanum metiri va-
ſtiſſimum; vnus Thomas Aquinas pro cunctis cele- B
bret, qui etiam viuum *Sanctum* appellauit . Cum
tantus euaſiſſet , à Gregorio X. Anno 1264. inter
purpuratos adſcriptus Ep. C. *Albanus* , ſub eodem,
Anno nondum elapſo Lugduni obijt, miraculis cla-
rus, quem Sixtus IV. inter Sanctos retulit. Eius cot-
pus Lugduni ſepultum Catholici venerati templum
in eius glotiam excitarunt , donec Hæretici Calui-
niani Anno 1561. in profluentem Araris , qui in
Rhodanum profluit, proiecerunt; ſicut & Irenæi ,
aliorumque Sanctorum combuſſerunt, diſperſerunt;
nè vel mortuis nouum genus Martyrij deficeret .

De Sancti huius Viri vita, extat oratio habita co-
ram Sixto IV. ab Octauiano Martiniano Sacri Con- C
ciſtorij Aduocato, eum Regum, & aliorum Princi-
pum nomine, Orbis peteret Chriſtianus; vt in San-
ctorum numerum D. Bonauentura, in eccleſia lege-
retur . Eam Surius *to.* 4. in quædam capita redegit,
reſectis quæ ad hiſtotiam minimè faciunt . Eiuſdem
vitam etiam Galeſinius ſcripſit. Eius profundam do-
ctrinam ſcripta teſtantut toto Orbe diffuſa , cele-
briq; laude recepta, ſtudio Cardinalis Sarnani typis
data, ac ſeptem voluminibus diſtributa .

Tomo 1. continentur *Principium S. Scripturę*
Illuminationes Eccleſiæ
Expoſitio in Pſalterium D
in Eccleſiaſtem
in Sapientiam
in Lamentationes Hieremiæ

Tomo 2. *In caput ſextum Mathei* .
In Euangelium Lucæ
In Ioannem Collationes in Ioannem .

Tomo 3. *Sermones de Tempore*
De ſanctis
De Communi Sanctorum

Tomo 4. & 5. *In quatuor Sententiarum*

Tomo 6. *De reductione Artium ad Theologiam*
Breuiloquium
Centiloquium
Pharetra
Declaratio terminorum Theologię
Compendioſum principium in libros Sentent.
Sententia Sententiarum carmine digeſtę
De IV. virtutibus Cardinalibus
De ſeptem Donis Spiritus Sancti
De reſurrectione à peccato ad gratiam
De tribus ternarijs peccatorum infamibus
Dieta ſalutis
Meditationes vitæ Chriſti
Lignum vitæ
De quinque feſtiuitatibus pueri Ieſu
Officium de Paſſione Domini
Opus Contemplationis
Laudiſmus de S. Cruce
Philomena
De Septem Verbis Domini in Cruce
Speculum B. Mariæ Virginis
Carmina ſuper Salue Regina .
Laus B. M.V.
Pſalterium minus B. V. Mariæ
Pſalterium B. M. V.

Tomo 7. *Sermones de X. Præceptis*
De Regimine Animæ
Formula Aurea de Gradibus Virtutum
De Pugna Spirituali contra ſeptem vitia Capitalia
Speculum Animæ Confeſſionale
De prępartione ad Miſſam
De Inſtructione Sacerdotis , *ad ſe præparandum, ad celebrandum* .
Expoſitio Miſſę
De ſex alis Seraphini .
Collatio de contemptu Sæculi .
De ſeptem Gradibus Contemplationis .
Exercitia Spiritualia
Faſcicularius . . . Soliloquium
Itinerarium Mentis in Deum
De ſeptem itineribus ęternitatis
Incendium Amoris . . . Amatorium
Vigintiquinque memorialia
De Eccleſiaſtica Hierarchia
Legenda S. P. Franciſci, ſeù Hiſtoria Vitæ S. Franciſci .
Quare Fratres Minores prædicent , Confeſſiones audiant?
Apologeticus in eos , qui Ordini Fratrum Minorum aduerſantur
De tribus quæſtion. ad Magiſtrum innominatum
De paupertate Chriſti
De Sandalijs Apoſtolorum
Apologia Pauperum .
Epiſtola ad quemdam principalem miniſtrum
Ep. ad Miniſtros Prouinciales , & Cuſtodes de Reformandis Fratribus .
Biblia Pauperum

Alpha-

Digitized by Google

Alphabetum Religioſorum — Collationes Octo
Speculum Diſciplinæ — De Profectu Religioſorum
De Inſtitutione Nouitiorum — Regula Nouitiorum
Remedium defectiuum Religioſi — De perfectione vitæ ad Sorores.
Summa de eſſentia, inuiſibilitate, Immenſitate Dei,
De ſex alis Cherubim — Compendium Theologicæ veritatis.

Supradicto Catalogo operum D. Bonauenturæ, A Lucas Vvadingus adiungit etiam ſequentia, ex bibliotheca Vaticana, & altera Conuentus Aſſiſij.

Summa Grammatica ſpeculatiua
Tractatus Logicæ de ſignis vniuerſal.
Quæſtiones ſuper 3. libros de Generatione
Quæſtiones ſuper 4. libros Topicorum
Quæſtiones ſuper libros Meteorum
Epiſtolæ. Poſtilla in Cantica Canticorum,
Metrum in Cantica
Tractatus ſuper Pſalmum 45.
In Caput 5. & X. Ezechielis
In 4. & 5. Apocal.
In vniuerſam Apocalypſim.
Opuſculum Abbreuiatum, De vitijs, & virtutibus
De Corpore, & Sanguine Chriſti,

Sixtus Senenſis lib. 4. Biblioth. teſtatur, extare *Compendium Metricum*, Scholaſticum vtriuſque Teſtamenti, verſibus Diametris Iambicis.

Petrus Galeſinus in eius vita, ſcribit plures Veteris Teſtamenti, & omnes Noui nodos expoſuiſſe.

Commentaria in omnes Epiſtolas Pauli, teſte Ptolomeo Lucenſi.

In Euangelia, & Epiſtolas totius Anni, teſte Petro Rodulpho,

Apud eumdem

Officium S. Franciſci.
Libellum Maioris Introductorij
De partibus Domus Religioſæ
De Conſideratione
De diuiſione rerum Vniuerſi
Epiſtolas ad Michaelem Græcorum Imper,
ad ſuam Sororem
ad Sororem S. Claræ

Doctrina Cordis, Extat M, S, Florentiæ, in bibliotheca Conuentualium. *Lauda Sion Saluatorem*; quod in Miſſa Corporis Chriſti recitatur, teſte *Io: Rioche*; & Piſano in *ſuo Catalogo*: falluntur tamen, cum Hymnus ille ſit Thomæ Angelici Aquinatis, qui cum conueniſſet cum D. Bonauentura melos canere pro illa ſolemnitate, ea conditione, vt ſibi ad inuicem prælegerent; dieq; ſtatuta, ſors Thomam ad recitationem ſuorum carminum primò vocaret, audiente Bonauentura; eodem tempore, quo Angelicus carmina recitabat; Seraphicus profunditate raptus doctrinæ, & tanta humilitate victus; quæ ipſe parauerat carmina lacerauit; inſtantique Angelico, hymno abſoluto, vt & ipſe ſuum legeret, diſcerptum in fruſtulis oſtendit in terra.

Hymnum *Crucis Chriſti mons, Aluernia*
2. *Crucis arma fulgentia*
3. *Proles de Cælo prodyt*

Alphonſus Cicarellus librorum confictor, qui fraudes ſuas pæna luit capitali, hæc S. Bonauenturæ Opuſcula tribuerat.

Flos Florum,
Lilium Originalium.
De Pœnis Inferni, & gloria Paradiſi.

Integrum Pſalterium Dauidicum: Cantica, quæ ex ſacris litteris recitantur: Symbolum S. Athanaſij, *Quicumq; vult ſaluus eſſe*: Himnum *Te Deum laudamus*, mutatis verbis ad gloriam Deiparæ accomodauit, & tanquàm ex ſcintilla ſuæ paruulæ intelligentiæ conditum Sancti... monialibus recitandum tradidit: Hippol. Marac. *in Purp.* & in *Biblioth. Marian,*

De operibus S. Bonauenturæ conſule Marianum B Florent. Octauianum à Martinis: Stephanum Bruliſer. Iulium Nigronium: Lucam Vuadingum præcipuè,

Gerſonius de eo ita ſcripſit: *Neſcio ſi vmquàm talem doctorem, ſicut Bonauenturam habuerit ſtudium Pariſienſe,*

D. Thomas, qui eadem tempeſtate, pari virtute claruit, & doctrina, cum Bonauenturam ſumma ſibi charitate coniunctum inuiſeret, per rimulas oſtij proſpiciens vidit illum contemplatione raptum, & à terra ſubleuatum; tum ad ſuos conuerſus, *Sinamus* (inquit) *Sanctum; quia laborat pro Sancto*. Vitam enim ſcribebat de S. Franciſco. Altera vice exquirenti Aquinati libros ſibi oſtendi, ex quibus tam C multiplicem, & vberem hauriret eruditionem; imaginem Bonauentura oſtendit Ieſu Crucifixi, *Vuadingus,*

Promotus à Romano Pontifice ad ſedem Eboracenſem in Anglia, litteris ſuæ promotionis acceptis Pontificem adijt, quem ſermone vehementi expugnauit, tandem, vt abdicationem permitteret. Victus namque Papa Bonauenturæ conſtantia, reſpondit cum Eccleſiaſtico; *Ita in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce*: Mortuo Clemente IV. cum quaſi per triennium ſedes vacaſset Romana, ſuadente Bonauentura, Gregorium X. renuntiarunt tunc in Syria agentem; qui D vt pares redderet Bonauenturæ gratias, & ſuper eccleſiæ candelabrum, tantum lumen collocaret, C. Epiſcopum dixit *Albanum*; quo præcognito Bonauentura aufugit in Galliam, at litteris Gregorij in Italiam reuocatus Cœnobium venit Nemoris de Mugello, 14. millaribus diſtans Florentia. Huc acceſserunt Legati Pontificis inſigne deferentes Cardinalitium, quos audire minimè ſuſtinuit, priùſquam culinæ vtenſilia ex ſolita humilitate abſoluiſset abluere, iubens interim Galerum oblatum ramuſculo appen-

appendi aduerſę arboris *Corni* dictę; functuſq; humilitatis officio, ad fratres dixit: *Experiamur nunc grauiora negotia. Salutaria hęc credite Fratres; ſpecioſa illa, ſed plena diſcriminis.* Sic accedens ad arborem ſumpto Galero, Legatos excepit honorificè, Gregorium poſtea ſequutus ad Lugdunenſe Concilium, in eo Pręſidem egit, in priuatis ſcilicet comitiis, in quibus digerebantur quæſtiones in Concilio pertractandæ, pro Gręcorum inſtructione, *De Proceſſione Spiritus S. ab vtroque. De Primatu Romani Pontificis. De Purgatorio.* Hinc Sixtus V. in Vaticana Bibliotheca, vt Sancti viri memoriam ſeruaret, inſcriptionem appoſuit,

Greg. X. Pontif. Graeci ad S. R. E. vniones redeunt.
In hoc Concilio S. Bonauentura egregia virtutum officia Eccleſia Dei praſtitit.

In hoc Concilio, ſummo omnium męrore, & graui Reip. Chriſtianæ detrimento, die XV. Iulij, 1274. priuſquam quinta celebraretur Seſſio, ad Superos euolauit. Die Dominico, Lugduni, ad Fratres Minores ſepultus, Eius exequias pręſentia honeſtauit Pontificis, cum Græco Imperatore, Iacobo Rege Aragoniæ. Adfuere Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Antiochenus. Cardinales vniuerſi Præſules 500. Abbates 60. alij minorum gentium: Antiſtites; ac ſacerdotes ſupra mille; vltra Regum Legatos. Funus ſimile nunquàm Orbis celebrauit. Frater Hugo de Dina pietate clarus mortem hanc jam diu prędixerat.

Epitaphium.

Ei poſitum à Franciſco Mauro, vel à Io: Gerſone.

Ille hominum plauſu, ne quicquam excitus inani
Sed cura maiore actus, melioraq; verſans
Pectore conſilia, inſani praconia vulgi
Deſpicit, & varios vltro auerſatur honores.

Aliud Epitaphium.

Et hoc demum viator
Omnis ſpei extremum
Et commune ſolatium eſt.
Bona ſua.
Semper ventura credidit
Bonauentura cum vixit
Praſentia vbi vidit.
Mutauit nomen
cum vita.

Peculiare Bonauenturæ fuit; Laicorum ſodalitates erigere quos ad pia opera, & orationē communē D
ſtiԛueret. Quarum prima Romæ *Confalonis* dicta, circa Annum 1270.

Miracula Bonauenturę ſtudio omittimus, quòd dietim creſcant. Sixtus IV. Romę, ſacros ei decreuit honores. Sixtus V. pridie Idus Mar. 1588. inter maximos connumerauit Eccleſię Doctores: eiuſq; Feſtum ſub officio duplici celebrari mandauit; erecto Collegio, in quo S. Doctoris doctrinam profiteantur. Vrbanus VIII. in S. Apoſtolorum Baſilica, ſacrum ſolemne coram ſacro Collegio annuatim celebrari curauit,

Gemina Bonauenturę recurrunt inſignia; ante Cardinalatum nomen Ieſus; *Soli Deo Honor, & Gloria.* Poſt adeptam purpuram, *Manus Crucem amplexantes.*

4. *Melior eſt canis viuus Leone mortuo.* 9. Ecclеſ. 4.

F. Petrus Tarentaſienſis, Burgundus Gallus, Ordinis Fratrum Prędicatorum, ex Prouinciali Francię, Archiep. Lugdun. Ep. C. *Oſtienſis*, Anno 1273. promotus à Gregorio X; Papa futurus *Innocentius V.* S. Domſnieum cani gregem cuſtodienti aſ-
A ſimilatum quantum promouerit? lege in eius *vita.*

5. *In abundantia iuſtitię, virtus maxima eſt.* Prouer. 5.



Bertrandus à S. Martino Gallus, natalibus clarus, & popularis Arelatenſis, ex Pręposito Archiepiſcopus Arelatenſis octauageſimus ſeptimus, Anno 1266. Procceletum, Cenaſij dominū Arnaudum, Pontium, & Raimundum Montis Draconis dominos, Bertrandū Balthiſū Barralis filium & alios quam plurimos beneficiarios Arelatenſis,
B ſuſcepit Eccleſia. Sedit poſt alterum Bertrandum & Florentium, cuius ſtatutum citat & memorat editum à Bertrando prędeceſſore ſuo. Sub Clemente IV. ius obtinuit deferendę Crucis, per vniuerſam Prouinciam, more Pontificum Romanorum: teſte *Frizonio*. Purpura indutus à Gregorio X. Epiſcopus C. *Sabinus* non in Lugdunenſi Concilio vt ſcribit Ciaconius; ſed ante Synodum vnà cum Diuo Bonauentura (ante enim Pentecoſten illius anni, creati erant Cardinales, & primę interfuere ſeſſioni, quæ die Lune VII. Maij habita eſt Anno 1274.) Cardinalis creatus iniuſtum credidit, Romę ſtando regere Eccleſiam ſuam; idirco Eccleſiam dereliquit Are-
C latenſem. Obijt non in Interregno Pontificis Ioannis XXJ. vt vult idem Ciaconius, ſed longiùs à Ioannis XXJ. temporibus, fato ceſſit. Conſule Petrum Saxonem *hiſtoria Epiſcop. Arelaten.*

6. *Omnia iudicia eius in conſpectu meo.* Pſal. 17.



Ioannes Vicecomes Placentinus Gregorii X. nepos ex fratre, in Lugdunenſi Concilio in demortui Bertrandi locum, Card. Ep. ſuffectus *Sabinus*, Anno 1275. quamuis de eo Ciaconius ſileat. Eius memoria apud Ludouicum Lellum in *hiſtoria Eccleſię Mōtis Realis*, Anno 1276; quo teſte, Ioannes Vicecomes Auditor fuit ſub Innocentio V. cum Guillelmo de Brio Card. S. Marci, atq; Matthæo Card. Vrſino, in cauſa Capituli Montis Realis; quod Ioannem Potentinum Epiſcopum in Archiepiſcopum Montis Realis ſibi poſtulauerat. Eiuſdem Ioannis

Vice-

Vicecomitis meminit Vicedominus de Vicedominis Cardinalis in ſuo Teſtamento condito, Anno 1276. quod adhuc in publico Placentino Archiuo aſſeruatur, teſte Petro Maria Campio in *vita S, Franche Placentina*. Concordat Panuinius *epit.Card*, Inſignia Ioannis gentilitia habes in Gregorio X.

7. *Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis: attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos*. Iſai. 51.



ALbertus Gonzaga genere nobilis, doctrina excellentiſſimus, inſtituto Franciſcanus, dignitate Epiſcopus Eporediæ, vulgo *Iurea*, Galliæ Ciſalpinæ, in Lombardia Tranſpadana, a Gregorio X. Cardinalis creatus S. R. E. Anno 1273. in Regionem Pedemontanam, ad Guillelmum Montisferrati Marchionem ſumma cum poteſtate Legatus, vt motis è bello prouincijs tumultum agentibus, ſolidam pacem auctoritate interponeret Pontificia, Re feliciter geſta, Romam reuocatus, & inde ad Paleologum Imperatorem miſſus ad concordiam ineũdam iam initã in Lugdunenſi Concilio, Cæſari acceptiſſimus ob generis nobilitatem, ob quam facilius Cæſarem in Pontificis ſententiam abduxit *lib. 1. Hiſtor. Gonzagæ Poſſeuin.* Albertum hunc Cardinalium albo à Gregorio inſertum ſe vidiſſe Comes Iulius Petroſanus in authentica ſcriptura & veteri, ſacramento affirmabat.

A Lege Vuadingum *Annal. Minor.* Periandrum *par. 7. Sapientia Franciſcana*,

Presbyteri Cardinales.

8. *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci; per hanc enim latuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis*. Heb. 13.



THeobaldus de Ceccano Italus, natu Campanus, conſanguineus Fr. Iordani de Ceccano Abbatis Foſsæ Nouæ, & Diaconi Card. S..., poſtea Presbyteri Cardin. S. *Pudentianæ, tit. Paſtoris* ſub Clemẽte III. nec non alterius Iordani Pirũti, Diaconi Card. SS. *Coſmæ, & Damiani*, ſub Vrbano IV. Monachus, & Abbas Foſſæ Nouæ, aliàs Fori Appij, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſ. Tarracinen. à

B Gregorio X. promotus Presb. Card. tit. S...., Anno 1275. dum Abbas eſſet, meruit in ſuo cœnobio habere Theologorum Principem, S. Thomam Aquinatem, qui gloria Sanctitatis illuſtris ibidem migrauit ad Dominum.

Epithapium

Occidit hic Thomas, lux vt foret amplior Orbi.
Et Candelabrum ſic Noua Foſſa foret
Editus ardenti locus eſt, non Foſſa lucerna,
Hanc igitur Foſſam, quis neget eſſe nouam?

De eo lege Gaſpar. Iongellinum *in purpura D. Ber.*

Vice Cancellarij S. R. E. ſub Greg. X.

MAg. Io: Lecacornus Placentinus Anno I. & II. Pontif.

C Mag. Lanfrancus Archidiaconus Bergomenſis ab Anno III. vſque ad finem Pontific.

INNOCENTIVS V. P. R. CLXXXV.

INnocentius V. Electus die 21. Ianuarij, Salutis Anno 1276. Obijt die 22. Iunij 1276. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

Ex Gregorio X.

1. Fr. Vicedominus Placentinus Ep. Card. Præneſtinus.

D

2. Io: Petrus Iuliani, Ep. C. Tuſculanus.
3. Fr. Petrus Tarantaſienſis Ep. C. Oſtienſis.
4. Bertrandus Ep. C. Sabinus. Hunc *Ioannem* Panuinius appellat.

Presbyteri Cardinales.

Ex Vrbano IV.

5. Simon Paltanerius P. C. tit. SS. Siluestri & Martini, tit. Equitij. Hic ſilet Panuinius.
6. Ancherus Pantaleo P. C. tit. S. Praxedis.
7. Guillelmus de Braio P. C. tit. S. Marci.

8. Si-

8. Simon de Bria P. C. tit. S. Cæciliæ.

Diaconi Cardinales.

Ex Innocentio IV.

9. Io. Caietanus Vrſinus D.C.S.Nicolai in carcere.
10. Othobonus de Fliſco D.C.S. Hadriani in tribus Foris.
11. Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin
12. Gotifredus de Alatro D. C. S. Georgij in Velabro.
13. Vbertus Senenſis D. C. S. Euſtachij.
A 14. Matthæus Rubeus D. C. S. Mariæ in Porticu.

Innocentius IV. nullum creauit Cardinalem.

HADRIANVS V. P. R. CLXXXVI.

HAdrianus V. Electus die 4. Id. Iunij, An. Sal. 1276. Obijt 18. Auguſti, eiuſdem Anni. Eius adfuere comitijs,

Epiſcopi Cardinales, teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

1. Bertrandus Ep. C. Sabinus.
2. Fr. Vicedominus de Vicedominis E.C.Præneſtinus.
3. Io: Petrus Iuliani, Ep. C. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales.

Ex Vrbano IV.

4. Simon Paltinerius P.C.tit.SS.Silueſtri & Martini &c. Hic ſilet Panuinius.
B 5. Ancherus Pantaleo P. C. tit. S. Praxedis
6. Guillelmus de Braio P. C. tit. S. Marci.
7. Simon de Bria P. C. tit. S. Cæciliæ.

Diaconi Cardinales.

Ex Innoc. IV.

8. Ioannes Caietanus Vrſinus D. C. S. Nicolai &c.
9. Othobonus de Fliſco D. C. S. Hadriani &c.
10. Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.

Ex Vrban. IV.

11. Cottifredus de Alatro D. C. S. Georgij in Velabro.
12. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu.

C

Vice Cancellarij S. R. E.

M. Lanfrancus Archidiaconus Bergomenſis.

IO: XX. DICTVS XXI. P. R. CLXXXVI.

IO: XX. dictus XXI. Electus Id. Septemb. Sal. Anno 1276. Obijt die 19. Maij, 1277. Eius adfuere comitijs,

Epiſcopi Cardinales, teſte *Ciaconio* & *Panuinio*.

Ex Gregorio X.

1. Bertrandus Ep. C. Sabinus.
D 2. Vicedominus de Vicedominis Ep. C. Prænestinus.
3. Io: Petrus Iuliani, Ep. C. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales.

Ex Vrbano IV.

4. Simon Paltanerius P. Card. tit. S. Silueſtri, & Martini &c.
5. Ancherus Pantaleo P. C. tit. S. Praxedis.
6. Guillelmus de Braio P. C. tit. S. Marci.
7. Simon de Bria P. C. tit. S. Cæciliæ.

O o Dia-

Diaconi Cardinales.

Ex Vrbano IV.

8. Io: Caietan Vrſinus D. C. S. Nicolai &c. ex Innoc. IV.

9. Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin

vel Schola Græca.

10. Gotifredus de Alatro D. C. S. Georgij in Velabro.

11. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu.

Vice Cancellarij S. R. E.

M. Lanfrancus Archidiac. Bergomenſis.

A Io: XX. nullum creauit Cardinalem.

Creatio vnius Cardinalis.

1. *Zelo Zelatus ſum pro Domino Deo meo.* 3. Reg. 19.



ERardus de Leſignijs, ſeù Liſignijs, dicunt alij de Lignerijs, vel Leſingerijs, natu Gallus diœceſ. Lingonienſis, Ep. Antiſiodorenſis dictus ex Decano, Anno 1272. orationem habuit coram Rege S. Ludouico, vt cogerentur excommunicati ante Annum, abſolutionem petere. B Venit poſtea Romam aduerſus Comitem, pro tuendis Eccleſiæ iuribus, ad Io: XXJ. à quo Ep. *Preneſtinus* aſſumptus, Romæ obiit 18. Aug. 1277. oſſa Antiſiodorum relata, Anno 1278. in eccleſia quieſcunt S. Stephani, cum auunculo Guidone de Melloto. Lege *Claud. Rober. in Gallia Chriſtiana.*

NICOLAVS IIJ. P. R. CLXXXVIIJ.

NIcolaus III. Electus die 25. Nouemb. An. Sal. 1277. Obiit 21. Auguſti Sal. Anno 1280. Eius adfuere comitiis.

Epiſcopi Cardinales ex *Ciaconio*, & *Panuinio*.

1. Bertrandus Ep. C. Sabinus: ex Greg. X.

Presbyteri Cardinales.

Ex Vrbano IV.

2. Ancherus Pantaleo Presb. Card. tit. S. Praxedis.

C 3. Guillelmus de Braio Presb. Card. tit. S. Marci.

4. Simon de Bria P. C. tit. S. Cæciliæ.

Diaconi Cardinales.

Ex Vrbano IV.

5. Ioannes Caietanus Vrſinus D. C. S. Nicolai &c. ex Innocentio IV.

6. Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.

7. Gotifredus de Alatro D. Card. S. Georgii in Velabro.

8. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu.

Presbyteri Cardinales creati à Nicolao III.

1. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus.* Sap. 7.



GErardus Cupalates Placentinus (teſte Ciaconio) ex Epiſcopo Antiſiodorenſi, Epiſcopus Card. *Praneſtinus*, promotus à Nicolao III. in prima Patrum promotione, An. Sal. 1278. quamuis in ſerie Epiſcoporum Antiſiodorenſium, nullum locum habuiſſe reperiatur Gerardus, qui vix pileo Roſeo D donatus ad ſepulchrum defertur. Idem fuerit cum Erardo de Liſignijs? dubium.

2. *Ope-*

2. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem Doctorem.* 1. Timoth. 3.



F. Bentiuenga de Bentiuenghis de Aqua Sparta Vmber, Generalis Ordinis Minorum Ep. Tudertinus creatus à Io. XXI. intercedente Nicolao III. tunc Cardinale, Nicolao III. Summo Pontifici à ſacrificiis, & Confeſſionibus, ab eodem promotus ad purpuram Ep. C. *Albanus*, Anno 1278. & Pœnitentiarius Maior. Auditor cum fuiſſet D. Thomæ Aquinatis, plura ingenii monumenta reliquit, teſte Paulo Corteſio. Bentiuegna Tudertinus, Theobaldus Britannus, Matthæus & Neapoleo Vrſini, maximè laudari poterant propterea quòd ab his nunquàm ſit in ſcribendo, aut diſputando deſtitutus, multaq; ab eo in Theologia ſcripta feruntur, quæ iam aut vetuſtate areſacta latent, aut in publicum ſuppoſitii nominis vſurpatione prodierunt. Scripſit præcipuè (teſte Poſſeuino in *Apparatu ſacro*) *Veritatis Theologicæ volumen.*

Sermones ad Populum

Eccleſiam dum moderaretur Albanam; Monaſterium & Eccleſia Eremitarum D. Guillelmi erecta eſt in monte Albano, à Iacobo Sabello D. C. Papa futuro Honorio IV.

Parmam tulit Bentiuenga bipartitam: Superiorem auream tenet Aquila nigra: inferiorem albiculam faſciola quattiſida cærulea, tribus Lilijs cæruleis, cum ponte vermiculato. Hæc fuere (teſte *Vghello p.* 308. *in Ep. Albanis*) inſignia Bentiuengę familiæ; non ea, quæ ſupra expoſuit Ciaconius. Gaſpar ramen Iongelinus in elogijs Cardinalium Minorum, piſcem pingit cæruleum inter Roſas diſticho ſequenti.

Bentiuenga ſacra eſt hac purpura amictus; in vnda
Ludentem hunc piſcem reſpice, & inde roſas.

Vadingum conſule *to.* 2. *Annal. Minor.* Tuderti obijt Bentiuenga, 7. Kal. April. 1689. ſepultus ad Minores, in eccleſia S. Fortunati.

3. *Si quis Domui ſuæ præeſſe neſcit; quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit.* 1. Timo. 3.



Ordeonius natu Luſitanus, Abbas Fonſellenſis in Eccleſia Palentina, Archiepiſcopus electus Braccharenſis à Gregorio X. Anno 1275. quum defuncto M. Archiepiſcopo Braccharenſi, Capitulum poſtulauit Petrum Archidiaconum de Vermuij, ſed eo ad regimen Tuſculanæ promoto; Ordeonium hunc, quem alij Odonem vocant, tunc Abbatem Fonſellenſem Gregorius de plenitudine poteſtatis, in Archiepiſcopum elegit, ex Vaticano Regeſto *ep.* 30. *fol.* 228. Datum Belicardi, 18. Maij Anno 4. Promotus poſtea à Nicolao III. Anno 1278. Ep. C. *Tuſculanus* ſucceſſorem habuit in Epiſcopatu Fr. Tellium ex Ordine M[illegible]. Vvadingum conſule to. 1. *Annal.* Romæ deceſſit ſub Honorio IV. Anno 1285. Eccleſiæ non inutilis & familiæ.

4. *Poſuiſti in capite eius, coronam de lapide pretioſo.* Pſal. 20.



M. Fr. Latinus Malabranca Romanus, Nicolai III. R. P. ex ſorore nepos, cum Ordinis Fratrum Prædicatorum Inſtitutum ſemel profeſſus fuiſſet, adeò ſacris, A prophaniſq; diſciplinis præualuit, vt Pariſijs, cunctis acclamantibus, lauream tulerit Doctoralem Iuris Pontificij. Volunt alij, poſt adeptam lauream, Ordinem ingreſſum Prædicatorum, in quo Magiſter primò Theologiæ, mox Prior S. Sabinæ de Vrbe, deinde Definitor Capituli Prouincialis Vrbeuerani creatus, demùm ab auunculo ſub Nicolao III. Epiſcopus Cardinalis *Oſtienſis & Veliternus*, Anno 1278. Romam rexit, abſente Pontifice. Bononienſibus poſtea Legatus & Romandiolis, iuncto ſibi præſidij loco, Bertoldo Vrſino, qui armis prouinciam propugnaret, leges dixit, eadem inſi- B gnitus legatione, in Hetruriam profectus, eximia, qua pollebat, dicendi facultate, Guelfos, & Gibellinos compoſuit; primuſq; lapidem poſuit in erectione templi S. Mariæ Nouellæ, vbi verbum Dei Populo, ac Clero piè, & vtiliter prædicauit. Monaſterium S. Sabinę bibliotheca ornauit inſigni, ſacris veſtibus Sacrarium repleuit, quod & alij ſuæ Religionis Monaſteri s præſtitit liberalis. Amator pauperum, Iuſtitiæ cultor, Religioſus egregius propinquis ſuis nihil contulit vltra vitæ neceſſaria. Defuncto Nicolao III. cum Purpurati nouum Pontificem electuri, Viterbium colerent, ac Conclaue cuſtodiret Richardus Hannibaldenſis, qui Vrſinis infen- C ſus, Vrſum defuncti Pontificis per neceſſarium, Viterbij prętorem Magiſtratu deiecerat; hac contumelia excitati Vrſini Cardinales Latinus, & Iordanus, negarunt ſe nouum paſſuros Pontificem; ni priùs honor per iniuriam Vrſo ademptus reſtitueretur. Hinc anſa ſeditionis arrepta, impellente Richardo, Viterbienſes, effractis ianuis Conclauis, duos Vrſinos Cardinales carceri dederunt. Lege in *Matthæo Vrſino*. Vitam Latinus protraxit vſq; ad Cęleſtinum V. promouit Martinum II. Nicolaum IV. Romanos Pontifices. Mortuo Nicolao IV. conuenere Cardinales numero duodecim, ſex Romani, quatuor Itali, duo Galli pro electione Pontificis. D Sed in partes diuiſi, quorum Princeps ab vna Matthęus Rubeus Vrſinus cum ſtudioſum quæreret Caroli Siciliæ Regis: altera verò factio, cuius anteſignanus erat Iacobus Columna contrarium affectaret, nec loco conſiſtere valuerunt. *Io: Villanus, S. Anton.* Tentauit Latinus C. Ep. Oſtienſis, Patruum animos ad concordiam adducere (teſte Iacobo Card. S. Georgij *l.* 1. *c.* 1.) cuius exhortatione victi in ędes S. Mariæ Maioris ſe receperunt, vnde noua ambitione corrupti iterum ſeceſſere diſcordes & propter

ſeditionem populi Romani, & ætatis calorem, Roma digreſſi æſtiuauere Reate. Tranſacto Septembri, Romam reuerſi, non modò animis, ſed ne quidem de loco pro celebranda electione concordes, arbitris dedere loci electionem, quam Peruſij agendam decreuere: vbi poſtquàm Annis duobus, tribus menſibus, die vno vacaſſet Eccleſia, Latino inſtigante Card. Oſtienſi, Cæleſtinum V. elegerunt. Hoc ſedente in Petri cathedra, Latinus non ſine odore ſanctitatis, Peruſij deceſſit Anno Cardinalatus XVII. Salutis 1294. die 4. Id. Aug. Eius corpus Romam tranſlatum, ſepultum eſt in ſacriſtia S. Mariæ ſuper Mineruam, in ſepulchro marmoreo, vbi poſt mul- A
tos Annos, Matthęus Vrſinus Cardinalis eiuſdem Ordinis etiam conditus eſt cum inſcriptione ſequenti.

Ven. Mem. FF. Latini, & Mathęi Vrſinorum, Ordinis Prędicatorum S. R. E. Cardinalium.

De eo Paulus Corteſius. *Latinus, Romanas ſic dicendo illa ætate valuit, vt Florentię ſeditioſam diſcordiam oratione ſedarit, plebiſq; interceſſione ſublata, Quarto Decimutratum dicendo ſtatuerit, cui eſſet à tota ciuitate parendum. Itaque eam orationem, quæ ab eo eſt in concione habita, ſcriptam reliquiſſe fertur, cuius tamen dictio cauta magis eſſet, & prudens, quàm verborum concinnitate nitens.* Reliquit etiam vt videre eſt in Bi- B
blioth. Ordin. Prædic. & apud Eiſengren. ſcriptas Proſas *de B. Virgine*. Proſam, quæ canitur in Miſſa Defunctorum *Dies iræ, dies illa*.

Sermones plures

Orationes habitas coram cętu Cardinalium: & alia quædam numeris ſignata.

5. *Moriatur Sacerdos Magnus.*
Ioſues. 20.



M. F. Robertus Kiluuarbius, vel Hiluardeij cognomento Beliberi, natu An- C
glus, profeſſione Monachus S. Dominici, Theologię Magiſter, ex Prouinciali Anglicano deſignatus Archiepiſcopus Cãtuarienſis, & Primas Angliæ, à Gregorio X. vt legere eſt apud Io: Pitſęum *De Scriptor. Eccleſ. Angliæ*. Nicolaum Harpsfildum, *c. 7. ſęculi 13. Hiſtor. Anglic.* Priuſquàm Inſtitutum profiteretur S. Dominici, *Pariſijs rexit in Artibus* (teſte Continuatore Mathęi Pariſij) *cuius in his peritiam præcipuè quoad Grammaticam, & Logicam redacta in ſcriptis edocent monumenta. Poſt ingreſſum Ordinis, in Diuinis Scripturis principales Sanctorum Patrum, libros Auguſtini ferè omnes, aliorumque Doctorum plurimos per pauca diſtinxit capitula, ſententiam ſingulorum ſub breuibus verbis adnotando.* Epiſcopus Card. *Portuenſis* dictus à Nicolao III. Anno 1278. vir doctiſſimus epiſtolas aliquot nomine Nicolai III. ſcripſit ad Regem Tartarorum, & ad Chriſti fidem inuitauit. Eius penè infinita opuſcula Io: Pitſeus referunt & Nomenclator; quorum præcipua.

In Iſagogem Porphyrij.
In Prædicamenta Ariſtotelis lib. 3.
In Perihermenias lib. 2.
In Sex principia Gilberti.
Super Priſcianum Minorem.
De Modo ſignificandi.
Lecturam Sententiarum, lib. 4.
Super Confeſſiones Auguſtini
Super Ezechielem.
In Paulum ad Romanos.
In eumdem ad Corynthios.
De Sacramento Altaris.
De Ortu Scientiarum.
Originalia Patrum.
Quæſtiones Dialecticæ.
In Priora & Poſteriora lib. 4.
In Diuiſiones Boetij.
In Topica Ariſtotelis lib. 9.
In elenchos eiuſdem lib. 2.
De conſcientia, & Synderesi.
Quæſtiones de Conſcientia.
De Anima.
De cauſis Animę.
De differentia Spiritus, & Animæ.
De Inſtantibus.
De Diuiſione Entis.
De Relatiuis.
De Natura Relationis.
De Relationis prędicamento.
De rebus prædicabilibus.
Sophiſtriam Grammaticalem.
Sophiſtriam Logicalem.
De Doctrina S. Thomæ Aquinatis.
De vnitate formarum.
In Boetium de conſolatione lib. 5.
De Tempore.
De Vniuerſali.
In Phyſicam Ariſtotelis lib. 8.
De Cęlo & Mundo. lib. 4.
De Generatione & Corruptione.
In Meteora lib. 4.
Super Metaphiſicam. lib. 14.
Parua Naturalia.
Expoſitionem litterę Sentent.
Diſtinctiones Doctorum.
Commentarios Theologiæ.
Philoſophiæ notulas.
Quodlibeta.

Viterbij vitam finiuit, Anno 1280. non ſinę hauſti veneni ſuſpicione, vt tradit Io: Pitſęus *de Scriptor. Angliæ*. Sepultus eſt in templo S. Mariæ ad
D Gradus.

Stemma Gentilitium, quod ex Ciaconio ſupra appoſuimus, Vghellus *to. 1. Italię, p. 162.* reprobat tanquàm fictitium, ex auctore Antiquæ Britanniæ, tres nicleas reponens rectæ regulæ affixas, ſcuti campum ex obliquo ſecantis. De eo conſule, *Polidorum Virgilium, Pitſæum, Nicolaum Narpsfelchium Mathæum Pariſium*. Auberij, quo teſte, Eduardum coronauit Regem Angliæ. Synodum habuit ad reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam: Patribus S.

Domi-

Dominici domum erexit. Gratus Eduardo Regi, & proceribus Angliæ ob doctrinæ, ac Sanctitatis opinionem, in Cardinalatu namq. habitum nunquàm dimiſit Monaſticum, & pedes itinera ſemper conſecit duobus ſtipatus famulis.

Presbyteri Cardinales.

6. Perierant aſinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium ſuum: Tolle tecum vnum de pueris, & conſurgens vade, & quære aſinas.
1. Reg. 9.



GErardus Blanchus ex villa Gainaco; Diæc. Parmenſis, A honeſti ſed pauperis viri filius, ſtudijs initium fecit ſub eiuſdem villę parocho, mox pedagogus Parmam venit, vt filios duceret nobilis cujuſdam Parmenſis. Ibi Iuris prudentiam adeptus cum Canonicatu in eccleſia Parmenſi, Romam aſcendit, vt litē patrocinaretur amici, eaq; fortuna, vt *Princeps* diceretur *Litigantium*. Ex Canonico Protonotarius, tandem Presbyter Cardinalis Baſilicæ *SS. XII. Apoſtolorum* creatus a Nicolao III. Anno 1278. eiuſq; Legatus in Hiſpaniam, pro ſancienda pace inter Franciæ & Caſtellæ Reges, acceſſit gratus, & felix redijt. B Hinc à Martino IV. Epiſcopus creatus *Sabinus*, & totius Siciliæ Legatus, legationem etiam ſub Honorio, & Nicolao IV. continuauit, eo tempore difficilem, quo Siculi à Carolo Rege deficientes, Petrum Aragonum, cęſis Gallis, in Inſulam receperunt. Hinc cum Carolo Rege ad Siculam expeditionem profectus, diu in caſtris permanſit: donec Meſſanenſes Caroli viribus impares diù afflicti miſerunt ad Gerardum Legatum rogantes, vt pacis interpres accederet cum Carolo, ea conditione; vt Rex iniuriam oblitus, eis frueretur vectigalibus, quæ pendi ſolebant Viſcardis: inſuper Magiſtratus Gallos non immitteret in Vrbem, ſed Prouinciales: Quę C omnia cum Carolus reſpueret, Legato inſtigante, Meſſanenſes tractare volens legibus belli; reſponderunt Legato, ſe potiùs filios voraturos, vrbe incendio conſumpta, quàm in Gallorum teterrimam ſeruitutem reſtitui. Hinc Legatus Meſſanenſibus excommunicatis, redijt ad Carolum, qui paulò poſt Hiſpanis ſuperuenientibus obſidionem ſoluere coactus fuit; filio, etiam claſſe amiſſa, & in captiuitatem abducto à Rogerio Doria propè Neapolim. Rebellionem propterea meditantibus Neapolitanis; ira motus Carolus, incendio vrbem tradidiſſet, ni Legati precibus auocatus, tandem tędio conſumptus vitam poſuiſſet. Interregnum Legatus Eccleſiæ D nomine, in tutelam ſuſcepit, quod incredibili ſtudio, & prudentia gubernauit vſque ad Caroli II. manumiſſionem: qui à Nicolao IV. coronatus, Regno reſtitutus, maximis Legato gratijs habitis, eum ſummo cum honore, & muneribus donatum remiſit. Extant adhuc plures litterę ita obſignatæ *Gerardus S. R. E. Card. Ep. Sabin. Regni Ballius*.

Romæ Gerardus obijt. Kal. Martij, An. 1302. in Laterano ſepultus cum barbaro epitaphio.

Quiſquis ad Altare venies hoc ſacrificare &c.
Qui vel adorare mis Gerardi memorare:
Ortus Parmenſis, & Pontificis Sabinenſis.
Hoc attendas homo per funus quid ſibi promo,
Eſt futurus vnde ſumus, & tranſimus quaſi fumus,
Martius intrabat, annos Domini numerabant,
A *M. ſemel, & C. ter, bis V. cum fine beato;*
Parmenſis natu Sabinenſis Pontificatu,
Cardineo migrauit homo Gerardus *honoris.*
Miſſus ab Arce Sion ſanans animas rediit,
De Hiſpanis, Francis, Apulis, de Siciliaq;
Mira viri virtus, parendi victima; qui ſe
Taliter expoſuit maribus, terris, inimicis.
Huius morte nitens ſpeculum deperdit honeſtas,
Pontificum vita, Cleri modus, & via veri,
Virtutum grauitas, & mens, & practica Iuris,
Sermo breuis, poſtea prodit prolixus & hoſtem.
O mors impauida, crudelis, mors homicida,
Febris & ò triſtis, quæ Gerardum *rapuiſtis,*
B *Iſte bonis bonus, & reprobis omni, iſte colonus.*
Pacis, gaudentes hilarans, reparans pænitentes,
Quod dilatare loca Sanctorum reparare,
Quot proponebat, & quot bona mente gerebat,
Quot pia donauit, reparauit, & ædificauit.
Si quiſquam noſſet, profectò dicere poſſet.
Per fragiles mundanos, mundanos prætereuntes
Ad Cęli montes, ſic mundi prætereuntes,
Huius ab hac ara, ſedis diſtantia rara.
Pontificis ſculptam glebam tenet atque ſepultam,
Quod patet impletum præſens remouendo tapetum,
Actis exequijs, quæ Pontificem decuerunt.
Delatum proprijs humeris, in humo poſuerunt.
C *Hunc ibi Siciliæ Rex, Rex regum duo nati*
Turba militia comitum diuitum ſociati.
Per te concreſcat Lector deuote precamen,
Hic quoque Præſul Amen, in iugi pace quieſcat.

7. Ecce ego in paupertate mea preparaui impenſas Domus Domini. 1. Paralip. 22. n. 14.

FR. Hieronymus Aſculanus Ordinis Minorum Generalis Magiſter à Nicolao III. electus Presb. Card. tit. *S. Pudentianæ*, Anno 1278. poſtea à Martino IV. Ep. C. *Praneſtinus*, X. Cal. April. 1281. Papa futurus *Nicolaus IV.* paupertatis amator, quanta fecerit in Eccleſia Dei? lege eius vitam.

Diaco-

Diaconi Cardinales.

8. *Iſti homines conturbant ciuitatem noſtram: et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem*. Act. 16.



IOrdanus Vrſinus Romanus, frater Nicolai III. R. P. (cui gradum fecit ad purpuram, ſanguinis vinculum) Diaconus Card. *S. Euſtachij* creatus Anno 1278. à fratre, quo mortuo cum Iordanus & Mathęus Vrſini Cardinales electionem impedirent Pontificis, ni Italus eligeretur, à Viterbienſibus carceri dati, ibi detenti vſquedum Martinus II. creatus eſt. Audi Honorium IV. Martini ſucceſſorem *l. 1. ep. 18. Cum Romana Viterbij reſidente, præfata Eccleſia per obitum Nicolai Papæ, paſtore vacaret: & fratres noſtri, de quorum numero tunc eramus, ipſius Eccleſiæ Cardinales conueniſſemus ſollicitè in palatio Epiſcopatus Viterbienſis, ut præconceptum virus euomerent pulſata campana, ſumptis armis, & ſceleſtis actibus data licentia, in furoris ſpiritu ad prædictum palatium concurrentes, ac humanitatis, & reuerentia debito à ſe penitùs relegato, in palatium ipſum clamoribus terribilibus editis irruentes, graſſantes in patres, in paſtores attrociſſimè ſęuientes, dilectos filios noſtros Mathęum S. Mariæ in Porticu, & Iordanum S. Euſtachij Diaconos Cardinales columnas quidem Eccleſię, omnique reuerentia pertractandos; quamquàm prædicti Viterbienſes firmiter promiſiſſent, ſe tunc ad incluſionem, vel arctationem Prædictorum Fratrum nullatenùs proceſſuros, iniectis in nonnullos ex eiſdem fratribus, manibus violentis, & non leuibus dictis Matheo, & Iordano Cardinalibus irrogatis iniurijs, in vna ex cameris eiuſdem palatij; obſtructis oſtijs, & feneſtris illius, auſu ſacrilego incluſerunt, nonnullis ex alijs fratribus ſupradictis, dum præſumptioni tàm temerę, tam deteſtandis aggreſſibus refragari ſollicitè niterentur, ac eiſdem Matheo, & Iordano Cardinalibus ſub dura, & ſuſpecta nimis carcerali cuſtodia poſitis, tandem prædicto Iordano ab huiuſmodi cuſtodia, quamuis ſub certis pactis, & conditionibus relaxato, &c.*

Viuere Iordanus deſijt Romæ, Anno 1287. Sede vacante per obitum Honorij IV. *vir magna excellentię, & innocentia*, teſte Ptolomęo Lucenſi. De eo lege Sanſouinum: Auberij: Panuinium: Ciaconium: Io: Villanum: Garimbertum.

9. *Et cum lętitia egerunt diebus octo in modum tabernaculorum, recordantes quod ante modicum temporis diem ſolemnem tabernaculorum, in montibus & in ſpeluncis more beſtiarum egerant*. 2. Maccab. 10.



IAcobus Columna Oddonis filius, ſanguine iunctus cum Nicolao III. vir vtique exactę religionis, & grauitatis, ſed contra antiquam Eccleſiæ prohibitionem, (qua ab Alexandri III. Pontificatu, vniuerſi Columnenſes beneficijs, & dignitatibus Eccleſiaſticis eorumq; deſcendentes priuati fuerant, vt contra Eccleſiam Romanam fideliſſimi commilitones Friderici Ænobarbi Imperatoris) ex Archidiacono eccleſiæ Piſanę, promotus ad purpuram Diaconus Card. *S. Mariæ in Via lata*, Anno 1278. ab eodem Nicolao III. qui familiam & affines honoribus augere ſtudens, teſte *Ptolomæo Lucenſ. l. 23.* eo voto, A Iacobum creauit, ne Columnenſes Hannibaldenſibus primarijs tunc Romanorum, & Vrſinorum inimicis adhęrerent. Non deſunt tamen, qui prohibitionem hanc contra Columnenſes, Bonifacio VIII. ſub Anno Sal. 1298. adſeribant; ſed falſo: nam *Villanus, S. Antoninus*, & præcipuè *Ricordanus* horum antiquior huius prohibitionis factę ab Alexandro III. contra Columnenſes meminit, nec tamen Ricordanus vita, aut ſcriptis ad tempora Bonifacij peruenit. Hoc quidem verum; Nicolaum III. primum non fuiſſe huius prohibitionis tranſgreſſorem: quia ſub Honorio III. Ioannes Columna Romanus, Presb. Card. tit. *S. Praxedis* Legatus abijt in Sarra- B cęnos. Veriſimilius credit Spondanus; Anno 1278. *n. 9.* quod, (vt legitur in Chronico Lucenſis tunc viuentis) Nicolaus III. reuocarit conſtitutionem quamdam Gregorij IX. qui Honorio ſucceſſit, quà cautum: *nè de quodam genere Vrbis* (minimè nominat Columnenſes, rationem hăbens familiæ Illuſtriſſimę, vna ex eis, quæ Friderico adhęſerunt Ænobarbo) *vllus promoueretur ad ſtatum: feciſſe tamen de eadem Domo Cardinalem, idq; ſuæ domus multum nocuiſſe*: nam Vrſinis infeſtare ex odio innato, non deſtiterunt. Creatus itaq; Diaconus Cardinalis Iacobus Columna tum & Liberianę Baſilicæ Archipresbyter, primuſq; Equitum S. Iacobi Luſitaniæ C Protector, in exornanda Liberiana Baſilica, quam etiam hæredem teſtamento fecit, totus incubuit. Nicolao mortuo, comitijs adfuit Martini IV. Honorij IV. Nicolai IV. Cæleſtini V. & Bonifacij VIII. à quo, exortis inter eos ſimultatibus nonnullis, quas dedimus in *Bonifacio VIII. n. 5.* purpura ſpoliati fuere. Hiſtoriam hanc refert Dantes Aligherius *Cantu 27. Inferni*. Quod cum impedimento fuiſſent duo Cardinales Columnenſes Cæleſtini V. abdicationi, licet poſtea conſenſiſſent; memor Bonifacius, eorum poſtulata ſpernere videbatur; cum antea familię opibus, & clientelis clariſſimi primum locum obtinerent apud Pontificem. Propterea & ipſi Pon- D tificem deſpicere minimè veriti, in eum obloqui, & in Conſiſtorijs refragari cęperunt. Tantam audaciam vt Bonifacius infringeret, aures præbuit *Oddoni, & Landulpho* Columnenſis familiæ paterna repetentibus caſtra, quæ vi detinebantur à Columnenſibus *de Præneſte* dictis, quorum erant Cardinales. Spreuere iſti non ſolùm mandata Pontificis, ſed verbis contumelioſis libellilq; in Orbem vulgatis, Pontificatum vſurpatum à Bonifacio accuſabant, Cæleſtino viuente, cui ius non erat renuntiare thiaram. Verbis addidere facta; ſuppellectile intercepta Pontificis, quæ Romam vehebatur, quamuis illicò reſti-

Digitized by Google

reſtituta. Hinc Cardinales Romam vocati ad dicendam cauſam, metu perterriti, coactis aliquot agreſtium manipulis, ſe recepere *Praneſte*. Pontiſex vindictæ cupidus, congregatis Cardinalibus, cum Columnenſium expoſuiſſet facinora, conſpirationis ſcilicet cum Aragonio aduersùs Eccleſiam, & Carolum Siciliæ Regem: perfidiam hæreditariam ab eis tranſmiſſam, qui olim cum Friderico Imperatore Sedem perſequebantur Romanam: bonorum vſurpationem iactam in conſanguineos; vt eorum ſuperbiam contereret Iacobum *S. Maria in Via Lata*, & Petrum *Sancti Euſtachij* Diaconos Cardinales depoſuit, & in futurum, eccleſiaſticæ dignitatis incapaces declarauit. *Ioannem, Oddonem*, fratres dicti Iacobi cum deſcendentibus vſque ad quartam generationem voluit inhabiles cuiuſq; gradus Eccleſiaſtici, eorum bonis mobilibus, & immobilibus Fiſco adiudicatis. Concitatis deinde Vrſinis, Crucesignatorum copias in eos immiſit, *Vrſo Vrſino* duce, à quo cunctis oppidis deuaſtatis, & ædificijs, cum ſolùm *Praneſte* ſupereſſet, quò confugerant, inexpugnabile fortalitium, Comitem Guidum Bonifacius conſuluit, tunc minoritam S. Franciſci, olim bello clarum, quomodò propugnaculum illud ſuperari poſſet. Reſpondenti Guidoni, *Caſtris ſeceſſiſſe ad Choros, nè ampliùs falleret; propterea alios conſuleret*; abſolutionem obtulit Bonifacius fraudis, virtute Clauium, quam Guido inſtrueret. Hinc fretus doloſum conſilium animę ſuę minimè oneroſum fore, dixit: *Cum tu Pater Sancte; me à crimine abſoluas futuro, ſuadeo: Plura promittere, nullum, ſeruare: hac arte breui expugnabis arcem*: Placuit arcanum Papę, qui propterea ſimulata miſericordia; Columnenſes inuitauit ad penitentiam, bonorum offerens reſtitutionem. Creduli Columnenſes, Menſe Septembri, An. 1299. Reate, venere ad Pontificem cum amicis, & cognatis, veſte induti pullata, eiuſq; pedibus prouoluti, humiles veniam precati, ea fuere conditione ſuſcepti, vt *Praneſte* tradito, Tibur ſecederent, ſenium ibidem expectantes. Non abnuentibus, munitiſſimam arcem Bonifacius recepit, quam ex vertice montis ad radices tranſtulit, & priſco obliterato nomine, *Papalem* dixit; poſtea funditus diruit, ſale conſperſit dicens: *lapides diſſipari non hoſtes, manentibus eorum ſpeluncis*. Horum caſu perterriti Columnenſes reliqui in Galliam aufugerunt, alij in Siciliam. Iacobus omnibus expoliatus exul, & errabundus, Peruſij apud antiquum familiarem vitam traduxit, donec poſt obitum Bonifacij, à Benedicto XI. inſtante Philippo Gallorum Rege, anathemate ſoluti, & vnitati reſtituti eccleſiaſticę; dignitatem redemerunt, non bona. Confiſcationes enim noluit Benedictus retractare. Demum præſente Philippo Rege, Lugduni, Anno 1305. à Clemente V. priſtinis honoribus reſtituti, & paternę hęreditati, humanę dederunt fragilitatis exemplar. Eorum priuationis cauſas in *Sexto Decretal. libro, tit. De Schiſmaticis* incluſit Bonifacius VIII.

Obijt Iacobus Auenione, ſub Clemente, Romam delatus in Baſilica Liberiana humum ſubijt, cuius anteriorem partem, & omnem abſidem Muſiuo opere exornauerat; vt ex elogijs apparet. Eius effigiem ſculpi affabrè curauit Vghellus *libello Cardinalium familia Columnen.*

Moriens hæredem bonorum ſuorum Baſilicam voluit S. Mariæ Maioris; *vt Capitulum perpetuò ſex Sacerdotes aleret; quorum quatuor quotidie celebrarent in S. Ioannis ſacello ab ipſo conſtructo: reliqui quotidie ſacra facerent in Sacello Nicolai IV. ab eodem Iacobo Cardinali condito, ob reuerentiam, & memoriam prædicti SS. Patris D. Papæ.*

Hinc Canonici grati animi ſequens adiecere elogium in ſacrario.

Petrus, & Iacobus Columnę.

Huius templi Archipresb. Card. ambo de re ſacra pręclarè meritis, ſed Iacobus opere, ſumptuſq; collato, cum Nicolao Pontifice, ex inſtauratione Baſilicę deceſſit illuſtrior.

Iacet in pauimento chori, ad aram maximam, vt ex teſtamento Agapiti Columnæ, teſte Felice Contel. *in Elen. Card. In eccleſia S. Mariæ Maioris eligo ſepulturam, ad pedem D. Iacobi patrui mei, qui eſt ſepultus ante Altare Maius.*

Eius memoria in Xenodochio S. Mariæ de Stella Vrbis Veteris; *item vnam Crucem de chryſtallo pulcherrimam, in qua eſt de ligno Crucis, cum pede argenteo, donatam per D. Iacobum de Columna Card.*

Inter antiqua Ordinis Seraphici monumenta: *Incipiunt Conſtitutiones Vener. P. & D. beatæ mem. D. Iacobi de Columna Cardinalis Fundatoris Monaſterij, cuius anima exultat in gloria Sanctorum*. Fouit enim monaſterium S. Silueſtri de Capite, ob ſanctam memoriam ſororis ſuæ illius ſodalitij fundatricis.

De eo lege Garimbertum; Ciaconium; Hippol. Marracin. *Purpura Mariana*. Vghellum.

Vice Cancellarij ſub Nicolao III.

M. Petrus Peregroſſus Mediolanenſis, S. R. E. Vice Cancellarius ab initio Pontificatus Nicolai III. vſque ad principium Pontificatus Nicolai IV.

MARTINO IJ. DICTO IV. P. R. CLXXXIX.

MArtinus II. dictus IV. Octauo Kal. Martij, 1281. electus, obijt 4. Kal. April. 1285. Eius adfuere comitijs,

Epiſcopi Cardinales, teſte *Ciaconio & Panuinio*,

Ex Nicolao III.

1 Ordeonius Ep. C. Tuſculanus,

2 Bentiuenga de Bentiuengis Ep. C. Albanus, Maior Pænitentiarius,

A

3 Fr. Latinus Malabranca Ep. C. Oſtienſis,

Presbyteri Cardinales,

Ex Vrbano IV.

4 Ancherus Pantaleo P. C. tit. S. Praxedis,

5. Guillelmus de Braio P. C. tit. S. Marci.

6. Simon de Bria P. C. tit. S. Cæciliæ.

Ex Nicolao III.

7. Gerardus Blancus P. C. tit. SS. XII. Apoſtolorum.

8. Fr. Hieronymus Aſculanus P. C. S. Praxedis, tit. Paſtoris,

Diaconi Cardinales,

Ex Vrbano IV.

9. Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin Archid. S. R. E. ex Vrbano IV.

10. Gotifredus D. C. S. Georgij in Velabro.

11. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu.

12. Iordanus Vrſinus D. C. S. Euſtachij.

13. Iacobus Columna D. C. S. Mariæ in Via lata.

ADdenda ad vitam Martini II. n. 9. poſt verba, *miraculis ad tumulũ eius crebreſcentibus*. Ex quibus mendaces iacent Siffridus *ep. l.* 2. *An.* 1278. qui tunc viuebat dicens; Martinum tanto odio habuiſſe Teutonicos; vt optaret totam Alemanniam vnam eſſe piſcinam. Quod æquè fatuè apud *Hiſtor. Auſtr. to. Rer. German. Freber.* interpretatum legitur; optaſſe Martinum Ciconiam effici, & Teutonicos ranas in paludibus, vt eas deuoraret: aut Lucium in lacu, & eos tanquàm piſces, facilè deglutiret. Præter enim B dictorum ineptias; non ſolum longè hæc aberant à Martini moderatione, eiuſq; Sanctitate: ſed plura Martinus in gratiam Rudolphi Romanorum Regis, ac nationis Germanæ feciſſe reperitur. Minus verax apparet Dantes Aligherius *Cant.* 24. in Purgatorio Martinum referens pinguedine ſuffocatum, cumq; ſupramodum oblectatum fuiſſe eſu anguillarum, quas vino Cretico demergebat, & aromatibus conditas coquebat. Poetarum namq; figmenta damnant veraces Hiſtorici Trithemius, Paulus Langius; Platina, Krantzius, aliàs loquaces & minus proni erga Pontifices Romanos.

Epiſcopi Cardinales creati à Martino II.

1. *Si fuero iudicatus ſuo; quod iuſtus inueniar*, Iob. 18.



BErnardus de Languiſello Eccleſiæ Arelatenſis Archipræſul fratres habuit Andream Epiſcopum Auenionenſem; & Bertrandum Epiſcopum Nemauſenſem, teſte *Saxio Eccleſię Arelaten. Canon.* apud *Frizonium*. Præſul inauguratus litem mouit contra Bertrandum Balthium Barralis filium, propter Nionis, Mirabellis, & Vinſobrij caſtra, quæ Bertrandus Maleſerratus refragante Capitulo, Barralis fidei, & ſacramento commiſerat. Lis tamen compoſita eſt, nouum Sacramentum præſtante Bertrando, titulo Vaſſalli erga Eccleſiam Arelatenſem.

Duo Bernardus celebrauit Concilia Prouincia- C lia inde electus Ep. *Portuenſis, & S. Ruffina* à Martino IJ. dictus IV. Anno Sal. 1281. & Legatus in Æmiliam & Etruriam, Eccleſiæ Arelatenſi liberè ceſſit, cuius tamen non oblitus, plurimos legauit redditus pro conſtruendo in ea ſacello, teſtamento condito, præſentibus Andrea, & Bertrando fratribus, Anno 1294. teſte Frizonio; qui in hoc decipitur ſecundum Vghellum, *to.* 1. *Italia. p.* 162. Nam Fr. Matthæus de Aqua Sparta Minorita, ex Presb. Card. in Portuenſi Sede, Berordo ſubrogatur à Nicolao IV. Menſe Decembri, 1291. *ex Vatic. Reg.* Idem Matthæus Portuen. Ep. interfuit electioni Cæleſtini V. D ac Bonifacij VIII. An. 1294. vt habetur in *lib. Oblig. Sacri Collegij*, in quo leguntur nomina Cardinalium viuentium, ante electionem, tertioue loco ponitur Matthæus Portuen. Epiſcopus: Quomodo ergo viuebat Bernardus Anno 1294. Accedat inſcriptio ſepulchralis, quæ adhuc Vrbeueteri, ante Aram maximam eccleſię S. Franciſci (non enim Romæ, ſed Vrbe-

Vrbeueteri deceſſit Bernardus) in pauimento, ſub lapide marmoreo, cum effigie, & inſignibus, penè corroſis, legitur,

Anno Domini M.CCLXXXX. videlicet XIII.Kal. Octob. obyt bonæ mem. Dominus Bernardus Epiſcopus Portuenſis,

Hunc Rex æterne Patri Sociare ſuperno
Pro quo mundana reputabit gaudia vana, & mens ſollicita fuit .....
Culpis purgata, vt prorſus fieret tibi grata,

Non deſunt, qui hunc Bernardum eumdem arbi- A trentur eſſe cum Bernardo Cardinali Caſſinenſi Abbate, de quo plura dedimus in *Vrbano IV. n.* 15. Alij hunc cum Bertrando confundunt Ep. Sabino. Sed ex vario tempore mortis, diuerſi apparent: nam Bernardus Caſſinenſis obijt Anno 1282. Bertrandus Sabinus Anno 1275. vel Anno 1277. Bernardus de Languiſello, Anno 1290.

2. *Ipſe dedit mihi ſcientiam veram, vt ſciam naturas animalium, iras beſtiarum vim ventorum, cognitiones hominum, differentias virgultorum, virtutes radicum.* Sap. 7.



HVgo de Eueshan. Atratus Anglus, Vuigornienſis, *Eueſhanus* dictus ab oppido eiuſdē diæceſis, in quo natus, vir eruditione præcipuus, & in arte medica egregius, vt in eo ſæculo *Phenix Medicorum* appellaretur, quòd & Mathæſeos cognitionem Medicinæ immiſcens, Venæ-ſectionem, herbarum collectionem, & Artis experimēta Aſtrorum reuolutioni ſemper accomodaret. Vltra ciuiles diſciplinas, Theologicam etiam cognitionem doctus, Humanæ Chriſti Genealogiæ explicandæ C oſtium aperuit; ex quo poſtea ceteris aditus facilior ad interiora enodanda patuit, Scripſit.

Medicinales Canones
Problemata
Super Opere febrium Iſaac
Diſtinctiones Prædicabiles,
Poſtilas ſuper Biblia.

His tota Europa notiſſimus factus, exortis Romę circa rem Medicam quæſtionibus grauiſſimis, à Martino IV. in curiam vocatus vt inter alios peritiſſimos Medicos ſententiam diceret, non ſolùm con- D ceptæ de ſe opinioni abundè ſatisfecit, ſed expectationem longè ſuperauit teſte *Pitſæo de ſcript. Angl. Sæculo* 13. Hinc Presbyter Card. tit. *S. Laurentij, in Lucina* creatus Anno 1281. Promouit Honorium IV. ſub quo obijt Romę, peſte ſublatus Anno 1287. in titulo ſuo ſepultus abſq; vllo epitaphio, prope ſacrarium; teſte Ciaconio. De eo lege *Aubery*: *Paulum Corteſium*: *Nomenclatorem Cardinalium.*

3 GErardus Blancus P. C. SS.XII. Apoſtolorum, Ep. Card. *Sabinus* promotus Anno 1281. a Martino IV. Vide *n. 6. ſub Nicolao III.*

4 HIeronimus Aſculanus ex Presb. Card. S. Pudentianæ, Ep. Card. *Prænestinus*. Vide ſub *Nicolao III. n.* 7.

5. *Vt inhabitem in Domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.* Pſal. 22.



IOannes Cioleti, vel Cholet, Eduardi filius, frater Odonis Abbatis S. Luciani Bellouacenſis Monaſterij à Rege Chilberto conditi, natu Gallus, ex oppido Nointre, Diæceſ. Bellouacenſis, eiuſdem Cathedralis Canonicus, Canonum, & Sacrarum legum peritiſſimus, Frācorum Regibus Philippo Audaci, & Philippo Pulchro charissimus, quorum commendatione Cardi- B nalis Presbyter tit. *S. Cęciliæ* dictus à Martino II. alias IV. An. 1281. (quam titulum antea poſſidebat ipſe Papa) miſſus ab eodem Pontifice, ad Eduardum Angliæ Regem, vt monomachiam inter Carolum Regem Neapolitanum, & Petrum Arragonenſem excommunicatum impediret in agro Burdegalenſi, qui tunc temporis Eduardo ſuberat, litteris datis Vrbeueteri ad Eduardum, An. 1283. in quibus Martinus de Ioanne ſic loquitur: *Dilectum filium noſtrum tit. S. Cæciliæ Presb. Card. virum vtique grandi ſcientia præditum, prudentia & morum honeſtate decorum, quæ ſuæ probationis obtentu, grandi affectione proſequimur; cuiuſq; conſilijs acquieſcere in his te rogamus.* Fruſtra ta- C men acceſſit Ioannes ad Eduardum, hinc legatus in Gallias, & Hiſpaniam, Anno 1284. contra Petrum Arragonenſem (teſte *Langio de geſtis Philippi III. & Emilio Mariana l.* 14. *c.* 9.) vt Crucem prædicaret contra Arragonum, caſtra ſequutus Philippi, Narbonæ Villam, Roſſilionem, & Elucuſem deſtruxere vrbes: inde Catalauniam ingreſſi, ciuitatem expugnarunt Gerundenſem, & Comitatum Impariarum. In reditu Philippus migrauit ad Dominum, in villa Perpiniani. In Hiſpania verò inito certamine, Petrus ex vulnere obijt. Ioannes Romam reuerſus comitijs adfuit creandi Honorij IV. à quo Legatus in extremas Regni Galliarum eras, D Anno 1287. verſus Baionam, vt Sanctium Caſtellæ Regem, & Philippum Galliç cognomento Pulchrum reconciliaret; malè affectos occaſione diſcordiæ inter Alphonſum, & Ferdinandum Sanctij nepotes, ab auunculo in arce Morella detentos; Venit opportunè Legatus Reges monens nomine Pontificio, & cenſura Eccleſiaſtica, vt pacem inirent, nec fruſtrà; nam a cæptis declinante Philippo, & cauſa pupillorum atq; nepotum Legati arbitrio commiſſa, Lugduni Legatus comitia partium indixit: vbi tandem fœdus

hiſce conditionibus ictum. *Alphonſus Cerda à Regis Caſtellę appellatione abſtineret, & Murcię Regnum Sanctio, vt pote Caſtellæ Regis beneficiario traderet, & ſi abſq; prole decederet, ſubſtitueretur Ferdinandus frater natu minor. Mille equites in auxilium Galli Arragoniam repetere cogitantis mitterentur, tutumq; iter Gallicis copijs per Prouinciam donaretur. Cerdę fratres ergaſtulo ſoluti, in Philippi Regis forent poteſtate.*

Sub finem vitæ in Curiam profectus Romanam, ſedente Nicolao IV. à quo fuerat impoſita prouincia Ioanni, pro libertate Caroli Valeſij, Principis Salernitani, primogeniti Regis Neapol. datis ſuper ea re litteris ad Galliæ, & Angliæ Reges, contra Alphonſum Arragonum, cuius frater Iacobus Siciliam occupauerat. A

Vir multę ętatis, & meritorum teſtamentum condidit in Monaſterio Cellenſi Diœceſis Tricaſſinæ, prima Dominica Aduentus Anni 1289. quo legat Monachis S. Luciani Bellouacen. duo millia librarum Pariſienſium agro emendo. Apud eumdem S. Lucianum mandauit humari corpus. Inter legata decreuit emi centum Calices argenteos inauratos (quemlibet ponderis libræ vnius) quorum ſexaginta diſtribuerentur Diœceſi Rothemagenſi, quadraginta Bellouacenſi.

Collegium viuens Lutetiæ erexit, ab eius nomine *Choletęum* dictum, ex quo viri virtute, & litteris meriti prodiere. Huius gymnaſij incolæ ſunt Diœceſis Ambanenſis, & Bellouacæ. Statuta Gymnaſij edidit Io: Cardinalis Monachus, qui executioni mandauit legata commiſſa à Cardinale Choletęo; morte ſublatis Eurardo de Noientel, & Gerardo à S. Iuſto poſtremę voluntatis executoribus. In M.S. Codice huius Gymnaſij legitur epigramma ad Choletæi memoriam. B

Belgarum me primus ager nutriuit, honorat.
Roma: Seni fœdera pacis erant.
Religio, pietas, ſtudiorum inſignia creſcunt.
Me Duce, quis fuerim? comprobat iſta Domus.

Vitam poſuit ſecunda Auguſti 1292, ſepultus in Andrio S. Luciani, ſepulchro magnifico, cui ſuperpoſita ipſius Cardinalis Choletæi iuſtæ ſtaturæ effigies argentea, poſtea diuendita, cauſa ædificandæ Eccleſiæ flammis conſumptæ ab Anglis. Eius accipe epitaphium.

Hac in capella latet orbis fulgida ſtella,
Cuius fulgore regio hæc fuit in honore.
Francia Legatum ſuſcepit eum ſibi gratum,
Formam virtutum, Francorum nobile ſcutum,
Hic vir compoſitus, vir verax, virque peritus,
Iuſtus, munificus, Regum ſpecialis amicus.
Ergo mecum plores, præclari Patris & ores.
Vt poſt hos flores fructus capiat meliores.

Religioſi Sandionyſiani, in Francia commemorationem anniuerſariam celebrant penultima Iulij.

Scutum Choletęum aureum Cruce, & quatuor clauibus obuerſis miniatis exaratum maiori ianuæ Collegij Choletęi inſculptum tradit Frizonius: & idem videtur eſſe cum inſigni eccleſiæ Bellouacenſis, ex quo Brulius in Annalibus Lutetianis Præſulem Ioannem dixit Bellouacenſem: ſed in hoc, quatuor Claues non ſunt obuerſę. Lege de eo Paulum Corteſium.

6. *Obediui voci Domini Dei mei.*
Deuter. 26.



IN finibus Cenomaniæ, natalem diem vidit Geruaſius Giancoletus de Chlinchampi, Archidiaconus eccleſiæ Pariſienſis, quem in minori fortuna familiarem habuit Martinus IV. qui Papa dictus Geruaſium Cardinalem Presb. *SS. Silueſtri, & Martini, tit, Equitij* creauit Anno 1281. Apud Philippum III. cognomento Audacem Francorum Regem, Legatus Apoſtolicus contra Petrum Arragonenſem, in quem Philippus bellum mouit, Anno 1285. Crucem, in eum predicauit: ſed bello ſoluto ob mortem Regis Philippi, in Italiam redijt, lucubrationibus incumbens Theologicis, quas plures poſteris mandauit; teſte *Paulo Corteſio*. B

Lue peſtifera ſublatus, Romę, Anno 1287. ſepulchrum ſubijt in æde SS. Sylueſtro, & Martino ſacra: vbi ſequens legitur epitaphium vetuſtate conſumptum, ex *Nomenclatore*:

Hic iacet Dominus Geruaſius Cardinalis Cenomanen...
...amareſta 69. Conſtans & ment.....40. quæ miſce....
o fine fine.

Lege de eo *Ioannem Villanum, Fr. Ptolom.*

7. *Et epiſcopatum eius accipiat alter.*
Pſal. 108.

C



GAufridus de Barbo, vel Barbeau, Gallus Burgundus, *de Barbo* dictus à Barbatulis piſcibus, quos gerit in ſtemmate vel ab vrbe *Barro* ad Sequanam fluuium in Burgundia. Decanus Eccleſiæ Pariſienſis (prima dignitas poſt Archiepiſcopum, poſtea Presb. Card. tit. *S. Suſannę*, à Martino IV. promotus, Anno 1281. Huius nihil ſupereſt, præter nudum nomen. Romę migrauit Anno 1284. ex peſte, ſepultus in Eccleſia S. Praxedis, in Eſquilino, extructa à Paſchali II. R. P. vbi adhuc viſuntur Inſignia cum elogio ſequenti, teſte *Nomenclatore*.

D

Ego Gaufridus de Barbo quondam tit. S. Suſanna Presbyter Cardinalis. Credo quod Redemptor meus viuit; & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.

In Necrologio Eccleſiæ Pariſienſis notatur XII. Kal. Sept. obitus Gaufridi de Barbo, ex Decano Cardinalis.

De eo lege *Ciaconium: Auberij; Frizonium: Claudium*

atum Robertum: Vghellum. Inſignia adiecimus ex M. S. *Cornelio.*

8. *Vir erat in terra Hus nomine Iob, ſimplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo,*
Iob, 1.



COmes Gluſianus de Caſate, cuius & Archidiacon. poſtea ex Auditore Sacri Palatij, Presb. Card. tit. *SS. Marcellini, & Petri*, creatus à Martino II. Anno 1281. Romæ ex peſte deceſſit, 6. Idus April. 1287. Sede vacante poſt obitum Honorij IV. ſepultus in Baſilica Lateranenſi, cum tali inſcriptione, teſte *Nomenclatore.*

An. Dom. MCCLXXXVII. Menſis Aprilis die VIII.

De Mediolano Comes hoc requieſcit in antro
Presbyter & Cardo, veniat tibi ſplendor ab alto,
Lombardis charus, ipſorum gente creatus:
De patria clarus, de magno ſanguine natus.
Tu ſapiens pectus Iuris vexilla ferebas,
Pauperibus largus, ad praua per omnia tardus,
Conſilio magnus, mitis, deuotus vt agnus,
Muneris acceptor rarus, tu iuſtus obiſti.
Nominis illector, cur ſic citò morte rapuiſti?
Hinc Mediolanum, Romanaq; Curia ploret.
Ne fleat in vanum pro te, rogo, quilibet oret.

Notat Andreas Victorellus Gluſianum vnum fuiſſe ex ijs, quorum operam adhibuit Nicolaus III. in declaratione Regulæ *Minorum* S. Franciſci, quam ſcripſerat idem Nicolaus III. contra detrectantium calumnias, qui Minorum obuerſabantur obſeruantiæ,

Iacobus Columna D. C. S. Mariæ in Via lata, Gluſiano amico ſuo gratus, ſacellum extruxit in Lateranenſi Baſilica, in eius ſuffragium, cum inſcriptione,

D. O. M.

D. Iacobus de Columna Card. S. Mariæ in Via lata, pro anima D. Comitis Card. fecit fieri hanc Capellam cum Altari, & omnibus,

9. *Non recedet à te rapina.* 3. Nahum. 1.

B 

BEnedictus Caietanus Anagninus ex Notario Papæ, Diaconus Cardinal. C. *Nicolai in carcere Tulliano* promotus à Martino II. Anno 1281. poſtea Presb. Card. *SS. Syluestri, & Martini in Montibus. tit. Equitij:* tandem Papa *Bonifacius VIII. Cœleſtino V. rapuit* Pontificatum,

Vice Cancellarij S. R. E.

M. Petrus Peregroſſus Mediolanenſis, S. S. R. E. Viceccancellarius,

HONORIVS IV. P. R. CXC.

HOnorius IV. Electus die 4. Non. April. 1285. Obijt in Cœna Domini An. 1287. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

Ex Nicolao III.

1. Ordeonius Ep. C. Tuſculanus.
2. Bentiuenga de Bentiuengis, Ep. C. Albanus.
3. Fr. Latinus Malabranca Ep. C. Oſtienſis.

Ex Nicolao III. & Martino IV.

4. Gerardus Blancus Ep. C. Sabinus.
5. Fr. Hieronymus Aſculanus Ep. C. Præneſtinus.
6. Bernardus de Languiſſello Ep. C. Portuen. & S. Ruffinæ. Ex Martino IV.

Presbyteri Cardinales.

7. Ancherus Pantaleo P. C. tit. S. Praxedis: ex Vrbano IV.

Ex Martino IV.

8. Hugo Atratus de Eueshan P. C. tit. Laur. in Lucina.
9. Geruaſius Gianceoletus de Chlinchamp Presb. Card. SS. Silueſtri, & Martini &c.
10. Gaufridus de Barbo P. C. tit. S. Suſannæ ad duas Domos.
11. Io: Cioletti P. C. tit. S. Cæciliæ.
12. Comes de Caſate Mediolanen. P. C. tit. SS. Marcelli & Petri.

Digitized by Google

Diaconi Cardinales.

Ex Vrbano IV.

13 Iacobus Sabellus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.
14. Gottifredus de Alatro D. C. S. Georgij in Velabro.
15. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu.

Ex Nicol. IIJ.

16. Iordanus Vrſinus D. C. S. Euſtachij.
17. Iacobus de Columna D. C. S. Mariæ in Via lata.

Ex Martino IV.

A 18 Benedictus Caietanus D. C. S. Nicol. in carcere.

Cardinales creati ab Honorio IV.

1. *Cum dies tranſiſſent conuiuij: mittebat Iob ad filios, & ſanctificabat eos, conſurgens diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis, dicens: ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat cunctis diebus.* Iob. 1.



IOannes Buccamatius natu Romanus, conſanguineus Honorij IV. R. P. Archiepiſcopus Montis Regalis in Sicilia creatus à Nicolao IIJ. poſtea ab affine ſuo Honorio IV. Card. *Ep. Tuſculanus*, Anno 1285. ab eodemq; in Germaniam legatus, Herbipoli, præſente Rodulpho Imperatore, Concilium celebrauit, & nomine Pontificis inuitauit Cæſarem in Italiam deſcendere ad ſuſcipiendam coronam Imperij, de manu Pontificis. Electum Baſileenſem conſecrauit.

Poſt adeptum Cardinalatum Capellanus & Rector eccleſiæ S. Fortunati de Vernote, Senonis vndecim oppidorum Dominus, villarum, turrium, & aliorum bonorum poſſeſſor, ſupra centum mille aureos locis pijs, in Religioſorum Clauſtralium, & pauperum honeſtatem adoleſcentium ſubſidium; hoſpitalibus in Vrbe, & alibi reficiendis, ſingulis parochijs argenteum Calicem, Summo Pontifici annulum ſuum, Cardinalibus etiam ſingulis ſingulos annulos legauit. Auenione obijt Menſe Iulio, Anni 1309. (teſte *Fr. Salimbene*, *& Ptolomao.*) quinque B Pontificum promotor, apud Dominicanos ſepultus. Prædia etiam legauit Monaſterio S. Sixti, vt ex eius tabulario Franciſcus Maria Turrigius, *V. P. Io: de Buccamatio, Ep. Tuſculanus donauit huic Monaſterio S. Sixti, Caſale S. Clementis cum toto ſuo tenimento, quod Caſale conſtitit ei tria millia Florenorum. Item donauit Caſale de Cirſuli in Tenimento Tiburtino, quod conſtitit ei*, 600. *florenis &c.* Scuta etiam duo millia eidem Monaſterio legauit, vt ſupra numerum aliæ quindecim Virgines alerentur piè.

C Inſignia legitima Buccamatij hic habes.

NICOLAVS IV. P. R. CXCI.

NIcolaus IV. Electus die 8. Kal. Martij, Salutis An. 1288. Obijt die 4. Aprilis Sal. An. 1292. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

Ex Nicolao III.

1. Bentiuenga de Bentiuengis. Ep. C. Albanus.
2. Fr. Latinus Malabranca Ep. C. Oſtienſis.

Ex Nicolao III. & Martino IV.

3. Gerardus Blancus Ep. C. Sabinus.
4. Fr. Hieronymus Aſculanus Ep. C. Prænestinus.
5. Bernardus de Languiſſello Ep. C. Portuen. Ex Martino IV.

D 6. Io: Buccamatius Ep. C. Tuſculanus, ex Honorio IV.

Presbyteri Cardinales.

7. Io: Cioletti P. C. S. Cæciliæ: Ex Martino IV.

Diaconi Cardinales.

8. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu, Ex Vrbano IV.
9. Iacobus Columna D. C. S. Mariæ in Via lata: ex Nicolao III.
10. Benedictus Caietanus D. C. S. Nicolai in carcere: ex Martino IV.

Epi-

Epiſcopi Cardinales creati à Nicolao IV.

1. *Domum ędificabitis mihi,* Act. 4.



BErardus, vel Bernardus natu Gallus, Martini IV. Turonenſis olim Camerarius, & Canonicus Eboracenſis, eodem donante Martino Pontifice, qui eidem etiam Epiſcopatum contulit eccleſiæ Auximanę, in Picæno. Vir pius & prudens non ſedit otioſus, ſed inter A
plura facinora, Palatium erexit Epiſcopale ad partem Aquilonarem à fundamentis; & aliud ad Orientem, ante turrim Campanariam, teſte *Zacchio Volaterrano* eius Eccleſiæ Antiſtite, in *Catalogo Auximia Præſulum*.

Anno poſtea 1288. à Nicolao IV. electus Ep. C. *Prænestinus,* vnde ipſe Hieronymus ad Pontificatum aſcenderat, Legatus de latere in Siciliam abijt ad Carolum Andegauenſem cognomine Claudum. Legationis cauſa fuit Sciſma excitatum à Columnenſibus, alijſq. in quos Robertus Andegauenſis Regis Caroli filius magnas duxit copias ad Sciſmaticos debellandos. Menſe Iunio exceſſit Anno B
1291. prope caſtrum Fontis agri Spoletini, in Vmbria; ſedente Nicolao IV. ita *Frizonius*, vel prope Vicum Pontis, teſte *Ciaconio, & Vghello*.

Vghellus Berardum hunc Italum dicit, non Gallum, Ca Ilianum patria.

De eo lege Ciaconium: Frizonium: Auberij Ioſeph Maria, m Soareſium in *antiqua Praneſte*.

Crucem quam adieci pro ſtemmate, habes in *M.S. Cornelio*.

2. *Plurima ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi*. Eccli. 3. C



HVgo Seguin, patria Aruernus, diæceſi Claramontanus, vrbe Billonenſis, Ordinem Prædicatorum ingreſſus, in quo mirum in modum profecit maximè in Theologia, laurea inſignitus Doctorali, & Lectoris munere in Romano Conuentu S. Sabinę, ad Lugdunenſem Archiepiſcopatum tranſitum fecit poſt Ioannem III. Anno 1289. Cuius eccleſiæ minimè Archidiaconus fuit, vt voluit Robertus *in Gallia Chriſtiana.* Ita ſentiunt Hiſtorici Dominicani, & Præſul D
Pictauienſis in ſuo *Nomenclatore,* qui Hugonem vocat Archiepiſcopum Lugdunenſem in diuinis ſcripturis iugi exercitatione doctum, & Theologicarum difficultatum penſitatorem ſubtiliſſimum. Conſonat ratio: non enim fieri potuit, vt Religioſus D. Dominici fungeretur officio Archidiaconi, in eccleſia Cathedrali, quod hactenus inauditum. Nec dicas ante emiſſa Religionis vota: quia iuuenis Ordinem ingreditur, adoleſcentiam exercens in Philoſophicis & Theologicis ſtudijs. Hinc difficultate meliùs diſcuſſa; inter ſuos Lugdunenſes Archiepiſcopos in ſecunda editione Hugonem repoſuit Iacobus Seuertius Eccleſiaſtes Lugdunenſis, quem in prima omiſerat.

In Vigilia Pentecoſtes Cardinalis Presbyter creatus tit. C. *Sabinæ* à Nicolao IV. Anno 1288. poſtea à Cęleſtino V. Ep. C. *Oſtienſis, & Veliternus* in locum fratris Latini; non Diaconus Cardinalis (vt voluit Stephanus de Stampago Dominicanus) in priuilegio namq; Nicolai IV. dato Iulianę Abbatiſſę, de Cuſtodia B. Mariæ, in territorio Bleſenſi; 3. Non. Sept. 1288. ſubſcribit *Ego Fr. Hugo tit. S. Sabinæ Presb. Cardin.* Creationi interfuit Cæleſtini V. tanquàm Prior Presbyterorum.

Diem obijt extremum III. Kal. Ian. 1328. cuius corpus iacet in ſuo S. Sabinæ Titulo, ante Altare maius. Eius inſignia, tria Leonum capita; fert tamen parmam D. Dominici. Eius inſcriptio ſepulchralis.

Hugo vocatus homo fuit, & de Billonio.
Per mortem clarum dedit hunc Aruernia clarum,
Ordinis hic frater, quippe dicat hunc bona mater.
Edidit ad ſtudia Doctorem Theologia:
Cui ſocios Petrum Paulum det gratia Chriſti.

In hoc epitaphio nulla mentio Cardinalatus, vt nec in ſepulchrali inſcriptione de Alliaco. Plura Hugo ad Theologiam ſpectantia edidit, quibus difficillimas quæſtiones diſſoluit,

Commentaria in Threnos Hieremiæ.
In IV. libros Sententiarum.
De immediata viſione Diuinæ eſſentiæ,
Contra Corruptorium S. Thomæ.
Sermones plures.

3. *Maledictus qui opus Dei facit negligenter.* Ier. 48.



FR. Mattheus de Aquaſparta diæceſ. Tudertinæ, ordinem profeſſus S. Franciſci, ab ineunte ętate, in Vmbria non minùs de pietate benè audijt, quàm de doctrina. Hinc gradus omnes emenſus honoris, ex Lectore tandem Palatij Pontificij, ad Generalatum Ordinis ſui aſcendit, Anno 1287. eademq; ratione, à Nicolao IV. prima Cardinalium promotione, Sal. An. 1288. Presb. Card. tit. *S. Laurentij in Damaſo,* poſtea Epiſcopus *Portuenſis* aſſumptus, noluit in purpura Religionis ſuæ curam dimittere. Eodem tempore libellum editum à Fr. Nicolao Franciæ Miniſtro contra declarationem Regulę Minorum factam à Nicolao III. R. P. reiecit cum animaduerſione in auctorem, vt pœna vnius exemplum exiret ad omnes. Anno po-

poſtea 1289. comitijs indictis Generalibus, quibus Reate celebratis Romanus ipſe Pontiſex adfuit, ſucceſſorem creauit Miniſtrum Generalem, Fr. Raymundum Gaufredi. Mathæi regimen quantum nocuerit Ordini ſuo Regulari? accipe à Luca Vvadingo; *Non quòd ipſe malus fuerit, aut malè præceperit, ſed quòd eo mitiùs, & laxiùs agente, paulatim attenuata ſit Regularis obſeruantia. Compatiebatur omnibus, nullum querulum, ſed cunctis ſatisfactum volebat, omnium condeſcendebat votis abſq; prævio examine, an expediret. Auxit malum, quòd Cardinalis factus, nec auſus eſt ad arctiora cogere, dum ſuauiorem ipſe Princeps poſt Cardinalatum viuendi formam præferret*. Concordat Dantes A Aligherius *canta* 12. *Paradiſi*, corruptam ſub Aquaſpartano Regulam accuſans S. Franciſci.

Legatus ad Ciſalpinos, vt Cæſenam, Forum Liuij, Fauentiam, Forum Cornelij imperio reluctantes Pontifici, ad obſequium induceret, Canoxiæ comitijs habitis, plures Principes reconciliauit: Paganum Epiſcopum Aretinum depoſuit: Factiones *Albas, & Nigras* Florentiæ gliſcentes, cum ad concordiam meditaretur retrahere, ſuſpectus vni ſtudere magis, quàm alteri, Florentia feſtinanter exire coactus, vt iram furentium declinaret, telo laxato anathematis aduerſùs Florentinos, ad Curiam redijt, B vt ſtudio vacaret. Scripſit Matthæus.

Commentaria in Iob
Poſtillas in Pſalmos
In Epiſtolas Pauli
In IV. Sentent. libros Commentaria, quæ Aſſiſij, M.S. aſſeruantur, teſte Vvadingo.

Quæſtiones Quodlibeticas
Sermones
Inuentarium Sententiarum
Pentiloquium de potentia Papæ
Indicem per ſeriem litterarum, in libros Sentent.

Sixtus Senenſis in Bibliotheca Matthæum ita commendat: *Matthæus de Aquaſparta ordinis Minorum XII. Generalis, & poſtea Ep. Portuenſis S.R.E. Card. in ſeculari philoſophia iuxta morem ſui temporis magnificè doctus, & in Diuinis ſcripturis excellentiſſimus*. Paulus Corteſius laude proſequitur non minori: *Matthæus Aquaſparta laudandus, à quo ſunt Theologica paradoxa explicata cultiùs quàm eſſet ab inquinata illius ætatis æqualitate reſpoſcendum*. Antonius Poſſeuinus in *Apparatu ſacro: Matthæus de Aquaſparta Ord. Min. doctor inſignis &c.*

Protector Ordinis Seruorum B. M. V. à Nicolao IV. deſignatus Sanctum illud Inſtitutum ſemper promouit, viroſque illius familiæ vnicè dilexit, moſe tamen ſuo, indulgentior quàm par eſſet, regularem diſciplinam non multum promouit, ſtudijs intentus, & ſpeculationibus, Obijt Anno 1302. ſub Bonifacio VIII. duorum Pontificum promotor, ſepultus in Ara Cœli ad læuam ingredientis ſacrarium, ſub mauſolæo nobili cum inſignibus, nullo adiecto epitaphio. Hæredem ex eſſe inſtituit Monaſterium ſuum S. Fortunati de Tuderto; ſuiq; Teſtamenti executores Matthæum Rubeum Vrſinum, & Gentilem de Montefloris S.R.E. Cardinales.

4 BEnitius de Nardis, vel Bonius Bonitius, ciuis, & Epiſcopus Cremonenſis Pontio Ponzono ſubrogatus (teſte *Rubeo* in Catalogo; *Cauitello*, *& Campio* in hiſtoria Cremonenſi (Imò Cardinalis Presbyter tit. S.... à Nicolao IV. creatus, obijt Anno 1297. Quæ omnia gratis. Nil enim ſolidi, C quod eius probet Epiſcopatum, nec releuet Cardinalatum. Vide Vghellum *to.4.p.829.*

Diaconi Cardinales.

5. *Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob: & legem poſuit in Iſrael*, Pſal. 77.



M. Petrus Peregroſſus, Mediolanenſis, ex S.R.E. Vice Cancellario Diaconus Card. *S. Georgij in Velabro* promotus à Nicolao IV. Anno 1288. poſtea Presb. Card. tit. *S. Marci*. Sacrorum Canonum peritiſſimus, mandante Nicolao IV. diù inſudauit in explanatione regu- D læ D. Franciſci, Fratres Humiliatos ab Ordinariorum exemit iuriſdictione, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecit. Romæ obijt, Kal. Aug. 1295. ſepultus in eccleſia S. Mariæ, de Ara Cœli, cuius (viuente Ciaconio) erat cum elogio ſepulchrum; nunc deſideratur. De eo lege Corium *Hiſtor. Mediolan. p. 2.* Ciaconium: Lucam Vvadingum in *Annal. Min.*

Inſignia damus ex M.S. Cornelio, Draconem ſed deſuper Crucem.

6. *Væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Matth. 18.



NEapoleo Vrſinus, natu Romanus, de Monte Iordano, ex Subdiacono Apoſtolico, Papæ Capellano, & Canonico Pariſienſi, Diaconus Card. *S. Hadriani*, creatus à Nicolao IV. Anno 1288. ad interceſſionem Columnenſium, vt Vrſinam deprimeret familiam. Neapoleo namq; ſpiritu promptus, manu fortis cum Columnenſibus conſpirabat aduersùs alios Vrſinos, qui pro dignitate, & primatu dietim lingua, calamo, ferro decertabant aduersùs Columnenſes. Hinc mortuo Nicolao IV. ex mœrore animi dicunt, quòd ſupramodum declinaſſet in partes, quæ in futuro Conclaui, electionem ſucceſſoris vltrò biennium diſtulerunt, Matthæo Rubeo Vrſino ex vna, Neapoleone cum Columnenſibus ex altera alter-

tercantibus. Egrè namq; Matthæus ferens Neapoleonem contra propriam ſæuire familiam, in gratiam Columnenſium inimicorum ſuorum, quaſi ſolus Neapoleo ſaperet, & cæteri inſanirent Vrſini; omnem mouebat lapidem, ad excluſionem eorum, quos dealbãdos Neapuleo proponebat. Feſſi tandem magis Ciues Peruſij, quàm Cardinales (Peruſij namque conuenerant) mentionem faciente Petri de Murrhone, Latino Cardinale Oſtienſi, in eum conuenere. Menſes quinque Murrhonus rexit Pontificatum, poſtea deceptus à Benedicto Caietano D. C. S. Nicolai in carcere, ſe abdicauit, & ſucceſſorem habuit eumdem Benedictum nomine Bonifacij VIII. in cuius ſuffragatione Matthæus Rubeus Vrſinus primus calculum contulit in fauorem Benedicti, diſſentientibus Columnenſibus. Prudentior cęteris in hac electione Neapoleo ſe geſſit; quamuis enim occultè conſpiraret cum Columnenſibus, videns maiorem partem Cardinalium ad Benedictum declinaſſe, ob fauorem Caroli II. Regis Neapolitani, & ipſe ore adprobauit. Hinc à Benedicto, Pontifice dicto nomine Bonifacij, Legatus in Sabinos & Vmbros, ac Patrimonij Rector creatus, odium ſubterfugijt, & iram, quàm Bonifacius euomuit aduerſùs Columnenſes Neapoleonis amicos; donec mortuo, & ipſo Bonifacio VIII. creationi adfuit Benedicti X. à quo Neopoleo reſtitutione impetrata Columnẽſium, quos Bonifacius VIII. iuribus ſpoliauerat, & dignitatibus, ſimultatem auxit in Matheum Vrſinum Cardinalem. Hinc mortuo Benedicto poſt decem menſium ſpatium, cum in Peruſino Prætorio iterum conueniſſent Patres, & per Annum clauſi concordare minimè potuiſſent in electione Pontificis, Collegio in duas factiones æquè diuiſo Gallicam, & Italam. Hanc dirigente *Matthæo Vrſino*, & *Franciſco Caetano*: illam *Neapoleone Vrſino*, & *Nicolao De Prato*, qui Pontificem meditabantur Bonifacij hoſtem & Regis Gallorum amicum. Sæpè à Peruſinis arctati fuere Cardinales, qui cæca ambitione ſuffulti vitam etiam poſuiſſent: nimirò Cardinalis Pratenſis aſtu, Francorum Regi rem gratam facere cupientis, conſultum fuiſſet. Obtulit ergo Pratenſis Matthæo Vrſino, vt ex tribus à ſe deſignandis, vnum quadraginta dierum ſpatio ſuſciperent. Vel ipſi tres proponerent Vltramontanos, ex quibus eadem lege ipſe vnum ſeligeret. Placuit factioni Italicæ, nominationem præſerre; vnde tres deſignarunt, inter quos *Bertrandus* Archiep. Burdegalenſis creatus à Bonifacio VIII. & hoſtis acerrimus Philippi Gallorum Regis, in quem Cardinalis de Prato conſenſit ſperans, quia ambitioſum poſſe facile Regi reconciliari. Per citatos itaque curſores Rex monitus à Pratenſi, Bertrandum vocauit: eique arcano communicato, Papatum obtulit. Obſtupuit Bertrandus, & honoris cupidus, Regi reconciliatus cuncta promiſit, quæ vel iniquè Rex poſtulauit. Quorum ignari Patres in Bertrando conuenientes, ſalutauere Pontificem, nomine *Clementis V.* Ab hoc in Galliam Curia protinùs euocata Romana, grauamen agnouit, & dolum Cardinalis Pratenſis, querente Matthæo Vrſino ſe à Pratenſi proditum, proditam Italiam, proditam Ecleſiam. Abſente Pontifice, Italorum creuit diſcordia, in Nigros, vel Albos; Gibellinos Guelphos abeuntium. Piſtorium. Gibellinorum Sedem obſedere illicò Florentini, duce Calabro filio Caroli II. Regis Neapolitani. Ad Napoleonem Vrſinum miſſa legatione, confugiere obſeſſi, quo intercedente miſit Pontifex Clemens V. Legatos pacis ſequeſtres, ſed quia incaſſum, adiectus eſt ipſe Neapoleo cum libera facultate, vt nomine Eccleſiæ pacem in tota Italia procuraret. Ita ſuadente Pratenſi Cardinale, Zelotypia ducto; quòd Neapoleorum penſaret Pontificatum, bello

A autem diſtractus Italico ambitum poneret; & longè erraret ab aula. Alpibus ergo relictis, in Italiam deſcendit ad Florentinos, à quibus vrbe expulſus Cæſanam venit, & Florentinos anathemate ferijt. Aretij claſſicum canens, mille & ſeptingenteos cataphractos congregauit ſub ſignis, vltra frequentem peditatũ, quem ex Vmbria, & agro collegit Romano. Extorres etiam acceſſere Florentini, quos Florentiæ reſtituere meditabatur. Mouit ergo in Florentinum Comitatum. Florentini fortiores ſigna & ipſi explicarunt in agrum Arretinum, caſtris poſitis ad oppidum Gargonſę, quò exules ſe receperant. Legatus interim citato itinere Florentiam du-

B cens per Caſſentinum callem, vicina oppida, imò vrbem ipſam tanto terrore repleuit, vt illicò ſublatis à Gargonſa caſtris, coacti fuerint Florentini pleni confuſione, & pudore retroceder ad tutelam patriæ. Legatus cognito reditu Florentinorum, & ipſe ſubſiſtens, militem in Arretinum agrum reſtituit, & cõfirmato anathemate, Alpes iterũ tranſcendit. Non longè poſt obijt Clemens V. & Cardinales diſcordia diuiſi, cum Aquitani Aquitanum peterent; Galli, & Itali ab Aquitano abhorrerent, vltra duos Annos, non ſine magno Fidei Catholicæ detrimento, loco, & animo ſeceſſere. Aſtu tandem Philippi Comitis Pictauienſis, Lugdunum ducti, &

C in ędibus Prædicatorum incluſi, quadrageſimo poſt recluſionem die, diſcordes adhuc cum ſcrutinio minimè conuenirent, facto compromiſſo electionem mandarunt *Iacobo Oſſę Gallo Caturcenſi*, qui ſuadente *Neapoleone Vrſino Card.* cum crederetur Cardinalem electurus *Pelagruam*, vel *Bitterenſem*, ſeipſum elegit nomine *Io: XXI.* & Auenione Sedem Petri firmauit. Promouit poſtea Neapoleo Nicolaum V. Benedictum X. dictum XII. Clementem VI. ſub quo obijt plenus dierum, Anno Sal. 1237. Auenione, Anno Cardinalatus plùs minùs ſexageſimo. Scripſit Nea-

D poleo vitam, ac miracula B. Claræ de Cruce, aliàs de Montefalco; cuius exemplum extat M. S. in Bibliothecis S. Auguſtini, & S. Mariæ de Vallicello; ac in monaſterio de Montefalco. Miracula etiam B. Margaritæ Cortonenſis, iubente Rom. Pontifice. perquiſiuit, adprobauit.

De eo lege Sanſouinum: Ciaconium: Auberij, Pomp. Vizzanum: & Gherard. *in ſlor. Bonon.*

7. Me-

7. Melior eſt patiens viro forti,
Prouer. *6.*



PEtrus Columna natu Romanus, Ioannis filius, Iacobi Cardinalis nepos ex fratre, cum vxorem haberet, ea monaſterio ſe includente, Diaconus Cardinalis creatus *S. Euſtachij*, à Nicolao IV. Anno Sal. 1288. ad augendam potentiam familiæ Columnenſis, cui Papa ſupramodum inclinabat graui Eccleſiæ diſpendio. Hunc Cardinalem *S. Angeli* Vghellus appellat in *libello Columnenſis familiæ Cardinalium*, in quo Petri habes elogium & effigiem. Priuatus à Bonifacio VIII. implacabili Columnenſium hoſte, vnà cum patruo, purpura, & hæreditate paterna, animo tulit conſtanti vſque ad Clementis V. tempora, per quem Anno 1305. priſtinæ Dignitati, fuit reſtitutus. Diu deinceps aulam ſecutus promouit Io: XXI. & Liberianæ Baſilicæ auctus dignitate Archipresbyterali, Romæ Xenodochium S. Iacobi Incurabilium, prope Auguſti tumulum exędificauit. Auenione debitum naturæ ſoluit, Anno 1326. Cuius corpus Romam relatum in eadem iacet Baſilica Liberiana, ad pedes Nicolai IV. cum ſequenti Inſcriptione, teſtę *Nomenclatore*.

D. O. M.

Petra Petrum *tegit hæc marmor, fouet petra Chriſtum*
Sic ſaluum retinet vtraque petra Petrum.
Cardinalis fuit Petrus iacet hic tumulatus;
Tranſlatus Roma, deceſſit Auenione.
Annis Millenis Tercentis biſq; decennis;
Senis adiunctis, cum ſuſpirijs quoq; multis,
Et lachrymis oſſa ſunt hac condita foſſa
Stirpe Columnigena fuit, hic ſibi vita ſerena,
Lætitijs plena ſit cum Sanctis, & amœna. Amen.

De eo Io: Villan. *lib.* 7. *c.* 118. *lib.* 8. *c.* 21. & 22. Auberij: *Ciaconium*. Deiparæ ab infantia addictiſſimus, patronam habuit, præcipuè Auenionem pergens, tempeſtate ſuborta, penè naufragus, mortem euaſit, Virgine implorata Matre, cuius miraculum pingi voluit in columna ante portam *Reginę* dictam, in Baſil. Liberiana. *Hippol. Marrac. in purpura Mariana.*

8. Sapientia & Scientia datę ſunt tibi,
2. Paralip. 1. n. 11.



THeobaldus *Stampenſis* natu Anglus (*teſte Auctore Catalogi Scriptorum Angliæ*) vir pius, Scientiarum cultor in patria adoleuit moribus & ętate. Inde Gallia, Italia peragratis, diſcendi ſtudio, Romæ ſubſtitit, Nicolao IV. R. P. gratus ob ſacram eruditionem, ac virtutis exempla: a quo pluribus
A donatus titulis Eccleſiaſticis, tandem Diac. Card. S. R. E...., doctiſſimè ſcripſit, pręcipuè contra Sectarios negantes Petro & ſucceſſoribus regimen collatum Eccleſiæ, dicauitq; opus Roberto Capitoni Epiſcopo Lincolienſi. Scripſit etiam

Contra errantem in Theologicis,
Diſputationes aliquot,
Opuſcula,

Romæ obijt Anno 1289. licet de eo nulla mentio apud Ciaconium, Panuinium, Auberij. Falluntur ij, qui eum Cardinalem dicunt *tit. S. Sabinæ*; quia hunc titulū poſſidebat Fr. Hugo Biliomus in prima promotione creatus à Nicolao IV, perdurauitq. vſq. ad
B Cœleſtinum V.



FR. Petrus de Barelis, natu Gallus, Regularis B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, inter Religioſos enutritus in Gallia Narbonenſi, doctrina creuit, atq; virtute. Romam miſſus, vt cauſas ſui Ordinis procuraret, Hieronymum Aſculanum S. R. E. Cardinalem ſibi conciliauit, a quo in Pontificem aſſumpto Cardinalis creatus ſuit S. R. E.... Vixiſſe dicitur
C vſque ad Bonifacium VIII. cuius comitijs cum non adfuiſſe legatur, neq; Cęleſtini V. nutat eius purpura in incerto, ſilentibus etiam omnibus, qui geſta ſcripſere Cardinalium. Mag. tamen *Alphonſus Remondus in hiſtoria generali*: Stephanus Corbera in *vita B. Mariæ de Socos*: Iacobus Io: Viues in *Viridario Mercenario* expreſſam habuere mentionem.

Vice Cancellarij S. R. E. ſub Nicolao IV.

M. Io: Gallus Decanus Baiocenſis. D

CŒLESTINVS V. P. R. CXCII.

COeleſtinus V. Electus die 5. Iulij, Sal. An. 1294. ſe abdicauit Idib. Decemb. Obijt 14. Kal. Iunij, 1295. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

1. Fr. Latinus Malabranca Ep. C. Oſtienſis: ex Nicolao III.
2. Gerardus Blancus Parmenſis Ep. C. Sabinus: Ex Nicolao III. & Martino IV.
3. Io: Buccamatius Ep. C. Tuſculanus: ex Honorio IV.
4. Fr. Matthæus de Aquaſparta Ep. C. Portuenſis: ex Nicolao IV.

Presby-

Presbyteri Cardinales.

5. Fr. Hugo de Belliomo P. C. S. Sabinę ex Nicolao IV.
6. Bened. Caietanus P. C. SS. Syluestri, & Martini, tit. Equitij ex Martino II. & Nicolao IV.
7. Petrus Peregroſſus P. C. tit. S. Marci ex Nicolao IV.

Diaconi Cardinales.

8. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu: ex Vrb. IV.

Ex Nicolao IV.

9. Iacobus Columna D. C. S. Mariæ in Via Latas
10. Neapoleo Vrſinus D. C. S. Hadriani in tribu Foris.
A
11 Petrus de Columna D. C. S. Euſtachij.

Epiſcopi Cardinales creati à Cœleſtino V.

1\. *Inquire pacem, & perſequere eam.* Pſal. 33.



BErardus *de Blocco* natu Gallus, vel *de Gouth*, Burdegalenſis, ex pago de Vilandran, qui (teſte *Bzouio to. 1. ſupplem. Annal.* fratrem habuit germanum Bertrandum Epiſcopum Cameracenſem, B deinde Archipræſulem Burdegalenſem à Bonifacio VIII. promotum, tandem Summum Pontificem *Clementem V*, Iacobus Seuertius *in Chronol. Archiep. Lugdun. ad Annum* 1290. vnum, & eumdem fuiſſe opinatur Berardum, & Bertrandum: ſed ex diuerſitate dignitatum, nomina arguẽ diuerſa.

In Metropoli Lugdunenſi ſedit Berardus ordine LXXXIX. Hugonem ſubſequutus Cardinalem de Billon, ſucceſſoremq; habuit Henricum de Villarijs dictum *Hominem Nobilem*, Collegio cooptatus Cardinalium à Cęleſtino V. An. Sal. 1294. menſe Septemb. Neapoli cum alijs vndecim, *Ep. C. Albanus* creatus eſt; ipſe autem (abdicante ſe Cœleſtino V.) C Bonifacium VIII. promouit, cuius nomine, Anno 1295. Legatum egit in Gallia, ad componendam litem inter Philippum Pulchrum Francię, & Eduardum IV. Anglię Reges, ſed nil profecit: Tantum erat odium inter Gallum, & Anglum, quia Philippus Anglo Aquitaniam eripuerat. Miſſi tamen ad Bonifacium Legati, nomine vtriuſq; Regis, qui litem diremie in gratiam Angli, Bullæ Apoſtolicæ ab Archiepiſcopo Rhemẽſi allatę ita Regi diſplicuerunt; vt Comes Arteſię foco eas conſecrarit, vt in *hiſtor. Flandriæ.* De Berardi legatione ad Anglos plura refert *in Annal. Angliæ, Thomas Valſingamus.* D

Parmam habuit Berardus cum area aurea tribus faſcibus miniatis expreſſam, vt & Bertrandus eius frater Germanus, poſtea Clemens V. non cum tribus piſcibus, vt eam notauit Ciaconius: eam vide in Clemente V. De eo lege *Ciaconium, Frizonium.*

2 HVgo Seguin ex Presb. Card. tit. S. Sabinę Ep. C. *Oſtienſis*, promotus Anno 1294. à Cœleſtino V. Vide in *Nicolao IV. n.* 2.

3\. *Ingredietis in abundantia ſepulchrum; ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.* Iob. 5.



SImon de Belloloco, de Beaulieu, in Bria prouincia natus (teſte Demochare *to. 2. c. 24. de Miſſa*) eccleſiæ Bituricenſis & S. Martini Turonenſis, & in Carnotenſi Archidiaconus. Albertus Miræus, & Belfortius *lib. 1. Coſmogr.* vnà & Ciſtercienſes hiſtorici Simonem habitu induunt Ciſtercienſi. Sedit in Senatu Pariſienſi, dum de Pictauienſi Comitatu lis iudicata fuit, An. 1283. referente Tillio in *Memorial.* Ex Clauſtro vocatus ad Clauum Metropoleos Bituricenſis regere cępit Anno 1280. à Martino IV. (vt in monumentis Eccleſiæ Biturigum) laudatus tanquèm *vir magnis ſcientiarum dotibus præditus, conuerſatione laudabilis, honeſtate decorus, morum elegantia redimitus, varijſq. gratijs, & virtutibus inſignitus, teſte Frizonio*: Ex Claudio Roberto in *Gallia Chriſtiana*, Biturigibus corpus excepit Philippi Audacis, Perpiniani vita functi, 15. Octobris 1285. cadauer proprijs humeris deferente Philippo Pulchro Regę eius filio, & Miſsæ ſacrificium Simon celebrauit, præſentibus Carnotenſi & Epiſcopis. Cadurcenſem Eccleſiam ſuæ Metropolis ſuffraganeam rogante illius loci Epiſcopo Raymundo viſitauit, in comitatu Ioannis D. Sulpicij Cænobiarchæ.

Litteræ Raymundi Ep. Cadurcenſis.

Paternitatem veſtram nobis chariſſimam requirimus, & rogamus, quatenus hac inſtante die Sabbathi, vbiq; vos eſſe in noſtra Diœceſi contigerit, omnes, ſi placet, Ordines celebretis, & omnia alia faciatis nomine veſtro, & noſtro, quod ad veſtram pertinet dignitatem: nos ſi placet habentes benè excuſatus, quòd vobis tardè ſcribimus, cum hac inſtanti die Veneris, hora tarda, vbi vos eratis, ignorabamus, omninò ſcientes, Reuerende Pater, quod ad vos habuiſſemus deceſſum ſi equitare poſſemus. Valeat Paternitas Veſtra per tempora longiora. Datum Cadurci, die Veneris

Q q *poſt*

poſt Dominicam, qua cantantur Lętare. Anno Chriſti 1291.

Reſponſio Simonis.

Cum nos hac inſtanti die Veneris, ante ramos Palmarum ad veſtram Eccleſiam proponamus cauſa ibidem officium viſitationis exercendi fauente Domino declinare; mandamus vobis, quatenus dicta die procurationem nobis debitam praparetis &c.

Ex Archiepiſcopo Bituricenſi aſſumptus à Cæleſtino V. ad Ep. Card. *Prçneſtinum*, An. 1294. & in Bituricenſi Archiepiſcopatum ſucceſſorem habuit Ægidium Columnam. Defunctus eſt non. 7. Kal. A
Septemb. 1296. in Gallia, vt perperam Ciaconius, & Frizonius referunt; ſed Vrbeueteri, Anno 1297. die 18. Auguſti, poſtquàm à Gallica legatione rediiſſet, quam ſubierat nomine Bonifacij VIII, ad Philippum Pulchrum Galliæ, & Eduardum IV. Angliæ Reges. Sepultus in Eccleſia S. Franciſci, in pauimento, ante aram maximam, cum epigraphe ſepulchrali, in lapide marmoreo, nunc prætereuntium pedibus ferè conſumpto, cum inſignibus gentilitijs.

Symonis hęc foſſa ti, . . . 1. Card. . . . Oſſa.
Francia Papatus fuit huic Regi quoque gratus
Cardo . . . Prane . . . . bituris tanta pietas
Anno Domini M. CC. nonageſimo VII.
XVII. die Auguſti Menſis obijt.

Lege de eo Frizonium, Claudium Robertum, Ciaconium, Vghellum, Aubertum Myręum in *Chron. Ciſter.* Vvion *lib.* 1. *c.* 44. *ligni Vita*, Montalt. *par.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *Hiſtor. Ciſtercien.*

Presbyteri Cardinales.

4. *Heſterni ſumus, & ignoramus, quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram,*
Iob. 8.



FR. Thomas Aprutius, *de Ocra* dictus, non quòd ex Aprutia B
familia, in oppido Ocrę diœc. Aquilanę natus eſſet; ſed quia ortum duxerit *ex Ocra* familia, quę in Samnitibus viget, teſte ipſo Cæleſtino V. in diplomate *Nobilibus de Ocra, de Foſſa, de Alba, & Barilibus familijs* quod legere eſt *to.* 1. *Italię* apud Vghellum: quas omnes, intuitu eiuſdem Cardinalis S. Cæciliæ Thomæ de Ocra, ab exactionibus liberat, & tributis, priuilegium confirmando iiſdem familijs relaxatum à Carolo II. Siciliæ Rege.

Thomas igitur à pueritia, Ordini dicatus Cæleſtinorum, & in eo ſanctiſſimè vitam gerens, Abbas C
monaſterium rexit S. Io: in plano; vt patet ex donatione eccleſiæ S. Martini facta ab Epiſcopo Briano Religioſis Cæleſtinis, 22. April. 1290. *D. Gulielmus Brianen. Ep. &c. Cum de Ven. viro fratre Thomaſio de Ocra Abbate Monaſterij S. Io: in Plano, ord. S. Bened. Lucerin. diœc. eiuſq; fratribus fama volet laudabilis, cunctos trahens ad charitatis ardorem &c. eccleſiam S. Martini ſitam in territorio ciuitatis Brianen. &c. ad conſtruendum ibi locum, ſeu Monaſterium ordinis ſupradicti &c. conceſſit, & donauit &c.* Thomam hunc Cæleſtinus cum habuiſſet comitem in obſeruantia fidelem, vt etiam in Pontificatu ſocium haberet, Cardinalem Presb. creauit tit. *S. Cæciliæ*, ac S. R. E. Camera- D
rium. Audi Cardinalem Cameracenſem in vita Cæleſtini, *Duos Cardinales ex ſuo ordine fratres elegit, vt cum illis in Pontificio ſpirituale haberet conſortium, cum quibus ab ipſo tyrocinio militia ſpiritualis ſeu in cænobio, ſeu in Eremi contubernium ei fuit lib.* 2. *c.* 12. Mortuo Cęleſtino. Thomas comitijs adfuit Bonifacij VIII. à quo commendatum Monaſterium accepit S. Io: in Venere diœc. Theatinæ. Curam etiam ſubijt, mandante Bonifacio, exequiarum Cæleſtini V. Sex Annis cum purpuram geſſiſſet, exuit vnà cum vita mortali, Neapoli 29. Maij 1300. in feſto Pentecoſtes, ibidem in Metropolitana eccleſia ſepultus: vt ex eius tabulis teſtamentarijs deduxit Vghellus *to.* 1. *Italia Sacra*: & Cæleſtinus Tellera in *vita Thomę Cardinalis*. De eo lege Auberij: Panuinium: Arnold. Vvion. *de Ligno Vita*.

5. *In antiquis, eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Iob. 12.



FR. Petrus Aquilanus Monachus olim, & Abbas Caſſinenſis (teſte *Ciaconio*, & *Panuinio* licet in ſerie Abbatum Caſſinenſium nulla mentio: Vvion *lib.* 2. *Ligni Vita*, cum potius S. Sophiæ Beneuenti Abbatem, quæ Abbatia tunc ſub Caſinenſibus erat, teſte Vghello in *additionibus ad Ciaconium*. Ex Archiepiſcopo Beneuentano Presbyter Card. tit. *S. Marcelli* aſſumptus dicitur à Ciaconio, ſed perperam; nam in ſerie Archiepiſcoporum Beneuentanorum Petrus ipſe non legitur. Niſi dicamus cum Vghello, *to.* 8. *Italia*, *p.* 220. quòd mortuo Capuferro Archiep. Beneuentano, in partes diuiſum Capitulum Beneuentanum, vna elegit in Archiepiſcopum, Annibaldum de Alaba Archipresb. Beneuentanum: alia M. Petrum Apoſtolicarum litterarum correctorem: tertia Fr. Iacobum de Aliſia Ord. Minorum: quarta, & ſanior pars Ioannem Monachum Caſſinenſem, qui poſt longum diſſidium, cæteris cedentibus, confirmatus eſt Archiep. à Martino IV. Anno exceſſit Petrus, 1298. vt ex *libris Redditunm Camerę Apoſtolica, & diuiſionum diſtributionum Pilei*, vnde omnium Cardinalium nomina viuentium ſub Bonifacio VIII. cognomina, & tempus tranſcripſit Fr. Ptolomæus, teſte *Ciaconio*. Adfuit Petrus comitijs Bonifacij VIII. ſub quo obijt, Anno 1298. vel 1299. ex Mario Vipera, & Auberij prudentia venerabilis & canitie.

6. Prin-

Digitized by Google

6. Princeps perſecuti ſunt me gratis; & à verbis tuis formidauit cor meum. Pſal. 118.

IOannes cognomento *Monachus*, vel *Monachi*, Italicè *vel Monaco*, in pago Creſſiaco diæceſis Ambianenſis iuxta Abbauillam natus (cuius frater Andreas Monachi præſul fuit Nouiomenſis) non Monachus ob profeſſionem religioſam, vt malè notauit Arnoldus Vvion *lib. Ligni Vitę*. Familia hęc ex Gallia in Italiam commigrauit auſpicijs Alphonſi I. Regis Arragonum, & Drepani in Sicilia, Neapoli armis, litteris clara ſubſtitit: teſte Scipione Ammirato lib. 1. familiarum Nobilium Neapolit. vbi verba ſequentia leges A Caroli Septimi Galliæ Regis: *Licet Magiſter Gullelmus Monachi, Magiſter Artelliarum, altiſſimi, & potentiſſimi Principis dilectiſſimi, & clariſſimi conſanguinei noſtri Regis Aragoniæ, ex regno noſtro oriundus liberæ conditionis, & de legitimo matrimonio, ex nobilibus parentibus originem traxerit &c.* Viget etiam familia Monachi inter Britannos teſte Cambdeno: inter Danos, inter primarias Regni familias, & Regi proximas fulget; Inſignibus auctis vel diminutis ad libitum tranſmigrantium,



Inſignia Gallica Cardinalis Monachi,



Gallo Neapolitana



Gallo Sicula

Nec mireris huius ſtemmatis mutationes; quia hoc *Arma habent* (Aldrouandus *lib. 1. Ornithol.* Borghinus *par. 2.* de Florentinorum inſignibus) *peculiarè: vt quamuis omnibus liberis æquè ſint communia; incorrupta tamen apud eum ſolum remanent, penes quem dignitas, & prærogatiua familiæ eſt; & in quo tanquàm in capite ſtat ſplendor genituræ; & hoc apud Gallos obſeruari videmus, apud quos inſignia auita, plana, & nullatenus immutata ferunt primogeniti: cæteri aliud quidpiam admiſcent, aut barram, quam vocant, aut teniam, aut ſimile quid,*

Ioannem porrò familiæ fuiſſe *Monachi*, non Monachum probat epitaphium fratris germani in capella Collegij Cardinalitij, humo conditi.

Hic iacet Dominus Andreas Monachus Ambianenſis Diæceſ. quondàm Nouiomenſis Epiſcopus, frater germanus Domini Ioannis Monachi iſtius domus fundatoris.

Monachi ergo nomen gentilitium fuit. Hinc Nicolaus de Granibus Theologiæ Doctor, & Collegi incola Cardinalitij, typis exarauit vitam noſtri Cardinalis. *Ioannes* (inquit) *cognomento Monachus*. Drepanum adeas, vbi trium huius familiæ corpora vna tumba claudit in D. Auguſtini templo, nimirum Franciſci, Mazziotæ, & Martini.

Corpora trina iacent, Monachi cognomine legum
Doctores celebres hos tenet vna ſimul,

Adoleſcens Ioannes litteris humanioribus, & Philoſophicis mirum in modum ſtuduit, Canonicus dictus Pariſienſis (referente Ioanne Chenu in *Epiſcopis Melden.* Iuri Canonico operam dedit, & mi- A tè profecit: inde Romam adiens, & in familiaritatem admiſſus Cardinalium, quædam commentaria vulgauit in Sextum Decretalium à Bonifacio VIII. compoſitum, teſte *Philippo Probo*, quem virum integrum, & doctum Rebuffus inſignis I. C. àppellat *epiſtola ad Cardinalem Borbonium* Gloſſę Aureę Ioannis Cardinalis præfixa, in qua virum ad purpuram natum; glorioſum iuris Monarcham. Bonifacij VIII. ęuo appellatum dixit. *Rota in nouell. deciſ. 339. Si illegitimus*. Poſt nonnullos Annos, Caroli II. vtriuſq; Regis Siciliæ à Regis conſilijs dictus, fidelem, diligentemque nauauit operam *Claud. Rober. in Gallia Chriſtiana*.

B In Senatum Cardinalium lectus Presb. Card. tit. *SS. Marcellini, & Petri*, Anno Sal. 1294. à Cæleſtino V. non à Bonifacio VII (vt aſſeruit Probus Gloſſę Aureę Ioannis noſtri illuſtrator) Bonifacius enim nullos creauit Cardinales Gallos, licet ſexdecim aliarum nationum ſacro adſcripſerit Collegio. Meldenſium Epiſcoporum catalogo adlectus, eiurauit ante diem vitæ extremum. Legatus à latere Diæceſis Auenionenſis, ampliſſimum ſui nominis collegium, & templum, dictum *College le Moyne*, Anno 1302. Lutetiæ Pariſiorum, in locis antea habitatis ab Auguſtinianis Fratribus Hæremitis, iuxta D. Victoris ſuburbium erexit, dotauitq; Anno Philippi C Pulchri XVII. cuius ſtatuta Bonifacius VIII. probauit. Patere Collegium voluit ſolis Theologis, non Iure Conſultis; ne operam Sacerdotijs comparandis, aut litibus habendis impenderent. S. R. E. Vice Cancellarius Hermannum Pongilupum Ferrarienſem defunctum, & in eccleſia ſepultum, hæreſis conuictum, tanquàm iudex delegatus à R. P. inſtante Capitulo Ferrarienſi, exhumari iuſſit, Anno 1300. Legatus à Bonifacio VIII. ad Regem Philippum Pulchrum, pro reuocatione legis latæ contra Curiam adeuntes Romanam: II. pro Beneficiorum collatione à Pontifice prætenſa: III. ne Rex vſum gla- D dij ſpiritualis Epiſcopis impediret: IV. pro Bulla combuſta Rex compareret; &c. Regem adijt, inſignique conſtantia amicè monuit. Rex verò, qui Legatum amabat, & plurimi faciebat; excandens, Legatum datis cuſtodibus obſeruari iuſſit; Nicolaum Beneſtactum eius famulum, litteras ferentem Bonifacij, in carceres detruſit. Quibus auditis Bonifacius Regno ſacris interdixit, nonnullos Galliæ Reges depoſuit, poteſtatem creandorum Doctorum Pariſienſi ademit Accademiæ. Rebus tandem vtrimq; compoſitis cum Philippo Rege; Ioannes Auenionem

rediit, quam Legatus de latere Apoſtolicus gubernauerat. Eamdem ditionem Anno 7. Vrbani V. Hugo Monachi Romanæ Eccleſiæ Vicarius iterum moderatus eſt, vt *ex volumine diuerſarum formarum*, in Archiuo Auenionenſi notauit Io: Maria Suareſius. Ibidem obiit non IV. Nonas Maii ex Ciaconio, ſed XI. Kal. Sept. 1313. vt ex ſepulchrali inſcriptione legitur in Sacello illius Collegii Cardinalitii.

Hic iacet . Dominus . Ioannes .
Monachus . Ambianenſis . Dięceſis ,
Tituli . Sanctorum ,
Marcellini . & . Petri ,
Fundator . iſtius . Domus ,
Qui . obijt . Auenione . Anno . Dom. Mom. MCCCXIII,
die XXII. Menſis . Auguſti .
Sepultus . fuit . hic . Prima . die
Menſis . Octobris . Anno . Eodem ,
Orate . Pro . Eo .

Supra fornicem maioris portę Collegij à ſe fundati, ſtatua ſurgit ipſius breui corpore, magni animi indice, capite exiguo, raſoq; mento, iuxta morem ſæculi.

Scripſit *Commentaria in Sextum Decretalium Bonifacy VIII.* Gloſſam Auream, quam illuſtrauit Philippus Probus Anno 1535. Lutetiæ typis datam, Venetijs denuò Anno 1586.

Panuinius libro *de Septem Vrbis Eccleſijs*, *cap.* 1. ex Ioanne Cardinale Monachi, *in c. fundamenta* de Elect. in 6. de Patriarchalibus Baſilicis, carmina refert ſequentia, quæ tamen loco non extant citato.

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius, atq; Ioannes,
Hi Patriarchatus nomen in Vrbe tenent.

De eo lege Claudium Robertum: Frizonium: Auberij: Io: Rubeum in *vita Bonifac. VIII.* Andream Victorellum; Nicolaum de Grauibus: Scipionem Amiratum *de famil. Neapol.* Michaelem Pium. *lib. Progenie di S. Dominico.*

7. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus, Sap. 7.



GVillelmus Ferrarius natu Gallus, vel Ferrerius (cuius familia Sallone ad Craunm Prouinciæ municipio, viget adhuc, Huius cognominis Ioannes alter Ferrerius, Ep. Melphiten. in Apulia, Franciſi certantibus in Arragonios, Legatus miſſus fuit ab Alexandro VI. ad Ludouicum XII. Francorum Regem, & Ferdinandum, colloquium duorum Regum impetrauit, Inde tranſlatus ad Archiepiſcopatum Arelatenſem, eiuſdem nominis, & cognominis nepotem in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſorem habuit, qui Ferreriorum ſacellum in eccleſia S. Trophimi, erexit Arelate.

Ex Præpoſito Eccleſiæ Maſſilienſis Guilelmus in ordinem cooptatus Cardinalium, à Cæleſtino V. Anno 1294. Presb. Card. *tit. S. Clementis*. Romæ, vita ſoluitur, Anno 1. Pontificatus Bonifacij VIII. Cal. Maij, 1295. vel ſecundum Auberij, Menſe Iulio, 1294. in vrbe Perpiniani, in eccleſia Minorum ſepultus.

8. Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem. Pſal. 88.

A 

NIcolaus de Nonancourt, in oppido natus de Nonancurtio, ad Drocas diæceſis Carnotenſis, fratres habuit germanos Thomam, & Petrum Archidiaconum Rothomagenſem. Neapoli, Anno 1294. à Cæleſtino V. Presbyter Cardinalis dictus tit. *S. Laurentij in Damaſo, in regione Pinee*. Ædes hæc ſacra vetuſtiſſima, & domui incluſa, in qua hodie Pontificia Cancellaria, ad cuius ſubſtructionem tranſlata fuere marmora arcus Gordiani ornamentis inſculpta. *Frizonius*. Vghellus in additionibus ad Ciaconium ex Carolo
B Strozzio, Ciaconium confirmans, Nicolaum hunc Pariſienſem dicit ex familia Nonancurtio, vt patet (inquit) ex teſtamento huius Nicolai Presb. Card. tit. S. Laurentij in Damaſo, Anagniæ acto, Anno 1299. in quo hęredes inſtituit Thomam, & Magiſtrum Petrum de Nonancurtia Rothomagenſem Archidiaconum eius fratres, cum Micheletto nepote. Vnde eius obitus Anno contigit 1299. non 1298. vt ſcripſit Ciaconius.

9. Vere enim abſq; mandacio ſermones mei; & perfectæ ſcientia probabitur tibi, Iob. 36.

C 

IOannes de Caſtro Cælis Beneuentanus Monachus Caſinas olim Præpoſitus S. Benedicti de Capua, poſtea Archiep. Beneuentanus, Presb. Card. aſſumitur *S. Vitalis, tit. Veſtinæ*, à Cæleſtino V. teſte Iacobo Caietano *in vita Cæleſtini V.* carminibus exarata *lib. 3. c. 11.*

De Promotionibus quas fecit, & ſpecialiter de Archiepiſcopo Beneuentano, quem fecit Presb. Cardinalem in antiquo M. S. Sueſſ. Chronico hæc legimus. Eodem Anno 1294. *die 24. Octob. D. Papa Cæleſtinus venit*
D *Theanum, ſtetit ibi per octo dies; & præſentibus ſex Cardinalibus promouit ad Cardinalatum, Fr. Ioannem de Caſtrocelis Beneuent. Archiepiſcopum.*

Obijt Ioannes Beneuenti, die 22. Feb. 1295. & in Archiep. Beneuentano ſucceſſorem habuit Petrum Aquilanum P. C. S. Marcelli. Ex quo errorem deprehendas Cæleſtini Tellera confundentis Petrum Aquilanum cum Ioanne de Caſtrocælis. De eo lege Mar. Viperam *in Chronol. Archiep. Beneuen.*

Lunam habuit pro inſigni Gentilitio non cornibus

bus ſuſcipientem (vt pinxit Oldoinus) ſed inſpicientem; ex *M. S. Cornelio*. Fuit Io: vir rectus & iuſtus.

10. *Funes ceciderunt mihi in præclaris; eterim hæreditas mea præclara eſt mihi.* Pſal. 15.



F. Robertus Monachus Ciſtercienſis, & Abbas Generalis XXIIX. totius Ordinis Ciſtercienſis Sacræ Theologiæ Doctor, pietatis & eruditionis titulo inſignis, Philippo Francorum & Carolo Neapol. Regibus charus, pileo donatur Cardinalitio, Neapoli, Anno 1294. à Cæleſtino V. tit. *S. Pudentianæ* Promouit Bonifacium VIII. à quo Legatus ad Philippum Gallorum Regem vnà cum Ioanne Monachi, nil impetrauit, immo Pariſijs, iubente Rege, cuſtodiæ datus: poſtea Auenionem petens, Parmæ ex hac terreſtri peregrinatione ad patriam migrauit cæleſtem, Anno 1305. Menſe Auguſti. In cænobio S. Martini extra Parmam ſepultus, inde Ciſtercium translatus, in maiori Eccleſia, ante Presbyterium iacet. In aula Magna eiuſdem cænobij Icon videtur ipſius ſub carminibus.

Hinc Rex Robertum cæpit vita ſpecioſum,
Cui Romana dedit rubeum poſt Curia ſertum.

Ciſtercij verò ſequens habuit epitaphium:

Quàm ſit homo fragilis, mortalis diſcite cuncti
Quamque breui curſu naturæ debita ſoluens
Occumbit, velut hic quondam præclarus in Orbe
Robertus *Domus paſtor, qui præfuit iſti.*
Cardinis, officio pro munere poſtea fungens
Italia Parmæ pago cadit, hic tumulatur.
Annis mille ſemel, centum ter, quinqueq; lapſis;
Quem tulit è medio Deus, hunc det viuere Cælo.

De eo lege *Ciaconium: Auberij: Gaſpar. Iongel. Vghellum Frizonium: Claudium Robertum.*

9. *Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti.* Rom. 14.



F. Simon natu Gallus, Monachus Cluniacenſis, deinde Prior Monaſterij Charitatis ad Ligerim fundati, diæceſis Antiſiodorenſis, Presb. Card. tit. *S. Balbinæ* aſſumitur à Cæleſtino V. Anno 1294. Bonifacium VIII. cum promouiſſet, paulo poſt, vitam poſuit Romæ, & An. 1296. medio choro Eccleſiæ SS. Silueſtri, & Martini ſepelitur cum inſignibus ſupràſcriptis, & elogio ſequuti.

Simonis exta, caroque iacent hic oſſaq. Charitate Prioratu qui præfuit, huic tituloq;
Sanctæ Balbinæ, ſacra dat candore colentes,
In cineres redigi faſces, caput omne iacere,
Diſcite labentis non gaudia ſpernere mundi.
Quod ſumus, iſte fuit, erimus quandoq; quod hic eſt.
Anno milleno bis centum cum nonageno
Sexto defungens, deſerto corpore fungens.
Regnis Cælorum numerandus parte bonorum.

Scripſit Simon de Iudicio Vniuerſali.

A De eo lege Ciaconium, Panuinium, Auberij, Frizonium, Nomencl. Cardin. Io: Anton. Philip. in Deſcriptione Baſil. SS. Silueſtri, & Mar.

11. *Memorare nouiſſima, & in æternum non peccabis.* Eccleſ. 7.



L Andulphus Brãcatius Neapolitanus vir pius, qui eccleſiam S. Angeli à Nido, Neapoli à fundamentis extruxit, inter Cardinales adlegitur à Cæleſtino V. Anno 1294. Diaconus Card. *S. Angeli*. Promo-
B nit Bonifacium VIII. à quo in Siciliam Legatus, longo tempore manſit; vt ex litteris Bonifacij VIII. ad Landulphum, quas in *Annalibus ſuis* reſcripſit Odericus Rinaldi. In hac Legatione, cum Canonici Melitenſes in factiones diuiſi, poſt obitum Sabæ Epiſcopi, Andream elegiſſent Monachum Ciſtercienſem; alij Manfredum de Ciſono Melitenſem, Regi ſuſpectum; Andream prætulit Regi charum, vt ex litteris Regis Caroli ad Cardinalem datis apud Vghellum *to. 1. Italia ſacra in Ep. Meliten.*

Vita exceſſit non Anno 1308. Aueniõe, vt vult
C Ciaconius; ſed die 29. Octob. 1312. in eccleſia principe, in ſacello Sanctis Angelis ſacro, vt ex epitaphio litteris Gothicis exarato in ora lapidis, quo tegitur ſepulchrum, teſte Ioſepho Maria Suareſio Ep. Vaſionenſi.

Hic iacet D. Landulphus Brancaſſi tit. S. Angeli D. C. Neapol. Qui obijt IV. Cal. Nouemb. An. Dom. MCCCXII. Cuius anima requieſcat in pace.

Octauius Braneatius Neapoli in Eccleſia S. Angeli à Nido in Landulphi, aliorumque eiuſdem fa-
D miliæ Cardinalium memoriam, inſcriptionem poſuit ſequentem.

Raynaldo Brancacio S. R. E. Card.
Huius Eccleſiæ fundatori
Ludouico, Thomæ, Marinello, Nicolao, Landulpho
Brancatijs, à Cæleſtino V. Vrbano VI.
Gregorio XII. Ioanne XXII.
In Purpuratorum Patrum Collegium cooptatis.
Paulo quoque, & Marino Brancaeijs;
Illi Luceriæ Ladiſlai Regis, huic Nolæ Comiti

Ac

Digitized by Google

Ac Ferd. II. Regis Neapol. militiæ ſummo Duci.
Buffilo Brancatio Niſſani in Egeo Mari Inſulæ Regalo,
Et Philippo Brancaccio Campaniæ Comiti,
Sanctęque R. E. Exercitus Imperatori.
Octauius Brancatius Mutij, ac Sarræ Brancatiæ F.
Nouum hoc antiquiſſimę memoriæ P.
A. D. MDCV.

Scripſiſſe dicitur de Mundi Contemptu.

De eo lege Odericum Rinaldi, Vghellum *to. 1. Italiæ Sacræ:* Auberij: Andream Victorel. Flotauan. Martinel. Ciaconium.

13. *Dilectus Deo & hominibus,*
Eccli. 45.



GVillelmus Longus Bergomenſis, ex nobili familia de Longa Spata, vel de Alexandris, altę indolis adoleſcens, in curia notus Caroli Regis Neapolitani, eiuſdemque Caroli Cancellarius, Rege rogante Diaconus Card. aſſumptus *S. Nicolai in carcere Tulliano*, promouit Bonifacium VIII. Clementem V. Io: XXII. Fama B clarus Iuriſprudentiæ, non ſolùm legationes nomine Bonifacij VIII. ſubijt, & fideliter adimpleuit; ſed eius famam à Philippo Francorum Rege hoſtiliter impetitam, calamo & legibus tuendam ſuſcepit, quod animi integritate, & pietate præſtans fæliciter abſoluit, ſpretis muneribus, quæ Regis nomine offerebantur, prudenterq; diſſimulata furentis Regis indignatione. Carolo II. propterea Regi Siciliæ charus, Eccleſiam S. Nicolai, in vrbe Barij, adminiſtrandam accepit Regis beneficio. Plures congeſſit Iuris lucubrationes, non tamen Sexti Decretalium, vt nonnulli aſſerunt decepti nominis ſimilitudine. In eiuſq; namq; compilatione adſuit quidem C Guillelmus ſed Ebrudunenſis, non Bergomenſis, vt patet in proemio Decretalium. Non minùs piùs quàm doctus, Bergomi, ſacellum conſtruxit in honorem S. Nicolai, in eccleſia D. Franciſco Sacra; Monaſterium etiam extruxit, & eccleſiam S. Nicolai de Rezano, Hoſpitale Monaſterium, & eccleſiam S. Spiritus erexit, & annuis ditauit redditibus, ac Monachis Cęleſtinis conceſſit. Auenione obijt quinto Idus Aprilis, 1319. Cardinalatus XXV. Cadauer Bergomum relatum ad Minorum eccleſiam, in ſacello S. Nicolai, tumulum ſubijt cum inſcriptione.

Hic iacet corpus piæ memoriæ.
Guillelmi de Longis Cardinalis.

Cyprianus Longus eiuſdem Cardinalis nepos, & Bergomi Epiſcopus, ſequens patruo inſcripſit epitaphium.

Hic quieſcit corpus.

Piæ memoriæ Guillelmi de Longis, de Adraria, S. Ni-
A *colai in carcere Tulliano D. C. viri vtique in Theologicis docti, in vtroque iure prouidi, in moralibus, & chronicis peritiſſimi, in conſilijs maturi, in moribus grauis, in agilibus circumſpecti; in cuius vitæ nitorem, aliaque dona virtutum attendens B. Petrus confeſſor, tunc Cæleſtinus Papa V. ipſum ad Cardinalatus honorem aſſumpſit; in quo viginti quinque annis, Deo, & Eccleſiæ commendabiliter militauit. Fabricauit enim miri operis eccleſiam S. Iacobi de Pontita, eiuſdemq; Apoſtoli bracchio decorauit. Hanc capellam, & aliam ſub vocabulo dicti Confeſſoris in eccleſia noua Prædicatorum fundauit. Monaſterium S. Nicolai de Bezano, & Hoſpitale S. Spiritus erexit, atque dotauit. Et demum præſentis ſeculi agone percuſſo; cum brauio prope-*
B *rans ad triumphum, dum Auenione degeret, feliciter migrauit ad Chriſtum, in craſtina Natiuitatis B. Mariæ Glorioſę, ſub Anno Dom.* 1319.

14 *Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab ijs, qui, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli: tametſi nihil ſum;* 2. Cor. 12.



BEnedictus Caietanus Anagninus, impellente Benedicto Caietano Seniore Papa futuro Bonifacio VIII. inter Purpuratos aſſumptus Diaconus Card. *SS. Coſmæ, & Damiani*, Anno 1294. à Cæleſtino V. patruum promouit Bonifacium VIII. & paulò poſt obijt, ſepultus in Baſilica S. Petri, 3. Idus Oct. 1296. quo die eius celebrant Anniuerſarium Canonici Baſilicæ Vaticanæ. Inſignia Benedicti Caietani habes in Bonifacio VIIJ. eius patruo.

BONIFACIVS VIII. P. R. CXCIIJ.

BOnifacius VIIJ. Electus die 23. Decemb. An. Sal. 1294. Obijt die XI. Octob. An. 1303. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

1. Gerardus Blancus Ep. C. Sabinus, Ex Nicolao III. & Martino IV.
2. Io: Buccamatius Ep. C. Tuſculanus, Ex Honorio IV.
3. Fr. Mathęus de Aqua Sparta, Ep. C. Portuen. Ex Nicol. IV.
D 4. Fr. Hugo de Bibliomo Ep. C. Oſtienſis: Ex Nicolao IV. & Cæleſtino V.
5. Berardus de Bloco Ep. C. Albanus: Ex Cæleſtino V.
6. Simon Gallus Ep. C. Præneſtinus.

Presby-

Preſbyteri Cardinales.

7. Benedictus Caietanus P. C. SS. Siluestri, & Martini in Montibus, tit. Equitij. Ex Martino IV. & Nicol. IV.

8. Petrus Peregroſſus P. C. S. Marci. Ex Nicolao IV.

Ex Cæleſtino V.

9. Fr. Thomas Aprutius P. C. tit. S. Cæciliç.

10. Fr. Petrus Aquilanus P. C. tit. S. Marcelli

11. Io: Monachi P. C. tit. SS. Marcellini, & Petri

12. Guillelmus Ferrarius P. C. tit. S. Clementis.

13. Nicolaus Pariſien. P. C. S. Laur. in Damaſo.

Ex Cæleſtino V.

14. Fr. Robertus P. C. S. Pudentianç, tit. Paſtoris.

15. Fr. Simon P. C. tit. S. Balbinæ.

Diaconi Cardinales.

16. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu: ex Vrbano IV.

A 17. Iacobus de Columna D. C. S. Mariæ in Via Lata. Ex Nicolao III.

Ex Nicolao IV.

18. Neapoleo Vrſinus D. C. S. Hadriani, in tribus foris.

19. Petrus de Columna D. C. S. Euſtachij.

Ex Cæleſtino V.

20. Landulphus Brancatius D. C. S. Angeli.

21. Guillelmus Longus D. C. S. Nicolai in carcere Tulliano.

22. Benedictus Caietanus Anagninus D. C. SS. Coſmæ, & Damiani:

Cardinales Epiſcopi creati à Bonifacio VIII.

1. *Omnes ſtabimus ante tribunal Christi.* Rom. 14.



COnſaluus vel Gundiſaluus Roderici, nobilis Hiſpanus, olim Canonicus Burgenſis, poſtea Archiep. Toletanus, tandem Ep. C. *Albanus* promotus à Bonifacio VIII. Anno 1295. in ſecunda Patrum creatione. Romæ moritur Anno 1299. ſepultus marmoreo tumulo, in Baſilica S. Mariæ Maioris cum inſcriptione, & inſignibus.

Hic. depoſitus. fuit. quondam. Dominus. Conſaluus. Epiſcopus. Albanenſis. Anno. Dom. MCCIC.

2. THeodericus Raynetius Vrbeuetanus, ex Presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, Ep. C. Prænestinus. S. R. E. Camerarius, creatus in tertia Cardinalium promotione, Anno 1300. à Bonifacio VIII. Viden. 10.

3. *Nuntiatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtant foris, volentes te videre: Qui reſpondens dixit ad eos. Mater mea, & Fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.* 8. Lucæ 20.

M. Fr. Nicol. Bocaſinus ex Presb. Card. tit. S. Sabinç, Ep. C. *Oſtienſis* creatus à Bonifacio VIII. in tertia Cardinalium promotione, An. 1300. Papa futurus. *Bened. XI.* erubuit cum vidit genitricem ſuam in veſtitu deaurato: vt dedimus in eius *vita*.

B

4. *Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuę.* Iſai. 22.



LEonardus Patraſſus de Guerrino, vel de Guercio, vt ſcribit Albertinus Muſſatus *de geſtis Henr. VII.* diæceſis Aletrinæ, Hernicus, Auunculus Bonifacij VIII. ex Capuano Archiepiſcopo Epiſcopus Card. *Albanus* creatus à Bonifacio VIII. An. 1300.

C die 11. Martii, in tertia Patrum promotione, promouit Benedictum X. Clementem V. à quo legatus cum aliis quatuor Cardinalibus ad coronandum Henricum VII. Imperatorem, Anno 1311. die 12. Septemb. Auenione deceſſit antequàm munus expleret.

5. *Stetit contra Reges horrendos, in portentis & ſignis.* Sap. 10.

D



M. Fr. Ioannes Minius de Murro Vallium diçceſis Firmanæ Picenus ex prouincia Marchiæ, Ordinis Minorum Generalis Magiſter, tãdem Ep. C. *Portuenſis* in quarta promotione creatus, Anno 1302. à Bonifacio VIII. Sacræ Theologiæ Doctor eximius in cænobio Murri (quod tuba Miraculorum ab hiſtoricis eius Religionis vocatur) aliquandiu vixit. Romam accerſitus à Nicolao IV. & Sacri Palatii Lector conſtitu-

ſtitutus, Anagniæ poſtea præſente Bonifacio VIII. Miniſter Generalis eligitur in locum Raymundi XIV, in ordine. Deuotus ſui Inſtitutoris S. Franciſci, *Iottum* Florentinum clarum ſui temporis pictorem, Aſſiſium duxit, ac XXII. hiſtorias B. Franciſci, eleganti penicillo exprimi curauit. Romam reuerſus in Minorum ſodalitium recepit B. Ludouicum Regis Caroli primogenitum. Valuit Ioannes doctrina, prudentia, quibus cognitus à Bonifacio VIII. Ep. C. *Portuenſis* dictus Anno 1302. & ab eodem ad Gallos Legatus induſtriam ſuam planè oſtendit, ac in Vienenſi Concilio, Bonifacii VIII. memoriam quam Rex Francorum Philippus tanquàm hæretici A damnari poſcebat à Pontifice, Theologica facultate ſe defenſurum obtulit, & impiam Regis temeritatem repreſſit. Nonnulla ſcripſit in Theologia, præter ſermones diebus ſolemnibus habitos. Auenione deceſſit ſepultus in Eccleſia ſui Ordinis An. 1312. Eius vitā ſcripſit Iſidorus Robertus. De eodem Io: Villanus *l. 9. c. 22.* Chronicon Minorum F. Ptolomæus, Ciaconius. Vghellus. Lucas Vuadingus.

Paulus Corteſius de eo habet: *eadem ætate Io: Murro: Gualterus* Britannus Iacobus Oſſa, & Gerardus Tholoſanus ſunt Theologica doctrina cogniti, à quibus multa in Theologia ſcripta fuiſſe cōſtat, quæ iam vel obruta vetuſtate ſint vel minoris à faſtidioſe iuuentute fiant, quàm æſtimari prudentia conſiderata debeant.

6. *Aſſerte mihi & de ſubſtantia veſtra donate mihi,* Iob. 6.



PErrus Hiſpani, Ep. Burgenſis, poſtea Ep. Card. *Sabinus* creatus à Bonifacio VIII. Anno 1302. in quarta Patrum promotione Benedictum X. Clementem V. promouit. Auenione deceſſit 20. Decemb. 1310. eiuſq; cadauer Romam delatum, humum ſubijt in eccleſia S. Petri, prope ſepulchrum eiuſdem Bonifacij cum hoc epitaphio.

Bonæ memoria D. Petrus Sabinenſis Epiſcopus Auenione mortuus, & ad Baſilicam iſtam delatus, ſepultus ad pedes domini ſui, in hac Baſilica Anno dom. 1311.

Hiſpana conſtantia ſolus cum Nicolao Ep. Oſtienſis, Bonifacio adſuit VIII. quando Anagniæ, veſtibus indutus Pontificijs, hoſtibus occurit irruentibus. De tempore eius promotionis ad purpuram vt certant Auctores; ita de eius electione non diſſonat. Plures pro Eccleſia legationes ſubijt, præcipuè ad Anglos, vbi auro, & argenteo alienus, amore Regis ſibi conciliato, pacem firmauit inter Gallos, & Anglos. Cum autem mors contigiſſet Odoardi Angliæ Regis, eius celebrauit exequias; peccatorum remiſſione conceſſa ijs, qui Orationem Dominicam & ſalutationem Anglicam pro eius quiete recitaret. Legatorum nullus tantum auri emunxit ab Anglis, quantum Petrus Hiſpanus arte ſuaui, argentum ſpernendo.

De eo lege Ciaconium. Panuinium, Auberii.

7. REginaldus Minorita ex Archiep. Rothomagēſi, Lectore Sacri Palatii, Cardinaliū numero adſcriptus à Bonifacio VIII. ſcripſit in IV. ſententiarum libros, aliaque opuſcula. Ita ex Rodulpho Toſſigniano *lib. 2. Hiſtor. Seraph. p.* 220. Lege infra n. 19.

8. *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum,* Lucæ. 6.



ÆGidius Columna Romanus ciuis; generis nobilitatem doctrina, ſcriptis, & vitæ ſanctimonia reddidit illuſtriorem. Ab infantia optimis imbutus moribus, & liberalibus artibus eruditus, miro ingenij acumine, tenaciſſimæque memoriæ beneficio locuples, D. Thomę Aquinatis auditor in eius diſciplinam tantum profecit, vt vel vitæ Sanctitatem, vel Diuinarum ſcripturarū, & Peripatheticæ Philoſophiæ ſtudium ſpectes, nunquam vel à præceptore ſuo, vel ab Il-
B luſtriſſima, qua oriundus erat familia deuiarit.

Modeſtiam cum grauitate coniungens, in confutandis opinionibus alienis nihil eo temperantiùs. Cum enim ſui præceptoris aliqua non arrideret opinio, eam ſupra ingenii ſui aciem eſſe, ſe excuſabat: & Doctorem ipſum, tacito nomine, virum magnum, aut præſtantem appellabat. Labem deteſtatus ingrati animi, pro tutela doctrinæ S. Thomę, librum edidit nomine *Defenſorium.* In Eremitarum Religione D. Auguſtini, probitatis, & doctrinæ gradibus ad ſupremū Ordinis ſui Magiſterium elatus die ipſa Epiphaniæ An. 1292. poſt triennium ſumma cum laude, ſponte ſeceſſit. Philippo cognomento Pulchro Fran-
C corum Regi, à prima eius adoleſcentia gratiſſimus, libros, eo iubente, *de regimine Francorum Principum* ſcripſit: eodemq; à ſacris Regiis in Rhemenſi vrbe ſuſceptis reuertente, primùmque Pariſienſem Accademiam ex more inuiſente, orationem pro tempore habuit.

Vita ferè tota in Schola Lutetię conſumpta, à Pariſiēſibus Doctoribus Doctor dictus *Fundamentarius*, ab aliis *Fundatiſſimus*; à Cardinali Seripando *Prora & Puppis Theologorū*: ab altero Ægidio, doctrina, pietate, & purpura nobili, aliis laudibus celebratus eſt. Tandem iubente Bonifacio VIII. Bituricenſis Archiep. dictus, & Aquitaniæ Primas Anno 1296.
D Cardinalium choro adſcriptus, ſed morte interueniente Pontificis, in vulgus minimè renunciatus, pro eiuſdem Pontificis innocentia à quamplurimis proſciſſa, commentarium edidit Apologeticum; quo ſcripto, Regis & procerum quorumdam, quibus voluptati fuerat memoriam damnare Pontificis Bonifacii, in ſe animos tantopere concitauit, vt totis viribus ſe obiecerint, ne Clemens V. Bonifacii ſucceſſor dignitatem ei deſignatam denuntiaret. Doctrinam ea vitæ ſanctitate adornauit; vt mulier grā-

ui

ui morbo vexata ad eum Pontificali gloria fulgentē accedens ſanitatem efflagitans, impetrauit, dicente B. Ægidio. *Vade bona mulier; fiat tibi ſecundum fidem tuam,*

Auenione vitam poſuit XI. Kal. Ian. poſtquàm Synodo interfuiſſet Viennenſi cum Clem. V. Anno 1311. in Eccleſiam poſtea relatus Auguſtinianam Lutetiæ Pariſiorum à latere aræ principis in ſarcophago, cum ſequenti epitaphio.

Hic iacent aula morum, vita munditia, Archiphiloſophię Ariſtotelicę perſpicuiſſimus commendator, clauis & Doctor Theologicę lux in lucem reddens dubia, Frater Ægidius de Roma, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Archiepiſcopus Bituricenſis, qui obijt Anno MCCCXVI. die 21. Decemb.

Veſtes ſacras, quibus ad Diuinum ſacrificium vtebatur, cænobio legauit S. Triphonis. Bibliothecam ſuam locupletiſſimam Auguſtinianis Pariſienſibus. Scripſit Poſſeuino teſte, ac Nomenclatore Cardinalium,

Libros De Mundo ſex diebus condito.
In Cantica Canticorum,
In Epiſtolas D. Pauli.
In Epiſtolas Canonicas.
In Euangelium Ioannis.
In totum Canonem Bibliorum libros II.
In Boetium de Conſolatione.
De Excellentia ſummi Pontific.
De eſſe, & eſſentia.
Introductionem fidei Chriſtianę ad Armenos.
Super Sententias lib. 4.
Expoſitionem primę Decretalis.
De Regimine Principum.
Quodlibeta multa.
In Officium Miſſę.
De Intellectu poſſibili.
Laudes Sapientia Diuinę.
De Sapientia Diuina in beatis.
De Subiecto Theologia.
De Corpore Chriſti,
De Menſura Angelorum.
De Mortuis.
Diſtinctionem articulorum Fidei.
De gradibus Formarum.
De prædeſtinatione.
De Generatione, & Corruptione.
De peccato Originali.
De formatione corporis humani.
De poteſtate Eccleſiaſtica.
De Carcere.
Compendium Theologia.
De renuntiatione Papa.
In Corruptores librorum S. Thomæ.
Sermones.
In Ariſtotelem Commentaria.
De Materia Cœli in Auerroem.
De Medio Demonſtrationis.
De Paradiſo, Inferno, Purgatorio.
De Reſurrectione Mortuorum.
Commentarium in ſalutationem Angelicam.

Nemini, licet doctrina cederet, ſed excelleret, accuſatus à Sorboniſtis aberraſſe, adq; Apoſtolica acceerſitus ſubſellia, Chriſtiana humilirate, ſe ſcriptaq; ſua Pontificis ſubiecit arbitrio, Honorio IV. iubente plura retractauit.

Honorius Ep. ſeruos Seruorum Dei
Ven. Fratri Ep. Pariſienſi.

Licet filius dilectus frater Ægidius Romanus de ordine Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, olim Pariſijs vacans ſtudio, aliqua ſicut intelleximus, dixerit & redegerit in A *ſcripturam, quæ bonæ memoriæ Stephanus Pariſien. Ep. prædeceſſor tuus per ſeipſum examinans, & per Cancellarium Pariſienſem eius temporis, ac per aliòs Theologicæ facultatis magiſtros examinari faciens, cenſuit reuocanda, & ea minimè reuocavit, quin potiùs varijs rationibus niſus fuerit confirmare, nuper tamen ad Sedem Apoſtolicam conſtitutus humiliter obtulit, ſeparatum reuocanda, quæ dixerat, ſeu ſcripſerat, reuocare pro noſtrę arbitrio voluntatis.*

Nos verò huiuſmodi eius oblationem humilem acceptantes, & moti ſpiritu compaſſionis ad ipſum, quia decentius, & vtilius reputauimus, vt pręmiſſa ibi conſultius reuocantur, vbi dicta & ſcripta inconſultè dicuntur; ipſum ad te B *duximus remittendum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus dilecto filio Mag. Nicolao Pariſienſi Cancellario, & omnibus alijs Magiſtris Theologicæ facultatis, Pariſijs commorantibus, tàm actu in eadem facultate Regentibus, quàm etiam non Regentibus, ad hoc ſpecialiter conuocatis, procedens de ipſorum conſilio in prædictis, dicto fratre coram eis reuocante quæ de dictis contra ipſum, vnà cum maiori parte Magiſtrum eorumdem iudicaueris reuocanda, & ſpecialiter quę dictus præceſſor tuus mãdauit, vt prędicitur, reuocari, circa licentiam, & expeditionem ipſius, auctoritate noſtra prouideas, prout ſecundùm Deum, fidei Catholica, ac Pariſienſis ſtudij vtilitati, de conſenſu maioris partis Magiſtrum ipſorum videris expedi-* C *re. Datum Romæ, apud S. Petrum: Cal. Iunij. An. 1. Salutis, 1285.*

Explicuit Ægidius Catholicam demiſſionem, ac Romanæ adhæſit Eccleſiæ. Eius elogium concinit in ſua Bibliotheca Sixtus Senenſis: *Ægidius Ep. Bituricenſis, patria Romanus, ex illuſtri familia Columna, Prior quondam Generalis ordinis Eremitarum, D. Thomæ Aquinatis diſcipulus, vir in diuinis ſcripturis erudituſſimus & in Philoſophia Ariſtotelica nulli, ſuo tempore ſecundus ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, & ob doctrina conſtantiam, Fundatiſſimi cognomen adeptus.*

Eius effigiem habes in libello Cardinalium Columnenſium, per Vghellum conſcripto.

D De eo lege Ciaconium; Frizonium; Victorellum; Hippolytum Marracinum *in Purpura Mariana.* Claudius Robertus *in Gallia Chriſtiana* carminibus celebrauit ſequentibus.

Aegidius magni magnum ordinis incrementum
Romanus, culmen virtutis nobile libris
Doctrina Grandis, vigilique labore parentem
Inſequitur, Mitraque pares ſortitus honores

Ægidius Viterbienſis in ſua hiſtoria M. S. *Erat Cœleſtino familiaris Ægidius Romanus Eremitarum Religionis ornamentum, & decus, qui ſanctiſſimus moribus exactiſſimam eruditionem coniunxit.*

De eo etiam lege Iordan. de Saxon. *in vita fratrum*, Ioſeph Pamphil. *in Chron. Erem. S. Aug:*

Presbyteri Cardinales creati à Bonifacio VIII.

9. *Ego quaſi vitis fruttificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honeſtatis.* Eccli. 24.



FR. Iacobus Thomaſius, Hernicus, Anagninus nepos ex ſorore Bonifacij VIII. Ord. Fratrum Minorum Presbyter Cardinalis tit. *S. Clementis* aſſumptus, Anno 1295. Eius mentio extat in tabernaculo marmoreo, quo olim aſſeruabatur Corpus Euchariſticum in titulo S. Clementis, cum inſignibus, & carminibus. Et quamuis hoc tabernaculum amplius non reperiatur; eius tamen pars ea eſt, quę in abſide cernitur à dextris cum paruo lapide, & verſibus.

Ex Annis Domini elapſis mille ducentis
Nonaginta nouem Iacobus Collega Minorum
Huius Baſilicæ tituli pars Cardinis alti,
Hic iuſſit fieri, quo plauſit Roma nepote,
Papa Bonifacius Octauus Anagniæ proles.

Volunt alij ornaſſe abſidem vite, quæ vario opere, & colore hinc inde diffuſis ramis ſemet extendebat: ex huius ſtipite Crux magna ſurgebat, cui affixus Chriſtus cum Deipara, & Ioanne hinc inde, ac Eccleſiæ Doctoribus. In muro particulam condidit ligni ſalutiferi, dentem S. Iacobi Apoſtoli, alterum S. Ignatii M. vt ex ſubſcriptis carminibus.

Eccleſiam Chriſti viti ſimilabimus iſti;
Quam lex arentem, ſed Crux facit eſſe virentem,
De Ligno Chriſti, Iacobi dens, Ignatyque.
In ſupraſcripti requieſcunt corpore Chriſti.

Epiſcopus poſtea *Oſtienſis*, teſte Mariano, & Mar- C
co Vlyſiponenſi (licet apud Panuinium, Ciaconium Vghellum nulla mentio) plures legationes ſubijt graui decore, & fide abſolutas. Vitam deſeruit mortalem Anno Sal. 1304.

De eo lege Gaſpar Iongellin. *De Card. Ord. Minorum* Lucam Vuadingum *in Annal. Minor.* Ptolom. Lucen. Auberii, Ciaconium Panuinium,

10. *Acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationem Templi: ipſe autem reſpondens dixit illis: Videtis hęc omnia. Amen dico vobis: non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Matt. 24.




THeodoricus Baynerius, Za- D
chariæ filius, Vrbeuetanus, ex Priore ſecularis Eccleſiæ S. Andreę Vrbeueteri., miſſus à Martino IV. in Germaniam tanquàm Collector Decimarum officio ſub egregiè ſunctus, Epiſcopus dictus eſt Reatinus, poſtea Archiep. deſignatus Piſanus & à Bonifacio VIII. Presb. Card. tit. *S. Crucis in Hieruſalem* Anno 1298. die 4. Decemb. in prima Cardinalium promotione; poſtea Ep. C. *Praneſtinus*, & S. R. E. Camerarius, die 13. Iunii 1299. ſeù ciuitatis Papalis. Cum enim Columnenſes Dynaſtas inſectaretur Bonifacius, captumq; Præneſte, horribili excidio, adæquaſſet ſolo; ad radices montis reuocatis
A incolis, qui in plano caſulas excitarent ſub nomine ciuitatis Papalis; Theodoricus, quoad Bonifacius vixit, ciuitatis Papalis Epiſcopus eſt appellatus. Mortuo verò Bonifacio, cum Columnenſes depoſitam vrbem in priſtinam fortunam, dignitatemq; aſſeruiſſent; veteri, celebriq; titulo reſtituto, Præſules iterum Præneſtini ſunt appellati.

Magni Theodoricus animi, atq; conſilii, Vrbeueteri patria ſua plura excitauit ædificia, turrim palatium: quæ omnia iterum ęquata. A Bonifacio VIII. legatus ad regendũ Patrimonium, Prouinciam tranquillè rexit, & integrè gubernauit, exſtructis ibidem nonnullis ædificijs, quę animi celſitudinem teſtarentur.
B Anno obiit Salutis 1306. die 7. Raynerium auunculum habuit Monachum Ciſtercienſem, & Epiſcopum Placentinum, virum illuſtrem, omniumq; genere virtutum ornatiſſimum.

11. *Nunciatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtant foris volentes te videre: qui reſpondens, dixit: Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.* 8. Lucæ. 19.

M. Fr. Nicolao Bocaſinus ex Presb. Card. tit. *S. Sabina* Card. *Oſtienſis*, Papa futurus *Benedictus XI.* genitricem ſuam cum vidit, in veſtitu deaurato, ſuſcipere & agnoſcere renuit.

12. *Qui dicit Regi, Apoſtata qui vocat Duces impios.* Iob. 34.



F. Gentilis de Monte Floris, Picenus, Ordinis Minorum, ex Theologo & Lectore S. Palatii, Presb. Cardin. *SS. Silueſtri, & Martini, tit. Equitij*, aſſumptus à Bonifacio VIII. in ſecunda Patrum promotione. Anno 1298. Promouit Benedictum XI. Clementem V. à quo legatus ad Vngaros, id primùm egit, vt Procerum animos malè in Pontificem, & Carolum filium Caroli II. Regis Siciliæ, affectos reconciliaret; præcipuos in ſuam ſententiã traxit, præcipuè Palatinum Mathæum ſummæ inter eos auctoritatis, ratus iam aliquid tutius audere poſſe, eumdem Carolum die 27. Nouemb. 1308. in domo Prædicatorum, ciuitatis Peſcenſis in Regem inſunxit: & XV. Iunii, Anni ſubſequentis coronauit, vulgato anathemate aduerſus pertinaces Caroli hoſtes, præcipue Ladiſlaũ Vaiuodã Trãſiluaniæ, quòd Coronã Sãctã, Othoni Bauaro adęptam nullis præcibus reſtituere adduci poſſet: nec non quod filiam ſuam filio ſciſmatico Stephani Regis Seruiæ vxorem dediſſet

Boni-

Bonfinius lib. 9. Vngar. In Curiam reſtitutus ad Concilium acceſſit Viennenſe, in quo exigenti Philippo Francorum Regi, damnati memoriam Bonifacij VIII. à quo hoſtiliter diſſenſerat, acriter ſe oppoſuit cum duobus alijs Cardinalibus, conſtantiſſimè aſſerentes Catholicum fuiſſe Pontificem; impij Regis conatus eluſerunt. Tandem in Italiam rediens, iuſſus a Clemente V. theſaurum Eccleſiæ, Romæ, & alibi per Patrimonium S. Petri conquiſitum, trans Alpes tráſferre, Lucam veniens, vltra progredi noluit, quod mari, terraque à latronibus, & piratis infeſſo itinere, rapinis non auderet exponere ſacra vaſa. Ea proprerea in Sacratio S. Fridiani Lucenſis depoſuit, quæ Auguccio vel Caſtruccio aliquot poſt Annis Lucæ principatu potiti diripuere, non ſine ſuſpicione direpti theſauri ab ipſo Gentili Cardinale, teſte *Spondano Anno Sal.* 1314. *n.* 11. Licet enim in excommunicatione lata à Ioanne XXI. R. P. in eos, qui, furati eſſent, nulla fiat mentio Cardinalis Gentilis, ſed trium Clericorum, quibus Clemens in mandatis dederat theſaurum Peruſio Auenionem deferre: fuiſſeq; partem illius reuelatam ab iis, qui à raptoribus emerant, ſcitur ex alijs Ioannis epiſtolis. De Gentili verò (*in Reg. Colleg. Fux. Toloſ.*) ex alio proceſsù patet confecto, de eiuſdem Ioannis mandato, Gentilem ex Vngarica legatione reuerſum; in Lucana vrbe diem clauſiſſe extremum: & illicò mandante *Clemente V. R. P.* adhuc ſuperſtite, Arnaldum Ep. C. Sabinum, & Lucam Diac. Card. S. Mariæ in Via Lata, ſequeſtraſſe bona Gentilis Cardinalis; quæ depoſita in Sacrario Fratrum Predica-
A torum, cui ablata fuere per miniſtros Franciſci de Faggiola tunc, ciuitatem regentis. Ex his Ciaconium redarguas dicentem, Auenione deceſiſſe Gentilem. Aſſiſium dicitur in eccleſiam S. Franciſci, relatum cadauer, & in ædicula SS. Ludouici & Martini à Gentili conſtructa ſepultum.

Scripſit *Homilias* ad populum, teſte Eiſengrenio. *Opuſcula* plura, teſte Toſſignano.

De eo lege Io: Villanum *lib. 9. c.* 21. Ptolom. Chron. Minor. Lib. Conformitarum.

Diaconi Cardinales.

13. *Edificauit autem Noe Altare Domino.*
Geneſ. 6.



FRanciſcus Neapoleonis filius Vrſinus, Romanus, Diaconus Card. *S. Luciæ in Silice*, & Archipresbyter S. Mariȩ Maioris aſſumptus à Bonifacio VIII. in prima Patrum promotione Anno Sal. 1295. promouit Benedictum XI. Clementem V. à quo Legatus deſignatus cum alijs quatuor Cardinalibus (ita *Ciaconius*) vt Henricum VII. Romæ coronaret in Imperatorem,
C dum in Italiam ex Auenione deſcenderet, in itenere moritur Anno 1312. Et in Monaſterio Cæleſtinorum ſepelitur cum hac inſcriptione, ex Nomenclatore inter epitaphia, *pag.* 5. Aduerte Lector vel falſam inſcriptionem ſequentem, vel ſibi Ciaconium contradicere; vel alio Cardinali accomodandam.

Hic iacet. R. in Chriſto. Pater. & Dominus. Franciſcus. de Filijs. Vrſi. Titul. S. Marc. Presbyter. Cardinalis. Florentinus. vulgariter. nuncupatus. Fundator. huius. Monaſterij. qui. faliciter. obijt. inter manus. Fratrum. Anno. Domin. MCCCLXI. die IV. Menſir. Septemb. cuius. anima. requieſcat. in pace.

D Non enim Franciſcus fuit P. C. S. Marci; neq; Cardinalis *Florentinus* eſt nuncupatus; nec vitam protraxit ad Annum Salutis 1361. Inſuper Clem. V. Archipresbyterarum S. Mariæ contulit Iacobo Columnæ D. C. S. Mariæ in Via Lata; quod non feciſset, viuente Franciſco. Clemens autem viuere deſijt An. 1314. Veritas tandem ex litteris eluceat Henrici VII. Imperatoris (extant in fine eius vitæ) cuius coronationem cum peragendam Pontifex cómmiſiſſet Leonardo Ep. C. Albano, Nicolao Oſtienſi, ac Franciſco S. Luciæ, nec non Lucæ S.
B Mariæ in Via Lata Diac. Card. *Leonardo, & Franciſco de hac luce ſubtractis*, per Cardinales ſuperſtites fuit peracta, menſe Iunij, 1312. Ciaconius ſibi inconſtans obitum huius Cardinalis ſub Anno pingit 1312. in eius vita, dũ Italia Auenionem aſcenderet, in Serie verò Cardinalium, qui obierunt ſub Clemente V. obijſſe Auenione refert, Anno 1308. Nos primæ opinioni ſubſcribimus. Si enim Henrici VII. coronatio commiſsa erat *Franciſco Vrſino*, quæ abſoluta fuit Anno 1312. à ſuperſtitibus Cardinalibus; crederem non tam præmaturè *Franciſco* fuiſſe commiſſam, Anno ſcilicet 1308. ſed 1312. quo tempore, Auenione diſceſſit, vt Romam pergeret, & in itinere obijt.

14. *Qui non accepit perſonas principum, nec cognouit tyrannum, cum diſceptaret contra pauperem.*
Iob. 34.



FRanciſcus Caietanus Anagninus, Bonifacij VIII. nepos ex fratre Sofredo, Canonicus Portuenſis, Capellanus Apoſtolicus, & S. R. E. Theſaurarius, Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin*, in prima Patrum promotione creatus Anno 1295. à patruo, volente ſe præmunire in Columnenſes, & Gallos, quos imperere meditabatur. Iuuit iſte patrui memoriam viuentis & mortui. Nam Iuris peritiſſimus Sextum Decretalium editum à Bonifacio explicauit: eoq; mortuo; cum Anno 1310. Auenione, ſollicitaretur Clemens V. à Philippo Gallorum Rege, interprete Nogareto qui aliàs Bonifacium accuſauerat vnà cum Guillelmo Pleſſiano; quidam Cardinalis de genere Papæ Bonifacij, virili pectore, tutela aſſumpta Pontificis, obiecit

ſatisfecit accuſationibus, imò aduerſarios terribiliter accuſauit, teſte *Amalrico Augerij in ſuo Chronico*, adeo vt excitati Principes Chriſtiani, & præ alijs Caſtellæ, & Aragoniæ Reges miſerunt ad Clementem, hortantes, ne permitteret in memoriam Pontificis Bonifacij, iudicium inſtrui, cum id nec ius, nec fas eſſe videretur. Hunc Cardinalem, fuiſſe *Franciſcum Caietanum* nepotem ex fratre Bonifacij, nemo dubitat; teſte *Spondano* An. 1310. n. 1. De eo lege Paulum Corteſium; Io: Villanum *lib.* 8. *c.* 80. Veneti Oratoribus ſuis lege præſcripta, ne aduersùs memoriam Pontificis, aliquo modo ſe immiſcerent cum Gallo Rege alioquin amico, religionem voluere Sartam erga Chriſti Vicarium. Vitam poſuit Franciſcus ſub Io. XXI. dicto XXII. die *9.* vel *16.* Maij, 1317. Eius inſignia eadem, quæ Bonifacij VIIJ. A

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Paulum Corteſium, Chriſtophor. Caietan. in *vita Bonifac.* Auberij.

15. *Nihil ſceleſtius quàm amare pecuniam: Hic enim & animam ſuam habet venalem quoniam in vita ſua proiecit intima ſua.*
Eccli. 10.



M. Petrus Valetianus filius Duraguerræ, natu Priuernas, Canonicus Cameracenſis, Archidiaconus Brabantinus, ex S. R. E. Vice Cancellario Diaconus Card. *S. Mariæ Nouæ* aſſumptus a Bonifacio VIII. Anno 1295. ab eodem Legatus declaratus Bononiæ, Romandiolæ, Venetiarum, Longobordiæ, Hetruriæ, & Vmbriæ cum poteſtate Legati à latere, argento inhians, & auro, cum omnia ſibi reſeruaret beneficia, ita vt Epiſcopis, & Curię ipſi Romanæ nulla ſupereſſet collatio, vt ſcribit Gloſſa. *verbo reſtringerę. c.* C *pręſenti de officio Legati. in 6.* Bonifacius VIII. Legatorum reſtrinxit facultatem in collatione Beneficiorum. Non propterea ab auaritia ceſſauit Petrus Priuernas, vt habet Andreas Barbatia, *lib. de Cardinalibus legatis à latere n. 2. in prælud. Talis mitti debet Legatus, qui in ſemet ipſo habeat Spiritum Dei, & præcepta eius in conſpectu ſuo ſint, & qui Moyſi idest Papæ ſit valdè notus, & familiaris, ideſt, in quo ſit charitas eius, & legis ſcientia, vt poſſint eum audire filij Iſrael. VIII. q. 1. ſi ergo in fine. Vnde legitur in Exodo. c.* 18. *quod Moyſes viros Deum timentes, quibus erat veritas, & qui oderant munera conſtituit tribunos, & centuriones, vt populum iudicarent, quod accuratè notabis contra D. Petrum de Pi-* D *perno, qui fuit Cardinalis S. Mariæ Nouæ, de quo fecit mentionem Gloſſ. in c. præſenti. De off. leg. 6. & ibi dicit Paulus, vt refert Dominicus: quòd fuit vnus baratator, & fuit occiſus à Diabolo viſibiliter in eccleſia, dum ſe inclinaret ad videndum Corpus Domini. Ita retulerunt Diaboli cuidam S. Heremitę, vt ibidem refert Paulus. Quod pro Deo cauete.* to. 2. Tractatuum.

Contigit eius mors Anno 1304. Sede vacante per obitum Benedicti XI. Sepultus in Lateranenſi Baſilica cum inſignibus, inſcriptionem habuit ſequentem.

Hic requieſcit D. Petrus de Piperno, quondam S. Mariæ Nouę Diaconus Cardin.

In ęde S. Io: Euangeliſtę ante portam Latinam, ſequens etiam memoria legitur.

D. Petri de Piperno S. R. E. D. Card. ex Schrodero.

Plura refert Oldoinus feciſſe Petrum in ſua legatione, ex Rubeo in Hiſtor. Rauen. aduersùs eos, qui iura vſurpabant Eccleſiæ; ſed omnia ob auaritiam, ait Barbatia.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Auberij, Bzouium, Gherardum *in hiſtor. Bonon.*

16 IAcobus Sanctucius Lucenſis, Diaconus Card. *S. Georgij in Velabro* creatus à Bonifacio VIIJ. An. 1295. in prima Patrum promotione, teſte Ciaconio; quod dubium; cum illam Diaconiam obtinuiſset Iacobus Caietanus de Stephaneſcis, Anno 1295. qui eam retinuit vſque ad diem obitus 1343. Aduersùs eumdem Ciaconium pugnat ſilentium cæterorum Hiſtoricorum.

17. *Et ecce vnus ex his erant cum Ieſus extendens manum exemit gladium percuſſit ſeruum Principis.*
Matth. 26.



LVcas Fliſcus ex Comitibus Lauaniæ, Ligur, Nicolai filius Hadriani V. R. P. nepos Diac. Card. *S. Mariæ in Via Lata* creatus à Bonifacio VIIJ. in ſecunda Cardinalium promotione, An. 1298. Eccleſias adminiſtrauit S. Marcellini, & Petri, & S. Coſmæ & Damiani. Capto Bonifacio VIII. Anagniæ, populum concitauit Fliſcus ad arma, cum quo, pulſis Columnenſibus, Pontificem libertati reſtituit, totius Italiæ plauſu, Populiq; laude Romani; qui Lucam etiam poſt obitum celebrarunt: vt libertatis vindicem. Benedictum eum promouiſset XI. Clementem V. ab hoc cum quatuor aliis Cardinalibus Romani miſsus ad coronandum Henricum VIJ. Imperatorem, Auenione deſcendit ad Cæſarem Genuæ commorantem, Italicæ cum eo comes expeditionis; donec Romæ in Baſilica Lateranenſi, eumdem coronauit nolens & inuitus, teſte Muſsato in vita Henrici VIJ. *Dum dies vigiliæ Principis Apoſtolorum inſtaret, ſumma luce, de palatijs militiarum egrediens, multo cœtu in Auenionem conceſſit; poſtquàm autem illuxit ſequens diei feſtum, populo comitante, ac Principibus ſuarum partium Lateranum venit, Miſſarumque ſolemnibus peractis, proteſtantibus Cardinalibus, ſcilicet Legato, & de Luca de Fliſco non ſua ſponte, ſed plebis, Regiſque impulſibus coactis parere, Coronam auream capiti ei impoſuere.* Renitentiæ cauſam, ob quam Fliſcus coronare Cæſarem renuebat, crederem, quòd Papa iam cõſpiraret cum Rege Roberto, cuius frater Ioannes turmas in Vrbem iam Henrico rebellem induxerat; ſublata ſpe coronam accipiendi in Baſilica S. Petri; pro-

propterea in Larerano coronati curauit. Accede-
bat, quòd exigenti Lucę Fliſco D. Card. S. Mariæ
in Via lata, fidelitatis iuramentum, negauit Henri-
cus dicens, *Noua res eſt, nec vſurpata ab anteceſſoribus
meis, Principem Principum, ac Orbis terrarum Dominum
ſeruo ſeruorum fidelitatis iuramento obſtringi.* Iurauit
tamen defenſionem Eccleſię Romanæ; vt dedimus
in *Aquila Vaga lib. 32. c. 2. p. c15.* His peractis; Aue-
nionem rediit, vbi à Io: XXII. legatus ad Anglos &
Gallos, vt nationes illas belio flagrantes compone-
ret; Scoti namque iugu excuſſo Eduardi primi; ſub
Bruſios regebantur. Plura tentauit Legatus, nihil
abſoluir. In Italiam reuerſus, pacem inter Rober-
tum Anglię, ac Siciliæ Reges conciliare ſtuduit, ſed
incaſſum. Plenus auro, Genuenſi Reipublicę parrię
ſuę grandem vim auri mutuauit, in pignus Catino
pretij ineſtimabilis recepto; quod cum Reſpublica
redemiſſet pecunia tamen refuſa, annuos redditus
Cardinali aſſignauit. *Feder. Feder. in hiſtor. Fliſca.* Aue-
nione deceſſit An. 1331. ad Minores illius vrbis ſe-
pultus: donec Genuam cadauer translatum in tem-
plo iacet S. Laurentij, ſepulchro marmoreo colum-
nis, ac ſtatuis exornato.

MCCCXXXVI. die vltima Ianuarij
Obijt Reuerendiſſimus Dominus Lucas de Fliſco
S.R.E. Diaconus Cardinalis
Cuius oſſa in hac iacent tumba.
Anima cuius requieſcat in pace.

Mandauit teſtamēto templum erigi Genuę, in ho-
norem Deiparę, cui inſeruirent XII. Canonici cum
Decano, VIII. Sacerdotibus; IV. Clericis, quibus
omnibus larga manu liberalis alimoniam ſubroga-
uit. Mandauitq; ſacrum ſolemne in æde S. Io:Bap. an-
nuatim celebrari: duoq; Sacerdotia erexit in eccle-
ſia principe: totidemq; in eccleſia S. Saluatoris Laua-
niæ. Executoribus ſui teſtamenti deſſignatis Petro
P. C. S. Praxedis, Neapoleone D. C. S. Hadriani,
& Iacobo D. C. S. Georgij in Velabro, cum hæredi-
bus ſuis.

De eo lege Felicem Cōtelorium *in elencho.* Io: Ru-
beum *in vita Bonif. VIII.* Chriſtophor. Caieran. *in vi-
ta Bonif. VIII.* Ciaconium: Auberij: Ptolom. Lucen.
Io: Villanum: Zuritam *in Annal.* Folietam *in elog.*
Polydor. Virgil. *hiſtor. Angl.*

18 **F**R. Dominicus à S. Petro, natu Hiſpanus, pa-
tria Barcinonenſis, alumnus Regularium
B. Mariæ de Mercede Captiuorum, viræ ſanctimo-
nia elatus, inter Cardinales S. R. E. aſſumptus à D
Bonifacio VIII. ſi vera referunt Sylueſter Matulus
in Mare Oceano. Stephanus de Corbere in vita Mariæ
de Socos; & Iacobus Io: Viues *in Viridario Mercena-
rio.*

19 **F**R. Reginaldus Italus ex Vmbria, Ordinis
Minorum, Lector Sacri Palatij, Archiep.
Rothomagenſis, demum Ep. C. *Portuenſis,* & *S. Ruf-
fina:* ita Petrus Rodulphus: Gaſpar Iongellinus *in
elog. Cardinalium, Ord. Minorum.* Repugnant ex ad uer-
ſo Ciaconius, Panuinius, Vghellus, Lucas Vua-
dingus. Bartholomęus Piſanus eius contemporaneus
apud quos non ſolùm profundum ſilentium, ſed Por-
tuenſem Epiſcopatum exhibent occupatum ab Odo-
ne Rigault, de quo abundè dedimus ſub Innocentio
IV. Imò teſte Claudio Roberto in *Gallia Chriſtiana*;
& Ioanne Chenu *De Epiſcopis Galliæ*; neq; inter Præ-
ſules recenſetur Rothomagenſes.

20. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei. magis quàm*
A *habitare in tabernaculis peccatorum.*
Pſal. 83.



ANdreas Anagninus, ex illu-
ſtri Comitum Signiæ fami-
lia, Alexandri IV. pronepos, &
Bonifacij VIII. propinquus, vel
patruus, teſte Chriſtophoro Ca-
ietano Epiſcopo Fulginate *in vita
M. S. Bonif. VIII.* ab eodem Bonifa-
cio Presb. Card. S. R. E. tit. ......
deſignatus, ad firmamētum poten-
tiæ, & vt fama ſanctitatis electi, Papæ amorē ſibi cō-
B ciliaret gregis Catholici; honorem vltrò oblatum
conſtantiſſimè recuſauit, malens in clauſtro, ſub
rigida S. Franciſci regula, quam adoleſcens profeſ-
ſus fuerat, latere; quàm in Orbe, & Vrbis theatro
purpura fulgere Cardinalitia, quam auram vanita-
tis aſſerebat. Verè itaque Chriſti diſcipulus, qui
ſe humiliauit vſque ad mortem, mortem autem crucis, ad-
duci non potuit, vt ſe exaltaret in cathedra digni-
tatis, ſed vitam exercens ſanctiſſimam in loco *Pilei*
dicto, prope Anagniam, multis viuus, ac mortuus
miraculis à Deo illuſtratus, & inter Beatos Ordinis
Seraphici relatus, teſte *Franciſco Gonzaga, Petro Ro-
dulphi Toſſiniano, Arturo à Monaſterio in Martir. Fran-*
C *ciſcano, die 1. Feb.* Bonifacius VIII. ſi ſuperuixiſſet,
eum Sanctorum catalogo adſcribere decreuerat; te-
ſte *Piſano lib. 1. Conformit. fru. 8. & Ciaconio* ſed ſuper-
uenientibus præpeditus calamitatibus implere non
valuit; vt ei prædixerat B. Iacoponus initio Ponti-
ficatus. Cum vidiſſet Papa in ſomnis magnum æra-
mentum abſque rophalo, vel maleo, Orbem com-
plectentem vniuerſum, interrogauit Iacoponum de
ſpectri ſignificato? reſpondit iſte: *Sciat V. S. per
nolam illam V. Sanctitatem ſignificari; eiuſdem magni-
tudinem & potentiam Pontificiam ad vltimos terrarum fi-
nes pertingentem deſignari: Caueat autem ne per malei aut
linguę carentiam, in te argui velit Deus defectum boni*
D *operis, vel boni exempli, quo toto in Orbe reſonare debes.*
Quam interpretationem cum ægrè audiſſet Bonifa-
cius, quamuis diſſimularet, cæpit odio habere Ia-
coponum. *Periander par. 7. Sapien. Franciſcanę.* An
poſtea *Beatus* publica auctoritate Andreas fuerit ap-
pellatus? incertum.

Inter miracula illud referunt. Stomacho faſtidien-
te, cum infirmus auiculas appeteret, appoſitas &
ſuauiter præparatas comedere noluit, ſed facto ſi-
gno Crucis, abire iuſſit, & diſco euolare: quæ li-
cet

Digitized by Google

cet deplumes, & allatæ, viuæ mox & hilariter garrientes, celeri auſugere volatu.

Apparuit ei Carolus Andegauenſis Rex Siciliæ, Foggiæ mortuus, rogans, vt pro ſe preces funderet, ad mitigandas pœnas grauiſſimas, quas patiebatur in Purgatorio. Virginis cultor Deiparæ, eam mira deuotione coluit, ediditq; de partu Virginis volumen.

De eo lege Ciaconium, Panuinium; Lucam Vuadingum in *Annal. & De Scriptor. Ord. Minor*, Hyppol. Marrac. *in pur*, & *in Biblioth, Marian*. Bartholom. Piſanum *lib.* 1. *Confor.* S. Antoninum 3. *par. Hiſtor. tit.* 14. *cap.* 11. §. 4. Felicem Contelorium in elen. Cardin. Rolandum *die* 1. *Feb. in Actis SS.*

21. *In pace, in idipſum dormiam, & requieſcam.* Pſal. 4.

IAcobus Caietanus, Romæ natus familia nobilis *de Stephaneſchis*, non Anagninus, vt mentitur Ciaconius, teſte eodem Iacobo, in vita Cæleſtini V. hiſce carminibus.

Vrbs mihi principum, generis mihi nomen Iacob
Gaetanus erat, fluuij Tranſtybridis amnem
Stephanidum de ſtirpe ſatus, producor ab Vrſa,
Murronem cecini repetentem clauſtra, Monarcham
Inſectumque Polo, Bonifacius vtq; triumphet
Vrbe ſacra diadema ferens, quo Cardine fultus
Hinc panxi, celoque Petrum, Maroque refudi
Centeno, fudique proſa. Deus hinc tibi laus eſt.

Sic in præfatione ad eiuſdem Cœleſtini vitam, hęc de ſeipſo narrat. *Hanc quidem, quæ ex veridica re veluti præſens, videns, miniſtrans, palpans, & audiens, notuſque Pontifici, qui Pontificibus charus impactam cōpegit, metriſq; refudit hiſtoriam, dictum Iacobum nomine, cognomento Gaytanum, S. Georgij ad Velum aureum D. Card. Vrbe natum, regione Tranſtyberim, prope venerabilem Dei genitricis eccleſiam, quondam dictam Tabernam meritoriam, vtroque parente antiqua nobilitate conſpicuum. Nam Petro Stephani patre, matre Perna, altero de Stephano filijs, ſeù Stephanenſium, altera de filiabus Vrſi, ſeù Vrſinorum domo progenitis, cuius in metro vtriuſque commeminit Patre tam armorum ſtrenuitate, quàm iuſtitia rectitudine, quàm & propinquorum amicorum conſtanti dilectione clarè noto. Matre autem charitate pia,* C *Sanctitate præcipua, ambabus prole ditatis, altera iuuenta, altera ſenecta piè, chriſtianeq; præſenti luce occubuere.*

Ex his mendacem Ciaconium arguūt aſſerentem, ex fratre nepotem Bonifacij VIII. fuiſſe Iacobum. D *Hęc igitur* (de ſeipſo proſequitur) *poſt rudimenta Grammatica, adoloſcentia, pubertatis primordijs ſcientiarum; Pariſijs, Liberalibus, Philoſophiaque diſciplinis traditus adeo Dei munere profecit, vt nondum triennio lapſo, Scholaribus tamen illarum curſum prælectis libris aliquibus in facultate quam Liberalium Artium vocant, magno fauore, magnaque decentia, ſui meruerit obtinere licentiam, ac magna è ueſtigio ſolemnitate; laudeque non minima, cathedram magiſtralem aſcendere, qua cum profeciſſe, erudiſſe, & docuiſſe conſtat. Dehinc mihi tamen inuitus, cum totus Philoſophiæ, ſacræque paginæ ſperaret inſiſtere, maiorum ſuorum iuſſu, rediens in partes Italiæ, ciuilis iuris, legumque apicibus, ſub magna profunditatis præceptoribus, adeò modico fortè, non minùs quàm eruditiore ingenio, in eiſdem conualuit, vt nec auditos difficiliores ex illis libros ſenſu caperet, ſic memoria teneret, quantum & alios idem inſtrueret. Ac interdum ſine ſtructore, interim ſeipſo Lucani vacans acumini, Virgilijq; Rhetoricę ſuauitatis profluuio, vnius geſta arduitatem, alterius ficta rei ſubtilitatem, ac arborum ſtyli grauitatem altitu-* A *dinemque circumſpectans. Horum vt præfati ſumus, breuem librorum, ſuccinctamq; materiam quarto ſcilicet Nicolai P. P. IV. Anno Papiæ exiſtens, Subdiaconus exortus eſt, eoq; ordinis manens gradu, prolixiorem Cæleſtinum quondàm primùm, deinde in Romana Eccleſia* Leuita *per Bonifacium VIII. Pontificatus eius Anno II. Cardinalem profectus glorioſiſſimi, inuictiſſimiq; martyris Chriſti,* Georgij ad Velum Aureum, *dono Dei, eiuſdem Martyris præſidio per eūdē Pontificē, ſortituſque eccleſiā eiuſdē Bonifacij ſecundum perfecit opus.* Adfuit creationibus quinque Romanorum Pontificum videlicet Benedicti XI, Clementis V. Ioannis XXII. quo iubente, ordinis Minorum patrocinium ſubijt, vt ex litteris Io: B R. P. ad eumdem Iacobum D. C. S. Georgij; quamuis in Oldoino, Ioannis loco legatur Bonifacius. Adfuit tandem comitijs Clementis VI. Archidiaconus Card. S.R.E. cum Annos octo ſupra quadraginta tranſegiſſet in Cardinalatu. Vita exceſſit, teſte Nomenclatore Cardinalium, & Auberii, die 23. Iunii, 1343.

Vir pius nauiculam in atrio Baſilicæ S. Petri, opere vermiculato mirè elaboratam fieri curauit, opere Iotti Pictoris celeberrimi. Pietatem doctrina exornans, & pietate doctrinam ſcripſit.

De ratione, inſtitutione, & celebratione Anni Iubilæi.

Carmina de eodem, quæ extant M. S. in Vaticana Bibliotheca.

De ſtupenda F. Petri, de Murrone Eremita, ad Papatum electione & qualiter idem Papatui, ad Eremum rediens ceſſerit.

Eius inſignia eadem, quæ Bonifacii VIIJ.

De eo lege *Lucam Vuadingum, Ciaconium, Andream Victorellum.*

22. *Et ſui eum non receperunt.* Io. 2.



LEonardus Patraſſus de Guerrino; vel Guercinum vocat Albertinus Muſſatus *de geſtis Henrici VII.* Hernicus diæceſis Alatrinę, D auunculus Bonifacii VIII. Epiſcopus Alatrinus die 16. Kal. Octob. 1290. vnde in tabulis Alatrinis legitur, Fr. Leonardus Patraſſus Ep. Alatrinus S.R.E. Card. ſub Bonif. VIII. Ex qua inſcriptione, verbo Fr. arguitur Regularis fuiſſe. Anno verò 1295. ad Aeſinam transfertur eccleſiam: & Anno 1300. ex Archiep. Capuano, à Bonifacio VIII. eligitur Ep. C. *Albanus*.

Quan-

Quando carhedram obtinuerit Capuanam? incertum. Comitijs cum adfuiſſet Benedicti XI. & Clementis V. cum quatuor alijs Catdinalibus legatus Romam, ad coronationem Henrici VII. in itinere, morte præuentus, Cęſarem non inuiſit. Obiit Anno 1311. Ptolomęus Lucenſis, mortuum Lucę in Heturia ſctipſit, & ad Prędicatores illius vrbis ſepultum. Gaſpar Iongellinus *in elogijs Cardinalium Ordinis Minorum*, Minoritam dicit: negat verò Vvadingus in Annal. *Quoad Leonardum Patraſſum attinet; omnia rectè ſe habent præter vnum illud de inſtituto Minorum: neque enim qui de Cardinalibus ſcribunt, eum noſtris adiudicant; neque noſtri ſcriptores eum inter ſuos commemorant.*

23. *Si iuſtificare me voluero os meum condemnabit.* Iob. 9.



M. Ricardus Petronus Senenſis, nobili ortus genere, adoleſcens vtrique iuri operam dedit; qua in faculrate adeo excelluit, vt ſuo tempore in quæſtionibus iuris enucleandis, ranquam publicum adiretur Oraculum non ſolū ab Italis, ſed etiam Vltramōtanis. Hinc S.R. E. Vice Cancellarius, à Bonif. VIII. ad reuidendas ſuas Decretales accitus (teſte ipſo Bonifacio in c. *Sacroſāctę prohemij Sexti Decretaliū*) ineam formā, & ordinem Canones diſtribuit, quem nunc Orbis admiratur Catholicus. Diaconus poſtea aſſumptus Cardinalis *S. Euſtachij*, Anno 1298. in ſecunda Cardinalium promotione, cum eſſer ditiſſimus, & ampliſſimi patrimonij, Senis multa ędificia conſtruxit, præcipuè Monaſterium Carrhuſianorum, Domus Hoſpitalis. S. Catherinę, iuxta portam nouam. S. Clarę
A Cęnobium: S. Nicolai de Batro intra Vrbem, & plura alia.

Memoriam ſuam damnauit impius & ingratus, conſpirationis conſcius, & particeps, qua Bonifacius VIII. eius benefactor miſerè caprus, paulò poſt obijt. Viros graues grauiſſima quandoq; ſcelera tenent. Benedictum XI. promouit, & Clementem V. Ad ſacrilegi parricidij expiationem, ſupradicta parauit ędificia: vtinam proſint. Genuæ obijt, dum legatum ageret nomine Clementis V. Anno 1313. & ampliſſimum patrimonium ad pium vſum moriens legauit; dę quo maxima fuit diſceptatio inrer Doctores; teſte Arretino *Conſil. 36. inter alios*. Corpus Senas re-
B latum, in Cathedrali marmoreo iacet, prope ędiculam S. Io: Baptiſtę. Lege *Io: Villanum lib. 9. c. 22. Chronicon Senenſium Vrbeuetanum*, Azzolin. in *Pompis Senen.* Auberij: Lucam Vvadingum. *in Annal.* Hippol, Marraccin *purpura Marian.*

Vice Cancellarij S. R. E. ſub Bonifacio VIII.

M. Petrus Valerianus Priuernas Anno 1. & parte ſecundi.

M. Ricardus Petronus Senenſis. Ab Anno ſecundo ad Sextum.

Petrus Valerianus Priuernas D. C. S. Marię No-
C uæ, iterum Anno VI.

D. Papinianus Taurinas Allobrox, ex Canonico Regulati Monaſterij S. Andreę Vercellis Ep. Parmenſis, ab An. VII. ad finem Pontificatus Benedicti PP. XI.

BENEDICTVS X. DICTVS XJ. P.CXCIV.

BEnedictus X. dictus XI. Electus die 22. Octob. Anno Sal. 1303. Obijt Idibus Iulij, Anno 1304. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

1. Io: Buccamatius, Ep. C. Tuſculanus: ex Honorio IV.

Ex Bonifacio VIII.

2. Theodoricus Vrbeuetanus Ep. C. Prænestinus.
D
3. Fr. Nicolaus Boccaſinus Ep. C. Oſtienſis.
4. Leonardus Patraſſus Ep. C. Albanus.
5. Fr. Io: Minius de Murro Vallium, Ep. C. Portuenſis.
6. Petrus Hiſpani Ep. C. Sabinus.

Presbyteri Cardinales.

Ex Cœleſtino V.

7. Io: Monachus Picardus P. C. tit. SS. Marcellini, & Petri.
8. Fr. Robertus P. C. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris.
9. Fr. Petrus Aquilanus, P. C. tit. S. Marcelli.
10. Nicolaus Pariſienſis, P. C. S. Laurentij in Damaſo.

Ex Bonifacio VIII.

11. Fr. Iacobus P. C. tit. S. Clementis.
12. Fr. Gentilis de Monte Floris, P. C. SS. Silueſtri, & Martini.

Dia-

Diaconi Cardinales.

13. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu: ex Vrbano IV.
14. Neapoleo Vrſinus D. C. S. Hadriani in tribus Foris: ex Nicolao IV.

Ex Cęleſtino V.

15. Landulphus Brancatius D. C. S. Angeli.
16. Guillelmus Longus D. C. S. Nicolai in carcere.

Ex Boniſacio VIII.

17. Franciſcus Vrſinus D. C. S. Lucię in Silice.
18. Iacobus Caietanus D. C. S. Georgij in Velabro.
19. Franciſcus Caietanus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.
20. Petrus Valerianus D. C. S. Mariæ Nouæ.
21. Lucas de Fliſco D. C. S. Mariæ in Via lata.
22. Ricardus Petronus D. C. S. Euſtachij.

Epiſcopi Cardinales creati à Benedicto XI.

1. *Et Iudam Seariotem, qui fuit proditor,* Lucę. 6.



M. Fr. Nicolaus Martini Pratenſis, Tuſcus familia mediocri *Martina* ortus in Hetruria, factione Gibellinus, altę indolis iuuenis, rerum humanarum, & factionum tædio affectus, Ordinem Prædicatorum Florentiæ, in Monaſterio S. Mariæ Nouellæ ingreſſus, ſacris ſtudijs tanta diligentia, & aſſiduo labore vacauit, vt breui ad Magiſterij gradum peruenerit, in quo munus ſacras litteras publicè interpretandi, Romæ in Monaſterio S. Mariæ ad Mineruam accepit, & ſua cum laude profeſſus, Ordinis Procuraror in Curia Romana factus eſt. Ea occaſione, doctrina cognitus, & rerum experientia verſatus, Boniſacij VIII. amorem meruit, à quo Epiſcopus Spoletanus primùm, deinde in Vrbe Vicarius conſtitutus cùm neminem offenderet, ſed omnibus charus integrè impleret officium ſuum, eius dexteritate captus Boniſacius, legatum miſit in Angliam, & Galliam, vt Francorum Philippum, & Eduardum Anglię Reges inter ſe diſcordes conciliarer, quod ſua eloquentia; qua plurimum pollebat, impetrauit, ſupra ſpem Cardinalium, quorum plurimi acceſſerant inutiles. Romam reuerſus, & à Bonifacio VIII. publicè laudatus, atq; Vrbis Vicarius conſtitutus, continuauit vſque ad electionem Benedicti X. à quo Ep. Card *Oſtienſis* aſſumptus in prima Patrum creatione, An. 1303. & ab eodem Florentiam legatus ad componendas ciuiles diſcordias, tanquàm *Angelus pacis* (ita appellatur in litteris Benedicti X.) ſurdis fabulam cecinit, Gibellinarum partium ſuſpectus. Hinc irarum plenus diſcendens Vrbem Interdicto notauit. Mortuo Benedicto X. auctor Nicolaus fuit, vt Clemens V. (qui Sedem Apoſtolicam in Galliam traduxit) Pontifex crearetur; proditor Sacri Collegij, & Apoſtolicæ author ſeruitutis. Defuncto namq; Benedicto X. (ita *S. Antoninus*) cum Cardinales quærentes, quæ ſua ſunt, non quæ Chriſti, per Annum minimè conuenerint in electione Pontificis, Italum exigentibus Vrſinis, Gallum Nicolao Pratenſi Card. Ep. Oſtienſi; donec vaſer atque verſutus Oſtienſis, immemor Latini decoris, ac libertatis Romanæ, Vrſinis optionem obtulit, vt tribus à ſe deſignatis Tranſalpinis Epiſcopis, vnum, intra 40. dies, ſeligerent, qui Papa foret legitimus. Vel ipſi tres proponerent Vltramontanos tamen, ex quibus ipſe vnum eadem lege ſeligeret. Factio Italica, nominatione recepta (commodius Id ſibi ceſsurum rata) tres nominauit Archiepiſcopos, Regis Gallorum hoſtes, à Boniſacio creatos, exiſtimans beneficij memores, & gratos, non aduerſos futuros memorię benefactoris ſui. Primus inter deſignatos *Bertrandus* erat Archiep. Burdegalen. à Boniſacio creatus, quem Pratenſis pręelegit, quia ambitioſum poſse facilè Regi reconciliari, iure credebat. Per citatos itaq; curſores Rex monitus, facile fuit, Archiepiſcopum honoris cupidum in partes trahere, & pacta extorquere inhoneſta, vſq; ad damnationem memoriæ Boniſacij VIII. Reuerſis curſoribus, Pratenſis aduerſam factionem ad comitia vocauit, renouatoq; iuramento, ipſe vice omnium elegit in Papam, *Bertrandum Archiep. Burdegalenſem* nomine *Clementis V.* ignorantibus adhuc Vrſinis, Bertrándum factum fuiſse Regis amicum. Is litteris ſuæ promotionis acceptis, mandauit illicò Cardinales Lugdunum vocari. Ex hac vocatione, Itali, grauamine cognito, clamantes ſe deceptos, præcipuè Matthæus Vrſinus improperauit Pratenſi; *quòd tandem voluntatem ſuam aſſecutus eſſet, traducendi Sedem Petri vltra montes; vnde tardè reuerteretur.* Hac fraude, Romana Eccleſia in Galliam obtorto collo traducta, Annis 70. ab Vrbe abſuit Romana, maguo Chriſtianorum incommodo, Vrbis præcipuè, cuius Templa, magna ex parte ob ſolitudinem corruere. Redijt 70. poſt Annos, duro Sciſmate, quod Annis 50. protractum, vt Matthæus Vrſinus prędixerat Cardinali Pratenſi, Italis in ęternum execrandæ memorię viro, cuius ſimoniaca fraude, Gallis venditus fuit Pontificatus Romanus. *Platina* S. Antoninus *ex Io: Villano*. Pontifex ſalutatus Clemens, cenſuris illicò Regem abſoluit Philippum. Hoc porrò vrgente Boniſacij VIII. aboleri memoriam iuxta pacta iureiurando firmata; dubius Papa quid ageret aduerſus innocentiam Boniſacij VIII. qui nulla hæreſi argui valebat; & quorum plures

res ſuperarant Cardinales, præcipuè Pratenſis; quo damnato, etiam Cardinales damnare opus erat; Pratenſem ipſum conſuluit? cui Cardinalis vno verbo ſatisfecit: *Diſſimulare oportet*: Generale offerendo Concilium, vt Regia petitio efficacius ſuum ſortiretur effectum, & ne poſſet impediri Concilium, pro ſola morum reformatione indiceretur celebrandum. Locus Vienna ſit; quæ extra Regis territorium, eo prætextu, quòd omnes nationes conuenire valeant; tu autem eò pergens cum Curia, eris extra Regiam iuriſdictionem, & in libertate poſitus. *S. Antoninus.* Conuocato Concilio, plura decreta ad Gallorum ſatietatem, & ad declarandam Regis inno- A centiam, Memoriam tamen Bonifacij noluit damnare Concilium,

Contigit tandem Anno 1308. cæſo Alberto Romanorum Rege; quòd Philippus Gallorum Rex imperium prenſaret Carolo fratri ſuo, vrgens Papam, iuxta pacta ſacramento firmata, quemadmodum à Græcis ad Gallos fuerat olim tranſlatum Imperium; modò à Germanis in Gallos reſtitueret. Anxius Papa Pratenſem Cardinalem iterum conſuluit? reſpondit iſte, per citatos curſores clam ſollicitandos Germanos, electionē abſoluere in perſona Henrici Lucemburgenſis, priuſquàm de Gallo competitore, in ſenatu ſeptemuirali mentio recurreret. Dictum, B factum, Maturata electione, Germani in Henrico VII. conuenerunt ad cuius coronationem legauit Papa Franciſcum de Frangeriis Ep. Sabinum, Nicolaum Oſtienſem, Leonardum de Guercino Albanum Ep. Lucam de Fliſco D. C. S. Mariæ in via lata, qui cum Brixiam veniſſent, honorificè intromiſſi, teſte *Bernardino Muſſato*, perorauit Hoſtienſis, vt Henricum ſuſciperent Imperatorē: Brixianis verò renuentibus, & Henricum non Imperatorem, ſed expilatorem accuſantibus; venere Romam Legati, vbi coacti Henrico inſignia impoſuere Imperialia, vt dedimus *in vita Lucæ Fliſci, n. 17. ſub Bonifacio VIII.*

Adfuit poſtea Nicolaus comitijs Io: XXII. dicti C XXII. à quo in Siciliam legatus, illius Regem diademate inſigniuit; teſte *Ferd. de Caſtil. hiſtor. Prædic.* Aurum auidè congeſtum pauperibus erogauit, ſera quidem pænitentia, Romanam ſedem abduxiſſe in captiuitatem,

Duo erexit cænobia, Dominicanis vnum; Monialibus S. Nicolai alterum; nouiſq; mænibus patriam cinxit. Singulis etiam eccleſijs Pratenſibus calicem dilargitus argenteum; memoriam ſui pietate redimere tentauit, Reſtaurauit cænobium Piſtorienſe S. Dominici; aliud Auenione conſtruxit, in quo mortuus, & ſepultus ſequens habuit epitaphium, D Sal. Anno 1321.

Nicolai Pratenſis Ep. Card. Oſtien.

Eloquium, bona, vita virens, diſcretio fulta,
Conſilium, doctrina vigens, prudentia multa,
Iſta ſilent, hic illa docent, ſunt cuncta ſepulta.
Virginis à partu numeratis mille trecentis
Annis bis denis vno, quartiſque Kalendis
Quem genuit Pratum, Spoletum Pontificatum
Oſtia quem dedit Romano Cardine gratum.

Scripſit, teſte Corteſio,
De Paradiſo
De ratione Comitiorum Pontificalium.

De eo lege Io: Villanum, Leonardum Aretinum; Vghellum *to. 1. Italiæ.* Frizonium in *Gallia Purpurata*: Hyacinthum Cambi *Hiſtor. Dominic.* Conradum Vecerium in Henrico VII. Ciaconium: Auberii.

2. *Quam dilecta tabernacula tua Domine!*
Pſal. 83.



M. Fr. Guillelmus Marleſfedius, Anglus, Cantuariæ natus, Ordinis Prædicatorum, Baccalaureus Pariſienſis, inſignis & egregius Philoſophus, & Theologiæ Magiſter in Oxonienſi gymnaſio, Londini mortuus creatur Presb. Card. tit. *S. Sabinæ*, Anno 1303. Menſe Decembri, à Benedicto X. eius mortem ignorante, quæ contigerat Menſe Auguſti præterito, Scripſit Problemata,

Concluſiones Ordinarias.
Orationes ad Clerum. Alia,

De eo lege Chronicon Prædicatorum. Raphaelem Volaterranum. Ciaconium: Panuinium, Nomenclatorem,

3. *In Iſrael magnum nomen eius.*
Pſal. 75.



M. Fr. Gualterus Vuinkterburnus, Saresberienſis Anglus, Ordinis Prædicatorum Philoſophus & Theologus, Poeta inſignis, Eduardo Anglorum Regi à ſecretis Sacramentalibus, & Angliæ Prouincialis, Presbyter aſſumitur Cardinalis tit. *S. Sabinæ*, à Benedicto X. Anno Sal. 1304. in locum Guillelmi Marlesfeldij.

Scripſit *Libros tres ſumma Theologiæ.*
Sermones habitos coram Odoardo Rege.
De peccato Originali lib. 1.
Super libros Sententiarum.
Quæſtionum Theologicarum lib. 1.

In curiam veniens, comitiis adfuit creandi Pontificis Clementis V, quæ Peruſij ſunt celebrata; paulò poſt obijt, decimo quinto Menſe ſui Cardinalatus, octuagenario maior, apud Prædicatores ſepultus (*Chron. Prædicat.*) die 1. vel 24. Septemb. 1305. *D. Gualterus* (ait S. Antoninus) *de Anglia, Confeſſor. Illuſtriſſimi Regis Angliæ Eduardi, tit. S. Sabinæ requieſcit in conuentu Ianuenſi.* Eius porrò cadauer in Angliam fuiſſe tranſlatum, & in Metropoli quieſcere Londinenſi, Pitſeus referunt & Goduinus *in Annal. & de Cardinal. Angliæ.*

Is ille Gualterus, qui ex mandato Clementis V. doctrinam examinauit Petri Io: Oliui, Ordinis Minorum; cuius diſſidia Religioſam agitabant familiam. Lucas Vuadingus *in Annal.*

Vice Cancellarij S. R. E.

D. Papianus Taurinas, Canonicus Regularis, Epiſcopus Parmenſis, S. R. E. Vicecancellarius.

CLEMENS V. P. R. CXCV.

CLemens V. Die quinta Iunij Sal. An. 1305. electus, obijt XII. Cal. Maij. An. 1314. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales, teſte *Ciaconio*, & *Panuinio*.

1. Ioannes Buccamatius Ep. C. Tuſculanus: ex Honorio IV. A

Ex Bonifacio VIII.

2. Theodoricus Raynerius Ep. C. Prænestinus.
3. Leonardus Patraſſus de Guercino Ep. Card. Albanus.
4. Io: Minius de Murro, Ep. C. Portuenſis.
5. Petrus Hiſpani, Ep. C. Sabinus.
6. Fr. Nicolaus Martinus Ep. Card. Oſtienſis: ex Benedicto X.

Presbyteri Cardinales.

Ex Cæleſtino V.

7. Io: Monachi P. C. tit. SS. Marcellini & Petri.
8. Fr. Robertus P. C. S. Pudentianę tit. Paſtoris. B
9. Nicolaus Pariſienſis P. C. S. Laurentii in Damaſo. Hunc Panuinius nunc temporis dicit mortuum: & ita fuit.
10. Fr. Gentilis de Monte Floris P. C. SS. Silueſtri & Martini &c. ex Bonifacio VIII.
11. Fr. Gualterus Vuinkterburnus P. C. tit. S. Sabinę. ex Benedicto X.

Diaconi Cardinales.

12. Matthæus Rubeus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Porticu: ex Vrb. IV.
13. Neapoleo Vrſinus D. C. S. Hadriani, in tribus Foris: ex Nicol. IV.

Ex Cœleſtino V.

14. Landulphus Braneatius D. C. S. Angeli.
15. Guillelmus Longus D. C. S. Nicolai in carcere.

Ex Bonifacio VIII.

16. Franciſcus Vrſinus D. C. S. Mariæ in Silice.
17. Iacobus Caietanus D. C. S. Georgij in Velabro.
18. Franciſcus Caietanus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.
19. C Lucas de Fliſco D. C. S. Mariæ in Via Lata.
20. Ricardus Petronus D. C. S. Euſtachij.

Epiſcopi Cardinales creati à Clemente X.

1. *Egredimini & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua.* Cant. 13.



ARnaldus de Falquerijs, Gallo Vaſcus, natus in caſtro MiriMontis, fuit Petri de Ferratijs ſucceſſor in Pontificio Arelatenſi, & ſucceſſorem vitens habuit Galardum fratrem in eodem Archiepiſcopatu. Epiſcopus C. *Sabinus* aſſumptus à Clemente V. Auenione, in ſecunda Parrum promotione, Anno Sal. 1310. die 20. Decemb. & S. R. E. Camerarius, ab eodem legatus ad coronandum Romæ, Henricum VII. Imperatorem, cum Nicolao Ep. C. Oſtienſi, & alijs; orta lite inter Sabinum, & Oſtienſem Epiſcopos, quis eorum ſacrando Imperatori diadema imponeret? Pontifex auditis eorum rationibus, id muneris Sabino commiſit, Le- D gationiſq; Principem voluit; cæteros duos Nicolaum Ep. C. Oſtienſem, & Lucam de Fliſco Diaconum Cardinalem, *Nuntios* tantùm Sedis Apoſtolicæ. Itaque Romę Falguerius coronauit Henricum, cum Oſtienſem eumdem vnxiſset in Regem, adſtante vtriſque ſacra operantibus Luca de Fliſco; vt horum Cardinalium teſtantur litteræ, quæ Romę, Auenione, Piſis extant. Auenione obijt, poſtquam ex Italica legatione rediſſet An. Sal. 1317. die 2. Septemb. non An. 1313. vt ſcripſit Ciaconius. Lege *Frizonium.* 2. Ber-



3 BErtrandus de Bordis natu Gallus, ex Epiſcopo Albienſi promoto, Anno Sal. 1309. Epiſcopus Card. *Albanus* aſſumptus à Clemente V. Anno 1310. die 14. Kal. Ianuar. poſtea S. Rom. Eccl. Camerarius, moritur Anno ſequenti, ſcilicet 12. Septemb. 1311. vt notat Almaricus Augerius Biterienſis. Eius tamen purpuræ obſtat Leonardus Patraſſus, Ep. Card. Albanus, qui in viuis agebat, & die 12. Septemb. 1311. ſolummodo moritur. Niſi dicamus cum Vghello, Bertrandum dictum fuiſſe Presb. C. tit. *SS. Io: & Pauli*, non Ep. C. Albanum; in *Ep. Albanis*.

3. BErtrãdum Gallum, à Cardaliaco, In Cadurcorum prouintia, de Cardaliæ dictum, Epiſcopum *Portuenſem*, *& S. Ruffinæ*, ſomniatur Oldoinus auctoritate Frizonij, *in Gallia Purpurata* cum apud Frizonium de hoc Bertrando de Cardaliæ, nec verbum.

4. *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Gal. 6.



ARnaldus Gallus Archiepiſcopus Aquenſis, Ep. C. *Albanus* aſſumptus à Clemente V. in tertia promotione Cardinalium Anno 1312. obijt ſub Io: XXII. ita Ciaconius, quam Vghellus carpit in *Epiſcopis Albanis*. Plures tamen hoc *Arnaldi* nomine donari Cardinales à Clem. V. notauit Frizonius, ſcilicet Arnaldum de Catalupo, Arnaldum de Pelagrua, Arnaldum de Falquetiis, Arnaldum Noueau, Arnaldum de Auxio, Arnaldum Cardinalem Albanum. Hi ſex ad purpuram promoti ſunt à Clemente V. & diuerſi. Ex Archipręſule Aquenſi dicitur à nonullis Arnaldus creatus Ep. C. *Albanus*; ſed difficillimè probatur. Arnaldus namq; de Pireo eligitur Archiepiſcopus Aquarum Sextiarum, Anno 1331. poſtquàm Arnaldus noſter vitam poſuiſſet Anno 1316. qui forſan Epiſcopus Aquarum Auguſtarum, ad flumen Aryrum, ſub Archipræſulatu Auxitano, in Nouempopulauia, ab aquis Aquitaniæ oomem fortita, dicendus eſt. Monimenta Auenionenſia (teſte eodem *Frizonio*) vnicum commemoraot Arnaldum, eumque Pictauienſem Antiſtitem; ſed è tribus, quas Clemens V egit, Cardinalium promotionibus, vnius tantummodo mentionem faciunt, videlicet vltimæ, in qua reponunt nonnullos in diuerſis promotionibus lectos Cardinales. Crucem in area argentea pro ſtemmate, ei aſſignat Frizonius: nos oblongam ex M. S. Cornelio.

5. *Vnus ex legis Doctor*, Matth. 22.



GVillelmus de Mandagoto, in diæceſi Lodenenſi, natalibus clarus patruus Guillelmi primò Vticenſis, deinde Lodouenſis Epiſcopi, & Roberti Maſſilienſium Antiſtitis, ex Præpoſito Eccleſiæ Toloſanę Ordinis D. Auguſtini, Nemauſenſis Archidiaconus, Notarius Nicolai IV. R. P. Anno 1290. poſtea Capellanus Bonifa-
A cij VIII. quem plurimum iuuit in ſexta Decretalium editiooe, Eccleſiaſticę libertatis propugnator acerrimus, Antiſtes Auenionenſis Anno 1310. Epiſcopatum ceſſit Iacobo Deuſa, futuro Pontifici Ioanni XXII. cum ad Ebredunenſem Archiepiſcopatum transferretur Guillelmus Cardinalis *Ep. Praneſtinus* aſſumptus à Clemente V. in tertia Patrum promotione, Anno 1312. vitam Auenione poſuit ſub Io: XXII. Anno Sal. 1324. vel Anno 1321. & in templo S. Catherinæ ſepultus: argumento inſignium, quæ ibi viſuntur; relictis Opuſculis.

De Legum diſciplina ad Berengarium, *Biterrenſem Succentorem*, poſtea Cardinalem.

B *De Electione Prælatorum*, qui adhuc M. S. ſeruatur in bibliotheca S. Geminiani, in Herruria, teſte Frizonio, cum hoc titulo: *M. Guillelmi Archidiac. Nemauſenſis, D. Papæ Capellani, liber de electionibus Prælatorum ad Magiſtrum ſuum D. Berengarium Fredeole*, *ſucceſſorem Eccleſia Biterrenſis, D. Papa Capellanum*, *& Doctorem Decretorum*.

De eo lege Claudium Robertum, Ciaconium, Auberij, Ioſeph Mar. Soareſium in *Præneſte Antiqua*, Nomenclatorem Cardinalium.

6. *Poſteriora dorſi eius, in pallore auri*, 67. Pſal. 14.

C 6 IAcobus Arnaldi de Oſſa Caturcenſis, Vaſco Gallus, ex Epiſcopo Fortiulienſi; in Prouincia Aquenſi, Epiſcopus Auenionis, poſtea Ep. C. *Portuenſis*, tandem Papa *Ioannes XXII.* aurum congregauit ad ſaturitatem.

7. *Conſtitui ordines Sacerdotum & Leuitarum*, *vnum quemq. in miniſterio ſuo*. 2. Eſdrę. 13.



ARnaldus d'Aux, ideſt de auxilio, nobilis Nouempopulanus, in pago d'Aux natus, vnde cognomen ſortitur, in diæceſi Condomienſi ſub Archipræſule Burdegalenſi. Ex Præſule Pictauienſi, vbi ſucceſſorem habuit nepotem Fortium d'Aux. *Camerarius* po-
D ſtea & Ep. *C. Sabinus* promotus à Clemente V. Anno 1312. in tertia Patrum creatione, legatus abijt in Angliam cum Arnaldo Noueau Cardinale S. Priſcæ (vt ex ep. 34. *Clem. V.*) ad conciliandos animos Eduardi Regis, & Procerum Angliæ, ſed in caſſum:

teſte Thoma Vualſingano. Collegium inſtituit Canonicorum in eccleſia de Romano Condomienſi, inſigne pietatis opus, & ęre perennius. Auenione obijt Anno 1317. ſedente Ioanne PP. XXII. die 12. Septemb. corpuſque delatum in ędem Sacram D. Petri, de Romano Condomienſi (*Frizonius*) quàm ipſe erexerat. Synodo interfuiſſe Pictauienſi, Anno A 1317. teſtis eſt Papyrius Maſſonius. Tempus mortis variant Ciaconius, & Contelorius; iſte in Annum referens 1320. ille in Annum 1326.

Arnaldo cathedram regente Pictauienſem, duo euelluntur Epiſcopatus à Io: XXI. Maleacenſis, & Lucionenſis.

De eo lege Claudium Robertum; Frizonium; Ciaconium; Auberij.

8 PEtrus de Anablaij Capellę, ex P. C. *S. Vitalis, tit. Veſtinæ*, Ep. C. *Prænestinus* aſſumptus à Clemente V. Anno 1306. Lege infra *n.* 10.

Presbyteri Cardinales.

9. *Poſuiſti vt arcum ęreum bracchia mea.* Pſal. 17.



PEtrus de Anablaij Capellę, Gallicè *de Chapelle Taslefer*, diæceſis Lemouicenſis, cuius B municipij ipſe Dominus iure paterno. Auunculus fuit B. Rogerij le Fort Bituricenſis Archipręſulis, cuius pater Guido vitam duxit Annorum centum & viginti. Epiſcopus creatus eſt Toloſanus Anno 1299. fælici morte B. Ludouici Franciſcani. Lugduni Presbyter Card. *S. Vitalis tit. Veſtinæ*, aſſumitur à Clemente V, in prima Patrum promotione Anno 1305. die Sabbathi quatuor Temporum Dominici Aduentus, die Dominico ſcribit *Matthæus Vueſtmonaſterienſis*, ideſt die Dominico pronunciauit iam creatos Cardinales die Sabbathi præcedentis. C Clementis mandato, Anno 1307. Pictauis, Templariorum examina, & confeſſiones recepit, inter acta remiſit, quorum cuſtos, An. 1308. in Viennenſi Synodo iuſſus eſt exhibere.

Ex Presb. Card. S. Vitalis, Ep. *Prænestinus* ſubſcripſit cum Clemente V. diplomati, quo Papa promulgauit non teneri Sedem Apoſtolicam pecuniam conferre in bellum Siculum contra Regem Carolum II. qui eam depoſcebat. Iudex deſignatus in controuerſijs Ordinis Minorum, circa votum paupertatis, morbo impeditus, officium remiſit Berengario Fredeole P. C. S. Nerei, & Achillæi. D

Controuerſiam de loco, eiuſque mortis tempore abſoluit Bernardus Guido illorum temporum ſcriptor. *Petrus de Capella, ſic cognominatus à loco; vnde extitit oriundus, Lemouicenſis diœceſis, ſepultuſq; fuit in prędicto loco ſuæ originis de Capella; Anno Dom.* 1312. *menſe Iunij, Cardinalatus ſui Anno VII. decurrente.* Conſonat Guillelmus Catellus Senator Toloſanus *Hiſtor. Occitaniæ*. Ioſeph Maria Suareſius *in antiqua Præneſte*.

Capellæ obiit Petrus, ſcribit Frizonius, non Auenione vt voluit Ciaconius, non Anno 1312. ſed 1317. Adiungit Vghellus obijſſe Ep. *Prænestinum*.

Stemma gentilitium ſupplet Frizonius ex gente de Iailleſer Domina de Mariac, cum brachio argenteo enſem tenente cum duabus ſtellis.

10. *Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi: vt cooperatores ſimus veritatis.* 3. ep. Io.



BErengardus Fredole, vel Stedelli ſenior Vaſco-Gallus, decretorum doctor, & Eccleſiæ Biterrarum ſuccentor, Abbas ſæcularis S. Aphrodiſij Biterrenſis, Papæ Capellanus, poſtea Epiſcopus Biterrarum, teſte Frizonio, creatus Anno 1295. ad Orubum fluuium, ſub Archipræſule Narbonenſi. Litteratiſſimum fuiſſe Berengarium dices, ſi Bonifacio VIII. pręſto fuiſſe in Sexti Decretalium editione, conſideraueris. Ad hunc Berengariũ Bitterẽſẽ Epiſcopũ directã habes Decretalẽ Bonifacij VIII, *in c. licet. De rerum Perm.* & in *c. 2. degradatio. de Pœnis, in 6.* Purpura ornatur à Clemente V. Anno 1305. in prima Cardinalium promotione, Presb. Card. *SS. Nerei, & Achillæi, tit. Faſciolę*: poſtea *SS. Io: & Pauli*, tandem Maior Pœnitentiarius Ep. C. *Tuſculanus* Boccamatio ſucceſſit Anno 1309. Plura edidit Iuriſprudentiæ monumenta, pręcipuè.

De ſententia Excommunicationis
Volumen Alphabeticum ſuper ſummam Oſtienſem, quod *Oculum* vocauit, & miſit Guillelmo de Mandagoto Archidiacono Nemauſenſi, à quo libri.
De electionibus Prælatorum nuncupatione fuerat cohoneſtatus, teſte *Trithemio*.
Repertorium Iuris. Extat M. S. in Bibliotheca Eccleſiæ Cameracenſis.

Huius Cardinalis creationem Victorellus in Annum reijcit 1312, illam confundens cum Berengario Iuniore Ep. C. Portuenſi: vt rectè Contelorius in elencho Cardinalium, contra Petrum Frizonium. Berengarij meminit Io: Villanus *lib. 9. c. 79.* Almaricus Augerius Bitterenſis.

Sub Io: XXII. cum Hugo Geraldi Abbas, Epiſcopus Cadurcenſis in Pontificem conſpiraſſet: *Ioannes in iure* (ita Bernardus Guido *in Chron.*) *degradauit Sacerdotali, & Pontificali ordine, ac dignitate Ep. Cadurcenſem Hugonem Geraldi, ablatis ab eo Pontificalibus inſignibus, anulo, mitra, cappa cum Romana camiſia, & Bireto, ſicq; primo relictus in ſimplici habitu Clericali fuit adiudicatus priuato carceri*, 14. *Menſis Maij, apud Auenionem, Anno D.* 1317. *Degradationem verò cum ſolemnitate iuris fecit Cardinalis Ep. Tuſculanus, ſicq; vltimo* degra-

degradatus fuit, traditusq; Curiæ ſæculari, poſt cuius iudicium tractus, & excoriatus, atq; combuſtus Menſe Iulio ſubſequenti. Iudex etiam conſtitutus in locum Petri de Capella Epiſcopi Prænestini, vt Ordini præeſſet Minorum, & controuerſiam de Paupertate dirimeret, litem in foro abſoluit contentioſo, minimè tamen animos litigantium pacauit. Vitam Auenione poſuit An. 1321. vel iuxta *Contellorum* Anno 1323.

De eo lege *Frizonium*, *Ciaconium*, *Auberij*, *Vghellum*, *Lucam Vuadingum in Annal. Palatinam*, *Bernardum Guido in Chron.*

Geminos fuiſſe Berengardos Fredole, *Iuniorem* vnum, *Seniorem* alterum benè probat Contelorius ex *Libro* A *Obligationum*. Iunior fuit Ep. *Portuenſis* ſub Io: XXII. circa Annum 1323. Senior fuit Ep. *Tuſculanus*. Conſonant pro veritate Bernardus Guido Chron. M. S. & Diploma Io: XXII. R. P. die 13. Kal. Iunij. An. 11. in quo ſeruitia memorantur communia duorum Cardinalium tunc defunctorum.

12. *Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, diuidebatq; vnicuiq; prout poterat, de facultatibus ſui.* Tobiæ. 1.



ARnaldus, vel Arnoldus Frigerius de Sanctalupo vel Cãtalupo (municipium eſt in diæceſi Burdegalenſi) Vaſco Gallus, propinquus Clemẽtis V. ex electo Archiepiſcopo Burdegallẽſi (Archiepiſcopatum hũc rexerat Bertrandus Gourh Papa futurus Clemens V. Presbyter Cardinalis tit. *S. Marcelli*) Lugduni promotus à Clemente V. Anno 1305. in prima Cardinalium creatione, tanquàm indigena, & Nationalis ſitq. S. R. E. Camerarius. obijt An- C no 1310. (teſte Almarico Augerio in *geſtis Pontific. Rom.*) Auenione, vt ſcripſit Auberij.

13. *Notus in Iudæa Deus:* Pſal. 75.



M. Fr. Thomas Ioyce, vel Iorſius, natu Anglus, genere nobilis, Ordinis Prędicatorum, Magiſter in Theologia, Eduardo Anglorum Regi à ſecretis Sacramentalibus cuius fa- D uore, ex Anglicano Prouinciali aſſumptus fuit Presb. Card. tit. *S. Sabinæ* à Clemente V. Lugduni, Anno 1305. in prima Patrum creatione, poſtquam in Prouincialatu Anglicano Annis ſeptem præfuiſſet ſumma cum pietate, & prudentia. Venerationem erga Inſtitutum D. Dominici, edocta eius familia, ſex vterinos fratres habuit, Profeſſores omnes Religionis Prædicatorum, ſub diſciplina Alberti Magni, vnà cum Thoma Aquinate, eruditionis eminentiam conſcendit, verſatiſſimuſque in diuinis ſcripturis ſcripſit.

Poſtillam in Pſalmos
Sermones per Annum
De Doctrina ſcholarium.
In 4. Sententiarum
De Conceptione B. Virginis
In Libros Auguſtini, De Ciuitate Dei:
Quod libeta
In Geneſim
Super Boetium de Conſolatione
Contra Ioannem Scotum Queſtiones Theolog.
De concordantia librorum S. Thomæ.
Poſtillam in Prouerbia Salomonis
In Cantica Canticorum
De Statu Animorum poſt mortem
Aduerſus Iconoclaſtas.

Scripſit etiam teſte Pitſæo in *Eſaiam & Hieremiam* teſte Vghello, varii ei adſcribuntur libri, quos Aquinas inchoauit, ipſe verò perfecit.

Obijt Thomas in legatione Italiæ ad Henricum VII. Imperatorem; apud Allobroges, 13. Decemb.
B Anno 1311. Eius cadauer in Angliam relatum in Monaſterio Prædicatorum Oxonienſi ſepultum eſt; vt ex *Chron. Prædicat.* Eius vitam deſcripſit Sixtus Lambertus Dominicanus, quæ Venetijs prodijt Sal. An. 1611. vnà cum eiuſdem Commentariis in Pſalmos. Raphael Vollaterranus, & S. Antoninus non *Thomam*, ſed *Thebaldum* hunc vocat Cardinalem contra Mathęum Vveſtmonaſterienſem ſcriptorem Anglum, qui de creatione Cardinalium habita à Clemente V. menſe Decemb. 1305. habet, *Mox ipſe die Dominico creauit alios Cardinales, ſex de Vaſconia, duos de Francia, vnum de Anglia, ſcilicet Thomam fratrem Ordinis Prædicatorum.* Conſonat Bernardus Guido Thomæ contemporaneus.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Auberij, Lucam Vuadingum *to.* 3. *Annal.* Sixtum Senenſem *in Bibliotheca*. Antonium Senen. in *Biblioth. Prædic.* Felicem Contelorium.

14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* Pſal. 14.



NIcolaus Farinula; aliis de Frouille, Rhotomagenſis Gallus, Ordinis Prædicatorum, Theologiæ Doctor eximii nominis, ob prẹclaras animi dotes, quas natura, gratia, exercitio illuſtrauit. In ſuæ Prouinciæ Monaſteriis, multos Annos ſacras litteras profeſſus magna laude, officio Prioris multoties functus, à Philippo Pulchro Francorum Rege, exhomologeſi aſſumptus, & intimus Conſiliarius, in ſuſpitionem adductus Romanæ

Cu-

Curiæ, ab eo cōcitari Regem Philippū aduerſùs Pa-
pam, citatus fuit Romam, purgaturus innocentiam
ſuam, vt in litteris Legato datis, April. Pontiſ. An.
9. Quid egerit? ignoratur. Non longè namq; mor-
tuo Bonifacio, eiuſdem Philippi poſtulatione, Presb.
C. creatus tit. *S. Euſeby* An. 1305. in prima Patrū pro-
motione Lugduni facta, primus omnium Cardinaliū
inter ſacri Palatij, & Regiæ Aulę miniſtros; licet po-
ſtea quamplurimi ſint eum ſubſequuti, maximè Re-
gis Confeſſarii, & Magni Franciæ Eleemoſinarii, vt
Petrus de Alliaco, Ægidius de Champs, Ioānes Bal-
ue, & alii. Firmauit cum eodem Clemente Conſtitu-
tionem Pictauis datam, 12. Cal. Aug. Anno ſecundo A
Pontificatus, qua ſedem Romanam immunem pro-
mulgauit ab oneribus belli Siculi, & tutelæ iuris Fi-
duciarii. Clemento iubente, doctrinam examinauit
Petri Io: Oliui, de paupertate. Legatus ad Regem
Gallię, pro expeditione Terrę ſanctæ, litteras à Cle-
mente accepit ſequentes: *Ad perſonam tuam, quam di-*
cto Regi gratam credimus, ac acceptam, Noſtræ mentis ocu-
los dirigentes, illam; cuius nobis ſunt notę virtutes quamuè
in magnis, & arduis dicta ſedes diuerſis vicibus eſt exper-
ta, & de cuius operibus virtuoſis fructus vtiles proueniſſe
conſpiciemus, ad imponendum eiuſdem viui ſica Crucis ſi-
gnum Regi, filiys, fratribus, Baronibus, & militibus ſupra-
dictis nec non & quibuslibet alijs tam de dicto Regno quàm B
ad illud venientibus vndecumq; ſignum recipere volentibus
ſupradictum.

De eo Paulus Corteſius *Nicolaus Farinula, qui poſt-*
quàm primò fuiſſet in vmbratili ludo litterator, ſic tamen
poſtea dicendo eſt progreſſus, vt iure ſit habitus in principi-
bus Theologorum; ritales fuiſſe libros ab eo editos dicunt,
qui ſcripti ſunt priſca diſciplina rudiùs, propterea quo non-
dum eſſet mos ſplendidior ſtatarum cæremoniarum natus.

Lugduni obiit Anno 1323. Cardinalatus XIIX.
apud ſuos Prædicatores ſepultus, poſtquam comitijs
interfuiſſet Io: XXI.

Scripſit *Ritualeslibros.*

Sermones: teſte Eiſingrenio.

Scutum ſuprapoſitum cyaneum libijs aureis in-
certo numero, coronide aurea notatum, & Leonę
emergente muricato, pinxit Frizonius. C

15 *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filię*
Regis. Pſal. 71.




STephanum *Pariſienſem* vocat
Nomēclator Cardinalium;
de *Suiſsy* dicet Frizonius, diuer-
ſum ab antiquiore Stephano Ep.
Pariſienſi *Patre Pauperum* Fran-
ciæ Nomophylace Ludouici D
Craſſi. Naſcitur Stephanus
Suſsij in municipio Suiſiaco diç-
ceſis Laudunenſis, vt patet ex
epitaphio Laudunenſi.

De Suiſijs Stephanus iacet hic tumulatus.
Qui ſe geſſit ita viuendo, quod Archileuita.
Burgenſis pridem, mox Cancellarius idem.
Aulæ Regalis fuit, inde Cardiguenalis.
M. ſemel, & C. ter V. bis, ſemel I. nece teter.
Factus, deceſſit Decembri, cui requies ſit.

Fuit Archidiaconus Burgenſis in Eccleſia Mori-
nenſi, deinde Franciæ Cancellarius anteceſſor Guil-
lelmi de Nogareto à S. Felice. Præſens adſuit Con-
uentui Pariſienſi, præſide Ioanne Minio Ordinis
Minorum Cardinale Sedis Apoſtolicę Legato, qui
eò miſſus fuerat à Summo Pontifice, contra Epiſco-
pos Galliæ; qui Romam vocati à Bonifacio, non
comparuerant. Presbyter Cardinalis tit. *S. Cyriaci*
in thermis Diocletiani, aſſumptus à Clemente V. An-
A no 1305. in examinandis Templariorum criminibus
vnà cum Berengario Card. *SS. Nerei & Achillei* deſi-
gnatus, Anno 1307. vt ex *ep. Clem. V. ad Philippum*
Pulchrum to. 10. Concil. p. 1541. eos accuſantem hæ-
reſis, Sodomiæ, contemptæ Crucis, læſę Maieſtatis,
iuſſus inquiſitionem inſtruere; inter publica monu-
menta retulit inter cætera, *Chriſti abnegationem*, &
ſputationem ſuper Crucem factam ab eis, qui inter Tem-
plarios aſſumebantur. In hac quæſtione ordinem iu-
dicij ſeruauerit? Deus ſcit.

Auenione Stephanus occidit, Lauduni ſepultus
Anno 1311. Menſe Decembri in Andrio S. Ioannis
Ordinis Benedictini, poſtquam Sedis Apoſtolicæ
B Legatus ad Regem Galliæ, veniam Lugdunenſibus
impetraſſet, qui auctore Archiepiſcopo Lugdunen-
ſi, & Canonicis, Regis imperium detrectabant: vt
ex litteris Clementis datis Anno 5. Pontific. ad Ste-
phanum Card. S. Cyriaci.

16. *Memor eſto; quoniam mors non tardat.*
Eccleſ. 14.



FR. Petrus Arnaldi, Gallicè
Arnault Bearnenſis, in
Galliæ confinibus natus in Bear-
næa Prouincia Monachus, &
Abbas S. Crucis Burdegalenſis,
Ordinis Benedictini, ex S. R. E.
Vice Cancellatio Presbyter
Card. tit. *S. Stephani* dictus à
Clemente V. Anno 1305. in pri-
ma Patrum promotione (teſte *Matthęo Vveſtmonaſte-*
rienſi) licet Anno ſolumodo ſequenti publicatus, te-
ſte Ciaconio; vitam cum morte commutauit Aue-
nione, An. non 1322. ſed An. 1306. iuxta Chronic.
Fr. Bernardi Guidonis, Ordin. Prædicatorum. *In*
Clemente V. Petro Arnaldo Bearnenſi, Abbati S. Crucis
Burdegalen. non fuerunt Anni attributi in Cardinalatu,
ſed obijt infra Annum. Vicecancellarium fuiſſe refert
D Mathæus Vveſtmonaſterienſis: *Petrum Abbatem S.*
Crucis iuxta Burdegalim, ordinis S. Benedicti, creatum
ſimiliter Cardinalem Vicecancellarium ſuum conſtituit.
Eius memoria in ſubſcriptionibus Clementinæ edi-
tę in eos, qui aſſerebant Sedem Romanam teneri
gladium exercere pro tutela iuris ſui fiduciarij.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberij;
Franciſcum Boſquet. *in vita Bonif. Pontific.* Formam
Crucis hic inciſam habes in *M. S. Cornelio.*

17. *Pro-*

17. *Produxit Deus in medio Paradiſi, lignum Scientiæ.* 2. Geneſ. 10.



FR. Arnaldus Nouueau Gallicè Nouelli Larinè, è præcipua Nouempopulaniæ nobilitate, vir pius, prudens, ſcientia clarus; humana ac diuina inſtructus Philoſophia, Monachus Ciſterciensſis, Cænobiarcha Fontis Frigidi, diæceſis Narbonenſis, cuius eloquentiam, & doctrinam admiratus Clemens V. Presbyterum Cardinalem tit. *S. Priſca* creauit, Anno 1310. in ſecunda promotione Auenione facta, ac Cancellarium dixit S. R. E. A
Inde in Angliam legatus Anno 1309. cum Epiſcopo Pictauorum, ad reconciliandos Britanniæ proceres cum Rege Eduardo, acceſſerunt inutiles. Poſcentes inſuper, vt Templariorum poſſeſſiones Rhodijs adijcerenrur militibus, obſtantibus Regni Primatibus, nil impetrarunt. *Thomas Vualſinganus*, *Nicolaus Arpſfeldius*. Obijt (teſte *Ciaconio*) Anno 1314. ſecundum verò Frizonium, die 14. Auguſti 1317. Conſonar Felix Contelorius *ex libro Obligation. Cameræ Apoſtolicæ; & Scheda Auenionen.* Romam miſſa à Ioſepho Maria Suarcſio, in quibus, die 14. Aug. hora Veſpertina, An. 1317. obitus Arnaldi refertur. B

De eo lege Claconium, Auberij, Iongellinum Frizonium, Manriquez *in Annal. Ciſtercien.* Bernardum Guidonis *Chron. M. S.* Symbolum Arnaldus habuit Ligni Scientiæ, quod Deus in medio Paradiſi produxit: Scientia nãque medium occupat Paradiſi.

18. *Eloquia Domini, eloquia caſta.* Pſal. 11.



GVillelmus filius Petri de Godino, diæceſis Baionenſis, Vaſcogallus; Ordinis Prædicatorum, Pariſienſis Accademiæ Theologus, modicæ, quidem ſtaturæ, & deformis, ſed C
ingenij admirandi, celeberrimo Prædicatorum Ordini nomen dedit in conuentu Baionenſi, plures illic Annos degit, ex Toloſano Prouinciali factus Lector Sacri Palatij, ex Lectore Presbyter Cardinalis tit. *S. Cecilia*, à Clemente V. in rertia Cardinalium promotione, Auenione facta, Anno 1312. poſtea à Io: XXII. cuius adfuit creandi comitijs, Anno 1317. Ep. C. *Sabinus*, atq; in Hiſpaniam directus (teſte Mariana *lib.* 15.) Palentię Regni conuentum indixit, in quo Proceres, qui tutelę ſpecie cuncta miſcebant, ablegari. Alphonſo Inſanti Regni adminiſtratio commiſſa. Synodum etiam Præ- D
latorum, Valliſoleti habuit Anno 1322. quarto Nonas Auguſti, in qua ad Cleri reformarionem, & pręcipuè in Concubinarios, pręclara conſtituit. In eo numero vincti anathemate, qui in Quadrageſima, & quatuor Temporibus; carnibus veſcerentur, vel eas venderent. Vulgarem Probationem, vel Purgationem, qua vulgò vtebantur Hiſpani, reprobauit. Magnus Ordinis Prædicatorum *Pater* dictus, quia ſub titulo S. Dominici, quinque Monaſteria Fratribus erexiſſet, Eccleſiam inſtaurauit Toloſanam, duas alias mira pulchritudine conſtruxit, vnam in Monaſterio Auenionenſi, alteram in conuentu Toloſano, in qua iacet ſepultus. Tertiam in Baionenſi, vbi veſtitus fuerat, & educatus; Anonymus in *vita Bened. XXII.*

Scripſit *De Nuptijs Chriſti Domini, & Eccleſia.*

Sermones plurimos.

Priuilegia Romanæ Eccleſiæ collegit. Super doctrina inquiſiuit. Petri Io: Oliui Minoritę.

Fato conceſſit pridie Idus Iunij, 1336. Cardinalatus XXIV. Auenione. Corpus Toloſam delatum in
A Dominicanorum cænobium, ad læuam Aræ Maioris iacet; cuius marmoreum ſepulchrum hoc exornatur epitaphio.

Dominus Frater Guillelmus Godinus Ep. Sabinenſis Cardinal.

Corrige itaq; Antonium Senenſem Luſitanum, Dominicanum, qui in Chronico Prædicatorum aſſerit Montis Peſſuli tumulatum: eum vocans Godinum, & Barbadenſem. Ita *Frizonius, Vghellus, Ciaconius.*

Archiep. dicitur Toloſanus à quibuſdam, ſed perperam: cum Ioannes Raymundi Conuennarum Comitis filius, electus fuerit primus Archiep. Toloſa-
B nus a Io: XXII. Anno Sal. 1317. non Anno 1328. Presb. Card. S. Vitalis, inde Ep. Præneſtinus.

19. *Quia iſte vulnerat & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.* Iob. 5.



M. Fr. Vitalis *du Four* Gallicè, Latiuè de Furno, Vaſatenſis, Vaſcogallus, Ordinis Minorum Theologus, ex Miniſtro Prouincię Aquitanicę, Presbyter Cardinalis *SS. Silueſtri & Martini, in Montibus*, *tit. Equitij*, crearus à Clemente V. in tertia Cardinalium promotione, Anno 1312. poſtea Ep. C. *Albanus* promorus à Io: XXII. (teſte Ciaconio, Panuinio, Frizonio, quamuis Vghellus Vitalem inter Epiſcopos Albanos non recenſeat) orta litę inter Prædicatores, & Minores, (quorum Antesignani Michael Cæſenas, & Guillelmus Occham) de Chriſti & Apoſtolorum paupertate; cum eo Sciſmate Ordo collaberetur diuiſus; Fr. Vitalis, & Fr. Bertrandus Cardinales Franciſcani, curam & Prouinciam tuendi Ordinis ſuſcepere, Anno 1323. & in priſtinum reſtituere ſtatum, Anno 1318. ſexto Idus Nouemb. tranſlationi interfuit S. Ludouici in Eccleſia Maſſilienſi Fratrum Minorum, à medio chori loco ad thecam argenteam affabrè elaboratam in ara principe collocandam.

Vitam Auenione depoſuit Anno 1327. apud Franciſcanos tumulatus cum hac epigraphe.

Hic iacet Reuerendus in Chriſto Dominus Fr. Vitalis Ordinis Minorum, bonæ memoriæ Epiſcopus Albanenſis S. R. E. Card. qui obijt die XVI. Auguſti, Anno D. S. 1327. cuius anima requieſcat in pace.

Scripſit (teſte Paulo Corteſio) *Concionatorios Commen-*

Digitized by Google

mentarios notatione anniuerſaria, ex qua pręcipuè optima concionandi ratio in Quadrageſima eruitur, ad reformandos aulicos præcipuè Curiæ Romanæ.

Puſtyllam in Apocalypſim
De Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum
In Prouerbia Salomonis
In Euangelia libros quatuor
Quodlibeta
De tuenda ſanitate, & remedijs Morborum,
In quartum ſententiarum. M.S. in Vaticana Bibliotheca,
Sermones Plurimos

Speculum Morale totius Sacræ Scripturę, in quo vniuerſa ferè loca, & figurę Veteris, & Noui Teſtamenti myſticè explanantur Venetijs editum, & Lugduni An. 1315. in cuius initio legitur: *Io: Vitalis natione Gallus, profeſſione Theologus ſuo tempore pręſtantiſſimus religione frater Seraphici Ordinis, fama ac Sanctitate clarus, ob idq; Cardinalis à Clemente V. Summo Pontifice creatus, poſt commentaria in IV. lib. Sententiarum, ac lib. 1. de B. M. V. concepta, nonnullaq; alia opuſcula, præſens opus conſcripſit Anno* 1305. Eam venerationem profeſſus eſt erga Romanam ſedem, vt quamuis in Scholaſticis à Pontifice diſſentiret Romano, verba ſemper præmitteret: *Ego Fr. Vitalis Ep. Alban. reſpondeo in modum, qui ſequitur. Primò præmitto omnibus, & ſingulis dictis meis, illud quod ſcribitur, Hęc eſt fides &c. vbi ſic dicitur. Hęc eſt fides Catholica, Papa Beatiſſime, quam in Eccleſia didicimus, quamq; ſemper tenemus, in qua ſi minus peritè, aut parum cautè forte aliquid poſitum eſt, emendari per te cupimus, qui Petri ſedem tenes, & fidem*. Oderic. Baynaldi *in Annal.* Cum enim Anno 1322. inter Minores, & Prædicatores exorta eſſet controuerſia de Chriſti, & Apoſtolorum paupertate: *An ſcilicet pertinaciter affirmare, Chriſtum, eiuſque Apoſtolos non habuiſſe bona aliqua in communi, neq; in ſpeciali, hæreticum ſit?* & apertiſſimè negarent Minores; quæſtionem proponenti Pontifici in Conſiſtorio, C cum Card. Vitalis Minorum ſententiam tanquàm probabilem, ac plurimis Romanorum Pontificum innixam decretis defendere vnà cum alijs Epiſcopis ex Ordine Minorum aſſumptis. Papa in aduerſam propenſus acriter geſtibus, nutibus, verbis propugnatores reprehendit, magno animi impetu tanquàm hæreticos redarguens: *Hę ſunt hæreſes veſtrę; hæreſes profertis*. Vnde facto ſilentio, ne iratum Pontificem aduerſùs ſe Cardinalis concitaret, obmutuit, quamquis ſcripta ſua, ſeq; ſedi ſubijceret Romanę.

Auguſtinus de Vitę *in Genealogia S. Franciſci* Auenionenſem pingit Vitalem fuiſſe Epiſcopum, nullo tamen innixus teſtimonio. Vghellus in ſerie omiſit D Epiſcoporum Albanenſium; cum inter Arnoldum de Auxilio, & Gaucellinum de Oſſa, Vitalis recenſeatur communiter reponendus.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Auberij, Frizonium, Victorellum, Lucam Vuadingum *to.* 3. *Annal.* & *De ſcriptor Ordin. Minor.* Sixtum Senenſem, Anton. Poſſeuinum. Bernard. de Buſtis in Marial. Hippol. Marrac. Gaſpar. Iongellin. *De Card. Ord. Minor.*

20. *Fili ſi habes, benefac tecum: & Deo dignas oblationes offer.* Eccl. 14.



MIchael *de Bec* Gallicè, De Becco Latinè (Beccenſis namq; familia nobilis, & antiqua viros protulit præclariſſimos tam armatos, quàm togatos) filius Ioannis Beccenſis, & *Tiphene Paon*, fratrem habuit Iordanum. Huius genris fuit Philippus du Bec ex Epiſcopo Nannetēſi Archipręſul Rhemenſis, A qui Synodo interfuit Tridētinæ; Ioannes du Bec Antiſtes Maclouienſis, cuius nepos Marchio de Vardes.

Fuit Michael Canonicus Cathedralis Pariſienſis, & Decanus S. Quintini Presbyter aſſumitur Cardinalis tit. *S. Stephani in monte Cælio*, à Clemente V. Anno 1312. in tertia Patrum promotione. Sacellum S. Michaelis Archangeli, Lutetiæ, in D. Deiparæ templo, à Chori ſiniſtro latere, vti apparet in vitrea feneſtra eiuſdem Sacelli, pro cuius foribus viſitur icon lapidea S. Michaelis, & Cardinalis noſtri è regione, cum epigraphe, *Michael de Becco S. R. E. Presbyter Cardinalis hanc capellam fundauit in honorem D. Michaelis*. Migrauit è Mundo, Sede vacante, poſt B obitum Clementis V. Scutum Beccenſe in Fuſos incerto numero digeſtum argenteum; & muricatum Frizonius appoſuit vt per antiquū Beccenſis familiæ.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Frizonium, Victorellum, Bernardum Guido in *Chron. M.S.*

21. *In patiētia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Lucę 21.



FR. Petrus natu Gallus Archimandrita S. Seueri de Roſtagno. Ordinis Benedictini, Tarbienſis diæceſis (eſt alia eiuſdem nominis, & Ordinis Abbatia in diæceſi Adurenſi) Presbyter Cardinalis S..... aſſumptus à Clemente V. in tertia Patrum creatione, Anno 1312. Viam vniuerſæ carnis ingreditur, ſedente Io: XXII. Frizonius Leonem huic Cardinali pingit pro ſtemmate, ſed nullo fundamento, cum eius ignoretur familia. Ioſeph Maria Suareſius ex Scheda deprompta ex Auenionenſi Archiuio Raymundum nominat ex Abbate S. Seueri, Presbyterum Card. aſſumptum tit. *S. Pudentianæ*; ille forſan, de quo infra *n.* 22. Vir fortis & patiens in aduerſis, timori nunquàm ſuccubuit.

22. *Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circum ſpectionem Dei*. Eccli. 14.



GAbriel Franciſci filius, familia nobili inter Patauinos, & peruetuſta De Capiliſtia, celebris I. Conſultus, & Eques, Romanam Vrbem Senator per Annos aliquot rexit, Bononiæ, ſumma cum æquitate Prætorem egit, ibique virorum illuſtrium, qui ibi iacent, monumenta ſcriptis

ptis collegit; teſte Guidone Pancirolo, *De Claris Iuris Interpret. lib.* 2. 84. Hunc a Clemente V. Cardinalem referunt aliqui creatum, decepti tamen: cum Gabriel Capiliſtius Cardinalis Clementis V. promotus fuerit Anno Sal. 1305. Is verò, qui Romæ Senator circa Annum Sal. 1470. De Gabriele Cardinali ita Scardeonius *De Claris ciuibus Patauinis*, *Magna cum voluptate nuper legi in genealogijs Capiliſtæ familiæ, Gabrielem clariſſimum Iuriſconſultum, ob inſignem doctrinam, & eximiam religionem, Anno Sal. 1305. à Clem. V. P. M. in Cardinalium collegium fuiſſe cooptatum: quod conſtare dicitur in Archiuo Patriarchatus Venetiarum: verùm cum ea de re nihil aliud compertum habeam, ad alia pergam.*

Diaconi Cardinales.

23. *Iſti nominati ſunt Princeps in cognationibus ſuis, & in Domo affinitatum ſuarum multiplicati ſunt vehementer.* 1. Paralipom. 4.



GVillelmus Arcuſati vel Ruſati Gallice, & cum Andrea Quercetano, apud Frizonium, *des Forges* natus in Nouempopulania, Vaſco Gallus, affinis PP. Clementis V. Diaconus Cardinalis *SS. Coſmæ & Damiani*, Lugduni dictus à Clemente V. An. 1305. ob pretium ſanguinis quem poſtea Ioannes, XXII. creauit Presb. Card. *S. Pudētianæ tit. Paſtoris.* Morti Auenione ſuccubuit die 25. Feb. 1311. humo datus apud Franciſcanos, teſte Frizonio; vel Anno 1320. iuxta Ciaconium.

24. *Domine, ecce duo gladij hic*, Lucæ. 22.



ARnaldus de Pelagrua, patria Burdegalenſis affinis PP. Clementis V. Diaconus Card. *S. Mariæ in porticu*, Lugduni renunciatus, Anno 1305. in prima Cardinalium promotione, poſtea Anno 1313. Protector poſtulatur Franciſcanorum, in locum Cardinalis de Muro paulò ante vita functi, annuente Pontifice, litteras impetrauit ad diuerſos Italiæ Præſules, vt Fratres, qui ab Ordine receſſerant, regrederentur in clauſtrum. Interim vir bellicoſus Arnaldus, & caſtris magis natus, quàm choro, Anno 1307. mortuo Azone Eſtenſi Ferrariæ Principe ſine prole legitima, vexilla explicarunt fratres Azonis defuncti, & Friſcus nothus qui impia parentis cæde, principatum ſcelere occupare maluit, quàm ex tabulis expectare. Turbatæ eo facinore ciuitati Venetus aſſertor adfuit, vetere inſtituto, ne eadem fax, quæ Atestinos cremauerat, ſociorum quoque muros accenderet. Ferrarienſes crudele Friſci abominantes imperiū, ſe Pontifici dedere Romano. Indignatus ſuorum defectione Friſcus, vltra quàm credi poteſt, in eos, qui dicebantur auctores, exquiſitiſſimis tormentis deſęuijt. Hinc rebus nouiſſimè deſperatis, tardante Pontifice, ſe Veneto committunt ſenatui, quos ille in fidē receptos domino ſeruabat legitimo, firmata prius vrbe munitionibus, & Magiſtratu ſuo. Clemens V. qui hos tumultus in Gallia perceperat Venetos ſacris

A interdixit, eorumq; bona vbique locorum diripienda permiſit quòd vrbem Romanę ſedi ſubiectam iniuſtę occupaſſent. Accedit demum è Bononienſibus Legatus Pōtificius Pelagrua cum Cruceſignatis, vnde recentibus furiis agitata ciuitas deſciſcit à Venetis, iterumque in ius a concedit Pontificia. Tantæ leuitatis indignati Veneti qui peſte afflicti magnam militis partem amiſerant, ſecundo Belli Anno, vrbe cedunt, pacemque à Clemente diu nequicquam petitam, nota tandem Franciſci Danduli moderatione, & opera impetrarunt. Pelagrua Legatus ex Italia diſcedens Auenionem redijt, Ferrarię curia Roberto Regi conceſſa, cuius miniſtrorum inſolentiam ciues

B tolerare impotentes, Anno 1318. vrbe expulerunt Eſtenſibus reuocatis, ſub quorum poteſtate ea vrbs vſque ad Clementem VIII. permanſit. In reditu Arnaldus beneficii non immemor accepti à Florentinis in Ferraria recuperanda, eos interdicto ſoluit, quo Neapoleo Card. Vrſinus Legatus ob contumaciam vinxerat. Eiſdem Florentinis dono miſit Sacras D. Barnabæ Apoſtoli exuuias, quas ipſi ſummo honore honeſtarunt in arca Cathædrali S. Ioannis: teſte *Io. Villano lib. 9. c.* 13.

Anno 1311. Arnaldus abdicationem accepit Raimundi Pauchelli Epiſcopi Cadurcenſis, qui inopia preſſus ob lites, & diſſidia, factus de Conſule Rhe-

C tor Epiſcopatum Cadurcenſem in manu Arnoldi Diaconi Cardinalis ſponte reſignauit; vt ex *ep. Clem. V. ad Philippum Francorum Regem, Kal. Martij* 1312. Inſignibus à Frizonio poſitis, Crucem ſuperimpone, ex *M. S. Cornelio*.

Obiit Arnaldus, Sedente Benedicto XII. Sal. An. 1335. De eo lege Ciaconium, Frizonium, Panuinium Auberij, Cherub. *Hiſtor. Bonon.* Paulum Iouium *in elogijs*. Lucam Vuadinguin.

25. *Si mei non fuerunt dominati, tunc immaculatus ero.*

D Pſal. 18.




RAymūdus de Gouth de Vilandran, Burdegalenſis, nepos ex fratre P. P. Clementis V. Diaconus Cardinalis *S. Mariæ Nouę* aſſumptus à patruo, in prima Cardinalium promotione, Anno 1305. Lugduni, & ab eodem Legatus ad Henricum VII. Imperatorem, cum aliis Cardinalibus coronandum; & Florentinos interdicto ſoluendos, humaniter Florentię ſuſceptus à ciuibus, fędera eorum renouauit cum Sede Apoſtolica, teſte Bernardo Guido in Chronico.

Auenione Raymundus obijt, An. 1320. die 25. Iunij de eccleſia meritus, quia affinis Pontificis.

26 CLaudius de Porta Cæli, Regularis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sabato IV. Temporum, An. Sal. 1312. inter Cardinales S. R. E. aſſumitur à Clem. V. ſi vera profert Stephanus de Corbera Batchinonenſis, *vita B. Mariæ de Soccos*: & Iacobus Io: Viues de Soços, *in ſuo viridario*.

27 SEuerinus Gallus Card. S. R. E. promotus à Clem. V. Sabbatho 4. Temporum Aduentus, An. 1310. teſte *Stephano de Corbera* ſupracitato

28. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in Mundo; in finem dilexit eos*. Io: 13.



RAymũdus de Fargis Guilfelmi filius, nepos ex forore PP. Clementis V, quem Papyrius Maſſonus in Clemente Guillelmum Fargium appellat. Inter Purpuratos adſcribitur ab ipſo Clemente, in ſecunda Patrum promotione, Auenione facta, Anno 1310. Diaconus Card. S.... teſte Ciaconio, & Panuinio, ex Frizonio verò Presb. Card. *S. Pudentianæ in Viminali*, *tit. Paſtoris*, qui antiquior cæteris eccleſijs Romæ, cum D. Petrus in eo celebraſſe primùm dicatur poſt aduentum ſuum in vrbem. Habentur in hac Eccleſia SS. Martyrum tria millia corpora, & puteus illorum ſanguine venerandus. Ædes has modò incolunt Fuliantini; cum antea ibi degerent PP. Dominicani Pænitentiarij. Moritur Raymundus Sede vacante per obitum Clementis V. die 9. Iulij.

29. *Ioſeph verò patri, & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Ægypto, in optimo terræ loco, Rameſſes*, 47. Geneſ. 11.



BErnardus de Garuo, ſeu de Geraruo, ſeu de Gauo, Gallus, patria à S. Liberata, in diœceſi Burdegalenſi, filius conſobrinæ Summi Pontificis Clementis V. quem Bernardum Guarinum appellat Papyrius Maſſonius in Clemente V. Diacon, Card. *S. Euſtachij* aſſumitur à Clemente V. Anno 1310. poſtea Presb. Card. tit. *S. Clementis* à Io. XXII. teſte Ciaconio, Panuinio, Frizonio. Hunc Panuinius Bertrandum non Bernardum appellauit. Auenione deceſſit ex *libro Diuiſionum*, teſte Contelorio, Anno Sal. 1328. apud Minores ſepultus, ſub epigraphe,

Cardinalis eram.

Hunc factum Cardinalem à Clemente V. ob vinculum ſanguinis ne mireris: nam etiam Ioſeph eum præeſſet Ægypto cognatos ſuos vocatos in aulam
A ditauit.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberij, Papyrium Maſſonum. Frizonium qui reſpiſces ei pingit pro ſcuto Gentilitio.

30. *Regnum meum non eſt de hoc Mundo*.

GVido Epiſcopus Traiectenſis morum innocentia clarus, ad Concilium vocatus Viennenſe, nec ſine veneratione exceptus, purpura maior, Rubrum pileum ſibi oblatum à Clemente V. Rege poſtulante Gallorum, remiſit, cæleſtem anhelans. *Magnum Chron. Belgij*.
B

31. *Hæreditas Sancta, nepotes eorum*. Eccli. 44.



GVillelmus Teſta natu Cõdomienſis, non Epiſcopus (Epiſcopatus namq; Condomienſis nondum conſtitutus erat quem erexit. Ioannes XXII. & ab eo dictus eſt Epiſcopus Condomenſis) adhuc laicus Diaconus Cardinalis creatur S.... teſte Panuinio, & Ciaconio: eum tamen Vualſingamus in *Annal. Angliæ*, *Legatum* dicat
C *Romanum, & Clericum D. Papæ, Magiſtrum Vuillelmum Teſta*. Frizonius Presbyterum refert primò creatum Card, tit. *S. Cyriaci in Thermis*, demum Ep. Card. *Albanum* promotum à Benedicto XXII. ſi vera proferunt Panuinius, & Ciaconius. Vghellus namq; in ſerie Albanorum Ep. eum non recenſet; & Contelorius obijſſe affirmat in Presbyteratu. Suſpicatur idem Vghellus Guillelmum hunc fuiſſe, quem de Tria cognominat Claudius Robertus in deſcripr. Rhemenſium Archiep. Obſeruat porrò diſcrepare in die obitus, nam Rhemenſis Guillelmus obijt An. 1334. Guillelmus Teſta, Auenione vitam poſuit
D Anno 1345. ex Ciaconio: vel 1334. Rhemis, in vigilia S. Michaelis, ex Claudio Roberto: vel Nouembri 1326. ex Contelorio: vel 1336. ex Auberij.

Vice Cancellarij S. R. E. ſub Clemente V.

Fr. Arnaldus Nouelli Vaſco Gallus Monachus Ciſter. & Abbas Montis Frigidi, ab Anno 1. Pontif. vſque ad IX. factus Presb. Card. tit. S. Priſcæ.

Fr. Petrus Arnaldi Bearnenſis, Burdegalenſis, Abbas S. Crucis Presb. Card. tit. S. Stephani in Cælio Monte, Anno IX. paulò ante obitum PP. Clem. V.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES XXI. DICTVS XXII. P. CXCVI.

IOannes XXI. dictus XXII. Die VII. Auguſti, An. Sal. 1316. creatus, obijt 4. Decemb. An. 1334. Eius adfuere comitijs

Epiſcopi Cardinales.

1. Fr. Nicolaus Pratenſis Ep. C. Oſtienſis, Ex Benedicto X.

Ex Clemente V.

2. Berengarius Fredoli Ep. C. Tuſculanus.

A

3. Guillelmus de Mandagoto Ep. C. Præneſtinus,
4. Iacobus de Oſſa Catureen. Ep. C. Portuenſis,
5. Arnaldus de Auxilio Ep. C. Sabinus.

Arnaldum Ep. C. Albanum adiungit *Panuinius*.

Presbyteri Cardinales.

6. Fr. Nicolaus Farinula P. C. tit. S. Euſebij.
7. Fr. Petrus Arnaldi P. C. tit. S. Stephani in Cælio.
8. M. Fr. Guillelmus Petri de Godino, P. C. tit. S. Cæciliæ.
9. Fr. Vitalis de Furno P. C. SS. Silueſtri, & Martini, tit. Equitij.
10. Fr. Petrus P. C. S. . . . . .

Diaconi Cardinales.

11. Neapoleo Vrſinus D. C. S. Hadriani, Ex Nicolao IV.
12. Guillelmus Longus D. C. S. Nicolai in Carcere Tulliano. Ex Cæleſtino V.

B

Ex Bonifacio VIII.

13. Iacobus Caietanus D. C. S. Georgij in Velabro.
14. Franciſcus Caietanus D. C. S. Mariæ in Coſmedin.
15. Lucas de Fliſco D. C. S. Mariæ in Via Lata.
16. Petrus Columna D. C. S. Euſtachij: ex Nicolao III. & Clem. V.

C

17. Iacobus de Columna D. C. S. . . . ex Nicol. IV. & Clem. V.

Ex Clem. V.

18. Guillelmus de Teſta D. C. S. . . .
19. Arnaldus de Pelagrua D. C. S. Mariæ in Porticu.
20. Raymundus Gothus de Villandran D. C. S. Mariæ Nouæ.
21. Bernardus de Garuo D. C. S. : . . .
22. Guillelmus Arcuſati D. C. SS. Coſmę, & Damiani.

Epiſcopi Cardinales creati à Io: XXII.

1. *Audite diſciplinam & eſtote, Sapientes, & nolite abijcere eam*. Prouer. 1.



BErnardus de Caſtaneto, Gallicè *de Chaſtenier*. Gallus de Monte Peſſulano, Albienſis Epiſcopus, à Io: XXII. Card. *Portuen. & S. Ruffinæ* ſublectus Anno 1316. in prima Patrum promotione, antiquæ probitatis vir, ac dignitatis, deque Chriſti Eccleſia optimè meritus Præſul, quippe à temporibus Gregorij X. Capellanus Pontificis, tum & Sacri Auditor Palatij ab Innocentio V. dictus Ep. Albienſis Anno 1276. cathedram plures Annos tenuit vſque ad Annum 1308. quo vocatus ad Aniuenſem. Procurauit tunc temporis, Canonizationem D. Ludouici Francorum Regis, Bernardus apud Bonifacium VIII. Regno Galliæ alioquin infenſam, examine vitæ peracto apud Sandyoniſium, quo publicato, Bonifacius Regem inter Sanctos retulit Confeſſores.

Sub Nicolao IV. iuſſus decimarum Eccleſiaſticarum, aliorumq. bonorum, quę vijs obliquis à menſa Epiſcopi Lodeuenſis, vel eius Capituli ſubtracta fuerant, nomine Sedis Apoſtolicæ, reſtitutionem procurare, diligenter abſoluit. Virgines etiam Religioſas, Podij, vulgò *du Val* nuncupatas, ſub regula militantes S. Auguſtini inſtituit.

D

Epiſcopus Cardinalis *Portuen. & S. Ruffinæ* creatus à Io: XXII. Anno 1316. Auenione deceſſit 14. Auguſti 1317. non Anno 1326 (vt tradit Ciaconius) ſepultus in Cathedrali, teſte Panuinio. De eo lege Contelorium, Claudium Robertum *in Gallia Chriſtiana*. Almericum Rogerium Biterrenſem *in vita Innocentij V.* Frizonium, Vghellum, Bernardum Guido in ſuo Chron. M. S. D. *Bernardus de Caſtaneto dudum Albienſis, tunc verò Anicienſis Epiſcopus, quem fecit Ep. Portuenſem, & nihilominus Epiſcopatum Anicienſem tenendum commendauit eidem Anno 41. Epiſcopatus ſui tunc ferè completo*. Lege Auberij, Victorellum.

Digitized by Google

2. *Funes ceciderunt mihi in præclaris: et enim hæreditas mea præclara eſt mihi*, 15. Pſal.



IOannes Betrandi, non Raymundi, teſte Frizonio, Conuenarum Comitis filius, familia admodum per illuſtri, vir prudentia nobilitate, integritate commendatiſſimus, cuius frater natu minor Petrus Raymundus Comes, Epiſcopus primò Ioannes Magalonenſis, poſtea primus Archiepiſcopus Toloſanus, Eccleſiam hanc ante ſuffraganeam Eccleſiæ Narbonenſis, in Archiepiſcopatum erexit Io: XXII. Anno 1316. vt in Extrauaganti. *Saluator noſter*. *De Præbendis*. Poſtea (ſi Frizonio fides) Presbyter Cardinalis tit. *S. Vitalis in Veſtina*: ex Ciaconio verò Panuinio, & Vghello non Presb. Card. ſed Epiſcopus Card. *Portuenſis, & S. Ruffinæ*, in quarta Cardinalium promotione creatus, Anno 1327. Auenione Pontificatum Romanum reſpuit ea lege oblatum, nè vnquàm Romam repeteret, ſeruitutem credens vir generoſus, ſi imperium ab obſequio exordiretur. Quare nobiliſſimo Cardinale relicto, ignobilem Iacobum Fornerium molitoris filium elegerunt Benedictum XII. Sauerdunitatum Apaniarum Epiſcopum, Cardinalem S. Priſcæ, omnium doctiſſimum id procurante Cardinale Conuenarum: contrarium tentantibus Cardinalibus Petragoricenſi, & Columna.

Anno 1339. obuiam miſſus Petro Arragonenſi Regi, qui cum Iacobo Balcario affine ſuo, Auenione ad Pontificem contendit, ad Druentiæ fluminis tranſitum viginti duo Cardinales eum excepere. Auenionem ingredientem Petrum medium inter Neapoleonem Vrſinum Decanum Sacri Collegij & Cardinalem Conuenarum, Iacobus præiuit Rex Balearium. Eadem tamen die regreſſus, qua venit; quòd eius poſtulatis Pontifex minimè ſatisfaceret; præcipuè, de ſubiectione Regni Balearium facta ipſi Petro, quam Balearicus querebatur extortam. *Surius lib.* 3.

Ioanne mortuo XXII. Benedictum XXII. promouit, & Clementem VI. ſub quo Talairandum Cardinalem Petragoricenſem, in publico Patrum Conſiſtorio accuſauit in necem Andreæ Neapolitani Regis impiè conſpiraſſe, vt eo videlicet ſcelere, à Carolo Durazio nepote Calabriæ Duce gratiam iniret Erat enim Cardinalis Petragoricenſis auunculus Caroli Dyrrachij Ducis, cuius technis & fraude credebatur Andreas interfectus, vt regno potiretur. Quamobrē ad Cōſiſtoriū vocatus corā Purpuratorū Senatu, à Clem. VI. verbis aſperioribus acceptus, & proditor bis, ſemel, & iterum increpatus malè audiit, teſte *Io: Villano c.* 109. *lib.* 22. quamuis perperam, & re inuerſa Vghellus in Epiſcopis Portuenſibus *pag.* 164. proditorem Ioannem Conuennarum inſimulet. Propoſita Auenione electione Caroli IV. in Imperatorem, contradixit Ioannes vnà cum Ioanne cæco Vngariæ Rege. Nec benè Mariana refert Cardinalem Conuennarum Anno 1373. in Arragoniam appuliſſe ad pacem conciliandam inter Reges Caſtellæ, & Iacobum Regem Balcarium: erat enim ab hinc multos Annos defunctus.

Ære ſatis diues & ingenio, huic ſatisfacit ſcriptis libris,

De Paſſione Chriſti,

Sermonibus habitis in die feſto,

Illi, erecto cænobio S. Pantaleonis (cuius ſacrum brachium dedit) in quo ſuis impenſis ducentæ Virgines Deo ſacræ alerentur Ordinis, Auguſtiniani; & ad recitandum Diuinum Officium, duodecim Canoniçi Regulares.

A

Migrauit è ſæculo, Menſe Februario 1349. Auenione, referente Frizonio: vel 20. Nouemb. 1348. ſecundum Contelorium. Vnde decipitur Mariana referens Cardinalem Conuennarum appuliſſe in Arragoniam An: 1372.

De eo Villanus. Theodericus à Niem. Frizonius, Ciaconius. Vghellus. Auberij. Claudius Robertus,

3. *Qui aceruat ex animo ſuo iniuſte, alijs congregat; & in bonis illius alius luxuriabitur*. Eccli. 14.



HAnnibal de Ceccano, Hernicus Campanus ex Archidiacono Attrebatenſi S. Teologiæ Doctor eximius, Bertudo defuncto immediatè ſucceſſit Archiepiſcopo Neapolitano, ad hanc dignitatem vocatus à Ioanne XXII. 9. Kal. Maii, 1326. Anno verò ſequenti, in quarta Purpuratorum promotione, Ep. Card. *Tuſculanus*, eodem Anno Sacerdotio Neapolitano ſe abdicauit. Clarus Hannibal natalibus, eruditione celebris *vitas B. Petri & Pauli*, verſo heroico conſcripſit, teſte *Exſemgreino*, de quibus Poſſeuinus *in Apparatu* Sacro: A Clemente VI. bis pro pace componenda inter Philippum Francorum, & Æduardum Angliæ Reges, primùm cum Petro Ep. Præneſtino; iterùm cum Stephano P. C. Pamachij, Papa futuro Innocentio VI. legatus Rhemos accedens, rogans nomine Pontificis quæſtiones cum Gallo, Pontifici velle ſubmittere; Anglus Pontifici diffidens conditiones reſpuit, Legatos abire iuſſit. Hinc prælio commiſſo, & in eo Gallis ad internetionem fugatis: Cardinales qui cum Gallo, prælio interfuerant, fuga lapſi rediere Auenionem: vbi noua legatione ornatus ad Germanos abijt, vt aduerſùs Ludouicum Bauarum electum Imperatorem, Principes excitaret. Poſt hęc, Neapolim miſſus, inducias firmauit inter Ludouicum Hungariæ Regē, ac Ioannam Reginam rebuſque ferè deſperatis pacem indixit, laudabili induſtria, Regumque plauſu anathemate indicto, ac pœna 200000. Florenorum ei qui pacem turbaret, vt ex diplomate eiuſdem Hannibaldi deprompto ex regiſtro Reginę Ioannę I. apud Bzouium *in Annal.* Hinc grati animi ergò Reges feuda vacantia ob mortem Adenulphi de Aquino abſq; ſucceſſore defuncti, contulerunt Thomaſio de Ceccano Hannibaldi fratri, die 1. Octob. 1349. vt ex diplomate Ludouici, & Reginæ Ioannæ, 16.

B C D

in

in quo Reges Hanoibaldum Cardinalem *Compatrem*
ſuum vocant.
Appropinquabat interim Annus Indulgentiæ,
quinquageſimus ſuper trigeſimum & milleſimum,
quem à Centeſimo ad Quinquageſimum reduxerat
Clemens VI. Baſilicas viſitaotibus Romanas. Huius
cauſa, ac ſeditioſas comprimendi turbas in vrbe
excitatas delecti Hannibaldus Ep. C. Tuſculanus,&
Guido P. C. S. Cæciliæ, cum facultate abbreuiandi
numer um dierum quiodecim, Forenſibus aſſignatum
viſitantibus Baſilicas; quòd peregrinorum frequen-
tiam Vrbs capere non poſſet, ſine contagij diſcri-
mine & Annona non ſatis afflueret. In itinere
obuium habens Archiep. Mediolanenſem cum quin-
que generoſis equis phaleratis, interrogauit Archie-
piſcopum, *Quid iſte faſtus:* Reſpoodit ille. *Non ad fa-
ſtum; ſed vt cognoſcat Pontifex ſubditum habere clericu-
lum, qui aliquid valet*, Romam itaque Legatus venit
Romanis odioſus, quia *Campanus* eſſet 2, quòd ſtra-
bax eſſet, 3. quòd vanus & tumidus. Quarta cauſa ſi-
let: ita *S. Antoninus*, Scribit Auctor vitæ Nicolai
Rentij, cap. 17. Hannibalem Romam miſſum fuiſſe
à Legato Longobardiæ, vt populum corrigeret, &
peregrinorum rommodis conſuleret; ſed fallitur,
nam re vera, à PP. Clemente miſſus fuit eum facul-
tate contrahendi ad breue tempus, ſpatium
dierum XV. (vt ſcriptum reliquit Albericus de
Roſate verbo *Iubilæum; in diction. Iuris*, qui
cum Romam aſcendiſſet cum vxore, & liberis, ſex
tantùm diebus ibi permaoſit, ex indulgeotia Ambal-
di Ep. C. Tuſculani Domini ſui) Odioſus tamen Ro-
manis (ait And. Victorellus ex citato *cap. 17. Vita
Rentij*) quia quaſi Monoculus erat, & gloriæ cupidi-
tate flagrabat, Palatium Pootificis incoluit, non-
nulla præclarè geſſit, Equites creauit: Pontificis mo-
re Sacrum ſolemne faciebat; cum ad Baſilicam per-
gebat, aut in Palatium reuertebatur, argentearum
tubarum clangore audiri volebat. Indignationem
auxit Populi Romani auaritia: cum enim Legatus
tempus viſitationis dierum XV. ad ſolos octo dies
contraxiſſet; propolæ & popinarij, qui nefarijs exa-
ctionibus peregrinos excoriabant, lucrum & quæ-
ſtum ſibi auferri paterentur moleſtè ſeditionem in
populo excitarunt aduerſus Legatos, oon ſine graui
vitæ diſcrimine. Prudenter tamen ſedato tumultu,
turbatores pacis alios proſcriptione, alios carcere
vel pecunia mulctarunt, poſtquàm totis octo diebus,
Sacra vniuerſa vrbi interdixiſſent. Iſtud in gratiam
Forenſium conceſſere, vt Sudarium Dominico vul-
tu inſigne, ſemper octauo quoque die demonſtrare-
tur: cum antea, non niſi in Quadrageſima Populo
oſtenderetur: *Henricus Rebdorfius*, qui preſens aderat.
Guido porrò Cardinalis vrbe ſeceſſit. Hannibal re-
formationi intentus, procellam perſecutionis gra-
uiſſimam ſubijt, in ipſo Palatio Vaticano, lapidibus
appetitus atque ſagittis. Seditionem auxit electio
Senatorum, Iacobi Columnæ, & Iordani Vrſini fa-
cta à Cardioalibus, quam Clemens VI, ad probauit.
Ea deſignatione irritati Rentiani, (Principes Plebis
erant), in Hannibalem legationis principem,
odium & vindictam collimarunt. A Camello ſum-
ptum initium, quem deferendis ſarcinis Legatus è
Gallia adduxerat. Die namq; condicto, ad ſtabulum
Legati plebs confluens quaſi demirandæ belluę cau-
ſa, eam ſtimulis agitare, pilos euellere lapides co-
nijcere cæpit. Monente præfecto ſtabuli, ne animal
exagitarent innocuum; contumelias in ipſum adie-
cere præfectum, imò in Cardinalem. Hinc aduoca-
ta familia cum aliquos inſolentium, verberibus
excepiſſent; plebis aucto tumultu, in palatium Va-
ticanum ad primos rumores obſeratum incurſarunt
lignis, lapidibus, ſpurcitijs ex oppoſito cubiculi, in
quo cubare Legatum non ignorabant: quem indi-
A gniùs etiam habuiſſent, ni in ſeditioſos armatus ac-
curriſſet Io: Lucenſis Hoſpitalarius S. Spiritus. Ali-
quot poſtea diebus, cum ſeptem Baſilicas de more vi-
ſitaret, nec longè eſſet à Baſilica S. Spiritus; ſubor-
nati duo emiſſarij, è quadam ædicula duas contor-
quentes ſagittas, depreſiſſent; niſi altera irrito vola-
tu, altera caput offendiſſet mitra ferrea coopertum.
Hinc renouato tumultu, vix in Vaticanum ſe ſubdu-
xit. Quæſiti diligentiſſimè emiſſarij, nullus fuit, qui
ſceleris auctorem panderet. In Rentium ſcelus reie-
ctum, io quem, eiuſque ſocios anathema latum. Ro-
ma tandem Legatus ſeceſſit, vt ſeditioſos declina-
ret, ſpetie æſtus Vrbani fugiendi. Neapolim abeun-
B tem in oppido S. Georgij, vel S. Maximi, teſte *Cia-
conio*, vel in Campania, teſte *Panuinio*, Mors excepit,
non ſine ſuſpicione veneni ardentiſſimi vino immix-
ti. Eodem fato perijt Ioannes Ceccanus Legati ne-
pos, & ferè omnes familiares Legati, qui vinum à
Cardinali quodam oblatum deguſtarant. Bzouius
ex M: S. Vaticano. Rebdorſius ad Annum 1350. Ma-
thæus Villanus *cap.* 88. Omiſſa veneoi ſuſpicione,
Auctor vitæ Nicolai Rentij, citato *capite* 17. ſeue-
riori ſtylo, forſan in gratiam populi Romani, Cardi-
nalem vel mortuum carpit. *Is vini, lactiſque copia
viſcera calore æſtuantia vbertim, non ſegnis potor recrea-
turus perfuderat, ſed oppreſſit. Cadauer apprimè pingue diſ-
C fectum, vnguentis delibutum, arcæ creditum, mulo impoſi-
tum, Romam delatum, in tumulum eius ſine comitibus, ſine
fletibus, ſine Sacerdotibus deiectum potiùs, quàm illatum;
nec fuit qui ſupinum, vt mos poſtulat, componeret. Duo
illius Nepotes paulò poſt, eodem Anno* 1350. *perierunt.
Meditare qui legis Mortalium viciſſitudines, terrenas vo-
luptates, & gloriam deſpice, in æternorum bonorum cogita-
tionem, ſtudiumque toto pectore incumbe*. Cadauer in
Vaticana Baſilica ſepultum iacet.
Eius memoria in ſententia ab eo lata ad furorem
cænobij S. Seuerini; Soffij contra ciues Caſalis Ca-
ſoriæ; die 17. Nouemb. 1317.
Bona opera non omiſiſſe refert Auctor geſtor.
D Clementis VI. *Ipſe Dominus adificauerat locum de Gen-
tiliaco iuxta pontem Sorgiæ, & prope Auenionem, in quo
conſtituerat, & fundauerat cœnobium fratrum Cæleſtino-
rum, pro quorum ſuſtentatione condecenti tam in vineis,
pratis, molendinis, domibus & cenſibus, circumquaque; &
etiam Auenione exiſtentibus multa acquiſierat, & ipſorum
vſui perpetuo deputauerat de bonis à Deo datis ſibi pro ſuo-
rum remiſſione peccatorum*.
Ad eum epiſtolam ſuam, 1. lib. 6. inſcripſit Pe-
trarcha obiurgatoriam, auaritiam redarguens Pon-
tifi-

tificium, qui aurum Diabolo congregant; & in ea forſan carpere voluit ipſum Hannibaldum; concludit enim epiſtola. *Tu vale; & quàm fidelibus conuitijs aurem præbe.*

4 **G**Aucelinus ex P. C. tit. SS. Marcellini & Petri. Ep. C. *Albanus*, Vide infra n, 14.

5 **B**Ertrandus de Podietto ex P. C. tit. S. Marcelli, Ep. C. *Oſtienſis*. Vide infra n, 15.

6 **P**Etrus à Prato ex P. C. S. Pudentianæ, Epiſcopus *Prænestinus*. Vide infra n. 18.

7 **B**Ertrandus Agerius de Turre P. C. S. Crucis, Ep. C. *Tuſculanus*. Vide infra n, 20.

8 **R**Aynerius Rufi ex Diacono Card. S. Mariæ in Coſmedin Presbyter Card. S. Chryſogoni, Vide infra n. 36.


9 **I**Mbertus de Monte Peſſulano, ex D. C. S. .... Presbyter Card. SS. XII. Apoſtolorum, Vide infra n. 37.

10 **I**Mbertus de Pons ex D. C. S. .... Presbyter Card. S. .., vide infra n. 39.

11 **R**Aymundus le Roux ex Diacono Card. S. Mariæ in Coſmedin, Presbyter C. S. Chryſogoni. Vide infra n. 41.

12 **B**Erengarius Fredole, cognomento Iunior Gallus ex P. C. S. ... aſſumptus à Clemente V. Ep. C. *Portuenſis* creatus à Io: XXII. circa Annum Salutis 1323. ad differentiam Senioris Berengarij, qui fuit Ep. C. *Tuſculanus*.

13 *Nunc finis ſuper te*, Ezechiel. 7.



IAcobus de Via Caturcenſis, quia Cadurci ideſt Diuonæ ſecundùm Prolomæum natus, nepos Pontificis Io: XXII. ex ſorore, qui à Cæſare Noſtradamo *Iacobus è Cadurco natu minor* nuncupatur ob auunculum Iacobum Cadurcenſem poſtea Pontificem. Epiſcopus Auenionenſis electus poſt auunculum aſſumptum ad Petri Sedem, Lugduni, 1316. multa & præclara breui tempore geſſit Auenione, Cardinalis tandem promotus Presbyter *SS. Ioanis & Pauli Pammachij*, Anno 1316. in prima Patrum electione, cum ſeptem alijs Cardinalibus, dum Lugduno Auenionem venit, vnico ſemeſtri Cardinalis, obijt octauo Idus Iulij Anno 1317. in Cathedrali Auenionenſi ſepultus. Eius locum tenuit frater carnalis, vt ex litteris Io: XXI. ad Regem Francorum datis, An. 1317. *Nobis (inquit) de tranſitu bonæ memoriæ Iacobi titulo SS. Io: & Pauli Presb. Card. nepotis noſtri, quem dolenter acceperas, internè compatiens nedum curauiſti pij conſolatoris vices aſſumere; quia etiam, vt ſuperſtitem fratrem eius in quoddam noſtrum de ſubtracto ſolatium, ad Cardinalatus apicem pro-*
A *mouere vellemus, cum multa inſtantia Nos rogaſti.*

14. *Nuncius impij cadet in malum: legatus autem fidelis ſanitas*. Prouer. 13.




GAucelinus Deuſa, quem Annales Belgici *Ioſſelinum Ioſſeranum* vocant, ex fratre nepos Io: XXII. R. P. Presbyter Cardinalis *SS. Marcellini & Petri* creatus a patruo, dum prima promotione Patres legerentur, An. Sal. 1318. eodemq; Anno legatus in Angliam cum Luca
B
de Fliſco D. C. S. Mariæ in Via Lata, vt inducias firmarent inter Regem Angliæ, & Robertum Bouſium, qui ſe Regem Scotiæ appellabat; Denariumq; exigerent S. Petri; accidit, vt cum iter agerent in Northumbria à prædonibus expoliati, qui magno numero Prouinciæ incubabant, fulmen excommunicationis contorſerunt in eos; quam Papa ſententia ſua confirmauit ſolemni *ep.* 93. & Ducem eorum interceptum Rex laqueo ſuſpendi mandauit. Iter itaque in Scotiam proſequentes (, præmiſſis litteris Io: Pontificis, qui Regem Angliæ monebat, patienter ferre tantiſper, ſi Bruſius ſe Regem Scotiæ
C nominaret, donec de vniuerſo negotio decerneretur: interim nil noui iuris ex Regio titulo, alicui adſcribi: propterea Roberto Bruſio Clementinam miſit, ſe excuſans ſi Regem non appellaret) Robertus, qui inutilem iudicabat cum Anglo pacem, obuiam miſit, qui Cardinales ingreſſu Scotiæ prohiberent. Qua iniuria affecti Legati Scotis interdixere Sacra. Hinc fortè prodijt Io: XXII. conſtitutio in eos, qui Legatos Apoſtolicos admittere recuſarent. *Vualſingan. & Polydor. in Eduardo II.*

D Ex Anglia reuerſus ad Belgas Legatus abijt An. 1317. *Mayero* teſte, vt eos Philippo Longo Gallorum Regi conciliaret, Tornacum venit, Guidoni Epiſcopo mandans, vt Flandros colloquij cauſa, Tornacum aduocaret. Suſcepit negotium peragendum Epiſcopus miſſis ad Robertum Comitem duobus Fratribus Minoritis Stephano de Neriaco, & Guillelmo de Gandauo, cum Petro Paludano Ordinis Prædicatorum, quos Robertus Comes cuſtodiæ tradidit, pacem aſpernatus, cuius cauſa venerant. Hinc iratus Legatus in Robertum cenſuras publicauit; & ferro certatum eſſet, ni Gandauenſes metu cenſurarum perterriti, Legati partes ſequuti fuiſſent.

ſent. Id tandem actum Legati induſtria, vt præſtito à Flandris iuramento in verba Regis, & in mulctam ſoluta certa pecuniæ quantitate, conceſſiſq; oppidis cis Liſam fluuium, de quibus controuertebatur; collocata in matrimonium Ludouico Comiti Niuernenſi, ipſius Roberti ex filio nepoti, ac futuro ſucceſſori, Margarita Philippi Regis filia, pacem ſincerè coluerint. Villanus *lib. 9. c.* 121.

Cancellarius Sedis Apoſtolicæ, & demum Ep. C. *Albanus* Alphonſum Bonhomium Marrochitanæ genti præſulem conſacrauit, teſte Bzouio, ad Annum 1345. Benedictum XI. & Clementem VI. locauit in Sede Petri; cum eodem Clemente priuilegio ſubſcripſit dato *Monialibus Miſericordię* de Denego, Diœceſ. Elien. An. 1348. Auenione obijt, Anno 1349.

15. *Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meę.*
Pſal. 39.



BErtrandus *de Poyet* Gallicè, Latinè *de Podieto* ita Ciaconius; vel de *Porto* cum Bzouio. Ipſius Io: XXII. creditus eſt filius, quia (teſte *Io: Villano, l.* 11. *c.* 6.) ei aſſimilaretur in ore. Lege Petrarcham *ep.* 19. *Cardinalis Presbyter, tit. S. Marcelli.* Volunt alij nepotem fuiſſe Pontificis ex ſorore, diœceſis Caturcenſis, Vaſco Gallum, de Caſtro Nouo Rhaterij, promotum Anno 1316. poſtea Ep. C. *Oſtienſem* Anno 1325. Vir prudens ac ſtrenuus, in Lombardiam Legatus Apoſtolicus deſtinatus Anno 1319. vt contra Mathęum V. Comitem, aliosque Gibellinos ciuitatum tyrannos, & Ludouici Bauari aſſeclas armis proſequeretur, vel conditionibus pactis componeret; & præcipuè *Iſnardum* ex Ordine Prędicatorum Patriarcham Antiochęnum, & Eccleſiæ Papienſis adminiſtratorem, Auenione publicè damnatum, quod multa impiè, & ſacrilegè Papiæ egiſſet, Pontifici maledixiſſet. Paſtorem illum vniuerſalem negaſſet, ac denique contra datum Iuſiurandum auſugiens in Italiam, Vicecomites in Pontificem excitaſſet: in ſuam poteſtatem quoquo modo redigeret, pro meritis caſtigandum. Iunctus eſt Legato Pontificis, Philippus Valeſius patruelis Philippi Longi Francorum Regis, cum validis copijs, qui Vercellas vſque progreſſus, & ibi auro corruptus Vicecomitum, in Galliam turpiter rediit, graui Guelphorum dedecore. Seditione namque ciuili inter Guelphos, & Gibellinos Genuæ orta, poſt multas clades, Gibellinis ab vrbe pulſis, Guelphi Genuam tradidere Pontifici, ac Regi Roberto Siculo in decennium tuendam. Gibellini extorres implorato V. Comitum auxilio Genuam obſedere, ſpreto Pontificis anathemate. Hinc miſſus Philippus Valeſius caſtrorum Imperator pro Guelphis, qui auro corruptus, militem reduxit in Galliam, & Legatum Apoſtolicum ſolum reliquit in caſtris; donec immiſſus à Pontifice Raymundus Cardonius Hiſpanus, in re bellica, dux magni nominis, vnà cum Legato, reparatis copijs Crucesignatorum, morte etiam intercedente Mathæi V. Comitis, cuius vices hæredes ſubiere Ioannes, Galeatius, Luchinus, Marcus, occaſione arrepta noui Principatus, Placentiam, conſpirante Virgilio Lando ciue Placentiæ primario, Gibellinis eripuit, & in belli arcem firmauit. Dertona enim primò, mox Alexandria pulſis Gibellinis, V. Comitum copias profligauit. Euocatus interim à coniuratis in Italiam Ludouicus Bauarus, ſcilicet Vice Comitibus Mediolanenſibus, Paſſarinis, Scaligeris, Tarlatenſibus, A Eſtenſibus, Caſtruci s(Vrbium Italicarum hi omnes Tyranni erant) tertio Idus Martij, 1327. Tridento diſceſſit. Galeacium Vice Comitem cum fratribus obuios habuit, ſed inter ſe diſcordes, & alternis ſeſe petentes querimonijs, lęſę etiam Maieſtatis (Falſa eſsent, an vera crimina) Ludouicus arrepta occaſione omnes incluſit carcere, & ditionem Mediolanenſem Imperio vindicauit. Cremonenſibus poſtea, Comenſibus, Caſtellanis Epiſcopo à Pontifice exauctoratos reſtituit. Inde traiecto Pado, ſuperato Apennino (Bertrando Card. Oſtienſe Legato Apoſtolico, qui milite abundabat, ſpectante, non proſpiciente, nec anguſtias pręoccupante, vbi ſi non opprimi, prohiberi ſaltem Cæſar poterat) Piſas venit, quas in B ditionem accepit, & auro ſpoliauit. Sic maluit Legatus proditoris Pontificiarum partium nomine audire: quàm officio ſuo probe fungi: quamquàm is quoque excuſaret, à Pontifice non numeratis ſtipendijs militum; hos non debuiſſe nutantes in aciem deduci. Anno ſequenti, Salutis 1328. dum Romæ coronam Imperialem Ludouicus accipit à Columnenſibus, & Antipapa; Bertrandus Legatus, qui Bononię caſtra curabat, ſtipendium procurationis exegit à ſacratis Rauennatis prouinciæ viris, vt infra perſoluendum, teſte Rubeo ex Tabulis publicis.

C

A Rauennati Archiepiſcopo floren. DLXXV.
Regienſi. CCCCIII.
Mutinenſi. CCIX.
Bononienſi. DCLXXV.
Fauentino. CCCXLV.
Foro Corneliano. CCCX.
Fauentino. CCCX.
Forliuiano. CCVII.
Foromompiliano. CCVII.
Cæſenati. CIII.
Saſſinati. CIII.
Ariminenſi. CCCXLV.
D Ceruienſi. XXIII.
Hadriano. CXXVI.
Cymaclienſi. XXXV.
Abbati Pompoſiano. XXVJ.
Abb. Nonantulano. LXXXI.
Abb. e Talliato Ferratien. LXXXII.
Abb. Galliatenſi. XCII.
S. Mariæ è Montino. III.
Plebi è Mercatello XX.
Plebi Bagnacaualli XX.

Sum-

Summa omnium ad nongentos triginta vnum florenos ſupra quatuor millia. Ad coercendam poſtea inſolentiam Bononienſium, turrim meditatus Bertrandus, quæ in ipſa vi be frenum eſſet in ſeditioſos; primates concitauit, à quibus proculdubio cęſus puiſſet; niſi coniuratorum nomina detegente Ioanne Iuſtiriario, Legatus intrepido animo, ſingulis in Prætorium vocatis, ipſis autem inconſultò venientibus, ceruices præcidi imperaſſet. *Hiſtor. Piſtor.* Hinc inito clandeſtino fœdere cum Italiæ Tirannis, cum quibus ipſi conſpirarunt Florentini, Legatum apud Ferrariam graui clade proſtrarunt, quamuis certamini non adfuerint Bononienſes. Anno ſe- A quenti, populari obſeſſus tumultu, in arce, quam erexerat, neci ereptus fuit à Florentinis in eius auxilium accurrentibus: quamuis in eum non leuiter commoti eſſent, ob fœdus percuſſum cum Ioanne Boemo, ac propterea apud Ferrariam in eum ſtetiſſent cum cæteris fœderatis. Honorificè tamen ab eis Florentiæ ſuſceptus, obuiam ei exeunte Clero cum Crucibus, & vexillis. Senatus quoque, & populus Florentinus ingenti lætitia excepit venientem; eius poſtea Auenionem receſſu, collectis viribus Tyranni Italiam inter ſe diuiſerunt. Mutina Acestinis, Parma Scaligeris, Verona Bergomum Vicecomiti, Regium Lepidi Ludouico Gonzagæ, Luca B Florentinis, Cremona Vice Comiti, ex pacto ceſſit. Obiit poſtea Benedictus XI. qui Ioanni XXII. ſucceſſerat: creatuſque Clemens VI. Bertrandum Card. Ep. Oſtien. Neapolim legauit, vt totius Siciliæ curam gereret *p. 109. & 200.*

Eius memoria in quadrageſimo ſecundo Generali Capitulo, Ordinis Minorum, cui tanquàm Protector adfuit, Bononiæ Anno 1328. In priuilegio etiam dato Monialibus S. Franciſci, II. Cal. Maij, 1348. vt ex litteris Io: XXII. apud Lucam Vvadingum, *to. 3. Annal.*

Auenione Fato ceſſit, Anno 1348. apud Minores ſepultus teſte *Frizonio*, Vel Anno 1346. ex *Ciaconio*. C Vel 1351. ex *Contelorio* die 3. Februarij.

16. *Lex ſapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.* Prouer. 13.



PEtrus *d'Arablaij* Gallicè, de *Arteblaio* Latinè, quem eumdem cum Petro Cardinale de Chapelle Tailleſer autumat in ſua *Gallia Chriſtiana*, triginta Annorum opere Claudius Robertus agens de Archiep. Toloſanis: diuerſos tamen eſſe toto D Cælo probat Frizonius ex cognomine, titulis, obitu. Franciæ Nomophylacem, ſeu Cancellarium tempore Regis Philippi Longi, refert Belforeſtius; cuius tamen Cancellarij non meminit Feronius, ſed eius loco reponit Ioannem Cadurcenſem futurum Pontificem, cum inſignibus Cardinalis de Arteblaio. Cardinalis Presb. *tit. S. Suſannæ* in prima creatione dictus, Anno 1316.

Io: Ep. Seruus Seruorum Dei.

Dilecto filio S. R. E. Card. Archid. Borbonenſi &c. Penſantes nobis immenſum onus ſpiritualis regiminis totius Orbis incumbere, ac ſupra vires imminere negotium attendentes, vt nobis onere partito ſit leuius; de diuerſis mundi nationibus viros cooperatores nobis, in eiuſdem executione regiminis deliberauimus prouidendos, virtutum pollentes viribus, non effeminationis infamia denigratos, viros vtique potentes tàm opere, quàm ſermone, vt plebem operum exemplis inſtruant, & doctrina ſermonis informent, viros A qui ſic Deum timeant, quòd nequaquàm faciem hominis vereantur; ſic auaritiam oderint, vt poſt aurum non abeant, & in pecuniarum multiplicatione non ſperent; ſed veritatem, imò Chriſtum, qui eſt via, veritas, & vitè purè, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinando ſequantur. Inter quos ad perſonam tuam, quam virtutum Dominus multis virtutibus inſigniuit, conſiderationis conuertens intuitum deliberatione cum Fratribus noſtris præhabita, de ipſorum conſilio te ad miniſterium huiuſmodi cooperationis duximus eligendum.

Morte rapitur, ſedente eodem Ioanne XXIJ. An. Sal. 1329.

Scripſit ſententiam contra dogmata Michaelis B Cæſenatis, quæ in Vaticana reperitur Bibliotheca, ſub titulo: *Dicta Petri de Arreblaio tit. S. Suſannæ Presb. Card.*

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberij: Ioſeph Maria Suarcſium *in Præneſte Antiqua*: Vghellum.

17. *Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur.* Prouer. 13.



RAynaldus à Porta de Alaſſato, Lemouicenſis Gallus, ex Archidiacono Lemouicenſi Epiſcopus Lemouicum, demum Biturigum Archiepiſcopus (fratrem Guidonem habuit XXXIV. S. Martialis Archimandritam) quatuor Annos Archiepiſcopatum rexit, poſtea Presbyter Card. *SS. Nerei & Achillei*, à Io: XXII. promotus, in ſecunda Patrum creatione, An. 1320. poſtea Ep. *Oſtienſis, & Veliternus*, Auenione vitam poſuit, Anno quinto Cardinalatus, Sal. 1325. vel ex Contelorio, Anno 1326. Cadauer Lemouicum translatum ibidem iacet in Eccleſia principe.

Decreuit Raynaldus quomodò à Clericis, & Regularibus recitandum ſit Diuinum Officium.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberij: Io: Chenu.

18. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Mar. 11.



PEtrus à Prato, Diœceſis Caturcenſis, aliàs Salicanenſis, Gallus profeſſione Minorita S. Franciſci, Præſul Regienſis ſub Archiepiſcopo Aquenſi, inde ad Metropolim Aquenſium tranſlatus, ſucceſſorem habuit Petrum Aureolum, Presbyter poſtea Cardinalis *S. Pudentianæ, tit. Paſtoris*, à Io: XXII. Anno A
1320. tertia Patrum promotione, tandem Ep. C. *Prænestinus*, & S. R. E. Cancellarius Anno 1323. quo præſente Io: XXII. vocatum ad ſe Cæſenatem Minorum Generalem inſanum, temerarium, Ludouici Bauari & Hæreticorum fautorem, ſerpentem in ſinu Eccleſiæ enutritum redarguit. Miſſus Petrus cum Annibaldo Tuſculano Ep. à Clemenre VI. In Gallias, vt pacem procuraret inter Anglos & Gallos, fruſtra abijt, ob ſuſpicionem, quòd Pontifex Gallus, Gallo aduerſari non valeret. Inde Bellum Creſſiacum in quo 26. Aug. 1346. cæſis Gallis, cecidit Ioannes Cæcus Rex Bohemiæ, cum alijs Principibus. Vitam poſuit Auenione Menſe Maio 1341. B
Auenione ędes habuit, quas in eccleſiam S. Petri conuerti, teſtamento cauit, executoribus deſignatis Petro Ep. C. Præneſtino, & Coramano, &c. Vnde Innocentius VI. licentiam indulſit Petro de Prato Ep. Præneſtino erigendi eccleſiam Collegiatam S. Petri Auenionenſis cum Collegio &c. Anno Sal. 1358. Quod ſi verum diploma, vitam protraxiſſe Petrus apparet, ſaltem in Annum 1358.

19. *Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* Iſai. 63.



PEtrus Aureolus cognomento *Verberius* in Verberia natus, vel Vermeia ad Oeſiam fluuium Picardæ Prouinciæ, velut Roſa in Spinis, mel in fauis, ſaccharum in cortice incultiore; inquit Frizonius. Priuſquàm Presbyterio initiaretur Pariſijs, adoleſcens Scoti diſcipulus, gradum aſſecutus Doctoralem, libellum edidit in quo tam præclarè de Conceptione Immaculata Deiparę diſſeruit; vt à Io: XXII. Summo Pontifice litteras meruerit ad Cancellarium Pariſienſem, à quo permitteretur publicè docere in Pariſienſi Vniuerſitate. Minorum Inſtituti Profeſſor, Aquitanniæ Prouincialis, vulgo *Doctor Facundus* inter omnes ſui æui Theologos emicuit: & à Io: XXII. Archiepiſcopus Aquenſis ſubrogatus Petro de Prato (vt aſſerit Frizonius *in Gallia Purpurata*); negat verò Vghellus in *Ep. Praneſtinis, to. 1. Italiæ*) tandem Presbyter Cardinalis Anno 1327. ab eodem Io: XXII. ex D. Antonino *tit.* 24. 28. Poſſeuino in *Apparatu Sacro*, & Franciſco Gonzaga Ep. Mantuano *De Ordine Seraphico, par.* 3. ac Cardinalium Nomenclatore, vt & in Commentarijs ſuper Magiſtrum Sententiarum Romæ editis. Ita Frizonius, cui ex aduerſo ſtans Vghellus negat Cardinalē appellari Petrum Aureolum à S. Antonino, ſed ſolumodo virum celebrem.

Scripſit *Compendium literalis ſenſus Diuinę ſcripturę*, in quo ſenſum verbis æquauit.

In Libros Sententiarum.

Commentaria compendioſa in vniuerſam ſacram ſcripturam iuxta ſenſum litteralem.

De Conceptione B. Mariæ Virginis. Roſæ diſtinctiones.

Sermones de Tempore. De Sanctis.

De paupertate & vſu pauperum. A

Logicam. Extant in Bibliotheca Vaticana; & in cænobio Sagienſi Normandiæ; & Sæpè in Summa laudantur Angelica.

Ita ſcripſit (teſte Antonino) in librum Sententiarum; vt quia manus eius contra omnes qui iam antea ſcripſerant; etiam manus omnium contra eum fuerint. Quando obierit? prorsùs ignotum. Gaſpar Arturus *in Martyrologio Franciſcano illius meminit: V. Kal. Maij, Aquis in Gallia, Beati Petri Aureoli, Aquenſis Archiep. & S. R. E. Cardinalis, qui doctrina, eloquentia, & concionandi munere pollens, vita quoque Sanctitate emicuit.*

B Adſuit Neapolitanis Comitij, & alium à Michaele Cæſenate peroptauit, conatuſque promoueri in miniſtrum ſui Ordinis Generalem, licet voro fruſtratus fuerit. Præuiderat Spiritu edocente ſuperno, Cæſenatem à Papa remouendum. Emuli propterea non deſuerunt, qui poſt electionem Cæſenatis, hunc vrgerent, vt Aureolum è cathedra Pariſienſi, quam moderabatur, ad humile retraheret cænobiolum. Pie tamen Cæſenas reſpondit: *Abſit, vt vindictè priuatæ cauſa, tantum malum noſtro inferram inſtituto; & clariſſimum hoc lumen velim abſcondi, multo minùs extingui*, Lucas Vvading. *in Annal.* Vir ereditus ſeueritatis antiquæ, miſsus à Io: R. P. in Aquitanniam,
C vt Regulares coercerer, qui ſpetie ſtrictioris obſeruantiæ ſe ab obſequio Prælatorum ſubtraxerant; non eſt auditus. Mitiorem enim ſperantes clementiam in Romano Pontifice, ad hunc prouocarunt.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Frizonium; Franç. Gonzagam: Marcum Vlyſippon. *in Chron. Minor.* Hieronym. Plati *De ſtatu Relig.* Claudium Robertum *in Gallia Chriſtiana* Nomenclatorem S. Antoninum. Antonium Poſſeuinum *in Apparatu*. Raphaelem Volaterranum. Hippolytum Marraccinum *in Purpurata*, & *Bibliotheca Mariana*. Gaſpar. Caccinum *Hiſtor. Eccleſ.* Gaſpar. Iongellinum in *elogijs Minorum*.

D

20. *Et erunt campeſtria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requeſierunt me. Et vos qui dereliquiſtis Dominum, qui oblati eſtis in montem Sanctum meum, qui ponitis Fortunæ menſam & libatis ſuper eam.* Iſai. 65.



M. Fr. Bertrandus Agerius de Turre, de Cambolico, diæceſis Caturcenſis, Vaſco Gallus, Ordinis Minorum, Philoſophus Peripatheticus, in Scripturis Sanctis verſatiſſimus egregius verbi A Diuini Orator, quem Noſtradamus *par. 3. hiſtor. Prouinc*, virum inſignis doctrinæ, meriti non exigui, & magnæ auctoritatis nuncupat. Iuſſus à Io: XXII. Anno 1317. Fratres rebelles, Narbonæ, & Biterris per domicilia vagantes ad ouile reducere, & in caulam reuocare, ſuaſit, compulit, ſed incaſſum. Illi namq; appellatione interpoſita ad ipſum Ioannem melius informandum prouocarunt. Eodem Anno legatus in Italiam cum Bernardo Guidone Dominicano, vt nomine Pontificis, pacem procuraret inter Primates Italiæ, Guelphos & Gibellinos reconciliaret, plura tentauit, ſed ſemper incaſſum. Ex Miniſtro B Aquitanniæ Archiepiſcopus creatus Salernitanus dum in Maſſilienſi ageret Capitulo, Anno 319. poſtea Presbyter Cardinalis *SS. Silueſtri, & Martini in Montibus, tit. Equitij*, ab eodem, Anno 1320. vel tit. *S. Crucis*, vt ait Noſtradamus *par. 3. Hiſtor. Prouin.* tandem Ep. *Tuſculanus*. Præpoſituram accepit ſtatim à Cardinalatu Monaſterij S. Angeli de Formis, non longè à Capua, Ordinis Benedictini; & aliam cænobij D. Benedicti Capuani vacantem per obitum Bertrandi de Ripaneria.

Quatuor Lilia Ciaconius in ſcuto annotat, duo à dextris, & duo à ſiniſtris; alij ſtellas duas ipſi Turri ſuperponunt, in quam quidam Poeta luſit.

Turrius hic ille eſt, turrim quam creditus olim.
Ipſe ſuo vincto conſtituiſſe Deus.

Vita exceſſit Auenione, apud Franciſcanos minores ſepultus, Sal, An. 1327. teſte Gaſpar. Muſca de *Archiep. Salernitanis*, vel An. 1329. vel 1330. cum Felice Contelorio; vel 1334. cum Vuadingo. Certum eſt; quòd abrogato Michaele Cæſenate à Romano Pontifice; Bertrandus de Turre Ep. C. Tuſculanus, declaratus eſt Ordinis Minorum Adminiſtrator, datis litteris, Idibus Iunij 1328. ad vniuerſos Miniſtros, Cuſtodes, vt eidem Bertrando tanquàm Superiori parerent legitimo, eæque litteræ ad Ber- D trandum diriguntur Ep. Tuſculanum, non Oſtienſem, qui iubente Ioanne, Comitijs præfuit Bononienſibus, non Ordini vniuerſo.

Scripſit Doctor Famoſus (hunc titulum ei conciliauerat Reſpublica Litteraria, teſte Nomẽclatore)

Opuſcula in Sententias.
Sermones. De Sanctis. De Tempore. Quadrageſimales.
Commentaria in Epiſtolas, & Euangelia. Extant M. S. in Vaticana Toletana biblioth. Polona.
De Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum.
Collectiones.
Sermones epiſtolares; ſeu in Epiſtolas Miſſalis Argentinæ excuſſos An. 1501.

Turrem Lilijs circumſeptam pro inſignibus adiecimus auctore Iongellino, *in Elogijs Cardinalium Minorum.*

21. *Solemnitatem Azymorum cuſtodies.* Exod. 23.



Simon de Archiaco, diæceſis Xantonenſis, filius Ademari Equitis, matre de la Roche chouart, filia Aimerici Vicecomitis eiuſdem loci, qui comitatus eſt Philippum Pulchrum in Bello Flandrico. Fratres habuit quatuor Ademarum, Fulcaldum, Guillelmum D. Franciſci Religioſum, & Aymericum. Donatus Simon Canonicatu Eccleſię Sanctonenſis, inde Decanatu, legatus venit Regis Philippi Longi ad Io: XXII. PP. Anno 1318. vnà cum Henrico Domino de Sulij Franciæ Oenochoo, vulgò *Bouteiller de* B *France*, & Ioanne Cherchemon in Eccleſia Pictauienſi Decano. Inde Præſul LXXXI. Viennenſis, ſub quo Synodus Generalis congregata, Viennę ad Rhodanum in Delphinatu, in qua Proceſſio inſtituta ſolemnis Corporis Euchariſtici, Inſuper Codex promulgatus Clementinarum à Clemente V. Contradictionem obſerua hic Frizonij aſſerentis, Simonem tanquam Decanum Eccleſię Sanctonenſis miſſum fuiſſe à Philippo Longo ad Io: XXII. An. 1318. poſtea Synodum Generalem coactam fuiſſe Viennę ad Rhodanum, ſedente in cathedra Viennenſi Simone Anno 1311.

Presbyter Card. tit. *S. Priſcæ* creatur à Io: XXII. C Anno 1320. & b eodem vitam poſuit Anno incerto.

22. *Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi.* Eccl. 14.



Pilus Fortis de Rapiſtagno, natus apud S. Georgium prope Tarnem fluuium, diæceſis Albienſis cuius parens D. Georgij Comes. Huius familiæ de Rabaſtens, ſeu de Vapiſtagno Raymundus Archiep. Toloſas Anno 1201. qui cum ab initio, vitio laboraret Simonię, in fine benedictione caruit. Cum enim litigando cum Raymundo Forti de Bellopodio Vaſſallo ſuo, per triennium, bona omnia conſumpſiſſet, & oppignoraſſet, fuit tandem Epiſcopatu depoſitus.

Apamiarum Pręſul cuius tranſactio legitur facta cum Canonicis Apamienſibus, in qua Epiſcopatum eiurauit Apamiarum, vt gradum faceret ad Riuenſem, & fuit ſecundus Antiſtes Riuenſis, vt notauit Frizo-

Frizonius,non primus contra Claudium Robertum.

Cardinalis Preſbyter *S. Anaſtaſiæ* Anno 1320. Io: XXII. ſub quo etiam deceſſit in Rapiſtano caſtro pluribus legatis in pias cauſas. Tres Raphanos habet in parma, iure Dominorum Rapiſtanenſium.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Claudium Robertum, Auberij, Panu inium.

23. *Conſilium inopis confudiſtis.* Pſal. 13.



PEtrus *le Teſſier*, Latinè *Textoris*, in vrbe S. Antonini, diæceſis Caturcenſis, ſuos ſortitus natales, Vaſco Gallus. Nuncius Apoſtolicus Io: XXII. ad Fridericum Trinacriæ Regem, & Robertum Regem Siciliæ, terra marique diſcordes, vt ad pacem flecteret; tantum egit; vt Fridericus Rhegium nomine Henrici Imperatoris olim interceptum reſtituerit ipſi Pontifici, cuius eſſet ſecundum leges, partes componere. Acceptis oppidis Papa, ea Gallo tradidit; qui pacis conditiones minime ſeruauit, graui incolarum damno, & Eccleſię dedecore.

Preſbyter Cardinalis tit. *S. Stephani in monte Cælio* à Io: XXII. An. 1330. promotus; vitam Auenione poſuit Anno 1330. S. R. E. Vice Cancellarius: vel Sal. Anno 1327. ex Auberij: vel 1325. ex Cōtelorio.

Theologus eximius, Io: iubente R. P. eorum opiniones calamo reſpuit, qui Chriſtum aſſerebant imperfectorum figuram loculos poſſidendo: Perfectorum verò, abdicando. Nil tamen profecit: in ſua obſtinatione vigentibus Fratribus Ordinis Minoris. Crucem damus pro Inſignibus ex *M. Cornelio*, ſed qualem ſupra pictam habes. De eo lege *Ciaconium Frizonium*.

24. *Barnabas autem volebat ſecum aſſumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus: Paulus autem rogabat eum (vt qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debere aſſumi.* 15. Act. 36.

M. Fr. Iacobus Fornerius de Sauardino diœceſis Appamiarum in prouincia Toloſana Galliæ, Preſb. Card. tit. *S. Priſcę* creatus in quarta promotione, Anno 1327. à Io: XXII. Papa futurus *Benedictus XII.* de eccleſię theſauris neminem ex ſuis ditauit conſanguineis exemplo Pauli, qui Ioannem cognomine Marcum quòd ad inuiſendam matrem relicto opere miniſterii, ſemel regreſſus fuiſſet in Hieruſalem, noluit amplius ſocium habere in prędicatione Euangelij.

25. *Ante obitum tuum, operare iuſtitiam: quoniam non eſt apud Inferos inuenire cibum.* Eccl. 14.



RAymundus *de Moſcuerolcs*, vel *Muſfoiolis*, patria Ruthenenſis, Gallus ex Monacho & Priore cænobij S. Flori, in Aruernia, Ordinis Benedictini, primus Epiſcopus conſtitutus Florenſis (Vrbs in monte ſita, cuius radices lambit Adia fluuius) poſtea Epiſcopus S. Pauli ſiue Tricaſtinus ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, teſte *Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana*. Verum cum Frizonio, non S. Pauli fuit Iacobus, ſed S. Papulr, Ordinis Benedictini primus Antiſtes creatus à Io: XXII. Anno 1327. ſub Archipræſule Toloſate.

Pesbyter creatur Cardinalis *tit. S. Euſebij*, Anno 1327. in quarta promotione, à Io: XXII. & pridie Idus Octobris 1335. interijt in andrio S. Guillelmi de Deſerto, diæceſis Lodeuenſis; vt notat Cardinalium Nomenclator. Claudius Robertus obiiſſe voluit Raymundum Anno 1336. pridie Idus Octobris. Ciaconius, Anno 1337. Leonem pro inſignibus erectum in dexteram Frizonius pinxit: Oldoinus verò

A Crucem rubram liliatam in quatuor capitibus, deprompram ex limine capellæ caſtri de Monsfaiouls in Rutenenſi ditione: atque in Abbatia S. Guillelmi de Deſertis in Occitania inferiori; vbi ſepultus iacet.

26. *De vtero tranſlatus ad tumulum.* Iob. 10.



PEtrus de Mortuo Mari, ita dictus, non quia prognatus à nobilibus familiæ de Mortuo Mari, ſed quia in lucem editus

B apud Mortuum Mare in Lemouicibus. Epiſcopus primo Viuarienſis, poſtea Altiſſiodorenſis An. 1325. tandem Preſb. Card. *tit. S. Stephani in Monte Cælio* à Io: XXII. in quarta promotione, An. 1327. & à Benedicto XII. Ep. C. *Sabinus* creatus, Anno 1340. deceſſit Auenione, Anno 1350. vel in die Paraſceues, An. 1345. humatum in Mortuo Mari, cum epigraphe: *Vbi natus, ibi ſepulchratus*,


Obſeruat tamen Vghellus in Ep. Sabinis contra Ciaconium, & Claudium Robertum, quòd ſi Petrus de Mortuo Mari, Anno moritur 1345. aſcendere

C non potuit ad Epiſcopatum Sabinum, ſub Benedicto XII. Quia Petrus de Patraſſo Cardinalis, qui illum ſtatim conſequitur, vt apparet ex eius epitaphio, dictus eſt Ep. C. *Sabinus* à Benedicto XII. deceſſitq; Anno 1348. Benedictus autem vita exceſſit Anno 1342. Quamobrem vel duo Petri fuere ſimul Epiſcopi Card. Sabini; vel Petrus de Mortuo Mari nunquàm ad hanc dignitatem aſcendit; vel obijt ante Annum 1343. eique in Epiſcopatu Sabino ſucceſſit Petrus Gomeſius promotus à Bened. XII. Vel ſi Petrus de Mortuo Mari obijt (vt ſcribit Frizonius) Anno 1350. non à Benedicto XII. ſed à Clemente VI. in Sabinum Ep. promotus eſt Anno 1348. defuncto

D Petro Gomeſio.

Eius memoria recurrit in templo ac Xenodochio S. Iacobi in vrbe, occaſione ſupplicationis publicę Pariſijs, Anno 1327. pro tranſlatione Reliquiarum SS. Iacobi, & Euſtachij; teſte *Petro de Bruil*.

De eo lege Vghellum *to. 1. Italiæ*. Ciaconium, Frizonium, Claudium Robertum in *Gallia Chriſtiana*; Auberij: Ciaconium.



27 PEtrus de Cappis, vel de Campis, melius Gallicè *de Chappes* cuius nominis caſtrum eſt in diœceſi Tricaſſina ; ex Epiſcopo Carnotenſi Presbyter Card. tit. *S. Clementis*, in quarta Cardinalium promorione creatus à Io: XXII. An. 1327. teſte Ciaconio, Obijt An. 1347. teſte Panuinio in Clem. VI. Lege Petrum Bertrandi *n. 24. in Clemente VI.* Nec latet, à Claudio Roberto, & Contelorio dici P. C. *S. Silueſtri, & Martini in Montibus*: ab alijs *S. Suſanna*. Omnia incerta. Vitam poſuit die 24. Maij, 1326. teſte Contelorio. Alius fuit Petrus Attrebarenſis Epiſcopus, qui ab hiſtoricis quandoq; receptus pro Petro Epiſcopo Carnotenſi Cardinale, hiſtoriam confundit, & chronologiam.

28. *Da, & accipe: & iuſtifica animam tuam*, Eccl. 14.



MAtthęus Vrſinus de Campo Florę; Romanus, B Franciſci Neapoleonis Vrſini Cardinalis S. Luciæ in Silice, ex fratre nepos, Canonicus cum eſſet in eccleſia S. Stephani in Gallijs, & iuri operam daret Pontificio, Ordinem profeſſus S. Dominici, in indagandis ſacris ſcripturis totus incubuit. Hinc Baccalaureus primò Bononienſis, poſtea Pariſienſis, deinde Sacrę Theologiæ Magiſter, Bononiæ, ac Lutetiæ Pariſiorum, multis Annis ſacras litteras publicè interpretatus, interſuit pluribus Capitulis Generalibus, & Prouincialibus Definitor, & in Comitijs Vrbe Ve- C teri coactis, cunctis ſuffragijs, Romanę præfectus Prouinciæ, Anno 1322. eam integrè adminiſtrauit. Dum hoc munere fungeretur à Romanis conciuibus Auenionem ad Io: XXII. Papam orator miſſus An. 1326. vt eum in Vrbem alliceret, à quo benignè ſuſceptus reſponſum retulit: *ſe tempore ad futurum opportuno in Vrbem*. Eodem Anno Epiſcopus creatus Agrigentinus, vt in *libro Solutionum Prælat.* ſub die XXIV. Octob. quo ſolitum ſubſidium ſacro Collegio idem Matthæus iam Ep. conſecratus Agrigentinus, & poſt menſes plus minus ſex, ad Sipontinam tranſlatus Eccleſiam, pro hac ipſa Sipontina Eccleſia ſubſidium ſoluit, eodemq; Anno, menſe Decemb, D 1327. Presb. Card. *SS. Io: & Pauli, tit. Pammachij*: atque à Benedicto XII. Anno 1338. Ep. C. *Sabinus*, Auenione obijt ſub Benedicto XII. Anno 1341. die 15. Kal. Sepremb. Corpus Romam relatum in eccleſia S. Mariæ, ſuper Mineruam ſepultum eſt in ſacello S. Catharinę à ſe conſtructo, vnà cum oſſibus Latini Card. Vrſini nepotis Nicolai III. Sepulchrum marmoreum pluries varijs in locis, in eadem Eccleſia tranſlatum, nunc viſitur in propatulo eccleſiæ, ingredientibus ad partem Meridionalem è regione tumuli, Michaelis Bonelli Card. Alexandrini. Matthæum hunc Dominicani Patres inter Beatos numerant, vt videre eſt apud Bzouium, *to. 14. Annal.* Eius memoria perpetua recurrit in Capitulis Generalibus Ordinis Prædicatorum, quòd ampliſſimam eleemoſinam pro ijs celebrandis legauerit. Plures agros in territorio Bononienſi, ære ſuo comparauit, legauitque Ordini S. Dominici, ea conditione, vt annuatim certam menſuram tranſmitterent omnibus Monaſterijs tàm virorum, quàm fæminarum Ordinis S. Dominici, in Prouincia Romana. *Franç.* A *Sanſouin. Della Caſa Orſina, in Matteo Cardinale.*

De eo lege Rocchum Pirrum de Eccleſ. Agrigentina: Ferdinan. del Caſtiglio *Hiſtor. Prædicat.* Ciaconium, Panuinium, Auberij, Leandrum Alberti *de viris Illuſtrib. Prædic.*

29. *Omnis caro ſicut fęnum veteraſcet.* Eccl. 14.



IOannes Galuanus Epiſcopus Attebatenſis dictus Anno 1333. quo ſedente, Attebati politica celebrantur comitia. Anno 1335. quibus pax datur Galliæ, & Angliæ Regibus, ac duci Burgundiæ. Cardinalis proclamatur a Io: XXIJ. (ſi Frizonio fides) Presbyter tit. S.... non à Benedicto XIJ. vt volunt alij ſed à Jo: XXIJ. quia ſex tantum Benedictus donauit purpura, in quorum numero non reperitur Galuanus. Ex hoc mundo tranſijt, Anno 1341. Hunc Felix Contelorius *Ioannem Gallicanum* appellat.



30 PEtrus Gomeſii de Barroſſo Hiſpanus, diæceſis Toletanæ, filius Ferdinandi de Barroſſo, & Menciæ Gartiæ de Soto mayor, ex Epiſcopo Carthaginenſi Presbyter Cardin. tit. *S. Praxedis* à Io: XXII. in quarta creatione promotus Anno 1327. Fundauit, & dotauit eccleſiam cum Monaſterio S. Praxedis, in territorio Auenionenſi, quæ quidem Eccleſia *Hiſpania* dicebatur; nunc diruta & profanata, vt conſtat ex inſtrumenro donationis per ipſum factæ dicto Monaſterio, huius tenoris.

In nomine Dei Amen. Nouerint &c. quòd Anno à Natiuitate 1348. Ind. 1. die 26. Feb. Pontif. SS. P. D. N. D. Clementis VI. Anno VI. & &c. Nos Petrus miſerat. Diuina Ep. Sabinus S. R. E. Card. ad honorem, & gloriam Dei omnipotentis, & glorioſa Virginis Matris eius, ac B. Praxedis, cuius titulum obtinemus primęuum, &c. donamus, tradimus Monaſterio S. Praxedis, per nos in territorio Auenionen. cum Eccleſia territorio, hoſpitijs, domibus, hortis, & neceſſarijs officinis, pia intentione fundato, in quo iam certæ Moniales cum proceſſu &c. ſub proceſſu ſecundum inſtituta &c. ſub cura Fratrum Prędi-

cato-

*eatorum recluſę noſcuntur, omnes, & ſingulas terras, poſ-
ſeſſionet, vineas, hortos, campos, pratu, paſcua, nemoru,
domos, ſeù hoſpitia, Molendina, cenſus &c. omnia alia &c.
ſingula bona immobilia quęcumque ſunt, &c. in quibuſcum-
que conſiſtunt, quę nos Auenione, ac de paternis, & de Ma-
ternis, caſtrorum territorijs Carpeñ Diæ. ex quorum ti-
tulo obtinemus eum omnibus &c.*

Anniuerſarium etiam legitur relictum in ſubſi-
dium D. Petri Gomeſij Card. Sabini fundatoris hu-
ius Monaſterij, ad honorem S. Praxedis.

Migrauit ad Superos An. 1349. in ſuo Monaſterio
ſepultus S. Praxedis, extra vrbem Auenionem, quòd
nunc dirutum, cum inſcriptione ſequenti.

*Petrus. Gomeſij. De Barroſo. Natione. Hiſpanus.
De Ciuitate. Toletana. Orsundus. Ex. Patre. Fernando.
Petri. Milite. De. Barroſo. Et. Vxore. Eius. Men-
ſia. Garſia. De. Sotomaiori. Qui. Cum. Eſſet.
Epiſcopus. Cartagen. Per. Sanctą. Rec. Dominum.
Ioannem. PP. XXII. Fuit. Creatus. Card. Ad. TT. S.
Praxedis· Deinde. Per. Sanctą. Rec. Dominum. Be-
nedictum. PP. XII. Fuit. Factus. Epiſcopus. Sabi-
nen. De. Bonis. A. Deo. Sibi. Collatis. Pro. Ani-
ma. ſua. Et. Benefactorum. Suorum. Eccleſiam. Iſtam.
Et. Monaſterium. Fundauit. Et. Per. Dei. Gratiam.
Quoad. Fabricam. Compleuit. Et. Ibi Suam. Sepulturam.
.... Autem. Per. Suam. Miſericordiam. Cuius. Eſt.
Perficere. Quod. Eſt.... Crementum. Det.... Introdu-
xit. Autem. Sora.... Tibus. Miſit. Ad. Prulianum.
Anno. Domini. MCCCXLV...... Menſis. Iulij. In Fe-
ſto. Sanctę Praxedis.*

De eius legatione cum Bertrando D. C. S. Mariæ
in Aquiro ad Gallos, & Anglos, infra dedimus in
Bertrando *n.* 32.

31. *Dedit ei Dominus locum pœnitentiæ.*
Iob. 24.



TAlairandus Comes Petra-
goricenſis, Eliæ Comitis
V. Petragoricenſis, & Brunexin-
dis in ſecundis nuptijs locatæ
(nam prima Eliæ vxor fuerat
Philippa Vicecomitiſſa d'Auui-
lar, & de Loumagne) filius, de
quo Theodoricus à Niem. Duos
habuit fratres Archambaldum
III. fratri ſucceſſit in Petragori-
cenſi Comitatu, vt vxorem Talairandus habuit He-
leonoram filiam Bouchardi Comitis Vindocinenſis
ab Anno 1308. ad Annum 1323. quo connubio natus
Archambaldus IV. huius nominis Petragoriorum
Comes. Mortua coniuge, factus eſt miles togatus,
& Epiſcopus Altiſſiodorenſis Anno 1329. in locum
Petri Cardinalis de Mortuo Mari; inſtante Philip-
po Galliarum Rege, duos ex Gallica natione inter
Cardinales aſſumi, aggregato Pontifex vno, al-
tero reiecto, reſpondit.

Regi Franciæ.

*Licet cętus V. F. N. S. Rom. E. numeroſa illuminatus mul-
titudine Cardinalium, omni ſcientia probatorum, & ex-
perientia ad regimen vniuerſalis eccleſię opportunus, ſit
adeo inſignitus, quòd augeri nulla neceſſitas, exigebat,
ſufficientia tamen dilecti filij Talairandi S. R. E. Presb. C.
olim Ep. Antiſiodorenſis attenta, ac affectione, quam ad
eumdem gerit Excellentia Regia in conſideratione deductis
eidem de ipſorum fratrum conſilio cętui duximus aggregã-
dam, ipſum aſſumentes in Presbyt. Card. S. Petri ad*
A *Vincula, tit. Eudoxię.* Anno 1331. poſtea Ep. C. *Alba-
nus* à Clemente VI. tantæque auctoritatis euaſit in
Eccleſia Dei, vt mortuo Io: XXII. Cardinalibus in
duas factiones diuiſis, Talairando Duce, Pontifi-
catum obtulerint primùm Ioanni Raymundi fratri
Comitis Conuennarum, qui cum ſedem reſpuiſ-
ſet oblatam; electus eſt Fr. Iacobus Turne-
rius.

Bis in Galliam legatus Talairandus: primò vnà
cum Guidone de Bononia Ep. C. Portuenſi, Anno
1342. Anno ſequenti, Ordini Minorum Protector
datus, defuncto Iacobo D. C. S. Georgij, vt ex di-
plomate apud Frizonium, p. 317.

B In Curiam reſtitutus, cum inſtante Pontifice Cle-
mente VI. ageretur de eligendo Imperatore, in
locum Ludouici Bauari exauctorati, ad Papam venit
Carolus Morauiæ Marchio vnà cum patente Ioanne
Bohemiæ Rege, à quo Cęſar deſignatus Carolus, ar-
canum promouente Talairando Car. Petragoricen-
ſi, licet Rex Ioannes & Raymundus Cardinalis Con-
uennarum contradicerent, pactis quibuſdam, con-
ditionibus, Carolus Auenione ſubſcripſit, die 22.
April. 1346. Electionem celebrauere 12. Iulij, apud
Renſium, electores Imperii.

Aulæ non minus intentus quàm pietati, Anno
1346. Petragorij Capellam dotauit S. Antonij cum
C duodecim Capellanis, vt ex diplomate Clem. VI.
An. 1347.

Anno 1356. cum Nicolao Capoccio Card. S. Vi-
talis, ad conciliandum Eduardum Angliæ, & Ioan-
nem Regem Franciæ, frequentiſſimum tunc haben-
tis exercitum, nihil impetrauit propter Gallorum
impatientiam. Cum enim ab Anglo vnius diei in-
ducias Talairandus impetraſſet; imò Anglus fidem
dediſſet non pugnandi, ſaluo iure ſuo, & exercitus
honore: impatientes Galli, & Talairando tanquàm
ſuſpecto non credentes, quòd is in acie Anglicana
tres haberet conſanguineos, die XIIX. Septemb. iux-
ta Pictauum, Anno 1356. irruerunt in pugnam, in
D qua Anglis victoria ceſſit, Gallorum Rege captiuo,
& in Angliam ducto; vbi per triennium manſit, do-
nec Talairandus nomine Caroli IV. Imperatoris in
Angliam traijciens, pacem ſanxit, qua libertati
Ioannes Rex reſtitutus fuit ceſſione tamen Prouin-
ciarum Pictauienſis, Agennenſis, Petragoricenſis,
Lemouicenſis, & Engoliſmenſis.

Auunculus Talairandus Caroli Dyrrachij, ſeu
Durazij Ducis Neapolitani, & Regni incubatoris,
Mariam nepotem ex filio prædefuncto Regis Rober-
ti,

ti, matrimonio iungi Carolo procurauit, obtenta diſpenſatione à Clemente VI. quem cædis conſcium Andreæ accuſabat Ludouicus Rex Vngariæ; imò Cardinalem ipſum in Conſiſtorium vocatum Clemens VI. proditorem bis, & ſemel increpauit, teſte Villano *lib.* 2. *c.* 109. Carolus verò Talairandi Cardinalis nepos in arce incluſus Auerſana, iuſſu Ludouici Vngari cecidit ſub lictore. Pontificatum ineunte Vrbano V. Auenionem venit Ioannes Rex Franciæ, vt expeditio decerneretur Tranſmarina, cuius Dux delectus ipſe Ioannes vnà cum Talairando Ep. C. Albano Legato à Latere, qui Regem comitaretur, euanuit decretum, vtroque morte præuento; teſte *Bernardo Guidone in Chron.* 15. Kal. Feb. 1364. vitam poſuit Cardinalis Auenione, ibidem tumulatus. Eius præclara facinora celebrantur in Trigenario pro animæ requie à Patribus Carthuſianis Capitulo Generali congregatis, teſte *Hiſtoriographo Preſulum Petragoricenſium* cuius verba: *Domũ ſeù Monaſteriũ Vallis Claræ noſtri Ordinis inchoatũ per inclytæ recordationis Principem Archimbaldum Comitem Petragoricenſem germanum ſuum præclariſſimum in primo lapide præmatura morte, ſed tamen deuota, & Deo grata ſublatum erexit, muniuit, magnificèq; dotauit, & nihilominus quaſi deſuper abbundanti pro ſupplemento aliquorum ædificiorum reſtantium, duodecim milla Florenorum in manibus Ordinis nouiſſimè numerauit.*

Accuſatus falsò Petrarcha artem Magicam profiteri apud Benedictum XII. à quodam Iure Conſulto; hoc mortuo, agnouit Papa Poetæ innocentiam, qui & Petrarcham inuitauit, interprete Talairando Auenionem aſcendere, ibique ſcribæ officium exercere. At fremens Petrarcha non minùs de iniuria accuſantis, quàm de iudicis negligentia, munus recuſauit oblatum, ſenectutis ſpecie ſe excuſans, apud Talairandum.

Quatuor Talairandus promouit Pontifices Benedictum XII. Clem. VI. Innoc. VI. Vrbanum V. Clemente mortuo (vt in antiquo *Dorlandi Chronico Charthuſienſi*) cum ageretur de ſucceſſore ei ſubrogando, maior pars Cardinalium vocabat *Ioannem Birellium* illius ordinis Generalem, religione, & morum pietate inſignem; refragante tamen Talairando, eo quòd Pontifex factus Cardinales ambitionem, & Mundi faſtum diligentes ad ſtatum reuocaturus eſſet antiquum, & pulchri ipſorum equi poſt paucos dies ad carros, plauſtra, & aratra reducendi forent. Quibus territi Cardinales ſuis honoribus metuentes, Innocentium VI. crearunt. Poſt obitum Ioannes miraculis claruit; Petragoricenſis verò Cardinalis penitentia ductus, quòd talem contempſiſſet, habere Pontificem, doluit & in ſui remiſſionem criminis, multa Carthuſianis contulit; ac in Petragorijs, Carthuſiam Vallis Claræ fundauit. Spondanus, Anno 1352. n. 19. Hinc eius parma tribus Leonibus aureis inſilientibus impreſſa, in pluribus Galliæ templis, & religioſis ædificijs, hodierno etiam die conſpicitur, præcipuè in Abbatia de Cancelade, ordinis Auguſtiniani, diæc. Petragoricen. cuius Archimandrita fuerat.

Diaconi Cardinales.

32. *Laudabit vſq; ad mortem anima mea Dominum.* Eccli. 51.



BErtrandus de Monte Fauentio, de Caſtro Nouo Ratherij, diæceſis Cathurcenſis, Vaſco Gallus, Ordinem profeſſus D. Franciſci (teſte *Mariano in Chronico Ordinis Seraphici* multum laboris impendit cum Vitale du Four Cardinale Minorita, pro Ordine contra nonullos fratres de Chriſti paupertate male ſentientes, damnatos à Ioanne XXII. P. P.

Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, & Diaconus Card. *S. Mariæ in Aquiro*, Anno 1316. rubrum pileum accepit, dante Io: XXII. in prima Patrum promotione. Anno 1329. Lutetiæ Pariſiorum, in feſto Pentecoſtes, die XI. Iunij, comitia celebrauit totius Ordinis Minorum, tanquàm Præſes, & vnà cum Accademia Pariſienſi impias declarauit Cæſenatis olim Generalis Ordinis Minorum, in Ioannem Pontificem criminationes, eumque iure depoſitum, in cuius locum electus eſt Gerardus Odonis Doctor Pariſienſis.

In Gallias legatus à Benedicto XII. Anno 1337. cum Petro Gomeſio Card. *S. Praxedis*, ad procurandam pacem inter Philippum Francum, & Eduardum Anglum Reges, debito honore in Gallijs accepti, in Angliam tranſire non ſunt permiſſi. *Polydor. l. 9.* Vualſingam. *De reb. Anglic.* prohibente Rege. Hinc Curiæ reſtitutus, amplam ædificauit domum in monte Fauentio, extra Muros Auenionenſes, in qua Canonicos Regulares S. Auguſtini conſtituit, cum prouentibus congruis. Fabricari etiam curauit eccleſiam B. Mariæ de Bona requie, vulgò de monte Fauentio: cuius exemplo Cardinalis Gomeſius Monaſterium ædificauit S. Praxedis, vulgò Hiſpaniam. In eccleſia ſupradicta D. Mariæ exuuias poſuit, ante aram principem cum hoc epitaphio.

Hic iacet Bertrandus de Monte Fauentio de Caſtro Nouo Rotherij, Cadurcenſis Diœceſis, tit. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. qui poſt extructam ſuis expenſis, & dotatam hanc Eccleſiam, & Monaſterium, aliaque piè, & præclarè a ſe geſta in Domino feliciter obdormiuit; Anno Dom. M.CCCXLIII.

Minorita an fuerit? Auctores certant. Si ex Protonotario Cardinalis aſſumitur; vt cum aliis Panuinius aſſerit; Minorita non fuit: cum eam dignitatem Minoritæ non ſoleant obtinere.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberij, Paulum Corteſium, Spondanum *in Annal.* Lucam Vuadingum *in Annal.*

33. *Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo quaſi ſtirps inutilis*. Iſai. 14.



GAllardus vel Gailardus *de la Motte Preſſage* Gallicè, Latinè de Mola, aliàs Mota, Burdegallenſis, ex ſorore, nepos Clementis V. ex Protonotario Apoſtolico Diaconus Cardinalis *S. Luciæ in Silice* electus à Io: XXII. An. 1316. in prima Cardinalium creatione. Plures Gallardus promouit Summos Pontifices (vixit enim vſq; ad Innocentium VI.) omnibus venerabilis; à Clemente V. iudex delegatus in cauſa Nicolai Archiep. Rauennatis, contra Opizonem Vicarium Ferrariæ, pro Argentę oppido, vnà & Gaucelinus Ep. Albanus, Bertrandus tit. S. Marci, rem amicè compoſuerunt, 14. Kal. Ian. 1352. in eccleſia Cathedrali Auenionenſi, tanquàm Prior Diaconorum coronauit Innocentium VI. Viuere deſijt Anno 1357. in vrbe Vaſatum ſepultus, in templo D. Ioannis, quod à Caluinianis funditus fuit dirutum, An. 1577. Moriens in ſuo teſtamento mandauit, Monumentum abſolui, quod ipſe ſuis expenſis, magnificentiſ- B ſimè extrui curauit Clementi V. auunculo ſuo, in eccleſia B. Mariæ de Vſeſta, diœceſis Vaſatenſis, quòd à Caluiniſtis dirutum fuit. *Frizonius*.


34. *In laboribus à iuuentute mea*. Pſal. 87.



IOannes Caietanus Vrſinus natu Romanus, ex Protonotario Apoſtolico Diac. Car. *S. Theodori* à Io: XXII. promotus Anno 1316. in prima creatione, & ab eodem legatus in C Hetruriam, Romandiolam, Picenum, Vmbriam, Sardiniam, venit in Italiam Anno 1326. nauigio Piſas delatus & honorificè acceptus, apud Florentinos facultatem ſuę legationis aperuit, Cum eo erat Carolus Dux Calabriæ cum fortiſſimis copijs, vt Italos vniret aduerſus Ludouicum Bauarum: Huic fœderi ſubſcripſere protinus Senenſes, & vrbem ſuam in quinquennium tradidere. Tanta potentia territi Caſtrucius Lucæ tyrannus, & Guido Zarlatus de Petra Mala Ep. Aretinus ad artes conuerſi, poſtulauere concordiam, donec cum Gibellinis arcano communicato, tempus ſpe fallaci D traduceret, & ſibi ſecurè conſuleret. Hiſce technis deluſi Carolus, & Legatus dies protraxerunt inutiles, graui militum contemptu, quos adduxerant; tandem expergefactus Legatus Caſtrucium ritu ſolemni, cadente Auguſto, Florentiæ excommunicauit, vt hæreticum, & Sciſmaticorum fautorem; ipſumque Hugonem Epiſcopum Aretinum ob rebellionem contra Eccleſiam Romanam, eiuſq; bonorum occupationem, eadem excommunicatione depoſuit, *Villanus lib.* 10. *c.* 3. Hiſce uocatus Bauarus Imperator deſignatus in Italiam venit, & Mediolani ferrea ſuſcepta corona Romam aſcendit, cuius aduentu in ſeditionem conuerſus populus Romanus, Neapoleone Vrſino, & Stephano Columna, qui Eccleſiæ nomine vrbem regebant, pulſis; Sciarram Columnam ſtudioſum Ludouici Bauari cum quinquaginta duobus Rectoribus plebis: vrbi præfecerunt. Ioannes Cardinalis Legatus vbi minis, precibus, pollicitationibus, à Romanis impetrare non potuit, vt in fide Eccleſiæ perſeuerarent, Vrbe Interdicto ſuppoſita, & religioſis viris omnibus vrbe exire iuſſis, in Hetruriam abijt, ad colligendum militem, duce Principe Regis Roberti fratre cum quo ad Vrbem redijt, & iuxta arcem S. Angeli caſtra locauit, diù tamen conſiſtere non valuit, quia erumpentibus Romanis, coactus eſt in modum fugientis in Hetruriam reuerti. Bauarus verò expugnato Mediolano, Romam acceſſit, & à Principibus laicis Sciarra Columna, Vrſo Vrſino, & Petro Martinengo in Baſilica Vaticana coronatus, Io: XXII. Papam depoſuit, Nicolaum V. Antipapam ſubrogauit, mox in Germaniam redijt. Abſente Bauaro Legatus cum copiis Roberti Regis & Eccleſiæ, Vrbem ingreſſus, acta Bauari & Antipapę, publico edicto reſcidit, & igne combuſſit: Senatores nomine Eccleſiæ creauit, Bertoldum Vrſinum Legati nepotem ex fratre, & Stephanum Columnam Bauari fautores vrbe expulit, eorum priuilegia, titulos, domorum inſignia igni tradidit, & ſub carnificis ferula flagellari iuſſit; ita Italia, quantum valuit, compoſita in Gallias redijt, comitia dirigens, in quibus Bened. XI. dictus XII. fuit promotus; quo ſedente, è viuis, Auenione migrauit apud Minores ibidem ſepultus, Anno Sal. 1339.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Auberij, Io: Villanum, Felicem Contelorium, Sanſouinum *della famiglia Orſina*.

35. *Semper laus eius in ore meo*. Pſal. 33.



ARnaldus de Via, nepos Ioannis XXII. Papæ, ex ſorore, Caturcenſis, Vaſcogallus, ex Protonotario Apoſtolico Diaconus Cardinal. *S. Euſtachij* in locum defuncti Iacobi Card. fratris ſui, ſolus creatus ab auunculo, Anno eodem, & Menſe, Iunio ſcilicet, 1317. quo obijt Iacobus, in ſecunda Cardinalium promotione. Ante purpuram electus fuit Ep. Auenionenſis, vt ex tabulis eiuſdem Eccleſiæ.

Ædem B. Mariæ Collegiatam, vt vocant, Villæ Nouæ prope Vrbem Auenionenſem trans Rhodanum conſtruxit Arnaldus, dorauitque datis litteris ab auunculo, Anno 1333. inſtitutis Canoniciscum Decano, quorum collatio alternis vicibus pertineret ad Regem Galliæ. Ædes etiam Auenione extruxit, quas poſt eius obitum, Camera emit Apoſtolica, deditq; Epiſcopo habitandas Auenionenſi; domum Epi-

Epiſcopalem accipiente Benedicto XII. Auenione deceſſit Anno 1338. relictis elucubrationibus piè ſcriptis in laudem B. Virginis, teſte *Eixengrenio.* Frizonius, Vghellus, Ciaconius, Andreas Victorellus.

36. *Propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum.* Iob. 21.



RAynerius, vel Raymundus Ruſi, Caturcenſis, Vaſco Gallus, Papæ Io: XXII. propinquus, ex Protonotario Apoſtolico Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in Coſmedin*, poſtea Presb. Card. tit. *S. Chryſogoni*, promo- A
tus in tertia Cardinalium creatione, Anno 1320. teſte Ciaconio, & Panuinio. De eo Bernardus Guidonis *in Chron. M. S. Dominum Raymundum Ruſſi de Caturco ciuitate, cui datus eſt titulus Diaconi Card. S. Mariæ in Coſmedin.* Raymundum, vel Raynerium dicunt; forſan ob R. abbreuiatam litteram & æquiuocam. Contelorius Diaconum Card. obiiſſe refert: Presbyterum verò Ciaconius. Vitam Auenione poſuit, Anno 1342. ibidem apud Minores ſepultus.

De eo lege Auberij, Frizonium.

37. *Auferam cor lapideum de carne eorum: & dabo eis* B
cor carneum, Zechiel. 21.



IMbertus *de Puy* Gallicè, de Monte Peſſulano, Gallus (cuius meminit Bernardus Guido in *Chron.*) Ioannis XXII. Papæ propinquus, ex Protonotario Apoſtolico, Diaconus Card. dictus eſt S... Anno 1327. in quarta Cardinalium promotione, poſtea Presb. Card. tit. *SS. XII. Apoſtol.* electioni interfuit duorum Pontificum, Bened. XII. & Clem. VI. cũ quo ſubſcripſit priuilegio dato Monialibus S. Franciſci, diæceſ. Elienſis, ſecundo C
Kal. Maij, 1348. Auenione obijt, Anno 1347. teſte Ciaconio: vel iuxta Frizonium Diaconus eligitur Cardinalis in quinta promotione, Anno 1331. & moritur Anno 1350. Cuius ſcutum Leone cæruleo, lingua, faculis, & corona miniatis exaratam exprimit idem Ciaconius: & hoc ad diſcrimen alterius Imberti Diac. Card. de quo infra, *n.* 39. eadem inſignia Imberto & Raynerio Ciaconius pingit.

38. *Qui commouet terram de loco ſuo; & columnæ eius concutiuntur.*
Iob. 9.



IOannes Columna natu Roma- D
nus, Stephano principe olim per Bonifacium VIII. excommunicato natus, Petri Cardinalis nepos, iucunda apud poſteros memoria illuſtris: quo vel virtute, ſeu morum, vitæque conſuetudine, vel litterarum eruditione, Purpuratorum nemo ſua ætate clarior fuit. Ex Protonotario Apoſtolico Diaconum Cardinalem *S. Angeli* creauit Io: XXII. Anno 1322. & Baſilicæ Lateranenſis Archipresbyterum fecit. Romana dicendi, agendique libertate apud Pontifices Maximos, & Chriſtianorum Principes eximiã ſibi peperit exiſtimationem. Franciſcum Petrarcham, aliosq; viros doctrina, & eruditione præclaros in delicijs habuit; quem iure merito idem Petrarcha *Romani decus Cardinis, & Columnenſis familiæ Principem, & ornamentum* dixit; luxitq; inextinguibili lacrymarum mærore, dum ille immatura morte Auenione deceſſit Anno 1343. vt prædixerat Stephanus Cardinalis parens, qui nobili filiorum corona ſeptus ſe omnium hæredem futurum prædixit. *Vtinam hæreditatem aliquam filijs demiterem, ſed aliud voto meo debitum, aliud fato viſum quod meſtus dico; ſi quidem confuſo naturæ ordine, filiorum meorum omnium hæres ero.* Ita Stephanus Columna de filijs ſuis ad Petrarcham; vt idem retulit Petrarcha, *lib. 7. Ep. famil. ep.* 13. ad Ioannem Cardinalem Columnam, quando tribus defunctis Ioannis Columnæ fratribus Petrarcham interrogauit de hoc vaticinio. *Ego quidem die illo tanquàm vel caſu tibi elapſum, vel ab indignatione profectum verbum contempſi, fateor, neque tantarum fore virium ſuſpicatus ſum: poſt longum verò tempus, dum crebris filiorum mortibus, quam fidem vaticinio viderem rem inter amicos retuli. Inde in vulgus effuſa eſt, itaq; ſacræ memoriæ Ioannes Romani decus Cardinis, & familiæ tuæ Princeps, tribus iam fratribus defunctis, euicit precibus, extorſitque, vt rem ſibi totam ordine narrarem. Quod cum inuitus feciſſem; ille ſuſpirans ait: Vtinam Genitor noſter non tam veridicus vates eſſet. Eodem Anno, ferali illo primogeniti tui, ac nepotum caſum, magis ac magis horrere præſagium tuum cœpit, donec, ipſe dolore confectus, vt arbitror, nouiſſimè moriendo, dictum patris triſti quidem, ſed plena fide compleuit.*

Effigiem Io: III. Columnæ Cardinalis eleganti calamo ac penicillo expreſſit Vghellus libello *de Cardinalibus Columnenſibus*. Eius memoria in epiſtola ab eo data tanquàm Archipresbytero.

De eo lege Vghellum, Ciaconium, Lucam Vuadingum in *Annal. Minor.* Auberij, Raſponum *de Baſil. Lateran.*


39. *Caro & ſanguis reuelauit tibi.*
Matth. 16.



IMbertus *de Pons* Gallicè, teſte Frizonio; malè aliquibus *de Puteo*, ſed de Pontio, quem Ioannes Villanus Cadurcenſem vocat Summo Pontifici Io: XXII. propinquũ. Natus in Monte Peſſulano conſanguineus R. de Conchis cui ſedandæ litis gratia Papa Ioannem Deuſam fratrem germanum delegauit. Coincidere videtur Imbertus iſte cum alio Imberto Diacono Cardinali, de quo ſupra n. 37. nam vnicum Imbertum recenſent Panuinius, & Ciaconius. Duos tamen vti diſtinctos Frizonius numerat, vtrumq; Diaconum primo Cardinalem S... poſtea Presbyterum Cardinalem *SS. XII. Apoſtolorum*, ſed

ſed Imbertus *de Puy* creatur Diaconus Card. Anno 1331. Imbertus verò *de Pons*, Anno 1327. Iſte vitām depoſuit Anno 1347. ille Anno 1350. Vterque interfuit electioni Benedicti XII. & Clementis VI. ſecundum Frizonium; vnus verò ſecundum Panuinium,

40. *Hi autem erant nobiliores eorum, qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas.* 17. Act. 11.



MIchael Ebrardus à S. Sulpitio ſpectatę nobilitatis, atque virtutis, teſte Papyrio Maſſono in Io:XXII. & Frizonio, Cardinalis S.R.E. promotus à Io:XXII. contribule ſuo. Sex enim contribules ſuos Cardinales creauit, in quorum numero Michael Ebrardus.



41 PEtrus de Prælaris Card. S.R.E. teſte Almarico Augerio Biterrenſi, & Frizonio (cuius non meminere Panuinius, & Ciaconius) Anno 1317. cum in ea creatione, ex libris Sacri Collegij, vnicus creatus fuerit Cardinalis Arnaldus de Via Pontificis nepos,

42. *Vadam & auferam opprobrium populi: quoniam quis eſt iſte Philiſtęus incircumciſus qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis?* 1. Reg. 17.



HAymericus, vel Aymericus, ſine aſpiratione, *de Chaluz* Gallicè, vel *Chalen*, alijs *de Catelue*, Latinè *de Caſtro Lucery*, in Lemouicibus natus, natalibus clarus virtute inſignis, in iure Cæſareo, & Pontificio ſub diſciplina Ioannis Andreę Bononienſis, ſupra modum excelluit, teſte *Hieronymo Rubeo lib. 6. Hiſtor. Rauen.* inde Archidiaconus Turonenſis, Triumuir ciuitatis Ferrariæ in temporalibus adminiſtrandæ à Ioanne XXII. conſtituitur Anno 1328. poſtea Flaminię Rector, & XCI. Rauennas Archiepiſcopus VII. Idus Aprilis, poſt Raynaldi Polentani Archiepiſcopi electi non confirmati necem: ne quid enim detrimenti Eccleſia Rauennas acciperet orbata Paſtore, Haymericum illi præfecit, vt præſto eſſet Bertrando Cardinali contra Eſtenſes, qui Ferrariam vſurparant, cum mandato eos excommunicandi, niſi infra dies triginta, Ateſtini Principatu ſecederent. Anno tandem 1332. ab eodem Pontifice euocatus in Galliam ad Eccleſiam Carnotēſem, & Presb. Card. tit. *S. Martini in Montibus* (licet Auctor appendicis Chronici Bernardi aſſerat Cardinalem creatum à Clemente VI.) Anno ſequenti, Idus Feb. vt ex literis Io. XXII. ad eumdem Haymericum; iuſſus diligenter inuigilare; ne Veneti patrocinium ſumerent perduellium Eccleſiæ Romanæ, detrectantes auctoritate compelleret Apoſtolica, & Imperiali, quam ſibi delatam profitebatur Papa, vacante tunc Sede Imperiali, alteris litteris Papa Rauennates, cęterosque Æmiliæ proceres, & Decuriones hortabatur, Rectori Haymerico ſtipendia ſoluere, quæ ſuperioribus Annis, in Equites tercentum, totidemq; pedites ſolui conſueuiſſent: ipſorum id Prouincialium cuſtodiæ, & quietis cauſa fieri.

A Anno primo Clemētis VI. Vicarius, & *Baliuus* pro Sede Apoſtolica conſtitutus in Regno Neapolitano, Regia ſolus vſus poteſtate, à Ioanna Regina nepti Roberti Regis prædefuncti, ſacramentum clientelę recepit, & Regni homagium, Neapoli, in templo D. Claræ, vltimo Auguſti, 1344. præſentibus Andrea eiuſdem Reginæ Sponſo, Roberto Romaniæ Deſpota, Achaię Principe; Carolo Durazzi Duce; & Ludouico Tarentino eiuſdem Reginæ fratribus. In eodem Regno Legatus continuauit, Andrea reſti interfecto, ne regnum periculo exponeretur Ioannę impotentia, & de Regicidis conſtaret. Poſt biennium, Romam aſcendit ad ſedendas ſeditiones, quas B excitarat Nicolaus Gabinus, Romæ ex patre propinario natus & matre Magdalena lotrice, & aquæ baiula. Legatus cum Gabinum in Vaticanum vocaſſet; venit iſte tanquàm Tribunus Imperatorio indutus paludamento, & Dalmatica gemmis ornata, Diadema capite, virgam ferens chalibeam; cum tubicinis, & ſatellitibus, audaciaq; inſigni improuerauit Legato, *Quid illi ſecum eſſet?* Nomine Summi Pontificis aliqua ſe habere communicanda ſignificauit Legatus. Cui Gabinus in furorem raptus; *A quo* (inquit) *Pontifice?* Coactus tempori ſeruire Legatus hominem dimiſit veſanum; cui poſtea anathema dixit, animatus à Luca Sabello, & Sciarra Co- C lumna: plebs verò Romana vrbe expulit,

Hacluce priuatur Haymericus Anno 1347. teſte Frizonio; vel Anno 1348. ſecundum Panuinium.

43. *Fac, vt duo filij mei; vnus ſedeat ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram in regno tuo.* Matth. 26.



RAymundus *le Roux* Gallicè, Papę Io: XXII. propinquus, patria Cadurcenſis, ex Protonotario Apoſtolico Diaconus Card. *S. Mariæ in Coſmedin* promotus ab eodem Io: XXII. Anno 1320. poſtea Presb. Card. D *tit. S. Chryſogoni*, obijt An. 1342. ſepultus apud Maiores, Auenione memoria relicta, affinem fuiſse Io: XXI. Romani Pontificis.

44. *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* 2. Cor. 11.



F. Raymundus Albertus Gottolanus, Barchinonenſis, Alberti Romei, & Artaldę de Pucio, Comitibus de Ruſellon filius, Virgini Deiparæ reſtitutus, cuius deprecatione, in lucem venerat, ſub cura Frarrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Captiuorum, ſtudijs incubuit, & Anno ætatis XXI. laurea donatus Iuris Canonici, ſpretis nuptijs, quas affinium turba illi parauerat, Tractatus edidit ſpirituales pro inſtructione Nouitiorum, perutiles, votis Religionis ſe Deo obtulit, grandi illius Ordinis vtilitate; cuius dicta grauiſſima à Fratribus recollecta ordine alphabetico, quaſi adagia pro fælici animarum regimine, in ſuum Chronicon tranſcripſit *Alphonſus Remundus*. Quater iuxta Ordinis inſtitutum miſſus ad redimendos captiuos, ſupra ſexcentos liberrati reſtituit, ac Granatæ, Maurum quemdam Philoſophum, ac Aſtronomum celeberrimum Baptiſmo abluit, Ordini ſuptemus Præpoſitus vnà & B
Prior Barchinonenſis, Annis X. totum Ordinem ſanctè diſpoſuit, Bonifacium VIII. coram Clemente V. defendit. Iacobi II. Regis Aragonum Legatus ad Io: XXII. ac Robertum Regem Neapolitanum, pro componendis diſſidijs cum Federico Siciliæ Rege Pontifici gratus diploma retulit de erectione eccleſiæ Cęſarauguſtanæ in Metropolitanam. Legatione functus comitijs adfuit Valentiæ in Hiſpania habitis pro electione Magiſtri Generalis, Ordinis de Mercede, per obitum Fr. Arnaldi de Roſſiniol, vbi cum 190. electores conueniſſent; 114. Raymundum promouerunt, confirmante electionem Io: R. P. & C
irritam declarante F. Berengarij de Hoſtalеſio, Equitis laici, quem promouerant 70. eiuſdem profeſſionis viri, alibi congregati. Eius fama permoti Reges Galliç, & Arragoniç, iudicem & interpretem vóluere diſſidij inter eos, pro iuribus Montis Peſſulani. Mediator pacis inter Piſanos, & Aragonenſes, iudexque conſtitutus iura examinauit Iacobi Aragoni Regis, in Regno Maioricę. Miraculis claruiſſe referunt ſui Ordinis Hiſtorici; quibus permotus Io: XXI. An. Sal, 1330. inter Cardinales adſcripſit; qui tamen Nouembri ineunte eiuſdem Anni, Valentię, ieiunijs, laboribus confectus vir ætate longæuus ſpiritum Deo piiſſimè reddidit, in eccleſia ſepultus ſui Ordinis, donec Anno 1334. ad templum Deiparæ relarum, quod *de Podio* dicitur quieſcit.

A De eo lege Syluestrum Marulum *in Mari Oceano*; Stephanum Corbera *vita Mariæ Socos*; Iacobus Io: Viues in *in Viridario*. qui eum Cardinalem dixere S. R. E. Lege etiam Bernardum de Vargas *to. 1. ſuæ hiſtoriæ*. Zumel *de vitis Patrum* Guimeranum *Hiſtor.* Salmeronem de Truxillo, *ſęculo II.* Qui de Cardinalibus præcipuè ſcripſere, profundo omnes præteriere ſilentio.

45. *In veſte poderis quam habebat, totus erat Orbis terrarum & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta.* Sap. 18.



GVillelmus de Tria, Gallus, à Regio ſanguine ortus, auunculus Philippi Valeſij, ex Archiepiſcopo Rhemenſi Cardinalis aſſumitur à Io: XXI. Sal. An. 1316. & die SS. Trinitatis, 4. Cal. Iunij, 1328. Rhemis Philippum Valeſium Regem inunxit. Obijt in vgilia S. Michaelis, Anno 1334. in eccleſia Rhemenſi ſepultus ante aram D. Mariæ Magdalenæ. Idem fuerit cum Guil-
C lelmo Teſta, vt voluit Vghellus? dubium. Frizonius ex natali ſolo, Mortis rempore, ſepultura diuerſum arguit. Penès eos, qui hiſtoriam contexuere Cardinalium; de eius Cardinalatu nec verbum.

Vice Cancellarij S. R: E. ſub Io: XXII.

F. Petrus Arnaldi Presb. C. tit. S. Stephani, in Monte Cælio ab initio Pontificatus ad ſex menſes.

Gaucelinus Ioannis de Oſſa, P. C. tit. SS. Marcellini, & Petri ab Anno primo ad....

Petrus Textoris P. C. tit. S. Stephani in Monte Cælio.

Petrus de Prato Ep. C. Prænestin. ab Anno XV. ad finem Pontificatus.

NICO-

NICOLAVS V. CONTRA Io: XXI. D. XXII. P. CXCVI.

Nicolaus V. Pſeudo Papa electus Anno 1228. die 3. Idus Martij. Abiurauit 4. Auguſti, An. 1330. Obijt Menſe Septemb. Anno 1334. Eius adſuere comitijs Imperator Lodouicus Bauarus, qui eum promouit, coronauit, inthronizauit. Conſecratus fuit à quibuſdam Epiſcopis Sciſmaticis, quorum nomina ignorantur, Gemina ordinatione creauit octo Cardinales.

Pſeudo Cardinales creati à Pſeudo Papa Nicolao V.

1\. *Illis, qui in vita ſua inſenſate & iniuſte vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dediſti ſuma tormenta.* Sap. 12. A



IOannes Vice Comes Mediolanenſis, Matthæi V. Comitis Gibellinę factioois filius, cum in ſpetiem tuendi nominis Cęſarei ad hæreſis, & Sciſmatis abrupta præcipitia ſucatæ politię laqueis irretitus ſe abduci paſſus eſſet, à Petro Corbario Pſeudo Papa, qui ſocios quęrebat perfidiæ, purpura indutus adulterina, Ep. C. *Oſtienſis* in ſecunda promotione 14. Kal. Feb. Piſis, B *in Diuinæ Maieſtatis opprobrium, Eccleſiæ Romanæ contemptum, & fidei, & fidelium deriſionem, & ſcandalum* (vt in edictis Io: XXII.) non diu in lutulento hæreſum cęno hæſit V. Comes; memor enim illatę, Galęatio iniuriæ à Ludouico Bauaro, deſciuit vnà cum nepote Azooe, qui Mediolanenſem Principatum auita virtute corripuerat, eiutatoque ſciſmate, in caſtra ſe contulit Eccleſiæ, cui reſipiſcenti Pootifex datis litteris gratulatorijs paternos amplexus explicuit. Eas habes apud Vghellum *to. 4. Italiæ, p.* 298. Ioannes verò conſtantiæ in fide Orthodoxa egregium præſeferens ſpecimen, Nouarienſi Epiſcopatu fuit inſignitus, vitaq; functo Aaone nepote vnà cum fratre Luchino, Mediolanenſis Principatus, & Archiepiſcopatus titulos beneficiarios à Beoedicto XII. vacantis Imperij moderanre habenas ſuſcepit, Cuius rei diploma exhibet Vghellus tomo citato. Ita Sedis Apo. gratia potitus Mediolan. Principatu, altiora conſilia cæpit vaſta ambitione complecti, occaſione capta à finitimorum diſſidijs, quibus Genuam, Booniam, cęteraſque Italiæ Vrbes, qua ſpirituali telo qua militari mucrone occupauit. Has ne Eccleſiæ reſtitueret eum Gibellinis inito fædere, iram ſubijt, & fulmen Clementis VI. Pontificis, à quo excommunicatus, & Archiepiſcopatu ſpoliatus, Italos omoes à Pontifice concitatos offendit. Huius tempe- D ſtatis terrore perculſus, ſeruięndum tempori ducens, in Clementis VI. conſanguineos haſtam contorſit auream, qua cum pectora expugnaſſet auàra, ſædus percuſſit vt Vice Comes Bononiam ſaltem in ſpetiem reſtitueret Eccleſiæ; eius verò præfecturam ad Annos XII. nomioe acciperet Pontificio: pro reſundendis verò bellicis ſumptibus centum millia aureorum numeraret Eccleſiæ. Iurato fędere, Ioannes V. A Comes ſolutus eſt Cenſurarum laqueo, & in ſolium reſtitutus Archiepiſcopale. Pacis tamen impatiens, & Imperij auidus, non longè poſt, Vrbem veterem, Tipheroum eripuit, agrum Peruſinum vaſtauit, Romanum Imperium mente reuoluens. Hinc fulmina denuò obiecta Eccleſiaſtica. Ioannis facinora aduerſùs Ioannem Ep. Tridentinum, Carolum Imperatorem *Villanus* proſequitur *Merula*; *Iouius in elogijs*, *Corius*, Alciatus. Vitam amiſit Anno Sal. 1354. ex anthrace enato in fronte ſepultus in Cathedrali prope Othonem patruum anteceſſorem ſuum, non longè à Sacrario; vbi in rubro marmore carmina leguntur ſequentia

Quàm faſtu, quàm pompa leuis, quàm gloria mundi
Sit breuis, & fragilis humana potentia, quàm ſit
Collige ab exemplo, qui tranſis, perlege, diſce.
In ſpeculo ſpeculare meo lacrymabile carmen.
Qui ſum, qui fuerim, licet quàm marmore claudor
Sanguine clarus, eram Vicecomes ſtirpe Ioannes;
Præſul etiam Paſtorq; fui, baculumq; gerebam
Nomine, nullus opes poſſidebat latius Vrbo
Imperio, tituloq; meo, mihi Mediolani
Vrbs ſubiecta fuit, Laudenſe ſolum, Placentia graſſa,
Aurea Parma, bona Bononia, pulchra Cremona
Bergama magna ſatis lapidoſis montibus altis
Brixia magnipotens, Bobienſis terra, tribuſque
Eximijs dotata bonis Dertona vocata,
Cumarum tellus, nouaq; Alexandria pinguis,
Et Vercellarum tellus atque Nouaria, & Alba
Aſt quoque cum Caſtris Pedemontis iuſſa ſubibant
Ianuaq; ab antiquo quondam iam condita Iano
Dicitur, & vaſtis narratur Ianua mundi
Et Saonenſis ara, & loca plurima quę ſunt
Difficile eſt narrare mihi, mea iuſſa ſubibant,
Tuſcia tota meum metuebat languida nomen.
Per me obſeſſa fuit populo Florentia plena
Bellaque ſuſtinuit tellus Peruſina ſuperba
Et Piſa, & Senę timidum reuerenter honorem
Preſtabant, me metuebat Marchia tota;
Italiæ partes omnes timuere Ioannem,
Nunc me petra tenet, ſaxoq; includor in iſto:
Et lacerant vermes, lauant mihi denique corpus.
Quid mihi diuitiæ? quid lata Palatia proſunt?
Cum mihi ſufficiat, quòd paruo marmore claudor.

2. *Inueni Idolum mihi.* Oſe. 8.

N... ex Archiepiſcopo non Mutinenſi, ſed Modonenſi, Epiſcopus Cardinalis,.. & tandiu vt Cardinalis receptus eſt, quandiu acta perdurarunt Ludouici Bauari. *Io: Villan. lib.* 10. c. 75. in cuius gratiam Idolum colebat abominationis.

3. *Deceperunt enim eos Idola ſua*, Amos. 2.



Iacobus Alberti filius de Albertinis; natu Thuſcus, ex oppido Prati, ex fratre nepos Fr. Nicolai Pratenſis, celeberrimi Cardinalis, ex Plebano Burgi S. Laurentii, diœceſis Florentinæ, ad Sedem Caſtellanam ſublimatus à Clemente V. An. 1311. Certantibus poſtea Io: XXII. ac Ludouico Bauaro; Iacobus amplioris fortunę lenocinio delinitus, ingratus Eccleſiæ Romanę, à qua dignitatem acceperat, ad Cæſarem ſe contulit, cuius tuendæ Maieſtatis fulgore percuſſus, in hæreſim, & Sciſma præcipitem ſe dedit. Hinc inſula expoliatus, deterior factus poteſtatem vſurpauit inungendi Cæſarem, quod ad ſolum Pontificem ſpectat (vel eius Delegatos) & Ludouicum Bauarum execrando potius, quàm vngendo coronauit vt ex *ep. Io: XX. ad Ioannem Bohemiæ Regem.* Is ille forſan, qui Petrum Corbarium facto Balſamo in Papam vngere præſumpſit, à quo loco veri Epiſcopatus, quo ob flagitia ſua exutus erat, Anti Cardinalatus & pſeudolegationis in Germaniam honore demulcitus, ibidem miſerè vitam reliquit. Carceri namque dato Corbario, confuſi omnes eius Pſeudo Cardinales purpuram depoſuerunt, inter quos Iacobus ipſe in Germania latibula quærere coactus, iacuit ſua ambitione ſepultus. *Villanus lib.* 10. c. 75.



F. Ioannes V. Comes Mediolanenſis, Monachus Ciſtercienſis, Abbas S. Ambroſij Mediolani, Presb. Cardinalis tit. S.... Panuinius, Ciaconius ex Regeſto Nicolai V. quod Auenione ſeruatur. Alij Ioannem hunc, eumdem faciunt cum Io: Vicecomite de quo ſupra n. 1.

5. *Ædificauit Rex Antiochus abominandam Idolum deſolationis ſuper altare Dei, & libros legis Dei combuſſerunt igni.* 1. Maccab. 1.



Fr. Hermannus Germanus Monachus & Abbas Fuldenſis cum Romæ eſſet ſtudioſus Gibellinæ factionis, ſententiam latam à Ludouico Bauaro, contra Ioannem XXII. recitauit publicè in gradibus S. Petri, concione ſolemni adhibita, qua Zelum Ludouici expoſuit, & cauſam ſui aduentus Romam, pro Religionis tutela, & Eccleſiæ incremento. Hinc à Nicolao V. iuſſu eiuſdem Ludouici Bauari Presb. Card. tit. S.... creatus Anno 1327. in prima pſeudo Cardinalium creatione, poſtquàm Corbarius Pontificatum abiurauit, profugus vitam poſuit in latibulis, incerto tempore, & loco. *Villanus lib.* 10. c. 70.

6. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ: & ille eo abutitur in ſuperbiam*, Iob. 24.



M. Fr. Nicolaus Fabrianenſis, Vmber Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, inſignis æuo ſuo declamator, & in concionibus ad populum raræ facundiæ; Apoſtata carcere incluſus ab Alexandro de S. Egidio Magiſtro Ordinis Generali, aufugit, & Romam venit cum hæreticorum colluuie, qui Ludouicum Bauarum ſequebantur, operam locauit cum Andrea Recanatenſi ſimilis farinæ homine, qui curam gerens Sacrarij, in eccleſia S. Tryphonis, ſuadente Nicolao ſocio, auream, argenteamque ſuppellectilem, cum factis vaſibus obtulit Corbario pſeudo Pontifici; à quo in præmium Nicolaus Epiſcopus dictus eſt *Recanatenſis*, & Presb. Card. tit. S... Andreas verò pſeudo Epiſcopus... Anno 1327. Idibus Maij, Romæ. Suppreſſus iacebat tunc Epiſcopatus Recanatenſis in pœnam Gibellinorum, qui eam ciuitatem vexabant, & Fridericum Nicolai Ioannis tanquàm Guelphum ciuitate expulerant: propterea Papa ſeditioſam vrbem omni honore ſpoliauerat, & Epiſcopatum in Maceratenſem iuriſdictionem tranſtulerat. Corbarius porrò Pſeudo Papa vt dignitatem Gibellinis reſtitueret ablatam, Nicolaum Fabrianenſem miſit Epiſcopum, & Cardinalem. Villanus *lib.* 10. *c.* 70. Sciſma tandem abiurante Nicolao V. Pſeudo Papa, Nicolaus Idem de Anti Card. purpura expoliatus, ceteriſq; Eccleſiaſticis dignitatibus, non diu ſuperuixit. Archiepiſcopo etiam Rauennate Nicolao: nec mirum: cum eidem Eccleſiæ, per Italiam duo præeſſent Epiſcopi; vnus à legitimo Papa præpoſitus; alter à pſeudopapa. Volunt aliqui, exauctorato Corbario, Fabrianum abiuraſſe Sciſma in manibus Matthæi Card. SS. Io: & Pauli, acceptaque pæni-

pænitentia ſalutati, vitam duxiſſe priuatam. Verius eſt Sciſmaticum deceſiſſe,

7. *Nudatus iacuit in tabernaculo ſuo*, Geneſ. 28,



FRanciſcus Conterius Ep. Card. Albanus, & Abbas A Pompoſianus Ordinis S. Franciſci, diœc. Ferrarienſis; octauo Idus Iulij, An. 1328. aſſumptus ad firmamentum potentiæ, à Nicolao V. Antipapa, Quioto verò Non. Octob. Legatus à latere per totam Germaniam, Galliam Ciſalpinam, Marchiam Taruiſanam, Anconitanam, Romandiolam, magnam Pſeudopontifici centuriauit turbam; donec Sciſma abiurante Antipapa, Franciſcus nudus iacuit, perizomate turpitudinem B cooperiens. De hoc apud Ciaconium, & Panuinium nulla meotio: lege Odericum Raynaldum *in Annal*, & Lucam Vvadingum *to. 3. Annal.*

8, *Homo Apoſtata vir vtilis*, Prouer. 6,



BOnifacius ex familia Prædicatorum S. Dominici inter Cardioales S. R. E. traoſcriptus ab Antipapa Nicolao C V. die 15. Cal. Iunij; in commendationẽ etiam Epiſcopatu Chironenſi recepto, ac tutela Ordinis Prædicatorum; Nicolao in Ordinem redacto, omnia reſtituit quamuis inuitus,

9. ... EPiſcopus Sutrinus ex familia Prædicatorum, quem *Thomam* appellauit Vghelius *to. 1. Italiæ*. *Crediderim autem hunc, illum Sutrinum Epiſcopum eſſe, quem Antipapa Corbarius Anti* D *Cardinalem creauit, Anno* 1328. Quaodo obierit? vel Epiſcopatu abſtinuerit? iocertum: cum Vguccio Peruſinos legatur Sutrioam Eccleſiam obtinuiſſe, ex ceſſione Berengarij de S. Africano, 14. Cal. April. 1333. Lege *Odericum Raynal.*

10. *Quanti mercenarij in Domo patris mei abundant panibus. Ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Peccaui in Cœlum, & coram te*. Lucæ. 15.



PAulus, teſte Luca Vvadingo, natu Italus, patria Viterbienſis, ex Ordine Minorum, inter Cardinales aſſumptus ab A Antipapa Nicolao V. quo abdicato, in Germaniam ſeceſſit, latibula quærens, Fidelis iſte auctori ſuo, fugientem non deſeruit, ſed eum eo deliruit ſpatio trium menſium, in oppido maritimo Bonifacij Marchionis Piſarum, donec ab eodem Marchione traditus Nicolaus ſatellitio Ioannis XXI. R. P. Paulus feſtinauit, abiectis inſignibus, in Germaniam. Dicunt alij; Auenionem obrorto collo aſcendiſse, vbi coram Senatu Apoſtolico, abiurato ſciſmate in cœ- B nobium rediiſse, ad vitam priuatam.

11. *Melior eſt pauper, quàm vir mendax.* Prouer. 19.



PEtrus Oringa Romanus Diac. Card. S. ... promotus ab Antipapa Corbario, An. 1327. Idibus Maij, Romæ, poſtea Presb. *C. S. Petri ad Vincula*; audita Corbarij abiuratione, repetito peripurio Cardinalatus vmbram depoſuit. *Villanus lib.* 10. *c.* 75.

De eo lege Ciaconium, Panuinium, Vvadingum, Io: Villanum.

12. *Vir verſutus odioſus eſt*. Prouer. 14.



IOannes Arlotus Romanus. Diaconus Cardinalis S. ... promotus in prima Pſeudo Cardinalium promotione, à Petro Corbario; ficti Cardinalatus adulterioum honorem depoſuit, vnà cum Petro Oringa, audita Corbarij abiuratione (*Villanus*) vt noua verſutia ſibi Pontificem conciliaret legitimum,

Plures alios ex populo Romano conatus eſt Cardinales creare Corbarius; quem illi oblatum recuſarunt honorem: quamuis, promoti pretioſa ſuppellectili, & alijs oeceſsarijs à Bauaro donati fuiſsent; vt exemplo ſuo alios allicerent in Sciſmatis ſocietatem,

BENEDICTVS XI. DICTVS XII. P. CXCVII.

BEnedictus XI. dictus XII. electus Sal. An. 1334. Die 20. Decembris: coronatur Kal. Ian. Anno 1335. Obijt Anno 1342. die 25. Aprilis. Eius adſuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

1. Gaucelinus Ioannis de Oſſa Ep. C. Albanus: ex Io: XXII.
2. M. F. Guillelmus Petri Baionenſis, Ep. C. Sabinus: ex Io: XXII. & Clem. V.

Ex Io: XXI.

3. Petrus de Prato Ep. C. Præneſtinus.
4. Bertrandus de Podietto Ep. C. Oſtien. & Veliter.
5. Io: Raymundi Comes Conuenarum Ep. C. Portuen.
6. Annibal de Ceccano Ep. C. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales.

Ex Io: XXII.

7. Talairandus P. C. S. Petri ad Vincula, tit. Eudoxiæ. S. R. Arehip.
8. Raynerius de Ruſo P. C. tit. S. Chryſogoni.
9. F. Iacobus Furnerius tit. S. Priſcę.
10. Raymundus P. C. tit. S. Euſebij.
11. Petrus de mortuo mari P. C. tit. S. Stephani, in monte Cœlio.
12. Petrus de Cappis P. C. tit. S. Clem.
13. Fr. Mattheus P. C. SS. Io: & Paulij tit. Pammachij.
14. Petrus Gomeſij de Barroſo P. C. tit. S. Praxedis.
15. Imbertus de Puteo P. C. tit. SS. XII. Apoſtol.

Diaconi Cardinales.

16. Neapoleo Vrſinus Archid. C. S. Hadrian. Ex Nicolao IV.
17. Iacobus Caietanus D. C. S. Georgij in Velabro. Ex Bonif. VIII.

Ex Clem. V.

18. Arnaldus de Pelagrua D. C. S. Mariæ in Porticu.
19. Guillelmus Teſta D. C. S. . . . .

Ex Io: XXII.

20. Bertrandus de Monte Fauentio D. C. S. Mariæ in Aquiro: ex Io: XX.
21. Gallardus de Mola D. C. S. Luciæ in Septiſolio.
22. Io: Caietanus Vrſinus D. C. S. Theodori.
23. Arnaldus de Via D. C. S. Euſtachij.
24. Ioannes Columna D. C. S. Angeli.

Epiſcopi Card. creati à Bened. XII.

1 FR. Mathæus Vrſinus ex P. C. tit. Pammachij, Ep. C. *Sabinus*. Vide in Io: 22. n. 28.

2 GVillelmus Teſta ex Diacono C. Epiſcopus C. *Albanus*. Vide ſub Clemente V. n. 31.

3 PEtrus de Mortuo Mari ex P. C. tit. S. Stephani, Ep. C. *Sabinus*. Vide ſub Io: XXII. n. 26.

Presbyteri Cardinales.

4. *Quicumq; non receperit vos neq; audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.*
Matt. 10.



GOctius de Ariminis, Toloſanus Gallus ex Ep. Vaſeonenſi, & Patriarcha Conſtantinopolitano Presb. C. tit. *S. Priſca* creatus à Bened. XII. An. 1337. in prima Cardinalium promotione: teſte *Ciaconio*. Vghellus in *additionibus*, negat fuiſſe Gallum, ſed Italum patria Ariminenſem, è nobili, antiqua familia de Battaglijs, vt teſtatur ſubiecto inſcriptio marmorea parieti appoſita ſacello S. Priſcę ædificato per ipſum Goctium, in templo Ariminenſi maiore, in quo (vt eius teſtamento patet) lauacrum ſumpſerat regenerationis.

Anno

Anno Domini MCCCXL.
Dominus . Gotius . De Battaglys .
Iuris . vtriuſque. Profeſſor .
S. R. E. Cardinalis .
Fecit . fieri . hanc Capellam .
Et . De . ſuo. Proprio . eam . dotauit .

Aliam etiam in eadem ciuitate fundauit Capellam in honorem S. Agnetis, in qua mandauit humari oſſa ſua, in ſepulchro patrum ſuorum. Omnibus, & ſingulis Ariminenſis Eccleſijs vrbis inæſtimabibilem ſuam ſuppellectilem in auro,& argento diſtribuit. Hæredes dixit Marcum, & Guidonem nepotes; executores ſui teſtamenti, quod Auenione condidit die 16. Auguſti 1345. Ademarium Roberti P. C. tit. *S. Anaſtaſiæ*, & Gailardum D. C. S. *Luciæ* voluit. Eius autographum ſeruant Nobiles de Battaglinis; qui ſurculum creduntur familiæ *de Bataglia*. Huius Cardinalis inſignia depicta babes Arimini, in Templo Maiori, Campus ſcilicet diuiſus, cuius inferior pars tota argentea; ſuperior rubea cum enſe argenteo.

Legationem obijſſe nomine Benedicti XII. ad Siculos, Goctium teſtatur Fazellas 3. *decad.* 9. cum Raterio Ep. Vaſionenſi, vt inter Petrum, & Robertum Reges pacem componeret; qui cum Meſſanam tribus triremibus appuliſſet, à Meſſanenſibus, miſſilibus, & machinis repulſus, ira percitus diploma Pontificis in littore poſuit, & Siciliam diris omnibus execrauit.

Auenione obijt Anno 1344. teſte Ciaconio; vel 1345. ſecundùm Frizonium in *Bertrando C. S. Marci*, vel cum Contelorio, die X. Iunii 1348.

5. *Abſtulit Idola de omni terra Iuda & de Beniamin, & ex vrbibus, quas ceperat, & dedicauit altare Domini*, 2. Paralip. 15.



BErtrandus Deucius, natus in oppido Blandiaco, diæceſ. Vricenſis, pietate, & Iuris prudentia illuſtris, Archipræſul Ebredunenſis Concilio interfuit Auenionenſi, Anno 1337. in eccleſia S. Rhus. extra muros Auenionenſes, Presb. Card. tit. *S. Marci*, Anno 1337. die 15. Kal. Ian. Auenione poſtea Ep. Card. *Sabinus*, & S. R. E. Vice Cancellarius à Clemente VI. cuius mandato ad Petrum ſe contulit Regem Arragonenſem, Anno 1343. vt eum reconciliaret Balearium Regi, inter quos inducias firmauit 17. Kal. Septemb. Ab eodem in Italiam legatus reformandæ, & tuendæ Eccleſiaſticę ditionis cauſa, inducias ad biennium firmauit inter Vrſinos, & Columnenſes. capita Guelphorum, & Gibellinorum, & Anno 1346. ad diem Ianuarij 13. publicatas roborauit, & violantibus anathema dixit. Eodem Anno Regnum ingreſſus Neapolitanum, vt de cæde Andreę Regis inquireret, à Regina, & Regulis præteritus, & penè ſpretus, re infecta Beneuentum ceſſit: donec adueniente Ludouico Vngariæ Rege cæſi Regis fratre, litem viſus eſt, & vltionem tranſigere.

Anno ſequenti, Fidei propagandæ intentus, Inquiſitorem hæreticæ prauitatis conſtituit Ioannem Spellanum Minoritam, vigore ſuæ legationis, cuius plena poteſtas refulget in litteris Clementis VI. ad Bertrandum datis, Anno V. Pontificatus eiuſdem Clementis VI. apud Frizonium *p.* 324.

Lucem amiſit mortalem 12. Kal. Nouemb. 1355. ſepultus in eccleſia D. Deſiderij, à ſe fundata, & dotata, ornataq; Canonicis, cum hoc epitaphio.

A *Hic iacet bonæ memoriæ Bertrandus de Deucio Gallus Caſtri de Blandiaco, Vticenſis diæceſis Legum Doctor egregius, qui fuit Ebrudunenſis Archiep. & deinde tit. S. Marci P. C. & demum Ep. Sabinenſis, & S. R. E. Vicecancellarius, vir magnarum virtutum, & ſcientiæ, qui de ſuis bonis hanc ſacram Eccleſiam dotauit, & fieri ordinauit. Obijt autem Auenione, 21. Octob. ibidem Curia Romana reſidente, Anno à Virginis partu MCCCLV. Dom. Innoc. Papę VI. tertio, cuius anima requieſcat in pace.*

Scripſit *Vitam, & Paſſionem Chriſti*, carmine Sapphico.

6. *Flos Roſarum in diebus vernis.*
50. Eccl. 8.

B M. F. Petrus Rogerij Monſtrius de Malmonte, diæceſis Lemouicenſis, Gallus, Monachus, & Abbas Fiſcanenſis in Nortmandia, ſacræ Theologiæ magiſter, ex Archiep. Rothomagenſi Presbyter Cardinalis *SS. Nerei, & Achillei, tit. Faſciolæ*, creatus à Benedicto XII. in prima Patrum promotione, Anno 1337. Papa futurus nomine *Clementis VI.* Cuius in vita *Roſam* fuiſſe ſtemmate, & moribus abundè leges.

7. *Cœpit ædificare & non potuit conſumare.*
Lucæ. 14.

C 

FR. Guillelmus Curti patria Toloſanus, ex fratre nepos Benedicti XII. in Balbonenſi cœnobio Mirapicenſis diæceſis Ordinis Ciſtercienſis, patrui ſui Pontificis, qui ab adoleſcentia Monaſticum eo in loco habitum induerat, veſtigijs inhærens, virtutes imitatus, & ipſe eidem Ordini nomen dedit. Lutetiæ Pariſiorum, in Collegio Bernarditarum à patruo renouato, operam nauauit Philoſophię, & Theologiæ, ornatuſque laurea Doctorali, & Abbas electus ſui Monaſterij, à patruo Pontifice Epiſcopus dicitur Nemaucenſis, Anno 1337. eodemq;
D Anno, 3. Non. Decemb. ab Albienſem tranſlatus Eccleſiam, vt ex Vatic. Reg. liquet, *ep.* 20. data Auenione, Anno III. Pontific. vt reclamante Frizonio probat Vghellus in Ep. Tuſculanis: poſtea ab eodem Benedicto XII. Anno 1338. non 1337. vt ſcripſit Ciaconius, Presbyter promotus Cardinalis *tit. SS. Quatuor Coronatorum*, non *S. Stephani in monte Cælio*. Albienſem Eccleſiam (ex qua Cardinalis cognomento *Albus*) reliquit Pictaino, quem Albienſem electum teſtatur Vghellus Anno 1339. die 19. Feb.

in

in eodem Reg. Vatic. per promotionem ad purpuram Guillelmi *tit. SS. Quatuor Coronatorum*. Vnde Guillelmus breui Eccleſiam tenuit Albienſem, eamq; depoſuit non morte præuentus, ſed per promotionem ad purpuram. Mortuo Benedicto, promouit Clementem VI. à quo in Italiam legatus An. 1342. aliquot Annos ibi permanſit, ad ſollicitandos Italiæ Principes contra Ludouicum Bauatum. An. 1344. die vltima Auguſti coronauit Andream maritum Reginæ Ioannæ. Venetos excitauit ad pacem cum Ianuenſibus, qui Corſicam, & Sardiniam Inſulas occupauerant. *Io: Villan. l.12.c. 50.* Zurita *lib. 3. de reb. Aragon.*

In Curiam reſtitutus Anno 1350. à Clemente VI. Epiſcopatu *Tuſculano* donatus fuit: quamuis hunc titulum Ciaconius datum aſſerat Guillelmo de Aura, aliàs de Diuano, qui cum præſenti Guillelmo dictus eſt Presb. Card. *tit. S. Laurentij in Monte Culio*, quem retinuit vſque ad mortem. Collegium Ciſtercienſe in Accademia Pariſienſi, vulgò *Bernardiſtarum*, appellatum perfecit à patruo inceptum Pontifice, idemq; celebre extruxit templum, cui coronidem imponere prohibitus morte præuentus. Libris quamplurimis bibliotheca exornauit; & alimoniam reliquit pro ſexdecim, qui perpetuò Theologię operam darent. Hinc prò foribus templi legitur.

D. Guillelmus quondam Cardinalis Doctor Theologiæ Tuloſanus natione, religione Ciſtercienſis, Eccleſiam præſentem ad perfectionem, qualem obtinet, perduxit. Bibliothecam inſigniuit: ſexdecim Scholares in Theologia ſtudentes perpetuò fundauit:

In antiquo M. S. Abbatiæ Montis Amiati, Ord. Ciſter. in Tuſcia, eiuſdem Guillelmi nonnulla leguntur ſtatuta. *Anno 1552. Statutum eſt, apud Ciſtercium vltimo concludendo ordinationes D. Cardinalis Albi, dum eſſet Abbas Balbona, factas, quando prædictus Pariſienſe ſtudium reformauit auctoritate Capituli Generalis teneri, & ſeruari mandat ſub pœnis in eiſdem poſitis. Ibidem Anno 1335. apud Ciſtercium. Guillelmus Tuſculanus Ep.C. Ordinis Benefactor, & collator dedit quinque millia Florenorum, quos pro emendis redditibus ad ſuſtentationem, reparationem, & continuationem fabricæ communis Eccleſiæ ordinis ſtudij S. Bernardi Pariſienſis obtulit hoc Anno liberaliter, eidem conceſſit Ordo, vt Miſſa de Spiritu Sancto, dum vixerit, pro eo celebretur, & poſt eius fælicem obitum, Miſſa pro Defunctis pro ſtabili, & proſpero ſtatù ac remedio Animæ dicti Cardinalis in eadem Eccleſia, & Conuentu, qualibet Septimana in perpetuum.*

Debitum naturę perſoluit Auenione, Anno 1361. die 12. Iunij, ibidem ſepultus ex *lib. Obligat.* apud Elenchum S. R. E. Cardinalium. Ciaconius in Annum reponit 1348. Frizonius in Annum 1356. hunc confundentes cum Guillelmo de Aura, qui mortalis eſſe deſijt Anno 1356. Lege de eo Maurolicum *in Oceano*; Genebrardum *in Chronol.* Myreum. Vvion *lib. 1. Ligni Vitæ*.

8\. *Nec vocemini Magiſtri; quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*, Matth. 23.



GVillelmus d'Aure in Montis Oliuatum, cœnobio Ord. Benedictini, Diæceſis Carcaſſonenſis nomen dedit, & teſſeram ſuſcepit; vtriuſque iuris Profeſſor doctoris titulum nunquàm admiſit Purpura indutus à Benedicto XII. Presbyterali, tit. *S. Stephani*
A *in Monte Cœlio*, Anno 1338. Auenione deceſſit morbo Epidemici Anno 1346. vel tertia Decemb. 1353. ex Contelorio.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberij, Panuinium.

9\. *Noe inuentus eſt iuſtus, perfectus; & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.* Eccl. 44.



BErnardus, vel Bertrandus de Albia, cuius ſæpè meminit Petrarcha *in epiſtolis*, Diæceſis Apamiarum, Gallus, ab eodem Poeta laudari meruit.
B

Dij tecum vberius, quoniam tibi conſcia Cœli
Vox adamantina eſt, calamus quoq; ferreus, omnes
Promptus ad inſultus; pleno tibi copia cornu
Copia ſuppeditat, verſus breuis hora trecentos
Et ſeptem dicere excudit.

Epiſcopus Ruthenenſis ſucceſſorem habuit Gilbertum à Cantobrio Monachum Benedictinum
C Bertrandi de Turre Cardinalis nepotem. Cardinalibus adſcribitur Presbyteris *tit. S. Cyriaci in Thermis* reſte appendice Guidonis, à Bened. XII. An. 1337. Lodeuenſi Epiſcopatui præfuiſſe aſſerit Plantauirius Pauſæus in catalogo Preſulum Lodeuenſium, Doctrina, & religione clariſſimus, Fidei Generalis Inquiſitor a Sede Apoſtolica delegatus Albigenſes, Cælo, terriſque execrandos inſequutus, Chronico, ſeù Hiſtoriæ ſpeculo Berengarij Ordinis Prædicatorum XIII. Magiſtri Generalis (quod Bernardi imperio compoſitum) inſultauit.

Promotor Clementis VI. cum eo ſubſcripſit priuilegio conceſſo Monialibus S. Claræ de Manuaſca,
D Siſtaricenſis Diæceſis, Anno 1343. die 11. Non. April.

In Hiſpaniam profectus ad Petrum Regem Arragoniæ, & Iacobum Maioricarum Reges, nomine Clementis VI. Anno 1347. bello diſſentientes inteſtino compoſuit, pacauit. Petrus Rex à falſis ſuggeſtoribus inductus Epiſcopum Gerundenſem, & Canonicos Regno eiecerat, propterea à Sede excommunicatus Apoſtolica, ad cor rediens, reuocauit proſcriptos, & Bernardo P. C. *S. Cyriaci* miniſtro,

ſtro, abſolutionem ſibi obtinuit, & Regnis.

Obijt Bernardus Anno 1348. ſi fides *Frizonio*, Lodeuę, in cænobio Prædicatorum ſepultus iuxta tabulas Teſtamenti. Scribit Vghellus in *Ep. C. Portuenſibus*, Bernardum de Albia ex Hiſpania reuerſum, ſubrogatum fuiſſe in locum demortui Ioannis Conuennarum, Epiſcopi Portuenſis, eodemq; An. 1348. die 13. Septemb. Auenione, in eccleſia Fratrum B. Mariæ, de Monte Carmelo, inter Miſſarum ſolemnia, munus benedictionis impendiſſe Corrado electo Abbati Monaſterij S. Petri de Palſano, Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Præneſtinæ, vt ex diplomate benedictinis in Archiuio S. Saluatoris Montis Amiati, cuius alumnus Corradus fuerat. Ex ſigillo etiam cereo, in eodem diplomate ſtemma habes gentilitium Bernardi de Albia Ciaconio incognitum; *Caſtellum* ſcilicet *cum Turribus*. Obijſſe Bernardum ſcripſit Ciaconius Anno 1344. Frizonius 1348. Vghellus 1350. die 13. Nouemb. vt ex *libro Obligationum* notauit Elenchius *Cardinalium*. Aliud inſigne, Crucem ſcilicet vt ſupra pictam inuenio in *M. S. Cornelio*.

Lege Ciaconium, Panuinium, Claudium Robertum, Frizonium Auberij. Vuadingum.

10. *Noli timere, quia redemite, & vocaui te nomine tuo: meus es tu*, Iſai. 43.

FR. Raymundus de Toloſa, tertius genitus Comitis de Monte ſortio, Gallus natu, voce Deiparæ
A ad Ordinem vocatus de Mercede Captiuorum, puer nomen dedit, in quo doctrina & ſanctitate refulſit. Hinc à Benedicto XI. R. P. Presb. Card. dictus tit. *S. Stephani in Cælio Monte*, præcurrit ad purpuram immarceſſibilem. Nuntius namq; Apoſtolicus Galerum deferens Cardinalitium, Barcinone inuenit mortuum, Sal. An. 1337.

CLEMENS VI. P. CXCVIII.

CLemens VI. Electus die 9. Maij, An. Sal. 1342. Obijt die 8. Id. Decemb. An. Sal. 1352. Eius adfuere comitijs.

Epiſcopi Cardinales.

Ex Ioanne XXII.

1. Petrus de Prato Ep. C. Præneſtinus.
2. Bernardus de Podietto, Ep. C. Oſtienſis.
3. Io: Raymundi Comes Conuennarum, Ep. C. Portuenſis.

B 4. Annibal de Ceccano Ep. C. Tuſculanus.
5. Guillelmus Teſta Ep. C. Albanus: ex Clemente V. & Bened. XII.
6. Petrus de Mortuo Mari, Ep. C. Sabinus: ex Io: XXII. & Bened. XII.

Presbyteri Cardinales.

Ex Ioanne XXII.

7. Talairandus Petragoricenſis P. C. S. Petri ad Vincula.
9. Raynerius de Ruffo P. C. tit. S. Chryſogoni.
9. Petrus de Cappis P. C. tit. S. Clementis.
10. Petrus Gomeſij de Barroſſo P. C. tit. S. Praxedis.
11. Imbertus de Puteo P. C. SS. XII. Apoſtol.

Ex Bened. XII.

12. Goctius de Ariminis P. C. tit. S. Priſcæ.
13. Bertrandus Vticenſis de Deucio P. C. tit. S. Marci.

C 14. Fr. Petrus Rogerij Monſtrius P. C. SS. Nerei, & Achillei tit. Faſciolæ.
15. Fr. Guillelmus Curte de Diuano, P. C. SS. IV. Coronatorum.
16. Bernardus Gallus P. C. S. Cyriaci in Thermis.
17. Guillelmus Toloſanus P. C. tit. S. Stephani in Cælio Monte.

Diaconi Cardinales.

18. Neapoleo Vrſinus Archid. S. Hadriani: ex Nicolao IV.
19. Iacobus Caietanus D. C. S. Georgij in Velabro: ex Bonif. VIII.
20. Bertrandus de Monte Fauentio, de Caſtro No-
D uo Ruterij D. C. S. Mariæ in Aquiro: ex Io: XXII.

Ex Ioanne XXII.

21. Gailardus de Mola D. C. S. Luciæ in Septiſollio.
22. Io: Columna D. C. S. Angeli.

Epiſcopi Cardinales creati à Clem. VI.

1. TAlairandus ex P.C.S. Petri ad Vincula, Ep. Card. *Albanus* promotus à Clemente VI. Anno 1348. Vide ſub Io: XXII. *n.* 31.

2. BErtrandus de Deucio ex P. C. tit. S. Marci, Epiſcopus Card. *Sabinus* creatus à Clemente VI. Anno 1353. Vide ſub Benedicto XII. *n.* 5.

3. STephanus Alberti ex P. C. tit. Pammachij, Ep. C. *Oſtienſis* aſſumptus à Clemente VI. Anno 1352. vide infra *n.* 11.

4. GVido de Monte Forti ex P. C. tit. S. Cæciliæ Ep. C. *Portuenſis*. promotus An. 1352. à Clem. VI. Vide infra *n.* 10.

5. FR. Guillelmus Curti ex P.C.SS. *Quatuor Coronatorum*, Ep. C. *Tuſculanus* dictus à Clem. VI. Anno 1350. Vide in Bened. XII. *n.* 7.

6. BErnardus de Albia ex P. C. S. Cyriaci, Ep. C. *Portuenſis*, Lege ſupra in Bened. XII. *n.* 9.

7. *Erat autem Andreas frater Simonis*. Io: 1.



FR. Hugo Rogerij Monſtrius de Malmõte, patria Lemouicenſis, frater germanus Clementis V. R. P. cuius parens Guillelmus Roſei vici in Lemouicibus dominus, non Roſei vici Andium ad Ligerim; Monachum induit in cœnobio Tutellenſi, non minùs moribus, quàm litterarum ſtudio emicans. Hinc Epiſcopus electus Tullenſis (vt in *appendice Chronici Bernardi Guidonis*) poſtea Presbyter Card. *tit. S. Laurentij in Damaſo*, à fratre promotus, Anno 1342. (teſte *Io: Villano lib.* 12. c. 7.) duodecimo Kal. Octob. vnà cum Cardinalibus Belfortio, & de Bolonia, arbiter inter Comites Atmaniacum, & V. Comitem Turrenium, litem ſedarunt. *Noſtradamus in hiſtor. Prouinciæ*. Auenione obiit 12. Kal. Octob. 1363. ſepultus ad Caſam Dei, ex Papyro Maſſonio in Clem. VI. qui eum dicit Petrum. Comitijs adfuit Innocentij VI. cuius poſt obitum, oblatam ſibi à pluribus Cardinalibus ſupremam Eccleſiæ dignitatem humilis reſpuit, Lege Claudium Robertum; Ciaconium,

Inſignibus per Ciaconium depictis adde Crucem ex *M.S. Cornelio*.

8. *Anathematizauit, & incendit turres earum igni, cum omnibus, qui in eis erant*, 1. Maccab. 5.



A HAmericus de Suardia, Lemouicenſis natu Gallus, ipſius Papæ conſanguineus, ex Ciaconio: vel Haymericus de Guardia cum Panuinio: vel Stephanus de Guardia, cum Frizonio; Iuris vtriuſq; Doctor, ex Archidiacono eccleſiæ Turonenſis, Triumuir in Temporalibus, in ciuitate Ferrariæ, & Æmiliæ Rector; indeà Io: XXII. Archiepiſcopus renuntiatus Rauennæ, Sal. An. 1322. Eccleſiæ illi, Annos decem præfuit, tranſlatuſq; ad Epiſcopatum Carnotenſem in Gallia (quòd Auenione reſidente Papa, Galli non magni facerent infulas Italiæ, etiam pinguiores) Anno 1332. tandem purpura ornatur Cardinalitia *tit. S. Martini in Montibus*, à Clemente VI. in prima Car-

B dinalium promotione, die 20. Septemb. 1342. qua (teſte Anonymo in vita Clem. 6.) *dictus Papa, die* 20. *Septemb. quæ fuit feria VI. quatuor Temporum An. præd.* 43. *fecit creationem X. Card. videlicet octo Presbyterorum, & duorum Diaconorum* Inter quos D. Aymericus de Caſtruloci Diæc. Lemouic. tunc Epiſcopus Carnotenſis. Legatus ab eodem in Longobardiam, & Romandiolam Rege defuncto Roberto, abrogataque regni procuratione per Clementem VI. ijs, quos Robertus deſignauerat, Regni Haymericus Adminiſtrator deſignatus, donec ad legitimam ætatem Regina Ioanna conſcenderet; contradictionem paſſus Ioannæ, ac palatinorum; opus fuit auxilio fortio-

C ri, vt Regina ſaltem in ſpeciem, acquieſcere ſimularet, & clientis obſequia Pontifici ſolueret, publicatis tabulis, quibus, *in manibus Reuerendi in Chriſto Patris D. Aymerici, tit. S. Martini in Montibus P. C. Apoſtolicæ Sedis Legati in regno Siciliæ pro SS. in Chriſto patre & DD. Clemente Diuina prouidentia, Sacros. Rom. ac vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifice, ligium, homagium, & fidelitatis debita iuramentum ſoluit* (teſte Bzouio) Cum porrò Legatus cæpiſſet ſpernere regni proceres, & nihili facere quaſi Rex natus; inſtante Regina Ioanna, poſt biennium à Pontifice reuocatus, Romam venit, vt Nicolaum Gabinum tyrannum, qui ex patre propinario, matre Magdalena lotrice, &

D aquæ baiula Tribunitiam vſurpauerat poteſtatem, in ordinem redigeret; Is à Legato euocatus cum veniſſet paludamento indutus & dalmatica, cum diademate, & virga chalibea, ſatelitio armatus cum tibicine arrogans interrogauit tumidus; quid cum eo haberet Legatus? reponenti Legato, plura Pontificis nomine communicanda. In furorem raptus Gabinus, *A quo* (inquit) *Pontifice*. Hinc Legatus peiora timens, videns hominem militibus circumſeptum remi-

remiſit: pauloq; poſt (Luca inſtigante Sabello, & Sciarra Columna) anathemate ferijt. Præſul fuerit Aymericus Arelatenſis? & idem cum Stephano de Gardia? dubium: cum præter nominum diuerſitatem, etiam tempora non conueniant. Moritur namque Aymericus ſecundum Ciaconium Anno 1340. ſecundum Panuinium Anno 1348. Stephanus verò Anno 1357. ſepultus eſt Aymericus in templo D. Trophimi. Eius memoria in eccleſia Carnotenſi, vbi ſacellum S. Petri ſuppellectili ornauit; duodecim Canonicatus inſtituit cum redditibus annuis, pro decenti alimonia, & Sacrarum veſtium reparatione. Auberij *in eius vita*. Stephan. Baluzè *in Antifri-* A *zonio*. Ciaconius, Panuinius, Vghellus, Frizonius.

9. *Et ædificauerunt Gymnaſium in Hieroſolymis ſecundum leges nationum.* 1. Macc. 1.



ANdreas Gini Malpilia, Florentinus, ex Epiſcopo Tornacenſi, Presb. Card. tit. *S. Suſannæ* creatus à Clemente VI. Anno 1342. intercedente Gallorum Rege, cui erat chariſſimus propter prudentiam, & in rebus gerendis politiam. Legatus in Hiſ- B
n ia m, ibidem vitam poſuit, felicioris fortunæ r ia u m, intercipiente Atropos, die 2. Iunij. Perpi-
n ni, Anno 1343. priuſquam videret faciem Regis. Vel cum Iacobo Brollio, in *Antiquit. Pariſien.* Fundator Andreas Collegij Longobardorum Pariſijs, & vnius Capellę in eccleſia Carthuſianorum, ante Epiſcopatum Tornacenſem, rexit Eccleſiam Attrebatenſem, teſtę Claudio Roberto, & in patria vitam reliquit humatus in Monaſterio S. Benedicti quod fundauerat. Horum cui adhęream? vndique anguſtiæ. Gymnaſium, ſeù Longobardorum Collegium extruxiſſe in ſuo vrbis Pariſinę palatio, Epigramma teſtatur Zachariæ Montij Florentini, teſte Ia- C
cobo Brulli in *Antiquit. Pariſien.*

Mille trecentenos ſupra trigeſimus Annos
Dum Cæli rapido volueret axe rotam,
Ginius Attrebatum præſul, qui florida lucem
Ora tuo dederat nobilis Arne ſinu:
Has Italis ſacras Muſarum condidit ædes,
Quas Lombarda nouo nomine turba tenet.
Hic vbi Phębigenę conſtans ſua vota iuuentus,
Cui tenuis cenſus claudit ad aſtra viam.
Has longa dies lento ne ſubruat æuo,
Debita neu ſtudijs ſportula deficiat.
Herclè cauere tuum eſt, Sol maxima gentis Hetruſcę
Qui cupidè Muſas nec minùs arma colis,
Cuique ſoli Tuſci, Francis non exter alumnus
Montius hæc fidei pignora certa dicat.

Patauinum fundaſſe Collegium dicitur à Io: ...ſin *hiſtoria Tornacenſi* cum tamen Patauii nulla ...emoria, vel collapſi Collegii, ab hoc Car...recti: niſi de Longobardorum Collegio ... erecto Pariſiis in palatio, quod ipſę incolebat. Sacellum etiam ornaſſe legitur Pariſiis, in eccleſia Carthuſianorum. Plures huic Cardinali dicati ſunt libri; inter quos *Regimen Sanitatis* à Magnino Medico Mediolanenſi.

De eo lege Auberij; Claudium Robertum *in Gallia Chriſtiana*; Frizonium; Ciaconium; Contelorium.

10. *Paſcite gregem Dei, non turpis lucri gratia ſed voluntarie: neq. vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* 1. Petri. 5.



GVido *de Monte Forti* dictus à Ciaconio, Epiſcopus Bononienſis, ſed per errorem, cum Epiſcopus Bononienſis in Italia herclè non fuerit; neq; in Gallia, vbi ſedes Bononienſis Epiſcopalis erecta non erat; Anno namque 1559. Morinenſis Epiſcopatus in Bolonienſem tranſlatus fuit à Paulo IV. Vox *Bolonienſis* occaſionem tribuit erroris, Epiſcopatui perperam adiecta, quæ erat familiæ. Guido namque natu Gallus, Roberti III. Comitis Boloniæ, & Ar-
B uerniæ cognomento *Magni* filius, & Blanchæ primogenitæ Roberti Comitis Claromontani vltimi filii, S. Ludouici Regis; à quo Roberto ſtirps Regia Borbonia. Fuit Guido propatruus Roberti de Gebennis Epiſcopi Cameracenſis, Antipapæ futuri nomine *Clementis VII.* teſte Claudio Roberto *in Gallia Chriſtiana*. Vghellus verò aſſignat Guidoni matrem Mariam Flandricam, eidemq; Guidoni fratrem Io: Comitem Montis Fortis.

Fuit Guido. Epiſcopus Tornacenſis LVIII. Cameracenſis LVII. tandem Archipræſul Lugdunenſis. Purpura induitur à Clemente VI. tit. *S. Cæciliæ* Anno 1342. poſtea Ep. *Portuenſis, & S. Ruffinæ*, de
C quo *Theodericus à Niem in Innocentio VI.* In Italiam Legatus eb eodem Clemente poſt Bertrandum Deucium Cardinalem, ad poſtulandas armorum inducias à Ludouico Pannoniæ Rege, duriorem offendit Regem, vel quòd ab Haymerico Card. legato Sedis Apoſtolicæ, promulgato anathemate contra Regni Siculi vſurpatores, iratus exardeſceret; ſiue quòd à tribus Cardinalibus delegatis in cauſa ſucceſſionis ad Regnum Siculum, inter Ioannam, & Ludouicum Tarentinum, ipſe ſpe omni ſucceſſionis deiectus omnia meditaretur contra Pontificem. Diligentia tamen Guidi Legati omnia expugnauit, pace compoſita inter Reginam Ioannam, & Ludo-
D uicum Pannoniæ Regem; ea conditione, vt Ludouico Tarentino Principi nupta Ioanna, regio titulo abſtineret Tarentinus, & Princeps tantum vocaretur. Hac ratione regno pacato, in Vngariam Guido delegatur, audi Guillelmum Cortuſium *hiſtor. de Nou it. Padua. Guido Comes Bononiæ ſupra mare, tit. S. Luciæ* (lege S. Cæciliæ) *P. C. R. E. legatus, occurrentibus Dominis Paduæ, & laicis cum toto Clero, intrauit Paduam, & ſedem poſuit in palatio Dominorum cum CCC. equis, expenſis Dominorum, Anno 1349. die 11.*

Martij. Poſtea iuit Venetias, & per Taruiſium iuit in Vngariam, & treguas fecit inter Regem Vngariæ, & Ludouicum maritum Ioannæ Reginæ Apuliæ. Reuerſus Paduam Anno ſequenti & menſe Februarij, voluit de pace componere inter Patriarcham, & Duces Goritiæ, ſed nequiuit. Vnde poſtea occiditur Patriarcha. Corpus B. Antonij Confeſſoris tranſlatum fuit die 15. Feb. Tunc ſupra arcam eius, D. Legatus Miſſam celebrauit; præſentibus D. Patriarcha Aquileienſi, Archiep. Cadræ, Aldobrandino Ep. Paduæ, Ep. Veronæ, & multis alijs Epiſcopis & Prælatis. Sequenti die Clugienſibus occurrentibus vſq; Paduam, & à Dominis ſociatus vſq. ad Mare, aſcendens naues Clugiæ ornatas magnificè, iuit ad Clugiam, deinde Romam propter Indulgentiam generalem. Menſe Maij reuerſus Paduam, de Prælatis ſuæ legationis celebrauit Concilium Generale. Poſt hæc, per Vincentiam iuit Auenionem.

In Gallia, legatione fungitur cum Card. Petragoricenſi, pro pace inter Gallos & Anglos: vbi ſacras ædes Carmelitarum Pariſienſium, in Mauberti platea, Anno 1353. Menſe Octobri, in ritu dedicauit ſolemni, deprecante cognata ſua Ioanna, vxore Philippi Longi Regis; nec non eccleſiam Moniallium D. Claræ, diœceſis Bellouac. Margareta ipſorore Virginum præfecta, Rege præſentibus & Regina.

Tempore Innocentij VI. (quem promouit) Villam à S. Spiritu dictam occupantibus prædonibus, & commeatum intercipientibus, qui Auenionem aſportabatur: expeditione in eos Guidoni commiſſa, breui expurgatus eſt ager, vt liberè iter agerent Mercatores. Ab eodem Innocentio in Hiſpaniam legatus ad conciliandos Arragonum, & Caſtellæ Reges, Almaſanum appulit, Anno 1359. vbi facta dicendi facultate, in Caſtellæ Regum laudes effuſus, quos Hiſpanię columen rebus perditis aſſeruit: *nunc dolere* (aiebat) *Pontificem, inter ciuilia arma ſacri belli cogitationem omitti. Quantum, ſi contingeret, oppreſſis cognatis, & neceſſarijs profeciſſet? quæ gloria? ignominium potius inuidiam, luctum victoribus iuxta ac victo; verterent in impios arma, de ſumma rerum illic decertarent: vltra honeſtiſſimas opes, decus, triumphoſque obuenturos. Verbis ſe Sanctiſſimi Pontificis renuntiare, venturum ipſum, tantopere ea iura ſollicitari, niſi ætatis incommoda, aliiſque curæ auocaſſent.* Reſpondit Rex Caſtellę, Arragonijs ſe fraudibus circumuentum imagine pacis, & ſpecie amicitiæ ſæpe deceptum: vnam tantum concordiæ conditionem ſupereſſe; ſi perſugis regno prohibitis, Orihuelam, Illicim (Alicantem vulgò dicimus) aliaque vicina oppida Ferdinando auo ſuo, ab Arragonijs iniuria occupata redderent: & in belli ſumptus, quingenta Florenorum millia. Adijt inde Arragoniam Legatus, & poſt longas altercationes pax in Hiſpania concluſa, ea lege: vt capta belli tempore oppida inter ſe reſtituerent. Caſtellę profugi Arragonijs finibus prohiberentur. Ad Pontificem reſtitutus, in Italiam iterum deſcendere iuſſus, vt Carolum Imperatorem Roma diſcedentem comitaretur, Anno 1368. nomine Vrbani V. apud Lucenſes ſubſtitit per Italiam Vicarius. Demum à Gregorio XI. in Hiſpaniam legatus Anno 1372. vbi bellum ardebat inter Henricum Caſtellæ Regem, & Petrum Arragonenſem; placuit Regibus, totius controuerſiæ arbitrium Guidoni Legato credere, & quidem fęliciter: nam duobus coniugijs tres Reges ſociauit. Ioanni ſcilicet Henrici primogenito nupſit filia Petri: & Carolo primogenito Regis Nauarræ filia Henrici. In hac legatione Guido ad Superos contendit, Illerdæ, VII. Kal. Decemb. Anno 1372. Sepultus in Abbatia Boſclietti; vel Bouſetti. Guidonis meminit Matthęus Villanus, Theodoricus à Niem, Mariana *de rebus Hiſpaniæ*: Franciſcus Borquetus *in notis ad vitam Clem. VI.* Frizonius: Vghellus.

A Teſſeram Bolonienſem quadripartitam pingit Frizonius: cuius parma primi, & quarti laterculi aurea tribus miniatis byſantinis; ſecundi & tertij vexillo tribus ſegmentis miniatis praſyno fimbriatis exarata.

Vghellus verò à Ciaconio diſſonans & à Frizonio, parmam pingit auream vexillo tribus ſegmentis miniatis praſino fimbriatis exaratam, quam obſeruaſſe teſtatur in eccleſia S. Antonij, Patauij, encauſto picta in theca argentea ab eodem Legato dono data, in qua idem Guido maxillam S. Antonij incluſerat; cuius interceſſione periculum mortis euaſerat: teſte *Valerio Polidoro in deſcriptione eccleſiæ S.*
B *Antonij*, Vghello *to. 1. p. 167.*

11. *Sanctificabis Annum quinquageſimum & vocabis Remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipſe eſt enim Iubilæus*, 25. Leuit.



PEtrus Cyriacus in Lemouicenſi prouincia natus Præſul Attrebatenſis ſecundum Ciaconium, reclamante Frizonio, inter Presbyteros Cardinales adlegitur à Clemente VI, Anno 1342. tit. *S. Chryſogoni*: &
C ab eodem Romam legatus cum duobus alijs Cardinalibus, ad celebrandum Iubilæum, quod à Centeſimo ad Quinquageſimum Clemens contraxerat c. *Vnigenitus in Extrauag. De pœnis, & remiſſ.* ita Populo efflagitante Romano.

Hoc vnum poſt multa precor breuiore recurſu.
Annus eat, redeatq. Sacer Mundoq. ſalubris.

Expirauit Petrus Anno 1351. Lege Ciaconium Panuinium, Vghellum.

D 12. *Præcinxiſti me virtute ad bellum.* 17. Pſal. 40.

STephanus Alberti, Gallus Lemouicenſis Presb. Card. *SS. Io. & Pauli*, promotus à Clemente VI. Anno 1342 poſtea Ep. C. *Oſtienſis* Anno 1352. Papa futurus *Innocentius VI.* ad bellum Reges excitauit Chriſtianos, aduerſus Infideles.

13. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum Cælorum: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare,*
Mat. 23.



ADemarus cognomento *Roberti*, notarius Sedis Apoſtolicæ quem, in diœceſi Lemouicenſi natum refert *auctor appendicis Bernardi Guidonis*. Hunc *Aquitanum Ademarum* appellat Frizonius. Fuit I. V. Doctor, Ep. Lexonienſis, Atrebatenſis, Morinenſis, demum Archiep. Senonenſis LXXXVIII. ita Frizonius. Vghellus verò in *additionibus ad Ciaconium*, ex Claudio Roberto, Epiſcopum dicit Pariſienſem LXXXVI. Anno 1339. (quem aliqui Audoenum vocant) electum, & Anno ſequenti ad Antiſiodorenſem tranſlatum, ex tabulis Pariſiẽſibus, & Antiſiodorẽſibus, Presbyteris Cardinalibus adſcribitur, Anno 1342. à Clemente VI. tit. *S. Anaſtaſiæ*; Annoq; ſequenti pro eo litteras legimus apud Frizonium, à Pontifice datas Eduardo Anglorum Regi, cuius aulici carceri dederant procuratores Ademari Cardinalis *S. Anaſtaſiæ*; B miſſus ad colligendos fructus præbendarum, quibus donatus fuerat; forſan ob nimium rigorem.

Mortalitatem exuit die Conuerſionis S. Pauli, Anno 1384. Auenione ſepultus (ſi Ciaconio fides) apud Carthuſianos Villæ Nouæ Diœceſis Auenionen. vel cum Frizonio ſepultus ad læuam maioris Altaris in Metropolitana Senonenſi. De eo lege Ciaconium, Panuinium, Auberij, Frizonium.

14. *Vos eſtis lux Mundi*, Matth. 5.



M. F. Gerardus Domarus C quem Antonius Senenſis vocat *Gerardum altum à S. Domaro in Chron.* Predic. Quercetanus in Clem. 6. *Gerardum de Gorria*, in prouincia genitum Narbonenſi, Clementis VI. P. P. conſanguineum, ex appendice *Chronici Bernardi Guidonis*, Theologum Pariſienſem, & ſeptimum ſupra decimum, Ordinis ſui Magiſtrum Generalem, poſt varias Lecturas Sacrarum litterarum in diuerſis cœnobijs, electum Anno 1340. omnium ſuffragijs Capitularium, qui in eo conuenere facillimè non tam D quòd omnium eſſet virtutum exemplar, quàm ſperantes eius interceſſione apud Pontificem cuncta poſſe abrogari, quæ contra Ordinem molitus fuerat Benedictus XII. Nec feſellit opinio; Gerardi poſtulatis nunquàm reclamante Pontifice. Hinc omnia abrogata, quæ contra Ordinem Prædicatorum ſancita fuerant. Betrandus Dominicanus, Gerardo intercedente, dictus Capellanus Papæ; & Ioannes Moleadinus eiuſdem Monaſterij profeſſus a Lector Sacri Palatij, tandem Cardinalis. Plura ſcripſit Doctor egregie,

Opuſcula Theologica.
Sermones.

Cardinalibus Presbyteris ipſi adſcribitur Anno 1342, à Clemente VI. non titulo S. Anaſtaſię, ſed *S. Sabinę*, vt ex litteris eiuſdem Clementis Eduardo Anglorum Regi, apud Frizonium in Ademaro P.C. tit. S. Anaſtaſiæ. Cardinalis creatus refulſit tanquam lumen ſupra montem poſitum: Innocens, gra- A tus, humilis, pius, pudicus, in pauperes munificus, corpore tamen imbecillis, poſt biennium, efflauit animam Toloſę, 27. Septemb. Anno 1345. apud Dominicanos ſepultus.

De eo lege Ciaconium; Panuinium, Andream Quercet. *in vita Clem. VI.* & apud Boſquet. Frizon, Auber. Ferd. de Caſtillo *hiſtor. Pred.*

15. *Qui lingua lambuerint aquas ſicut ſolent canes lambere ſeparabis eos ſeorſum.* Iudicum. 7. n. 5.

B RAymundus de Canilacho (non Deodatus ve appellatur à Belforeſtio in *Coſmographia*, & Demochare *de Miſſa Sacrificio*) patria Antiſiodorenſis, Doctor Iuris Pontificij, Cænobiarcha Conchenſis diæceſis Ruthenen. Antiſtes S. Flori cum Frizonio, vel Atrebatenſis cum Ciaconio; vel Archipręſul Toloſanus, teſte Claudio Roberto in *Catalogo Archipręſulum Toloſatum*; & *appendice Bernardi Guidonis*. Cardinalibus adijcitur Presb. tit. *S. Crucis in Hieruſalem*, in ſecunda Patrum promotione, Anno 1343. poſtea Ep. *C. Prœneſtinus* ab Innocentio VI. An. 1361. Vir doctus ſed timidus, & in adulationẽ pronus ſcripſit librum *Recollectorũ ad Septimianum Narbonenſem*.

C De eo conſule Locrium Ferreolum in *Chron. Belgico*. Auenione deceſſit Anno 1373. die 30. Iunij, apud Minores ſepultus. Eius parmam à Ciaconio pictam, in quadripartito ſcuto; canem ſcilicet erectum exertis vngulis anhelantem carpit Vghellus in Ep. *Prœneſtinis*; quòd Auenione in eccleſia S. Martialis, huius gentis inſignia Leonem contineant erectum argenteum, in Cyaneo ſcuto depictum, cuius extremitates argentea corona circundat, & protegit. Teſte verò *Frizonio*, videre eſt Auenione, in ęde Collegij D. Martialis, ſacellum Belfortiorum, cum parma cærulea argenteo Cane expreſſa, quam huic Cardinali aſſignat Frizonius ſed incon- D gruè. Quid enim familia de Canilacho cum Belfortijs? Contendunt alij vnicum Raymundum inter Cardinales aſſumptum à Clemente VI. vt videre eſt apud Clementis VI. Scriptorem vitæ Anonymum, qui Cardinales recenſendo creatos à Clemente VI. Anno 1350. habet: *Raymundus de Canillaco dict. Mimatenſis, Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini, Archiep. Toloſanus*. Hęc tamen nil releuant; cum Anonymus de promotione loquatur facta An. Sal. 1350. Qui verò geminum proferunt Raymundum

dum , vnum creatum dicant Anno 1343. alterum Anno 1350.

De eo lege Vghellum *to. 1. Italiæ* ? Frizonium, Ciaconium, Panuinium , Auberij, Stephanum de Baluze *in Antifrizonio*,

16. *Samaritanus quidam iter faciens videns eum, miſericordia motus, alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam illius egit*, Lucæ. 10.



ÆGidius Rigaldus de Rouciaco, Monachus , & Prior Eſſonæ, Ordinis Benedictini, Abbas poſtea D. Dionyſij in Francia, procurante Philippo Rege, noſocomium ædificauit in quo ægroti decumberent Religioſi. Purpuratis adſcribitur Presb. C. tit. *S. Praxedis* An. 1344. vt ex appendice Bernardi Guidonis deduxit Frizonius. Decipitur tamen hunc confundens cum Egidio Albornotio P. C. tit. *S. Clementis* , Is enim Hiſpanus, ille Gallus , de quo nulla mentio apud Ciaconium, & Panuinium. Odericus Raynal. in *Annal.* litteras profert Clem. VI. ſcriptas ad ipſum Egidium, & ad Epiſcopos Pariſienſem, Laudunenſem, & Carnotenſem, quibus rubrum pileum tranſmittebat , Concordat Chronicon Dionyſianum, Catologuſq; Abbatum illius Cænobij, apud Claudium Robertum.

Vita exceſſit, 30. Decemb. 1351. ex Frizonio; vel cum Contelorio, die 10. Decemb. 1353.

17. *Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi ; non enim te abiecerunt, ſed me; ne regnem ſuper eos.* 1. Reg. 8.



ÆGidius filius Garzie Aluari Carriglius Albornotius, Conchenſis Hiſpanus, familia, quæ ab Alphonſo V. Legionenſium Rege, perpetuo ſtemmatis fulgore natalia repetebat. Matrem habuit Teresam de Luna, quæ ſummo loco nata genus ducebat à Iaimo Arragonum Rege. Natura euocatus ad ſtudia , in Toloſano gymnaſio non tam ingenij fælicitate , quàm pertinaci erga litteras ſtudio, ſocijs poſt ſe relictis, inter Iuris Pontificij peritiſſimos euaſit , ea mortalium admiratione, quod Regijs fulgens natalibus, veram ſapientiam quæreret, & morum ſanctitate, ac Religionis obſeruantia, mortales illecebras ſperneret, quæ veritatem abhorrent, & fælicitatem declinant æternam. In patriam reſtitutus tantum valuit apud Alphonſum Caſtellæ Regem; quod Archiepiſcopatu Toletano donatum, ſocium eum Rex voluerit in bello contra Mauros, in quo certamini proximus ſacra facienti Egidio Rex adſtitit, & Sacratiſſimum Chriſti Corpus ab eius manibus ſuſcepit, petijtq. lorica indui, quod Præſul pijſſimè adimpleuit, armans ferro corpus , animumque fiducia in Deum, quo duce eduxit in campum, & dum Rex militem verbo, & exemplo excitabat in pugnam ; ipſe Regem vexillo Crucis, & orationibus incendebat. Parta victoria , in qua ſupra ducenta millia Maurorum ceciderunt; Alphonſus etiam paulò poſt obijt, & ſucceſſorem Petrum filium reliquit ; moribus tamen diſſimilem. Hunc cum Egidius à ſæuitie & crudelitate retrahere conaretur , odium incurrit non ſine vitæ diſcrimine : Inſidias propterea declinare coactus, ſimulata cauſa miſſionem efflagitauit,
A & ad breue tempus impetrauit, venitq. ad Clementem VI. Auenione degentem, à quo Presb. C. creatus tit *S. Clementis*, poſtea Ep. C. *Sabinus* Anno 1355. in peruigilio Omnium Sanctorum, prudentiam, rerumq. agendarum peritiam in Curia monſtrauit , adeo vt mortuo Clemente VI. Innocentius VI. PP. nullum arduum Eccleſiæ negotium abſolueret Egidio inconſulto . Pontificatum exorſus Innocentius nihil antiquius habuit , quàm aulam reformare , Cardinalibus etiam de laxiori vita obiurgatis, ſtercora Curiæ eos appellans , qui voluptatibus indulgebant. Conuerſus poſtea ad repetendum Eccleſię patrimonium, Egidium (vt ex litteris legationis ,
B quæ extant *in Bullario to. 1.*) tanquàm *virum potentem opere, & ſermone, in magnis expertum & arduis, probitate ac fidelitate probatum, à gratiarum Domino , ſcientiæ magnitudine, induſtriæ claritate, maturitate conſilij, morum elegantia, & alijs grandium virtutum titulis inſignitum, in omnibus & ſingulis prouincijs, ciuitatibus , & terris, Eccleſiæ Romanæ temporaliter ſubiectis, Vicarium , Reformatorem, ac pacis conſeruatorem generalem , cum pleniſſima poteſtate exercitus colligendi, occupatores bonorum Eccleſiæ coercendi &c.* conſtituit . Qui in Italiam cum deſcendiſſet (vt in vita Innocentij *VI.*) Anno 1353. in tantis Eccleſiæ vrbibus non inuenit, vbi tute reclinaret caput , niſi in Patrimonij prouincia
C Montem Flaſconem, & in Spoletano Ducatu Montem Falcum: breui tamen fimbrias ita dilatauit, vt intra quinquennium, quà vi armorum, quà metu , quà ſuada, cuncta recuperauit amiſſa; initio facto ab vrbe Roma, quæ per diſſidia popularium atq. nobilium miserè diſcerpta , ſublatis è medio tyrannis Tribunis, Legati ſe ſubiecit imperio, quò ſecurior viueret ab incurſibus Ioannis de Vico, qui ſe Præfectum Vrbis appellabat, ac Viterbium, Vrbem Veterem, cum alijs Eccleſiæ oppidis in Tuſcia occupauerat . Hunc Anno ſequenti intra Vrbem Veterem obſeſſum deditione recepit: *Matthæus Villan. lib. 3. c. 91.* Anno poſtea 1355. adiutus copijs Caroli Impe-
D ratoris, qui Romam venerat ad ſuſcipiendam coronam Imperij, Comitem Malateſtam rebellium potentiſſimum, qui Marchiam occupabat, & Romandiolam ad ſpontaneam compulit deditionem. Idem *Villan. lib. 4. c. 67. & lib. 5. c. 15. 18. 23. 46.* Roma egreſſus Imperator, Senas ſe contulit ad colloquium cum Egidio Legato Apoſtolico, inde Piſas, tandem Cremonam more fugientis potius , quàm euntis , vbiq. vrbium ingreſſu prohibitus. Quare indignabundus in Germaniam ſeſe proripuit leuitatem, &

odium

odium Italorum expertus aduerſus Germanos rebus vbiq. confuſis, Landiana præcipuè ſocietate graſſante. Erant in ea adſcripta fermè quatuor millia equitum, pedites mille vltra ſex millia ganeorum, & proſtibulorum, quæ ſecum trahebat. Landiona dicebantur, quòd duce *Conrado lando* Comite Germano vagaretur, & inter Tyrannorum diſſidia, ea pars præualebat, in quam Landiana ſocietas inclinabat. Tyrannis accedebat Vice Comitum Mediolanenſium, qui omnibus præſto erant, in quem Egidius Apoſtolicus Legatus pro redimendis terris Eccleſiæ, ſigna explicabat. Ordelaffus Forliuienſis, & Manfredij Fauentini ſoli ſupererant edomandi, in quos promulgato anathemate, immiſit Cruceſignatos cum validis copijs, quas conſcripſerat ære Eccleſiaſtico. Paruere victi vel territi Manfrediani; ſolus obdurauit Ordelaffus ſceleratior, atq. potentior manu valida ſuffultus Bernabouis Vice Comitis, qui cum reſciuiſſet Sacerdotem quemdam iuſſu Pontificis, ſacram militiam indicere aduerſus Ordelaffum, eundem comprehendi iuſſit, & crati ferreæ dolij oblongi inſtar fabrefactæ, manubrium habenti ad circumagendum, veluti fit orrendę veru carni, includi iuſſit, & ad ignem circumactu crudeliter torreri, in opprobrium Sedis Apoſtolicæ. Anno itaq. 1357. rebus omnibus comparatis ad validam expeditionem, Cæſenam mouit (quam virili robore Cia propugnabat Ordelaffi vxor) & poſt varias, & graues pugnas in poteſtatem redactam Androino de Roca Burgundo Abbati Cluniacenſi, quem Egidio Pontifex ſubrogauerat, tradidit. Mouit inde in Forum Liuium præcipuam rebellionis ſedem, quam ipſemet Ordelaffus defendendam ſuſceperat, & dura obſidione cinxit. Verum cum obſtinatis obſeſſis, res in longum cederet, Androino caſtris præfecto; ipſe Auenionem rediit tantò honore, & acclamatione, vt appropinquanti Innocentius Papa cum vniuerſo Cardinalium Collegio ad duo millia paſſuum obuiam proceſſerit, deinde in palatio, oratione locuplete eum pro ſuggeſtu magnificè laudauerit, & Eccleſiæ patrem magno omnium aſſenſu appellauerit. Vrgebat interim Androinus obſidionem Fori Liuij, ſed nullo fructu, imò ingruente hyeme diſſoluit, & verè ſurgente renouauit, ſed vacuè ob inertiam, & imperitiam rei militaris. Quorum Pontifex certior factus Egidium remiſit cum facultate maiori, qui eò venit Anno exeunte 1358. rebuſq. ordinatis, cæpit gradatim obſtinatiſſimum Tyrannum includere, qui tandem ad extrema deductus in liberam poteſtatem Legati traditus, Fauentiam perductus errores, facinora in Eccleſiam commiſſa confeſſus, fuit omnibus ſpoliatus officijs & dignitatibus, datis ei tantummodò duobus oppidis, quibus Eccleſiæ nomine præeſſet, vt vitam duceret. *Villan. lib. 9. c. 39.* Anno 1359. ad comprimendas ſeditiones, quæ Romæ oriebantur ex frequenti Senatorum mutatione, cum nec in Nobilibus, nec in plebeis populus acquieſceret; Egidius Legatus alienigenam conſtituit *Raymundum Ptolomæum* Senenſem. Huius regimen exoſi, poſt obitum Regis Cypri, quem Romæ Papa præfecerat, populares Rempublicam iterum ad ſe reuocarunt, donec furorem, & iram Nobilium timentes, liberam Vrbis adminiſtrationem, Anno 1362. Pontifici reſtituerant ea tamen lege, nè Ægidius Cardinalis Legatus aliquã in eos exerceret poteſtatem, quippe integrum & ſeuerum experti, eius imperium abhorrebant. Eius extant ſex libri Conſtitutionum, quas pro reformando ſtatu Vrbico, & Piceno ſanxit: quas poſtea confirmauit Sixtus IV. *Bullar. to. 1. conſtit.* 15. *Sixti IV.* Mortuo Innocentio VI. ſucceſſit Vrbanus V. qui ab Ægidio in Italiam reuocatus pacatam, Auenione Viterbium venit, cui Ægidius munere depoſito Legatio-
A nis, pedes oſculatus, iuſſuſq. ab eodem Pontifice, ex ſuggeſtione quorumdam Cardinalium, rationem reddere ſuæ legationis, ac vectigalium; claues Vrbium, arciumq; a ſe recuperatarum, vix eas capiente curru, Ægidius pro ratione obtuliſſe fertur. Cuius animi conſtantiam admiratus Vrbanus, graui repoſuit elogio; *Haud magno impendio receptam fuiſſe ditionem Eccleſiaſticam; propterea eius diligentię, & parſimoniæ gratias agendas.* Paucos poſt dies Romam, Pontificem comitatus, longi muneris vacatione impetrata, Viterbium rediit, vbi mortalitatis memor, vel mortem præſagiens præ foribus, teſtamentum ſanus religioſiſſimè condidit, & conuocatis amicis
B Hiſpanis, Bononiæ, Collegium cundendi curam delegauit, in quo vnus & triginta iuuenes bonis ſtudijs dediti alerentur, quorum tres forent Arragonenſes, vnus Luſitanus, cæteri Caſtellani; quorum octo Theologiam, quatuor Medicinam, cæteri Ius Canonicum profiterentur. Quatuor etiam Sacerdotes, qui rebus Diuinis pręeſſent, & ſacra procurarent. Annos octo ibi degerent, & ſtudia abſoluerent.

Viterbij deceſſit plenus meritis, Pontificibus venerandus, carus Principibus metuendus Tyrannis, hominibus cæteris delitię & Amor, 9. Kal. Septemb. An. 1367. Corpus (vti iuſſerat) Aſſiſium delatum
C in eccleſiam S. Franciſci, quouſq. rebus in Hiſpania pacatis, Toletum, vt teſtamento cauerat, ad templum S. Ildephonſi, haud pompa communi, ac parno nihilominus impendio tranſlatum eſt. Si quidem Vrbanus V. non immemor meritorum Ægidij in S. Sedem Apoſtolicam, cum edixiſſet peccatorum indulgentiam fore ijs, qui ſanctiſſimi ſenis tranſeunti feretro humeros ſuppoſuiſſent, tantus populorum concurſus factus eſt, vt piorum humeris Toletum ad ſepulchrum deſerretur cum ancipiti mortalium admiratione; maior nè eſſet pietas populorum, qui eiuſmodi obſequium deuotè præſtarent? an pręclariores Prælati virtutes, qui tale obſequium me-
D ruiſſet? Rex ipſe Caſtellæ Henricus cum Principibus ſuis Libitinarij munus impendit. *Mariana lib.* 17. *c.* 10. *Ciaconius.* Scribit Bergomenſis non corpus, ſed cor ſolummodò in Hiſpaniam delatum, vbi breue habuit epitaphium.

Ægidius de Albornot
Cardinalis
Archiepiſcopus Toletanus.

Bononiæ legitur ſequens Elogium.

Ægi-

Ægidius Card. S. Crucis, ſpectabili virtute, B. Petri patrimonium tyrannica ſæuitia rabiente, varijs turbinibus agitatum, recuperata priſtina libertate, in tuta pace quieſcit.

Tanti viri mortem Pontifex tam tulit acerbè, vt per biduum mœrori indulſerit, nec ſui conueniendi cuiquam copiam fecerit. Multa teſtamento in pia opera erogauit, quæ difficilè enumerari poſſunt, vt videre eſt in libello *de Bello adminiſtrato in Italia per Ægidium &c.*

De eo lege Matthæum Villanum; Theodoricum à Niem. Antonium Sanderum *in elogijs*. Iul. Roſc. *in elog. militar.* Auberij: Henricum Albi *in elog. Card.* A
Scipionem Amirat. *Hiſtoria Florent.* Vghellum *to. 1. Italia.*

Bononienſes quoties Rhenum ibi fluentem inſpiciunt, Albornotium laudant; quòd ciuitatem illam nullo interlabante flumine, longiùs ab vrbe renerentur abire incolæ, ad molitores, graui vrbis incommodo, atq. diſcrimine, bello præcipuè ſæuiente. His vt conſuleret Albornotius, partem Rheni, qui Bononiam à tertio lapide prælabitur, magno labore, ſeuiſq. impenſis per mediam vrbem deduxit, grandi ciuitatis vſu, & vtilitate: molæ namq; extructæ acquariæ intra muros vrbis, piſtrinorum neceſ-
ſitatem, & longiùs excedendi, molitionis cauſa, in- B
commodum ſubſtulerunt. Machinæ adiectæ ad polienda, & concinanda filia ſerica, quibus ſupra quatuor millia ſuſorum interdum, miro ordine, ſimul verſantur. Eodem fluuio cymbæ recurrunt mercenariæ, Ferrariam vſq. communi vtriuſq. vrbis emolumento.

Elogium ei concinnatum à Io: Baptiſta Vrſi.

Ægidius Cardinalis Albornotius
Alta ab ſtirpe Regum Legin. & Arragon.

Archiep. Toletanus,

Maiore pietatis, doctrinæ, quàm natalium maieſtate verendus.
Rem Hiſpanam quoad licuit, Romanam quoad vixit.
Conſilio, labore, virtute bellica, à vi, à ſeruitute vindicauit.
In Mauros, Alphonſo 1. Rege, periculi, & victoria conſors.
Italos Romanis arcibus inſultantes ſummus Imperator perſecutus.

Extincto Innocentio VI.

Pontificiam dignitatem vltro oblatam,
Labantemq. ſi Italia excederet, Victor ſui,
Maluit tueri, quàm adire; nec antea arma poſuit
Quàm debellatis hoſtibus,
Vrbanum V. Romanam in Sedem, Vrbemq. reuocauit
Chriſtianæ libertatis vindex quo functus munere,
Magno parto nomine, maiore otio, Fato ceſſit;

Nec ceſſit tamen;
De bonis artibus, de Hiſpano Imperio, de nobiliore hominum genere,
Fundato Bononiæ Collegio, Meretur adhuc.
Obijt Anno Sal. Hum. 1367.
Inuicti cineres tàm ſacri merito capitis.
Quàm ſecularis ſuffragatione Iubilæi indulta deferentibus Viuentium inſtar Pontificum.
Ceruicibus virorum, Regumq. & Magiſtratuum.
Corrigente etiam Henrico IV. Caſtellæ Rege Acta fratris Aſſiſio delati Toletum.

Tanti viri memoriam celebrant in Hiſpania cœnobiarchæ S. Blaſij M. cuius eccleſiam, & cœnobium annuis ditatum redditibus, conceſſit Canonicis Re-
gularibus. Eccleſia etiam Toletana, cui dono dedit gladium, quo caput abſciſſum fuit Apoſtolo Paulo. Regulares S. Franciſci, Aſſiſij ob ædem Franciſco ſacram reſtauratam, innumeraq. beneficia, ſingulis menſibus quarta, & vigeſima die, lege lata, iuſta ſoluunt. Sic 25. Aug. annuatim, in æde S. Ioannis, anniuerſarium celebrant Auguſtiniani. Ferdinand. de Caſtillo *hiſtor. Prædic.* Io: Genn. Sepulueda *in vita.*

8. *Fecerunt ergo filij Iacob, ſicut præceperat eis: & portantes eum in terra Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici.* Geneſ. 49.



GVillelmus *d'Arg-Fueille* Gallicè, Latinè *de Agrifollio*, nepos Clementis VI. cuius in domo ab infantia educatus, Monachus poſtea Cluniacenſis, Conuentualis Prior D. Petri de Abbatis Villa, diœceſis Ambianenſis, Ordinis Benedictini, in Presbyterum Cardinalem *S. Mariæ Transtyberim, tit. Callixti*, à Clemente VI. quarta Patrum electione promotus, Anno 1350. vnà cum Ægidio Garzià Albornotio, Mortuo Ludouico Siciliæ Rege abſq. liberis, Anno 1335.
C ad tutelam mittitur Regni Siculi, Guillelmus ab Innocentio VI. PP. quo mortuo, procurante Guillelmo, eligitur Vrbanus V. qui grati animi Guillelmum eius nepotem, eiuſdem nominis & cognominis ad Cardinalatus faſtigium euocauit. Comitatur Guillelmus funus Clementis VI. Pontificis ad Caſam Dei, cum alijs quatuor Cardinalibus propinquis. Viterbij tollitur lue ſæuiente, 4. Non. Octob. 1369. ibidem ſepultus in Sacra Eremitarum æde, S. S. Trinitatis. Hunc Epiſcopum Sabinum aſſeruit Vghellus, cum eius nepotem eiuſdem nominis & cognominis Guillelmum de Agrifolio dicere debuiſſet (vide *in Vrbano V. n. 17.*) iuxta Ciaconium & Pan-
D uinium. Sed ab Vghello non recedendum ſuadet Guillelmi Iunioris epitaphium, in quo Cardinalis dicitur, & non Epiſcopus. Concordat Anonymus in vita M. S. Clementis VI. *In vigilia omnium Sanctorum, in altari B. Petri ſolemniter celebrauit, & ibidem conſecrauit in Epiſcopum Sabinenſem prænominatum D. Guillelmum de Agrifollio, qui longis temporibus ante non conſecratus tit. S. Mariæ Transtib. extiterat Cardinalis.*

Conſonat monimentum conſecrationis eccleſiæ Deiparæ Neapoli factæ à Guillelmo tanquàm Ep.

C. Sa-

Digitized by Google

C. Sabino reperta Anno 1587. in arcula plumbea, dum inſtaurandum eſſet Altare: teſte Cæſare Capacio *Hiſtoria Neapol.* in qua legebatur: *R. in Chriſto Pater & D. Guillelmus de Agrifolio Lemouicenſis diœc. permiſſione Diuina Ep. Sabinenſis, S.R.E. Cardinalis, & Sedis Apoſtol. Nuntius ad partes regni Sicilia per D. noſtrum Vrbanum V. deſtinatus ad pacificandum Magnates dicti Regni, qui habebant guerras ad inuicem, præſentem eccleſiam fundatam per claræ memoriæ D. Carolum Ducem Calabriæ, D. Ioannæ illuſtrem genitorem An. D. 1368. menſe Feb. conſecrauit, &c.*

19. *Spiritus meus attenuabitur: Dies mei breuiabuntur.* A
Iob. 17.



RAymundus de Vis; Narbonenſis in Voleis Arcomicis, Regio, quæ à Vviſigothis, ſeu Occidentalibus Gothis Gothia eſt nuncupata, vulgo Landgothia, ſeu terra Gothorum. Hęc enim dictio *Land*, ſeu tellus indicat Gallica voce quamuis corrupta *Languedoc*, pro *Landgoth.* Eiuſdem cognominis Ioannes de Vis Patriarcha Conſtantinopolitanus Neapolim miſſus. B

Archiantiſtes Toloſanus exiſtimatur à Guillelmo de Catel. *Hiſtor. Narbon.* & Ciaconio, Panuinio; quamuis viueret Raymundus de Canillac Cardinalis ex Archiep. Toloſano, Presbyteris Cardinalibus inſeritur à Clemente VI. promotione quarta, tit. *S. Crucis in Hieruſalem*; ſeu Baſilicæ Seſſorianæ, Anno 1350. Breui Purpuram cum vita poſuit, Auenione Anno 1352.

20. *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum; tollat crucem ſuam, & ſequatur me.*
Matth. 16. G



M. Fr. Paſtor d'Aubenas Gallicè, in Comnenis montibus natus de Sarcſtudio ab Albernaco appellationem ſortitus vrbe ſui natalis, & Conuentus. In Monaſterio namq. D. Aubenas S. Franciſci Religionem profeſſus (teſte *Barthol. Piſano l. Conformitatum. Confir.* 8. & Luca Vvadingo *in Annal. Minor. An.* 1337.) Miniſter Prouinciæ electus à Capitularibus, diſſenſit. Doctor Theologus Pariſienſis promotus, ad Cathedram Aſſiſiatem, D dum ad Epiſcopatum pergeret, iuſſus eſt à Benedicto XII. viginti ſorores prouectę ętatis ex Monaſterijs transferre, ad Regium Corporis Chriſti Neapolitanum, quæ adoleſcentiores Regularibus informarent diſciplinis. Ebredunenſis Archipræſul ſucceſſorem habuit in Epiſcopatu Aſſiſiati Minoritam alterum Nicolaum Zucium Idibus Mar. 1339. Legatus Paſtor ad Philippum Gallorum Regem, ad impetrandam libertatem Cardinalium, quos Rex cuſtodia detinebat, & ea reuocanda, quæ contra Eccleſiæ ſanxerat immunitatem, vnà cum Guillelmo Epiſcopo Carnotenſi, longo tempore morari Pariſijs oportuit, vt Regis animum emolliret: quod tandem peractum, cooperante Regina Ioanna.

Anno 1350. quarta Patrum promotione, Presbyter Cardinalis aſſumptus *SS. Silueſtri & Martini in Montibus, tit. Equitij*, ſecundum Ciaconium, & Panuinium; vel *SS. Marcellini & Petri* ſecundum Frizonium, Anno 1350. paucis à creatione diebus, X. Kal. Ian. litteras accepit ſequentes à Clemente VI.

Dilecto Filio Paſtori tit. SS. Marcellini, & Petri Presb. Card.

Nuper propter clara virtutum tuarum inſignia, & grandium tuorum excellentiam meritorum, & alia dona, quibus te Dominus inſigniuit ad ſupportandum nobiſcum, & cum Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus vniuerſalis Eccleſiæ onera, te olim Archiep. Ebredunenſem à vinculo, quo Ebredunenſis Eccleſiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de dictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes in S. R. E. Cardinalem Presbyterum auctoritate Apoſtolica duximus aſſumendum. Cum igitur, prout huiuſmodi Cardinalatus tui ſtatus exigit, ſufficientem & conducentem non habeas facultatem, & propterea congruum exiſtimantes fore tuis opportunitatibus prouidendum, &c. Hoc diplomate conceduntur ei pinguia beneficia, quibus decorè vitam duceret condignam purpura.

Multa in ſacros, prophanoſq. libros edidit *Commentaria. De Geſtis in Eccleſia, ſuo tempore Memorabilibus*: teſte *Eiſengrenio*.

Hac luce priuatur Auenione, V. Non. Iulij, Anno 1354. apud Minores ſepultus, ex *Necrologio Minorum*: vel XI. Octob. 1356. ex *libro Obligationum, in Vaticana Bibliotheca*.

Pro inſignibus cum Gallum gereret Gallinaceum, ſic quidam luſit.

Albernace tuis vigilat quæ inſignibus ales
Criſtata, ingenij vim notat illa tui.

21. *Et tu Galilæus es?* Io: 7.



PIctainus ſecundum Ciaconium, vel Petrus de *Monteſquieu* Gallicè, Latinè de *Monte Squiuio*, ita Claudius Robertus & Frizonius, in Aquitania natus. Cognomen, quod gentem nobilem *de Poictieres*, vel nationem Pictauinam ſignificat, quod etiam in nomen proprium tranſire potuit. *Familia hæc* (inquit Frizonius) *Monteſquiuiorum tranſlata & inſerta ſtipiti de Monluc, matrimoniorum fœdere; Fabianus enim Monlucius filius Blaſij de Monluc Franciæ polemarchi Annam duxit de Monteſquieu, ex quo connubio natus Adrianus de Monluc Comes de Carmain &c.*

Albienſis Præſul, Anno 1328. poſtea Presb. Card. Baſilicæ *SS. XII. Apoſtolorum* dictus à Clemente VI. Anno 1350. Auenione ſolum quia Gallus eſſet: ibi vitam reliquit mortalem, Anno 1356. Lege Ciaconium, Claudium Robertum, Frizonium.

22. *Principes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.* Pſal. 118.



NIcolaus Capoccius natu Romanus, de regione Montium, Ioannis filius, & Pernæ de S. Alberto, quæ fuit filia Iſabellę ſororis Honorij IV, à primordio ętatis Peruſium miſſus Iuri operam daturus ſub Baldi, & Bartoli diſciplina, annum agens nondum vigeſimum, laurea receſſit inſignitus, & quod mirum, à Baldo tanquàm *Venerabilis, & in iure peritiſſimus* nuncupatus *Conſil.* 123. *n.* 1. *vol.* 5. Hinc grauiſſimorum omnium munerum capax, à Ioanne Francorum Rege ſupremus Cancellarius creatus, aulam ornauit Eccleſia, & pius impios inſectatus, pro Eccleſia Romana onera grauiſſima ſubijt non ſine vitæ diſcrimine, præcipuè contra Ludouicum Bauarum, propterea Præ- B poſitura ornatus S. Audemari de S. Audemaro in Gallia, in qua tres erexit Capellanias, & dotauit; Præpoſitura Valentiæ, Præpoſitura Deuandienſi in inſula Hollandiæ, Prioratu S. Quintini in Gallia, Archidiaconatu Herbipollenſi in Germania, Eduenſi in Gallia, Cenomanenſi in Germania, poſtea Epiſcopus Vrgellenſis in Hiſpania Tarraconenſi, vt Peruſini Collegij exhibent ſtatuta, ac eiuſdem Nicolai Teſtamentum, & Epitaphium. His gradibus aſcendit ad purpuram, quam non minùs pietate in pauperes, religione in Deum, quàm litteris exornauit. Peruſij namq. quadraginta Scholarium Collegium inſtituit, in quo pauperes aleren- C tur, iure præſentandi Epiſcopis, & Capitulis dato eorum locorum, in quibus dignitates obtinuerat, iuxta teſtamentum infra hic poſitum: Nobile quoque ædificauit Monaſterium in monte Murcino, in quod Monachos Albos traduxit Congregationis Montis Oliueti, & hæredem ſcripſit cum dicto Collegio. Cœnobium item, & Eccleſiam ſub inuocatione S. Iulianæ conſtruxit Peruſij, pro Monialibus Oliuetanis. Romæ in Exquilijs, in Baſilica Liberiana, ſacellum S. Laur. M. à patre inchoatum, maximo ſplendore perfecit, & Collegium XII. Sacerdotum erigi mandauit, qui præter Miſſam quotidie celebrandam, diuinis recitandiſcum Capitulo intereſſet dictæ Baſilicæ, redditibus aſſignatis, & ædibus extructis in vicina platea, in quibus collegialiter viuerent. Iacent hæc mortali viciſſitudine; amotis primò à Pio IV. Sacelli titulis, Anno 1568. tandem ad decorem Capellę Burgheſianę, ſacello etiam amoto, tota expirauit familia in vno Vincentio Capoccio, Anno 1620.

Inter Presbyteros Cardinales *S. Vitalis tit. Veſtinæ* aſſumptus Nicolaus à Clemente V. Anno 1350. poſtea Ep. C. *Tuſculanus* ſub Innocentio VI. legatus ab eodem cum Talairando Pp. C. Albano in Gallias, vt Henricum Anglorum, & Ioannem Gallorum Reges componeret, nil impetrauit, ſed inita pugna Francorum Nobilitas profligata Regem ſuum reliquit in vinculis. Poſt cladem inita pace, Rege reſtituto, cum Legati pro eius executione inſtarent, rebus infectis Curiam repetere coacti ſunt. Abſumptus eſt Nicolaus in caſtro Verucæ (Itallcè *Monte Falco*, volunt alij *Monteſiaſcone*) die mercurij, 26. Iulij, 1366. Corpus Romam delatum in eccleſia S. Mariæ Maioris iacet ſub tabula marmorea, & elo- A gio infrapoſito. Hiſce verò temporibus ad aliud gentilitium ſepulchrum translatum, propè tabernaculum Reliquiarum. Teſtamenti executores fuere Anglicus Albanus, Guillelmus Sabinus Epiſcopi: Ioannes P. C. tit. S. Marci: & Raynaldus D. C. S. Hadriani.

Epitaphium.

Nobiles Domini Nicolæ Capociani
Hic iacet corpus exortum de Capucinis
Qui ſpes nemi vitia Chriſto vixit ab eius ortu
Itaq. continuauit ad mortem vſq. peregit
Eccleſiam Romanam omnimodè iuſtè defendens
Tam contra Bauarum, quam contra impios omnes.
Vndè Audemari Beati Præpoſitura,
In qua Capellanias magnificè tres dotauit,
Et Epiſcopatum Vigelli, & Cardinalatum
Titulo Vitalis certè almi, & præſulatum;
Sed Cardinalatum obtinuit Tuſculanæ,
Peruſiq. fundauit Monachorum viginti quinque
Conuentum, & Scholam Scholarium his præfatorum
In Auenione litigantes regebat in æde
Viuens abſtinentia, portauit cilicium que
In Eccleſia fundauit hac Capellam Capellanorum
Ter quater de ſuis paternis atque bonis.

In extremo verò eiuſdem lapidis hæc erant carmina exarata.

Hic vt in Sacris doctus, vtroque Iure peritus
Habere quod poterat pauperibus ipſe dabat
Sed migrauit ad Chriſtum eius anima ſic beata
Mille trecento anno ſexaginta, & duo quater
Marmore conſcriptum firmat hoc ſe ſenſiſſe matrem
Pictor, quare per dicta laudetur opera Deus

Plura de Nicolao Capoccio Theodericus à Niem. Matthæus Villan. *lib.* 10. *c.* 100. Albericus, D Roſate *tract. de ſtatutis inter Tractatus diuerſorum, quæſt.* 39. 40. 89. *De Bannitis*.

TESTAMENTVM

Nicolai de Capoccijs, Ep. C. Tuſculani repertum in Monaſterio Montis Morcini, prope Peruſium.

Præmiſſa teſtandi licentia, conceſſa ab Vrbano V. R. P. quæ ibidem tranſcribitur, inquit.

Teſta-

Teſtamentum nuncupatiuum, & ſupremæ meę voluntatis diſpoſitionem in hunc modum, qui ſequitur, facio, diſpono & ordino.

IN primis animam meam, cum de meo fragili corpore exiuerit, commendo Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini, ac B. Io: Bap. Laurentio M. Martino Confeſſori, & toti Collegio Beatorum. Corpus meum ſi in Vrbe, vel prope eam, vbicumq. me obire contingerit, volo ad ipſam deferri, & perpetuò ſepeliri in Eccleſia S. Mariæ Maioris de Vrbe in Capella, ſeu loco in quo, bon. mem. Dominus Petrus Capoccij Sancti Gregorij ad Velum aureum Diac. Cardinalis fuit ſepultus, & huiuſmodi meam ſepulturam volo eſſe in terra ſine aliquo ædificio; Volo tamen, quòd vnus lapis ſupra dictam ſepulturam ponatur ſculpta in dicto lapide figura vnius Epiſcopi parati, vt moris eſt, ad quam ſepulturam vbicumq. fuerit, volo deferri ad plus quinquaginta torticia, & alias faculas, & candelas, pro portione torticiorum, & mando, quòd nullus meus familiaris induatur de nigro.

Item volo ſatisfieri ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij de bonis meis cuicumq; qui à me aliquid deſieret haberè, & ſuper hoc Dominus Ioannes Fernandi Canonicus Burgenſis Capellanus, & Camerarius meus, qui magno tempore ſtetit mecum, & de meis negotijs habet pleniorem notitiam, eiuſq. conſcientiam in his onero ſpecialiter requiratur, & vbi quærela valorem ſex florenorum non aſcendet, cuiuſcumque, niſi de fraude, vel malitia conſtaret petentis, clarè cum iuramento credatur.

Item lego Eccleſiæ Valentinæ, in qua Præpoſituram obtineo Pluuiale meum melius operis Anglicani in campo azzurino cum diuerſis figuris de auro, ſeruandum perpetuo in dictæ Eccleſiæ ſacriſtia, nec Epiſcopo, nec alteri extra Eccleſiam commodetur.

Item lego eidem Eccleſiæ Crucem meam paruulam, ſatis pulchram, in qua eſt de ligno Crucis quam portaui de Anglia.

Item Eccleſiæ Herbipolen. vbi Archidiaconatum obtineo Pluuiale meum album de panno aureo cum pixijs aureis pro ipſo paratis, ſed nondum eidem conſutis.

Item lego Eccleſiæ S. Mariæ Maioris de Vrbe, ſi me in ea ſepeliri contingat, ſiue non in ea Pluuiale, Planetam cum auriſtrigijs figuratis, atque Dalmaticam, & Tuniculam de panno albo vereo.

Item lego eidem Eccleſiæ vnum Borſale de aureo, ſeu aurifrigium pro eius Altari maiore, ſi illud habuero tempore mortis meę, alioquin decens ematur de bonis meis, & detur dictæ Eccleſiæ.

Item lego Eccleſiæ Eduenſi, vbi habui Archidiaconatum. Pluuiale meum violacei coloris cum frixio aureo ſine figuris, & Reliquiatum meum, quod portaui de Anglia.

Item lego Eccleſiæ Cenomanenſi, in qua habeo Archidiaconatum, Planetam meam violacei coloris cum frixio aureo ſine figuris.

Item lego Eccleſiæ Bariandenſi, Traiectenſis Diæceſis vbi obtineo Prepoſituram, & cui alias dimiſi vnum Pluuiale, lego vnam Planetam violacei coloris, cuius coloris eſt pluuiale dimiſſum Eccleſiæ Eduenſi, & volo quòd Exequutores mei emant, vel faciant fieri, & dari dictę Eccleſiæ Dalmaticam, & Tunicellam eiuſdem coloris per omnia.

Item lego Eccleſiæ Sancti Vitalis de Vrbe, quę fuit Titulus mei Cardinalatus, Pluuiale, Planetam; & Tunicellam de Caraſanto, quæ habeo in domo.

Item vnum Vas argenti deauratum ponderis trium marcharum conſeruandum, non in ipſa Eccleſia propter malum ſtatum ipſius, ſed alibi prout
A huius mei Teſtamenti Exequutores duxerint ordinandum, & tradendum cum bona cautela Canonicis dictæ Eccleſiæ S. Vitalis in feſtiuitatibus in quibus fuerint opportuna.

Item volo, quòd Exequutores huius mei Teſtamenti poſſint exponere de bonis meis pro reparatione dictæ Eccleſiæ ſancti Vitalis, & domorum circa eam, illam pæcuniæ quantitatem quæ eis videbitur expedire.

Item lego Eccleſiæ S. Adomatiæ de Sancto Adomaro Morinenſis Diæceſis, in qua Eccleſia fui Præpoſitus, vnum Pluuiale, vnam Planetam, vnam Dalmaticam, & vnam Tunicellam de ſtameto ru-
B bro.

Item lego dictę Eccleſię quatuor Tobalicas de ſerico pro Altari pulchriores, quas habuero tempore mortis meę.

Item eidem Eccleſiæ lego Crucem meam maiorem & Capſulam argenteam cum Reliquijs.

Item lego Prioratui S. Quiniani Banchinenſis Diæceſis, vnam aliam Planetam cum Dalmatica, & Tunicella conſeruandi, vt ſupra, & vbi Dalmaticæ, & Tunicellæ in Capella mea decentes non eſſent, volo eas emi, vel de nouo fieri coloris, cuius fuerint Planetæ eędem.

Item volo, & mando, quòd Lecti, quibus familia-
C res mei vtuntur, ſi ſint in Vrbe dentur Hoſpitalibus Vrbis, ſi verò alibi, dentur Hoſpitalibus illius loci, in quo erunt, & Lecti perſonæ meę vendantur, & prætia eorum dentur Pauperibus eiuſdem loci, in quo obiero, ſeù locorum vicinorum, aut Vrbis diſtribuenda in totum, vel in partem inter Pauperes eorundem, ſecundùm huius Teſtamenti Exequutorum arbitrium voluntatis.

Item lego centum florenos diſtribuendos inter Pauperes Hoſpitalium Vrbis, ſecundum numerum, & indigentiam infirmorum, & pauperum, prout meis Exequutoribus videbitur expedire.

Item lego trecentos florenos diſtribuendos inter
D Infirmos, Valetudinarios, & Mulieres pregnantes, & in puerperio decubantes, atque Decrepitos, & Puerulos infra decennium conſtitutos, qui ad Romanam Curiam declinaſſent, alioquin de alijs partibus, de quibus videbitur Exequutoribus prælibatis.

Item lego ducentos florenos auri locis, & Monaſterijs Religioſorum Mendicantium, & Monialium de Vrbe diſtribuendis plus, & minus, & illis, de quibus eiſdem Exequutoribus videbitur expedire.

Item volo, & mando, quòd tàm de fructibus bonorum Domus Scholarium S. Georgij, quam in ciuitate Peruſij ordinaui, quàm de alijs bonis meis, iuxta dictam Domum S. Gregorij à meis Exequutoribus ordinetur, vna Domus cum vno ſolario ad hoc apta, in qua viginti quinque pauperes Scholares in Grammatica vndecumq. ſint recipiantur per illum, qui prędictæ domui S. Gregorij præſidebit, & eorum cuilibet inſolidum victus, duo panes octo vnciarum, pro quolibet, & certa menſura vini ordinanda per dictum Præſidentem ſingulis diebus, & duę libræ carnium in qualibet ſeptimana perpetuis temporibus tribuatur, & pro his faciendis emantur poſſeſſiones, ſeu redditus conſtituentur, qui ad hoc ſufficere extimentur, ipſiq. Scholares obedientiæ, & Regimini Præſidentis eiuſdem, qui ſuper eos poſſit ſtatuere, aut diſponere, prout ſibi videbitur expedire.

Item Caſtrum meum Ripæ de Thetis Theatin. Dięceſis relinquo dicto Collegio Scholarium, de cuius prouentibus augeatur numerus Scholarium, prout poterit adaugeri.

Item volo, & mando, quòd expeditis, dicto Collegio dictæ Domus S. Georgij, ac Monaſterio Religionis Fratrum ſeu Monacorum de Monte oliueto, quod prope dictam Ciuitatem Peruſinam fieri ordinaui, nec non dicta Domo viginti quinque Scholarium pauperum, qui ſtudebunt in Grammatica, vt præfertur, & omnibus circa præmiſſa diſponendis debita terminatione completis ſuper cuiuſmodi complemento huius mei Teſtamenti Executores ſtari volo, ſi ſuperfuerint bona, fiant infraſcriptæ eleemoſinæ de Puellis maritandis, prout inferiùs continetur, vel pro illa parte, quæ fieri poterit, videlicet.

Quòd de bonis meis centum Puellæ de Vrbe pauperes maritandæ veſtiantur de duabus veſtibus, videlicet Tunica, & Vernacia, vel Tunica, & Mantello prætij ſex florenorum pro ipſis ambabus veſtibus, & cuilibet earum in auxilium dotis dentur viginti libræ monetæ Romanæ.

Nec prędictę veſtes, & pecunię tradentur eiſdem, donec fuerint deſponſatæ, ſed interim tradantur prædictæ veſtes, & pecuniæ Rectoribus Eccleſiarum Curatarum locorum dictarum Puellarum cum conſilio, ac in præſentia patrum, & matrum, vel aliorum bonorum virorum magis propinquorum huiuſmodi Puellarum tradendę poſtmodum earum maritis poſt matrimonium contractum, & prædicta tradantur ſecundum ordinationem, & diſpoſitionem Dom. Laurentij Ægidij Angelici Canonici Lateranenſis Capellani mei, & D. Ioannis Ferdinandi, D deputatis, ſibi ſocio, vel ſocijs, ſicuti dicti Exequutores duxerint ordinandis,

Et ſimili modo lego in Ciuitate Tiburtina pro quindecim Puellis.

Item ſimili modo in Caſtro Sancti Angeli Tiburtinæ Diæceſis, pro quinque Puellis.

Item ſimili modo in Caſtro Montiſtellorum dictæ Tiburtinenſis Dięceſis, pro quinque Puellis.

Item volo, & mando, quod ſolutis legatis huius mei Teſtamenti compleantur de bonis meis Collegium Scholarium per me in Peruſio ordinatum, & Monaſterium viginti quinque Monacorum ordinis S. Benedicti Religionis Montis oliueti cum dote, quam infraſcripti Teſtamenti huius Executores eidem Monaſterio duxerint aſſignandam, volens, & mandans, quòd omnes poſſeſſiones emptę per quemcumque hominem meum in partibus Peruſin. pro dicto Monaſterio eidem debeant aſſignari, ſi aſſignatæ non eſſent.

Item lego cuilibet Capellanorum, Clericorum, & Scutiferorum meorum, qui tempore mortis meę A beneficia per me, ſeu beneficiorum non fuerint conſequuti, inter quos volo computari à tempore reditus mei de Legatione, Franciæ, & Angliæ citra Nicolaum de Segarolo Presbyterum meum eleęmoſinarium, & familiarem, octo florenos auri pro ſingulis annis. Quibus mei Capellani Clerici, & Scutiferi fuerint, ſingulis verò alijs familiaribus meis inferioribus pro ſingulis annis, quibus mei familiares fuerunt, qui ſimiliter dicto tempore mortis meę per me beneficium non fuerint conſequuti lego quatuor florenos.

Volo tamen, quòd Executores huius mei Teſtamenti eiſdem meis familiaribus beneficiatis, præ- B ſertim indigentibus ſi, & prout eis videbitur de aliqua pecunia valeant prouidere.

Item lego cuilibet Sacerdotum, qui erunt in ſeruitio Capellæ meę tempore mortis meę quatuor florenos auri pro quolibet anno, quo fuerint mecum commorati.

Item volo, & ordino, quòd illi familiares mei, qui voluerint, poſſint in Domo mea expenſis meę Exequutionis in victualibus poſt mortem meam, per vnum menſem remanere, & interim poſſint ſibi de his, quæ agere habuerint prouidere.

Volo tamen, quòd ſi prædicta legata, vel aliquod eorum in vita mea ſoluiſſem, ampliùs non ſoluan- C tur. Huius autem mei Teſtamenti, ſeu ordinationis Exequutores meos nomino, facio, & conſtituo Reuerendiſſimos Patres Dominos Anglicum Alban. ac Guillelmum Sabinen. Epiſcopos, & Ioannem tituli S. Marci Presbyterum, ac Raynaldum S. Hadriani Diaconum Cardinales, nec non Venerabiles Patres, etiam & Dominos Lucam Nucerin. Epiſcopum, & Epiſcopum Peruſinum, qui eſt, & erit pro tempore, & Nicolaum de Auximo D. Papæ Notarium, & Secretarium, ac Venerabiles, & circumſpectos viros Dominos Bernardum de Rodis Cameræ Apoſtolicæ, & Ioannem Rubinelli Sacri Palatij Auditores, & Ioannem Ferdinandi, ac Laurentium Egidij Ancleri prædictos, & Andream de Monteleone Locumtenētem dicti Camerarij mei Canonicum Tudertinum, àc Priorem dicti Monaſterij Montiſoliueti Peruſin. Diæceſis, quòd fieri ordinariè, qui erit pro tempore. Volens, & diſponens, quòd duo, vel plures dictorum Exequutorum poſſint ordinationem, & diſpoſitionem huiuſmodi in totum exequi, & in qualibet eius parte, & ipſius exequutionis negotium liberè exercere abſq. contradictione quorumcumq. hæredum meorum, & quòd alij ipſorum

ſe-

ſecundum modum pręmiſſum poſſint exequi, quòd per alios vel aliquos ex eis fuerit inchoarum. Poſſint etiam ſinguli, ex prædictis cum comiſſione aliorum eius principaliter, vel alicuius ex eis particularia executionis prædictę excreere.

Volo etiam, & ordino, quòd per manum dictorum Exequutorum, ſeù deputatorum ab ipſis omnia legata, & quouis modo per me relicta ſoluautur ſine contradictione cuiuſcumque. Et quòd prædicti Domini Epiſcopi Nucerien. Nicolaus de Auximo, Ioannes Fernandi, Laurentius, & Andreas ex maiori conuerſatione, & familiaritate de negotijs meis, & voluntate ſunt plenùs informati. Supplico dictis Dominis meis Cardinalibus, quòd velint, & permittant, vt præfati Epiſcopus Nucerien. ac D. Nicolaus de Auximo, Ioannes Fernandi, Laurentius, & Andreas ſi affuerint, cum conſilio, & auxilio eorumdem Dominorum Cardinalium, & aliorum prænominatorum Executorum prædicti, aut aliquorum ex eis, de quibus ipſis Epiſcopo Nucerien. ac Dominis Nicolao; Ioanni, Laurentio, Andreæ, & eorum cuilibet videbitur huiuſmodi meæ executionis gerant.

Item volo, & ordino, quòd dicti Exequutores poſſint reuidere ſtatura per me in dicto Collegio Scholarium ordinata, eaque corrigere, ac de correctione ipſius Domus, & aliter ſuper ſtatu eiuſdem ordinare quæcumquæ eis vtilia videbuntur; ſaluo, quòd numerum Scholarium non poſſint minuere nec mutare loca, de quibus eos ordinaui aſſumi.

Item volo, & mando, quòd pro exigendis pecunijs, mihi debitis pro Capello, ac alijs huius Teſtamenti, & dictorum Collegij Scholarium, & Monaſterij Montiſoliueti, & alijs meis negotijs executioni demandandis dicti Domini Ioannes cum duobus, & Andreas cum vno ex familiaribus ad decentes expenſas meas, ſeu exequutiones meas, ſi expedit in Romana Curia, ac Vrbe, vel Peruſij, vel alibi ſi fuerint opportunum, vſque ad quinque annos, valeant commorari, & ſi in aliquo diſcordes fuerint D. Nicolai voluntati debeant obedire.

Item ſupplico SS. D. N. Papæ, quòd ordinationes, & Statuta, quæ feci ſuper ſtatu Domus meæ ſcholarium de Ciuitate Peruſiæ ad eorum robur, & obſeruationem perpetuam dignetur authoritate Apoſtolica confirmare.

In omnibus autem alijs meis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus realibus, & perſooalibus mihi à Deo collatis, ſeu comiſſis, tam per Eccleſiam, ſeu Eccleſias, ſeu ab ipſis Eccleſijs; vel earum ratione, vel occaſione, quàm ex induſtria, vel officijs, vel quomodolibet alijs acquiſitis, aut in poſterum mihi, vel per me, vſque ad diem mei obitus ex eiuſdem cauſis, vel aliter quomodolibet acquirendis in quibuſcumque rebus, & vbicumque exiſtant, ſiue pęnes me, ſiue pęnes factores, ſeu negotiorum geſtores, & Procuratores, ac debitores meos, vel Apoſtolicam Cameram Reuerendorum Patrum Dominorum Cardinalium ratione Capelli exiſterent, vel exiſtant, ſiue mihi à quibuſcumq; quomodolibet ex quauis cauſa debeantur ſeu mortis meæ tempore debebuntur, aut in poſterum deberi contingct, dictam Domum, & Collegium dictorum ſcholarium, quod fieri feci in Ciuitate Peruſiæ, & Monaſterium, & Conuentum S. Mariæ, quod, & quem in diſtrictu Peruſij fieri feci, mihi hæredes vniuerſales inſtituo, & relinquo. Ita tamen quòd dicti Scholares, & quicumque eorum vltra habitationem, & cibum, & potum, prout in dictæ Domus conſtitutionibus continetur de bonis huiuſmodi meæ hereditatis, ſeù dictæ Domus, & ipſius Collegij non poſſint ipſi Domui, & Collegio pro temporum ſtatu perpetuò obſeruando de numero Scholarium ſi facultates ſuppetant augumentando accreſcant, & perpetuo permaneant ad eamdem. Dictum verò Monaſterium, & Conuentum de his, quæ per dictos meos Exequutores fuerint aſſignara iubeo, & mando, eſſe contentos, & plus in bonis meis non poſſe petere, vel habere.

Cæteris omiſſis, quæ ibidem ex Notariorum formula ſunt adnotata pro ſolemnitate Teſtamenti.

Hiſce in tabulis teſtamentarijs nulla mentio Collegij Pariſienſis ab eo fundati, ſi vera profert Anonymus in vita Vibani V. apud Boſquetum. Eodem Anno 1368. die 26. Iulij, obijt in dicto loco Dominus Nicolaus de Capoccia Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Romanus, vir vtique magnæ litteraturæ, zelator maximus iuſtitiæ, & pauperum continuus ſuſtentator; diebus enim ſingulis per hoſpitalia panem, & vinum, & alia cibari in domo ſua præparata abundanter faciebat diſtribui, & pauperibus miniſtrari. Vltraq. de ipſo duo laudabilia notanter referruntur primò quòd in Conciſtorijs, & concilijs ſic liberè, & intrepidè locutus eſt, quòd propter neminem ſiue præſentem, ſiue abſentem omiſit dicere illud quod ſua conſcientia ſibi dictabat. Secundò cum eſſet valdè practicus in deciſione, & proſecutione cauſarum, amore Dei, & pietatis intuitu pauperibus litigantibus, quos ſciebat iuſtas ſouere cauſas, conſilia dabat, eorum proceſſus videbat, poſitiones, & articulos, ac alia eis ad hoc opportuna dictabant, formabat, & ordinabat, ſalaria etiam Notariorum, Procuratorum, Aduocatorum de proprio miniſtrabar, & etiam quæcumque victui neceſſaria ſecundùm quòd eorum inopiæ exigebant. De bonis etiam à Deo ſibi datis in ſtudio Pariſienſi, fundauit, & dotauit nobile Collegium pauperum Scholarium, quòd Sanctæ Sophoniæ, voluit nominari, fecitq. etiam multa bona Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, vbi iacet miraculis coruſcando.

Canonici etiam S. Mariæ Maioris ad grati animi monimentum, io ſacrario, huic Cardinali inſcripſerunt.

Nicolaus Capoccius Archiep. Card. Sacellum hoc in Baſilica excitauit, quod, inter commouendum Odeum, & valuas, Occidentem verſus aperiendas extarbatum eſt. Tria largitus Sacello prædia eſt, eademq; in Baſilica extinctum condi corpus ſuprema voluntate curauit.

23. *Cecidit Heli de ſella retrorſum, iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt.*
1. Reg. 4.



ARnaldus è Villa. Muro, diæceſis Tholoſanæ, ad fluuium Tarnem, Iuris Pontificii Doctor, Ordinis S. Auguſtini Canonicus, & Apamiarum Præſul, poſtea Presb. Card. tit. *S. Sixti* à Clemente VI. Anno 1350. quarta Cardinalium promotione aſſumptus, morte repentina ſato ceſſit, Auenione, 28. Octob. Anno 1355. De eo Theodericus à Niem. in *Innoc. VI.* Frizonius. Hunc Auctor Anonymus vitę Clem. VI. apud Boſquetum, *Pontium* vocat non Arnaldum. *Pontius de Villa Muro Vaſco, Canonicus Ordinis S. Auguſtini, tunc Epiſcopus Apamiarum.*

24. *Dediſti eis regna & populos & partitus es eis ſortes.*
2. Eſdræ. 9.



PEtrus Columbarius Bartholomęi filius à Columbario, & Margaretæ Bertrandę ſororis Petri Bertrandi Cardinalis cognomento *Senioris*, qui ob reuerentiam auunculi ſui, cognomen ſibi elegit Bertrandi, nam in eccleſia Parochiali D. Cyri Columbarij renatus fonte Baptiſmatis, cognomen accepit Columbarij. Octo ei fratres germani, quorum in numero Margareta de Colombier quæ nupta Guillelmo Veræ, Eſoletam procreauit coniugem Ioannis de Monchal Domini de Herario, cuius propaginis eſt Carolus de Monchal Archiep. Toloſanus.

Ex auunculi munificentia electus Petrus Canonicus Aniciensis Decanus S. Quintini, Canonicus Laudunenſis, poſtea Epiſcopus Niuernenſis, inde Attrebatenſis, tandem Presb. Card. tit. *S. Suſannæ*, creatus à Clemente VI. Anno 1350. teſte Ciaconio; vel Anno 1344. ſecundum Frizonium; nam viuente auunculo, vt narrat Vido Bernardus in vita Clem. VI. ad purpuram eſt euocatus. Clemente mortuo, ab Innocentio VI. Anno 1353. Auenione, pallio decoratus Epiſcopatus *Oſtienſis, & Veliternis*, Romam mittitur ad coronandum Carolum IV. eiuſq. coniugem Annam, vt ex litteris Innocentij datis ad Petrum Ep. Oſtienſem iter agentem.

Innoc. Ep. Seruus Seruorum Dei, Venerab. F. Petro Ep. Oſtienſi Apoſtolicæ Sedis Nuntio ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem Speciosus forma præ filijs hominum Ieſu Chriſtus &c. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eandem Vrbem te perſonaliter conferens, ac ibidem die, quam idem Rex ad hoc duxerit eligendam, cum Legato conueniens memorato, tu in dicta Baſilica Miſſam celebres, & Regem inungas eundem; & tu dictuſq. Legatus Regi præfato, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Annæ Reginæ Romanorum illuſtri vxori ſuæ mitras, & diademata Imperij, ac eidem Regi ſceptrum, pomum, & gladium, & alia ſolemnia, prout inſra patentius diſtinguitur, tribuatis, ipſorumq. inclitos vertices, inſignijs eorundem adhibitis, vetuſtæ conſuetudinis ſolemnitatibus decoretis; & ne quis in his peragendis ſolemnijs poſſit error interuenire, quod abſit, modum & formam agendorum, & vbi ac per quas perſonas agenda fuerint particulariter, & diſtinctè duximus præſentibus inſerenda, prout in archiuo ipſius Eccleſiæ, ac Pontificali ordinario continetur.

Rem clariùs accipe ex Itinerario M.S. a Ioanne de Porta Annonçenſi Cardinalis Legati Capellano.

Auenione egreſſus Card. Bertrandus accepta Pontificis benedictione, die X. Feb. 1355. terreſtri itinere, Piſas peruenit die Iouis XII. Martij. Ei obuius factus Cæſar breui coronandus, mutuis amplexibus, & oſculis ſe ſalutarunt, ambo Vrbem Piſanam ingrediuntur tecti vna vmbella, Bertrandus ornamentis Pontificalibus erat indutus; die XV. eiuſdem Menſis, Dominica Lætare, Sacrificium Miſſæ obtulit habens thiaram Pontificalem, aliaq. in celebrioribus ſacrificijs haberi ſolita. Poſtridie litauit pro defuncti Henrici VII. Cæſaris animæ requie, præſentibus Carolo & Anna Imperatoris defuncti nepotibus; orationem funebrem habuit F. Simon Dominicanus Ordinis Magiſter Generalis in præſentia viginti Antiſtitum. Inter moras impetrat Bertrandus Cardinalis trecentos milites contra Malateſtam vſurpantem Eccleſiæ terras, mittendos ad Ægidium antiquum Legatum Card. tit. S. Clem. qui illum captiuum intercepit miſſum poſtea ad Cæſarem. Dominica Paſſionis, Cardinalis, & Imper. Piſis diſceſſere Romam petituri diuerſis itineribus, pro vtriuſq. commoditate. Die Iouis ſecunda Aprilis vterq. Cezannum aduenit burgum ditionis Comitis Anguillaræ diſtantem 12. milliaribus à Sutrio, equos conſcenderunt, vt Romam peterent conducti ad D. Mariæ Magdalenæ templum Romæ milliario vno vicinum. Imperator vna porta incognitus Vrbem ingreſſus, Cardinalis altera, qui ad S. Petrum contendit exceptus à Benedicto Viſino Canonico. Quinta die Aprilis Paſchati ſacra antelucanis horis egreſſus Roma Cæſar, vt triumphantem introitum ageret. Cancellarius Romanæ ciuitatis Nicolaus de Monte Nigro, & Syndicus Lelius de Toſectis Euangeliorum Codicem manu tenentes petierunt ab Imperatore, priuilegiorum confirmationem, & ſacramentum. Tres Cardinalis nepotes creauit Equites Petrum Bertrandum, Petrum de Monſtier, Petrum de Sanct. Dider.

Cæſare Romam ingreſſo, Senatores incapere irepedites ante S. Catherinæ templum, & habenas equi tenentes progreſſi ſunt ad Vaticanum. Bertrandus Cardinalis ornatu Pontificio Imperatorem ante Baſilicæ fores ſalutauit, quem vnxit in Cęſarem ipſo die Anaſtaſii Dominica, & coniugem eius Annam (non vero Elizabetham, vt vocant huius itinerarii Auctor) *Boguſlai Stetinenſium Ducis filiam, quæ fuit Carolo iuncta quartis nuptijs.*

Die Mercurij octaua April. ad eccleſiam ſuam Oſtienſem viſendam ſe contulit Cardinalis; poſtea Auenionem rediit, cui obuiam facti omnes Cardinales in Monaſterio S. Praxedis à ciuitate Auenionenſi non multum diſſito. Oſculatus eſt pedes Pontificias, manus, & os Innocentij VI. vigeſima ſeptima Iunij, & gratias ita exorſus. Domine fa-

ctum

ctum eſt, vt imperaſti. *Iſta verba, quæ ſunt ſerui ad Dominum dirigo ad Te Patrem SS. de commiſſo mihi per Sanctitatem tuam negotio.*

Legatus iterum ad Eduardum Angliæ Regem, qui captiuum tenebat Ioannem Gallorum Regem, inducias impetrauit parum, vel nihilo duraturas. Auenionem reuerſus Dux datur Crucesignatis, aduerſus graſſatores viarum, qui iuſto exercitu, in portis incubabant Auenionenſibus, & Pontifici ipſi cum terrorem incutiebant, vt pax pecunia fuerit redimenda. Rex Francorum in eoſdem copias eduxit, ſed turpiter fugatus ingenti clade, & nonnullorum Principum Regij ſanguinis cæde, fugam excu- A ſauit Legati Apoſtolici, cui exprobrabant *Choros duceret, non caſtra*. *Villan. lib. 9. c. 10.*

Religioni propagandæ totus incumbens, cænobium extruxit Columbarij, in quo tredecim Monachi alerentur Cæleſtini, quibus caſtrum donauit paternum, & dote locupletauit. Moriens eoſdem Cęleſtinos Columbarienſes Monaſterij Gentiliacenſis hæredes teſtamento ſcripſit, pluribus deſignatis legatis in gratiam Summi Pontificis, Eccleſiæ Anicienſis, Eccleſijs Niuernenſi, Attrebatenſi, Prioratui B. Virginis: nec non Eccleſiæ B. Mariæ Dei Matris Annonçenſi, ibiq. ſacello ſuo, Annonçenſi Noſocomio, Parochiæ S. Cyri Columbari, Priora- B tibus Ardanciæ, Tini, Quintenaſij, Polgręi, Religioſis S. Antonii, & Franciſcanis Annonçenſibus, Templo Auenionenſi S. Mariæ de Donis, S. Virginibus S. Claræ Auenione, Abbatiæ S. Antonii Viennenſis, ſacræ ædi D. Mariæ de Montealto, puellis pauperibus Annonæenſibus, Torancinis, Columbarienſibuſq. matrimonio collocandis.

Animam efflauit in Prioratu Montiſalti, lue ſæuiente, XIII. Iulii, 1361. vt ex Martyrologio Collegii Auguſtodonenſis, in cuius maiore ianua conſpicitur imago Petri iunioris Cardinalis è regione auunculi, ad quam hæc leguntur.

Petrus Bertrandi Diœceſis Viennenſis olim Niuernenſis, C *deinde Atrebatenſis Epiſcopus, tituli poſtea S. Suſannæ Presb. Card. demum Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus.*

Cadauer ex Prioratu Montiſalti tranſlatum ad templum Cæleſtinorum Columbarienſium, & ante aram Principem humatum ſub lampade, vt pote qui Eccleſiæ lampas fuit, & lucerna ardens, & lucens.

Parma Petri Bertrandi Iunioris argentea, tribus Roſis coccineis, cantherio cęruleo, duabus columbis argenteis cruribus, & roſtro miniatis exarata.

Duos fuiſſe Cardinales huius nominis, Seniorem vnum, Iuniorem alterum fidē facit tabella in ſacello Lutetiano Collegii Auguſtodonenſis, in qua hæc leguntur. *Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Petrus Bertrandi diœceſis Viennenſis, Ep. Niuernenſis, deinde Attrebatenſis. Poſtea S. Suſannæ Presb. Cardinalis, & conſequenter Oſtienſis, & Veliternus Epiſcopus, nepos prædicti D. Cardinalis S. Clementis, huius Collegij Eduenſis fundatoris.*

25. *Quæ Cæſaris dentur Cæſari: quæ Dei, Deo.*
Mar. 11.



PEtrus Bertrandus Matthæi Bertrandi Annonçenſis filius, atq. Agnetis cognomento Imperatricis (iacet hæc apud Franciſcanos Annonæos) frater Guillelmi Bertrandi Præſulis Nouiomenſis, à Ciaconio, & Panuinio prætermiſſus, & à plurimis confuſus cum Petro nepote eiuſdem nominis, & cognominis Cardinale vt notant Friaonius p. 343. & Vghellus *to. 1. Italię, p. 88.* cum reuera duo fuerint Cardinales, nepos & auunculus.

Iuris vtriuſq. profeſſor clariſſimus, publicè in Auenionenſi, Muntepeſſulana, Pariſienſi Accademiis, Iuris arcana explicauit. In Senatu Pariſienſi, cauſarum patronus, & in prima Curiæ claſſe Conſiliarius. Vnus è quatuor Clericis Sanctioris Conſilii, qui Regis tunc erant aſſeclæ, & Ioannæ à Burgundia Reginæ Gallorum Cancellarius.

Niuernenſis Præſul, poſtea Auguſtodonenſis, ſiue Eduenſis Antiſtes, qui XV. Decemb. 1329. coram Rege Philippo Valeſio, Pręlatis, & Viris Galliç Principibus, in ędibus Palatinis Conuennarum, contra Petrum Cunerium; regium Aduocatum Eccleſiaſticam Iuriſdictionem infringere conantem egregiè depugnauit, & vicit, Rex namq. auditis patienter hinc inde litigantibus, die Sancto Thomę Cantuarienſis Eccleſiaſticę libertatis defenſori ſacra, litem abſoluit pronuntiando. *Iura Eccleſiarum aucta ſe potiùs, quàm imminuta velle.* Monuit tamen Antiſtites, Officialium abuſus tollere, vt occaſio tolleretur querelæ. Narrantur hæc non ſolum ab Æmilio *lib.* 8. Gaguino *lib.* 8. Tilio *in Chron.* Belleforeſtio *lib. 5. c. 4.* ſed in Bibliotheca Patrum, diſputatio legitur habita coram Rege, vnà cum alio tractatu eiuſdem Petri Bertrandi *De Origine, & vſu Iuriſdictionum,* ſiue *de Spirituali, & Temporali poteſtate.* Ita vt de Bertrando dici valeat, quod Sidonius Apollinaris de Mamerio,

Doctus ſoluere vincula quæſtionum
Si quæ Catholicam Fidem laceſſant.

Tantæ defenſionis in præmium Presbyter Cardinalis creatus tit. *S. Clementis* à Clemente VI. in prima Cardinalium promotione, Anno 1342. Aue-
D nione, cuſtodiæ datur à Philippo Rege cum alijs Cardinalibus, quorum cauſa miſſus *Paſtor* Cardinalis Minorita Lutetiam Pariſiorum, vt ex *lib. ſecret. Anni 6. Clem. VI. ep. 171. & 218.* poſt longas negotiationes libertatem impetrauit captiuis.

Antiſti noſtro Auguſtodonenſi Philippus Archimandrita cænobij Corbiniaci, D. Leonardo Ordinis Benedictini, ſacri, cum eſſet benedicendus, Fidei ſacramentum ſoluit, vt Abbates antiquo more facere conſueuerunt.

Fun-

Fundauit Petrus Prioratum B. Mariæ Montiſalti, Ordinis Benedictini, propè Villam Nouam Auenionenſem: qui quidem Prioratus nunc ſolo æquatus, in ſola domo Vilica ſuperuiuit. Erexit etiam cænobium Sanctimonialibus S. Claræ Annonęi, in eademq. vrbe Nocoſomium, quod *Pulchra Domina* appellatur. Sacellum D. Iacobo ſacrum in templo primario, in quo cineres humauit ſui genitoris. Aliud ſacellum in æde Minoritarum, in qua cuſtoditur pileus Bertrandi Cardinalitius: ibiq. iacet mater eiuſdem Cardinalis. Extra vrbem aliud ſacellum extruxit in Clauaſienſium Monialium cænobio. Pariſijs Collegium Auguſtodonenſe, quod Cardinalis A appellatur Bertrandi, in quo quindecim aluntur Scholaſtici è diæceſi Vienneſi, Annicienſi, & Claromontana. In hoc gymnaſio iacet Petrus Rebuffus apud poſteros inſignis fama, qui ibidem I. V. laurea donatus, etiam mortuus cubare voluit. Sacelli Altare ſacrauit Petrus Ep. Atrebatenſis, nepos Petri Cardinalis Bertrandi Anno 1341. coram Petro de Palude Patriarcha Hieroſolymitano, Guidone Archiep. Lugdun. & Io: de Poecij Archimandrita D. Germani à Pratis. Ibidem tabullam habes, in qua legitur.

Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Petrus Bertrandus diæceſis Viennen. Doctor in vtroq. iure, Rector in B ſtudijs & Vniuerſitatibus, Auenionenſi, Montiſpeſſulana, Aurelianenſi, & Pariſienſi, conſequenter occupatus certis temporibus in officijs Eccleſiaſticis, & ſæcularibus Prælatorum, & Principum Conſiliariuſq. D. noſtri Francorum Regis in ſua Curia, & magna Camera Parlamenti Pariſijs, & in Conſilio ſuo ſecreto vnus de quatuor Clericis tunc D. N. Regem ſequentibus. Cancellarius inclytæ D. Ioannæ Burgundæ Reginæ Franciæ &c. clementiaq. Diuina Niuernenſis, & deinde Eduenſis Epiſcopus, & demum permiſſione Diuina tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis.

Eodem tempore vixiſſe Petrum Bertrandi Card. P. tit. *S. Clementis*, cum Petro Bertrandi P. C. tit. *S. Suſannæ*, probat priuilegium datum Monialibus S. C Franciſci, diæceſis Elienſis, Anno 1348. ſecundo Kal. Maii, à Clemente VI. in quo vterq. ſubſcribit.

Ego Petrus Bertrandi tit. S. Clem. P. C.
Ego Petrus Bertrandi tit. S. Suſannæ P. C. teſte Frizonio, & Spondano Anno 1329. n. 14.

Huius preſtantiſſimi viri cum plura volumina nondum typis cuſa, Pariſijs aſſeruarentur, ſceleſtiſſimus latro rapuit Anno 1575. & quamuis recto ſuſpenſus pœnam dederit, Codices tamen non reſtituit graui litteratorum damno. En Epigramma eo tempore in furtum ſacrilegum euulgatum.

Donec Palladium Troiano manſit in arce,
Non ſunt victrices Pergama paſſa manus.
Hoc vbi nocturno Diomedes abſtulit aſtu
Concidit, heu Danaum Troia ſuperba dolis.
Quin n. ſi venturum expectes domus Ædua caſum
Ædua, Palladio (proh dolor) orba tuo.
Cui tot priſcorum pretioſa volumina Patrum
Subripuit vafra furcifer arte latro.
Vos ò Purpurei veneranda oracula Patres.
Quos penes eſt tanti criminis arbitrium.
Vos pietas, vos iura regant, ſuccurrite rebus,
Vt cadat in dirum debita pœna caput.

Mortales deſeruit die 24. Iunij, 1349, ex Martyrologio Collegij Auguſtodonenſis, in cuius maiori porticu habetur, *Le College de Maiſtre Pierre Bertrand. Cardinal. natif d'Annonay, au Diœceſi de Vienne*. Ibidem Icon exhibetur eiuſdem cum hac inſcriptione. *Petrus Bertrandi diœceſ. Vien. Niuernenſis Epiſcopus deinde Eduenſis, demum tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis.*

Humum ſubijt in æde Prioratus S. Mariæ de Montault nunc diruta, non longè ab Auenione.

Plura ſcripſit teſte Poſſeuino, *in Apparatu Sacro* & Nomenclatore, præcipuè.

Librum aduerſus Petrum Cunerium *De Iuriſdictione Eccleſiæ*; extat cuſus Venetijs inter Tractat. Legales to. 12. p. 408.

De Origine Iuriſdictionis, ſeu *de Poteſtatibus Temporali, & Spirituali Orationes.*

Eius teſſera gentilitia argentea tribus Roſis miniatis, cantherio cæruleo tribus Lilijs aureis inſtructo exaratur: ad diferentiam parmæ Bertrandi Iu- B nioris, in qua Canthetium continet duas Columbas. *Ex Frizonio.*

Promotioni Petri Bertrandi in Presb. Card. tit. S. Clementis, Anno factæ 1342. obſtat Panuinius in Clemente VI. ſub quo mortuum exhibet *Petrum de Cappis* Presb. Cardinalem tit. *S. Clementis*, Anno 1347. promotum à Ioanne XXII. Anno 1327. Vnde vel in eodem Titulo duo viuerent Cardinales; vel Anno 1342. non viuebat Petrus de Cappis. Vel Petrus Bertrandi non fuit Cardinalis.

26. *Quod ſemel aſſumpſit, numquàm dimiſit.*



M. Fr. Ioannes Morlandinus, vel Molendinus in Nouempopulania ortus, Cænobium ingreſſus S. Dominici Brivenſe Toloſanæ prouinciæ, doctrinam Peripatheticam explicauit Sodalibus ſuis: poſtquàm autem Magiſterio ſuo functus eſſet in variis gymnaſiis ſui Ordinis, in Hæreticam prauitatem Inquiſitor Toloſæ datus, vigeſimus etiam eiuſdem Ordinis Magiſter Generalis, ſuffectus Anno 1349. duo celebrauit Ca- D pitula vnum Barcinone, Montiſpeſſuli alterum, tandem interceſſione Gerardi Domari Cardinalis, cui erat maxima neceſſitudine iunctus, Lector creatus Sacri Palatii, ab eius auunculo Clemente VI. tandem Cardinalis Presb. tit. *S. Sabinæ*, Anno 1350. abſens dum Monaſteria perluſtraret Gallici Regni; ſcripſit.

De reparatione Lapſi.
Sermones multos: teſte *Paulo Corteſio.*

De

De eo lege Frizonium, S. Autoninum *par.* 13. *tit.* 23. *c.* 11. Ad Deum abijt Anno 1358. poſtquam comitiis adſuiſſet Innocenrii VI. cui admodum carus erat. Toloſę ſepultus apud Prædicatores nullo voluit epitaphio ſignari.

Addit Syluester *in Roſa Aurea*, & Spondanus *in Annalibus*; quòd cum Fr. Fran. Baiuli, Conuentus Barchinonenſis Ordinis Minorum Guardianus publicè prędicaſſet ſanguinem Chriſti in triduo paſſionis ſeparatum fuiſſe à Verbo Diuino, condemnatus fuit à F. Nicolao Roſelli Inquiſitore Ordinis S. Dominici, fundamento litterarum Ioannis, de Morlandino P. C. tit. *S. Sabinæ*, quibus is aſſerebat, viuæ
A vocis oraculo habuiſſe in mandatis Pontificis, vt re diligēt er examinata, ad palinodiam cogeret omnes ita ſentientes. De eo lege Ciaconium Frizonium, Auberij &c.

27. *Cum Principibus, qui poſſident aurum; & replent Domos ſuas argento. Iob. 3.*



FR. Helias de Nabunal natu Gallus, diœc. Perragorienſis, profeſſione Minorita S. Franciſci, Theologiæ Magiſter, ex Archiepiſcopo Nicoſienſi,
B Patriarcha Hieroſolymiranus, adminiſtratione Eccleſiæ Nicoſienſis retenta, Pontifice diſpenſante, Cypriis Regibus charus, quibus poſtulantibus, à Clemente VI. Cardinalium promotione prima, creatus etiam Presb. Card. *S. Vitalis* vnà & beneficiis pluribus honoratus, & quaſi oneratus, vt ex diplomaribus eiuſdem Clementis, *Dilecto filio Eliæ tit. S. Vitalis Presb. Cardin.* cum clauſula, *Non obſtante, quod Profeſſor Ordinis Minorum exiſtis*. Eidem facultatem fecit Clemens diſpenſandi cum Luſignano Cyprii Regis filio, vt ſibi marrimonio iungeret Ecchinam Monfortii filiam, eidem ſan-
C guine iunctam.

Scripſit Helias *in IV. Sententiarum libros.*
In Apocalypſim.
De Vita Contemplatiua.

Comitiis adſuit Innocentii VI. Vrbani V. ſub quo vitam poſuit quarto Non. Octob. 1367. Auenione, apud Minores ſepultus. Sunt qui Heliam non à Clemente VI. ſed ab Innocentio VI. creatum dicant Cardinalem; Heliam de Nabunal confundentes cum Helia à S. Heredio. Iſte Benedictinus, ille Minorita. Benedictinus Epiſcopus moritur Oſtienſis Idus maii, 1367. Minorita P.C. S. Vitalis, Non. Octob. Anno 1367. & Auenione, ſepultura donatur apud Minores.

28 STephanus de Gardia, quem Frizonius confundit cum Aymerico P.C. *SS. Syluestri, & Martini in Montibus*; cum tamen diuerſi fuerint. Aymericus namq. 20. Septemb. 1342. Cardinalis aſſumitur, & vitam eum morte commutauit Sal. Anno 1348. vel 1349. Stephanus verò An. 1359. Quanti valeat vnicum Frizonii teſtimonium, vt Stehanum inter Cardinales reponas? Lector perpendat.

29. *Erudimini, qui iudicatis Terram.* Pſal. 1.



M. Fr. Dominicus Dominici Serrani, & Frãciſcę Collers filius, natu Gallus, in Montepeſſulano, vel Toloſæ, vtriq. iuri cum operam dediſſet in Accademia Pariſienſi, laurea ornatus, Decretalia iuuenis explicauit ſcripſitq.

De ſententia maturè danda
Tractatum ſuper legem Corneliam de Maleficijs.

Annum cum ætatis ſuæ attigiſſet 40. relicta Cathedra Pariſienſi, nomen dedit Ordini B. Mariæ de Mercede, redemptionis Captiuorum, ex præceptore diſcipulus tyrocinium ſubiit Barcinone, quo expleto, ad redimendos Captiuos iuxta inſtituti legem, ſeſe itineri dedit, Regibus charus Alphonſo Gaſtellæ, & Roberto Neapolitano, quos ſæpè con-
C ſilio iuuit. Anno Sal. 1345. iam ſenex, omnium ſuffragiis, Magiſter Generalis Ordinis electus familiã ſanctiſſimè rexit, & inter S. R. E. Cardinales aſſumitur à Clem. VI. vel Vrbano V. ſi vera proferunt Sylueſter Marulus in *Mari Oceano*: Carolus de Tappia *de religioſis rebus*: Stephanus Corbera *vita Mariæ de Soccos*. Alphonſos Remondus *in Chron.* Luce abſumitur 9. Iulii, 1348. menſe vno, diebus ſex ab aſſumptione ſua in Cardinalem.

Diaconi Cardinales.

30. *Ecce appropinquat hora.* Matth. 26.




PEtrus de Foreſta Gallus, frater Philippi Præſulis Catalaunenſis; Suſæ naſcitur in diœceſi Cenomanica An. 1314. (cuius meminere Froiſſardus, & Tilius) Monachus, & Archimandrita D. Dionyſii in Francia dicti; Cancellarius Regni Galliæ, ſedente Rege Ioanne,
D Anno 1330. (Feronio teſte) vnà cum Duce Borbonio ad Innocentium Pontificem miſſus, vt bella ſedaret inter Francum, & Anglum, inducias trium menſium impetrauit; auctorq. fuit colligendę pecuniæ pro Rege Ioanne apud Anglos captiuo. Pręſul electus Tornocenſis Anno 1349. poſtea Pariſienſis, demùm Archipræſul Rothomagenſis, tandem dum Regii Legati, Auenione apud Pontificem, perſonam ſuſtineret, Anno 1350. Diaconus Card. S. ..... electus à Clemente VI. poſtea Presb. Card. Baſilicę *XII. Apoſtol.* promotus ab Innocentio VI. An. 1353.

& ab eodem legatus ad Siculos, pe re extinguitur Annos natus 55. Auenione, Anno 1361. die 25. Iunii, vel Kal. Nouemb. ſecundum Necrologium Pariſienſe.

Scutum Petri de Foreſta, teſte Ciaconio, arborem exhibet: ex Frizonio verò, Scutum coccineum Aquila aurea roſtro, & cruribus argenteis, molulis echinatis, item aureis ſparſum, quadripartitum ex argento clathrata ſymbolici punicei pagina, ſcutulo miniato medium quadrantem occupante, cruce ſpheru lis bermionicis inſtructa exaratum, Cur à Ciaconio recedamus? non habemus.

31. *In tempore tribulationis permane fidelis*, Eccl. 22,



IOannes de Carmain Gallicè, Latinè de Caramagna ex familia Deuſa filius Vicecomitis de Caramanno, pronepos Io: XXII, Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, vocatur ad purpuram Diaconalem *S. Georgy in Velabro*, Anno 1350. à Clemente VI. Comitijs adeſt Innocentij VI. & vitam protrahit ad Kal, Auguſti, 1361. quo peſte B abſumptus in vrbe Auenionenſi.

Scutum Comitum Caramanni argenteum (ex *Frizonio*) Leone cæruleo, cum limbo lineari octo libris miniatis, quadripartitum ex auro duobus faſcijs miniatis impreſſum. Lege Frizonium, Ciaconium, Auberij, Feliecm Contelorium.

32. *Nec fecit proximo ſuo malum: & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos*, Pſal. 14.



RAynaldus Vrſinus, Romanus ex Protonotario C Apoſtolico Diaconus Card. *S. Hadriani* promotus à Clemente VI. Anno 1350. & fuit IX. Cardinalis Vrſinæ familiæ, poſtea Archipresb. S. Petri in Vaticano, promouit Innocentium VI. Vrbanum V. Gregorium XI. tandem Auenione mortalis eſſe deſijt, Anno 1374. ſepultus apud Minores. *Sanſouinus. Ciacon.*

Cadauer Romam relatum in Baſilica iacet Vaticana, cum ſequenti inſcriptione, teſte *Felice Contelorio*.

Mitis, & affatu dulcis, cenſuraq. morum
Iratus vitijs, placidus virtutibus, equus
Omnibus, Eccleſię ſpeculum, lux antea Romę.
Vnica lux Latij, ſydus radiuſq. Senatus
Cardinea, dedit hunc titulo Hadrianus honoris
Vna morum ſpes, ac Vrſinę gloria gentis
Egregię, Raynaldus humo requieſcit in iſta,
Corpore, ſed Cęlo meliori parte ſereno.

Eius memoria recurrit in diplomate Io: Græcorum Imperatoris Romæ, Fidei profeſſionem emittentis, quod M. S. ſeruatur in mole Hadriani. Lege Ciacouium, Panuinium, Auberii.

33. *Quid neceſſe homini maioru quęrere: cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua, qua velut vmbra præterit*. Eccleſ. 7.

MAtthęus natu Germanus, familię Corozman, Atheſinus Capellanus, Comes Tirolenſis, Epiſcopus Brixinenſis, An. Iubilęi 1350. inter Car-
A dinales aſſumptus à Clemente VI. modeſtè renuit, nec vnquàm adduci potuit, titulo vti Cardinalitio, teſte Vieiguleo *Hund. in Hiſtor. Metropol.* Salitzburgen. in *Catalogo Ep. Brixinenſium*. De eo ſiluere forſan Panuinius, & Ciaconius, quia promotioni ſuæ, conſtans diſſenſerit: qua cauſa? incertum.

34. *Quia ventus eſt vita mea*, Iob. 7.



BErtrandus, de Turri filius Bertrandi III. in Aruernia Domini diœceſis Claromontanæ, ac Beatricis de Rhodez, filiæ Henrici II. Ruthenatum Domini. Fratrem habuit natu maiorem Bertrandum II. huius nominis, Baronem Turrianum matrimonio iunctum cum Iſabella de Leuis filia Ioannis de Leuis Domini Mirapicenſis. *Sanmarthan. FF. hiſtor. genealog. l.* 30. Ex Canonico eccleſiæ Lugdunenſis Diaconus Cardinalis *S. Euſtachy* à Clemente VI. promotus Anno 1342. vt in *appendice Bernardi Guidonis*. Cardinalium poſtremus, & iunior cum eodem Clemente VI. ſubſcribit priuilegio Monialium S. Franciſci, Diæceſis Elienſis, Anno 1348.

Lue abſumitur Auenione Anno 1361. ſexto Idus Auguſti. Huius Gentis inſignia Lugduni habentur in capella D. Ioannis, Eccleſiæ Maioris.

35. *Proſtraui ego preces meas*. Ierem. 38.



GVillelmus *le Iuge* Galicè, Latinè *Iudicis*, Lemouicenſis Gallus, Clementis VI. PP. ex ſorore nepos, ſcientia iuris inſtructiſſimus, Legumq. Doctor, inter Cardinales aſſu-
D mitur Diaconus *S. Mariæ in Coſmedin*, in prima Patrum creatione, ab auunculo Anno 1342. & Anno 1368. Presbyter initiatur ab Vrbano V. tit. *S. Clementis* die 22. Septemb. Empto hoſpitio in D. Agricolæ parœcia, Auenione, palatium extrui curauit, quod poſtea in cænobium commutatum pro Monialibus S. Praxedis extra Muros.

Legatus ab Innocentio VI. ad Petrum Caſtellæ Re-

Re gemcognomento *Crudelem*, vt eum conciliaret *Blanchæ Borboniæ* vxori, non tam corporis ſpetie, quam moribus commendatæ. Regem tamen effeminatum, & amore impudico irretitum Mariæ Padillæ concubinæ, quam antea Rex adamarat, expugnare non valuit: propterea Innocentius data epiſtola conſolatoria ad Reginam, in amorem excitauit ſupernum, & immortalem. Tres Pontifices in Petri cathedra locauit, Innocentium VI. Vrbanum V. Gregorium XI. cuius capiti thiaram impoſuit Prior Diaconorum, Anno 1371. Auenione vita priuatur A Anno 1374. quarto Kal. Maij.

37. *Quia eſſent de domo & familia Dauid*, Lucæ. 2.



NIcolaus *de Beſſe*, Clementis VI. Summi Pontificis, ex Delphina ſorore nepos, Iacobi de Beſſa filius, & Gregorij XI. conſanguineus, vt *in appendice Bernardi Guidonis*, à quo *Iacobus de Beſſa* appellatur. Ex electo Antiſtite Lemouicenſi Cardinalibus adiungitur Anno 1343. quarto Kal. Iunij, ab auunculo, in ſecunda Patrum promotione, Diaconus Card. *S. Mariæ in Via Lata*. Duorum Pontificum comitijs adfuit Innocentij VI. & Vrbani V. ad quem cum veniſſet Ioannes Palæologus Orientis Imperator, vt Romę in Vniuerſi Orbis theatro Anno 1369. Græcorum ſciſſina eiuraret, & vnitati Catholicæ ſe adiungeret, in Baſilica S. Petri, coram quatuor Cardinalibus delegatis ab Vrbano V. Primatum iurauit Summi Pontificis, abiurauitq; Græcorum errores; præſente *Nicolao D. C. S. Mariæ in Via Lata*, & aliis. Qua Fidei profeſſione publicata, Pontifex Viterbio Romam venit, obuium habens Palæologum Imperatorem, qui deoſculatis ex more pedibus Pontificis, ſtenum equi tenuit vſq. ad gradus Vaticanę Baſilicæ.

Romæ obiit Nonis Nouemb. 1369. ibidemq. ſepultus. De eo lege Ciaconium, Frizonium, Contelorium, Lucam Vvadingum *in Annal.* Auberii, M. Stephan. Baluze; Claudium *in Gallia Chriſtian.* Chenu *de Arechip. Rothomag.*

In exitu Iſrael de Ægypto, Domus Iacob de populo barbaro. Pſal. 113.

37 PEtrus Rogerius Belfortius, Monſtrius, Lemouicenſis Gallus, nepos Clementis VI. Pontificis ex fratre; vel potius ex Ioanna Rogeria B Monſtria ſorore Clementis VI. in ſecundis nuptiis locata cum Guillelmo Comite Belfortii, Andegauorum oppidi, & Turreniæ V. Comite, Diaconus Cardinalis *S. Mariæ Nouæ* aſſumptus ab auunculo Clemente VI. Anno 1348. Papa futurus nomine *Gregorij XI.*

INNOCENTIVS VI. CXCIX.

INnocentius VI. Die 14. Kal. Ian. Anno Sal. 1352. electus: obijt XII. Septemb. Anno 1362. Eius adfuere comitiis.

Epiſcopi Cardinales.

1. Petrus de Prato Ep. C. Præneſtinus: ex Io: XXII.
2. Talairandus Ep. C. Albanus: ex Io: XXII. & Clem. VI.
3. Stephanus Alberti Ep. C. Oſtienſis: ex Clem. VI.
4. Bertrandus de Deucio Ep. C. Sabinus: ex Bened. XII. & Clem. VI.
5. Guido de Monte forti Ep. C. Portuenſis: ex Clem. VI.
6. F. Guillelmus Curti de Diuano Ep. C. Tuſculanus: ex Bened. XII. & Clem. VI.

Presbyteri Cardinales.

Ex Clemente VI.

7. F. Hugo Rogerii Monſtrius de Malmonte P. C. tit. S. Laur. in Damaſo. D
8. Ademarus Roberti P. C. tit. S. Anaſtaſiæ.
9. Raymundus de Canilaco P. C. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
10. Ægidius Aluari Carriglius de Albornotio P. C. tit. S. Clementis.
11. F. Guillelmus de Agrifolio P. C. S. Mariæ Tranſtyberim, tit. Callixti.
12. F. Paſtor P. C. SS. Syluestri, & Martini in Montibus, tit. Equitii.
13. Pictauinus Gallus P. C. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
14. Nicolaus Capoccius P. C. S. Vitalis, tit. Veſtinæ.
15. Petrus Bertrandi S. R. E. P. C. tit. S. ....
16. Ioannes de Morlandinis P. C. tit. S. Sabinæ.

Arnaldus P. C. tit. S. Sixti Adiungitur à Panuinio.

Diaconi Cardinales.

17. Gailardus de Mola D. C. S. Luciæ in Septiſolio; ex Io: XXII.
18. Bernardus de Turre Aruernia D. C, S, Euſtachii.
19. Guillelmus Iudicis D. C. S. Mariæ in Coſmedin, ſeu in Schola Græca.
30. Nicolaus de Beſſe D. C. S. Mariæ in Via Lata,
21. Petrus Rogerii Monſtrius de Malmonte D. C. S. Mariæ Nouæ.
22. Raynaldus Vrſinus D. C. S. Hadriani.
23. F. Petrus de Forcſta D. C. S....
24. Ioannes de Carmagna D. C. S. Georgii in Velabro.

Epiſcopi Cardinales creati ab Innocentio VI.

A

ANdroinus ex Presb. C. S. S. Io: & Pauli Ep. C. *Oſtienſis*; vide infra n. 4.

2. M. F. Helias ex P. C. tit. S. Stephani in Cælio Monte, Ep. C. *Oſtienſis*, Vide infra *n.* 6.

3. ÆGidius Ayſcellim ex P. C. S. S. Syluestri & Martini in Montibus; Ep. C. *Tuſculanus*. Vide infra *n.* 11.

Presbyteri Cardinales.



4 ANdroinus ex fratre nepos Innocentii VI. patria Lemouicenſis, ex Epiſcopo Magalonenſi Presb. Card. *SS. Io: & Pauli*, *tit. Pammachij*, ſolus promotus à patruo, Anno 1353. feria VI. Quatuor Temporum Aduentus, (quem titulum habuerat ipſe Pontifex) deinde ad Oſtienſem tranſlatus Epiſcopatum conſecrauit Vrbanum V. Summum Pontificem, Auenione, Anno 1362.

C

Xenodochium extruxit Auenione ſitum in capite Pontis, cuius inſignia exculpta exhibentur ſuper fores collocata, Mortem oppetiit IX. Maii, 1363. tumulatus apud Carthuſianos Villæ Nouæ, vt in Necrologio Carthuſianorum eiuſdem Villæ; poſtquam comitiis adfuiſſet Vrbani V. cui, die 6. Nouemb. 1362. thiaram impoſuit. Collegium etiam Toloſæ extruxiſſe dicitur. Eccleſiis Pariſienſi, & Antiſiodorenſi trecentos Florenos legauit pro celebrando Anniuerſario in die obitus; vt ex eius Teſtamento,

Epitaphium ipſo mandante exciſum.

Lapide ſub hoc modico iacent omnia viſcera
Dicti Oſtienſis A. dum viuebam in vita mea.

Lege Frizonium, Ciaconium, Claudium Robertum, Panuinium, Vghellum, Contellorium.

B

5. *Pater meus, dux virginitati mihi es*, Ier. 3.



PEtrus de *Croſon* Gallicè, Latinè *de Croſſo* Lemouienſis, Gallus, Præſul Syluanectenſis, Antiſiodorenſis Anno 1350. poſt Bernardum, qui iacet Ratiaſti Lemouicum, vbi natus fuerat. Inter Archipræſules Rothomagenſes recenſetur à Ciaconio, cum tamen ſolerti diligentia reuoluto catalogo illorum Archiantiſtium, Dadræo Pænitentiario Rothomagenſi Theologo Pariſienſi non reperiatur.

Inter Presbyteros Cardinales *tit. SS. Silueſtri, & Martini in Montibus*, ab Innocentio VI. in ſecunda promotione, Anno 1356. adlectus, peſte periit laureola ornatus illibatæ virginitatis. 9. Kal. Octob. 1361. in Eccleſiam Cathedralem tranſlatus. Felix Contelorius Cardinalem hunc Petrum de Croſſo, creatum voluit à Clemente VI. Anno 1350. promotione Cardinalium nouiſſima. Lege Frizonium, Ciaconium, Vghellum.

6. *Recede Elias, & abſcondere in torrente Carith contra Iordanem, & ibi de torrente bibes.* 3. Reg. 17.

D



M. F. Helias de *S. Aier*, Gallicè, Latinè de *S. Heredio*, diœceſis Lemouicenſis, Decretorum Doctor, Abbas S. Florentii, aliàs Glannenſis ad oſtium Theodæ in Ligerim, diœceſis Andegauenſis, Ordinis Benedictini, ſecundum Frizonium; vel profeſſione Helias Minorita ſecundum Ciaconium, & Panuinium, Theologus, grauis ſcripſit.

In

In 4. Sententiarum libros.
Poſtillas in Apocalypſim.
De Vita Contemplatiua.

Hęc tamen ſcripta verius dicuntur non ab Helia de S.Heredio, ſed ab Helia de Nabunal.

Ex Vticenſi Epiſcopo Presb.Card.tit. *S. Stephani in Monte Cælio* creatus ab Innocentio VI. An. 1356. poſtea Ep. *Oſtienſis & Veliternus* ab Vrbano V. promotus obijt VI. Idus Maii, 1367. ſepultus Auenione apud Minores, vt *in libro Conformitatum*, S.Antonin. *par.* 3. *tit.* 24. *c.* 10. Quomodo differat ab Helia de Nabunal? Vide in Clem. *6. n. 26.*

Gaſpar Iongellinus *in elogijs Minorum* fatetur quidem Heliam hunc Ordinis fuiſſe Benedictini; ſed ſtrictioris regulę deſiderio, ad Minores abyſſe teſtatur. Penes Iongellinum fides. De eo lege Claudium Robertum, Frizonium, Iongellinum, Contelorium, Auberij.

7. *Qui autem plantat, & qui rigat, vnum ſunt.* 1. Cor. 3.



PEtrus *de Monteruco*, de Selue Gallicè, Innocentii VI. ex ſorore nepos, Lemonicenſis, cuius ſtirpis Georgius de Sylua Epiſcopus Vaurēſis filius Ioannis Syluæ auctoris libri, cui titulus *de Beneficijs*.

Pręſul Pampilonenſis numero adſcribitur Cardinalium Presbyterorum tit. *S. Anaſtaſiæ*, Anno 1356. ab Innocentio VI. ſecunda Patrum promotione, ac S.R.E. Cancellarius. Cooperatus auunculo Innocentio Pontifici in erectione Monaſterii Carthuſianorum, Villę Nouæ, dictus eſt *ſecundus Fundator*, vt ex epitaphio apud Villam Nouam, vbi iacet, recentibus characteribus expreſſo, ex veteri, teſte *Soareſio*, *& Frizonio*.

Hic iacet R. in Chriſto P. D. Petrus Cardinalis Pampilonenſis, ſecundus fundator huius Domus Vallis Benedictionis, nepos Papæ Innocentij VI. qui fuit amator ac defenſor Pauperum, Orphanorum, ac Viduarum, nec non Religioſorum, pręcipuè Carthuſianorum: & obijt Anno Domini M.CCCLXXXV. vltima Maij.

Romam abeunte Gregorio XI. ipſe cum aliis quinque Cardinalibus Gallis Auenione remanſit, nè cum Italis conſpiraſſe crederetur, quando ex captiuitate Babylonis egreſſus eſt Chriſti Vicarius in domum Petri. Comitiis interfuit Vrbani V. Gregorii XI. Vrbani VI. omnem lapidem mouens, vt Gallus eligeretur in Pontificem, ſed fruſtra; placatoque iam Deo, nec ampliùs captiuam permittente Eccleſiam ſuam. Collegium erexit Toloſę Pampilonenſe, in honorem D. Catherinę; quod poſtea reſtaurauit Hugo de Monteruco Ep. Agathenſis, ipſius Petri Cardinalis nepos; ſi vera profert Stephanus de Baleze in Antifrizonio. *Hugo Miſer. Diu. Ep. Agathenſis, prouiſor ac patronus Domus, ac Collegij S. Catherinæ Toloſæ, per bonæ memoriæ Dominum Petrum S. Anaſtaſiæ Presb. Card. Pampilonæ vulgariter nuncupatum, patruum noſtrum fundati &c. ex caſtro Naſigno, die V. April. 1402.*

Executor teſtamenti Ægidij Card. Albornotij, cum alijs Cardinalibus ab Ægidio nominatis, omnia piè, & fideliter adimpleuit, quæ in tabulis ſuis teſtator deſignauit.

A8. *Deprime cor tuum & ſuſtine: inclina autem tuam, & ſuſcipe verba intellectus; & ne feſtines in tempore obductionis.* Eccl. 2.



M. F. Guillelmus Farinerius de Gourdom cuſtodiæ Cadurcenſis, profeſſione Franciſcanus, Anno 1344. laurea inſignitus Doctorali, in Academia Toloſana, Iordano Curti eiuſdem Ordinis Theologicæ facultatis profeſſore, poſtea Epiſcopo Triuentino, tan-
B dem Archiepiſcopo Meſſanenſi, Sui Ordinis Seraphici Fratrum Minorum vigeſimus Generalis, Veronæ electus Anno 1349. præfuit Annos nouem, imperauitque ſtatuta D. Bonauenturæ ab omnibus adamuſſim obſeruanda. Generalatum obtinente Farinerio, tantæ calamitates ortę, vt vix tertia Fratrum pars ſuperfuerit: alij enim ſanguinem euomebant, alij inguina cruciabantur. Hinc Fr. Gentilis Fulginas Paulutius Triucius nomine, cum alijs Fratribus Clementem VI. ſupplici libello rogarunt, vt quædam ipſis habitacula concederentur ad ſtrictiorem D. Franciſci regulam ad litteram, & ſine gloſſa obſeruandam. Quatuor verò fuere attributa in pro-
C uincia Patris Seraphici, nempè Mons Lucis, locus Carceris, & duo alia. Rigorem tamen temperauit Innocentius VI. aſſumpto inter Cardinales Presb. tit. *SS. Marcellini & Petri*, Guillelmo Farinerio Ordinis Generali, Anno 1356. Auenione, X. Cal. Ianuar. Succeſſorem habuit in Generalatu Ioannem de Buro. Anno ſequenti legatus Guillelmus nomine Sedis Apoſtolicæ ad Hiſpanos, bello diſſentientes cruento, vix inducias impetrauit vnius Anni, & trium menſium, vt interim de pace ſolidè ageretur. Legatus verò depoſiti titulo arces cuſtodiret contentioſas. Arragonij arces ſtatim tradidere Legato, eo promptiùs quo pauciores. Caſtellæ Rex
D cum & ſuas offerret, Turaſione excepto, offenſus Legatus Regem è piorum numero exemit; Caſtellæ vniuerſæ, ſacris interdixit feſtinatione tamen præpropera; qua de cauſa ab Innocentio fuit protinus in Curiam reuocatus.

Plura ſcripſit in ſacros & prophanos libros *Commentaria. Sermones varios.*

Libellum de mutuatoria negotiatione, rogante Cardinale Albornotio; ex quo intelligi poſſit; quot ex nundinarum pretijs nummi in ſingula centenna,

per-

permutationis nomine exigi poſſint, & quando, *Paulus Corteſius, Ciaconius, Frizonius, Bartholomeus Piſanus lib. 1. Conformit. F. Marianus Florentin. lib. 4. c. 10. Faſcicul. Chron. Ord. S. M. S.*

Mortales deſeruit octauo Kal. Septemb. 1361. Auenione ſepultus apud Minores. Ex Contelorio verò die 27. Iunij 1361.

9. *Rei memoriam litteris tradidit*, Eſther. 12.



M. F. Nicolaus Roſelli Hiſpanus Tarraconenſis, die A
13. Nouemb. 1314. honeſtis quidem, ſed popularibus parentibus natus, teſſeram aſſumpſit S. Dominici, pubertate nondum expleta. Studijs incubuit diligentia feraci, & fruge vberrima tàm in Philoſophicis, quàm Theologicis diſciplinis, Commentarium ſcripſit *de Quadruplici Iuriſdictione Eccleſiæ Romanæ, in regno Siciliæ*, quod M. S. Seruatur in Vaticana Bibliotheca. Romanorum etiam Pontificum geſta pergrandi volumine conquiſiuit, quod à tineis deturpatum vidit Nomenclator Cardinalium, in bibliotheca Collegij Capranici; & in Vari- B
cano. Fama lenocinante virtutis, rogante etiam Petro Arragonum Rege, poſtquàm in præcipuis ſui Ordinis Accademijs, Theologiam explicaſſet, ex Inquiſitore Hereticæ prauitatis Presb. Card. aſſumitur tit. *S. Sixti* Cardinalium promotione ſecunda, Sal. Anno 1356. Rege autem poſtulante, vt ei Pontifex pileum mitteret Cardinalitium, quòd Nicolai conſilijs opus haberet; negauit Papa; quòd moris eſſet, pileum Cardinalibus manu ſua Papam imponere; neq. à conſuetudine recedere vellent Cardinales, quos in gratiam Regis, Pontifex conſuluerat. Exemplum verò adducenti Regi Cardinalis Petri Rothomag. ad quem Papa pileum tranſmiſerat; C
reſpondit Pontifex, diſparem eſſe rationem; quia ille Burdigalam miſſus fuerat pacis conciliandæ cauſa inter Hiſpanorum, Francorumq. Reges, Auenionem itaq. venire coactus, ne purpura caderet, honorificè exceptus & ad Regem remiſſus; exuuias mortalitatis depoſuit V. Kal. April. 1362. in eccleſia Prædicatorum Maioricis ſepultus.

De eo lege S. Antoninum; *Chron. Prædicatorum* Ciaconium: Panuinium: Auberij: Porregnum *in elogijs Card. Hiſpan.* Contelorium: Nomenclatorem Cardinal.

10 PEtrus de la Foreſte ex D. C. S. . . . . . Presb. Card. tit. *S. XII. Apoſtolorum.* Lege in Clemente VI. n. 30.

11. *Tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem; me reſpicient & ſermocinantem, manus ori ſuo imponent.* Sap. 8.



M. F. Fortanerius; aliàs Sertorius Vaſelli, Gualenſis, ex Cambria Angliæ prouincia, teſte Trithemio *lib. de Viris Illuſtrib.* & Io: Pitſeo *De Scriptor. Angliæ*, & Ciaconio. Secundum verò Panuinium, Valuenſis Vaſco Gallus, progenitus (vt *in appendice Bernardi Guidonis*) in diæceſi Cadurcenſi, Regulam Minorum profeſſus eſt in Monaſterio Gordonienſi. Ioannes XXII. (ſi Frizonio fides) ſcripſit ad Cancellarium Pariſienſem Anno 1333. vt laureà Doctorali ornaret F. Fortanerium Vaſellum Aquitanum tunc Sacræ Theologiæ Baccalaureum. Ordinis Minorum vndeuigeſimus Generalis Miniſter, An. 1343. (eum Electoribus commendante Papa Clemente VI.) Maſſiliæ electus quinquennium rexit & Menſes octo, in locum F. Gerardi Othonis electi in Patriarcham Antiochenum. Litteras commendatitias lege apud Vvadingum *in Annalibus*.

Epiſcopus poſtea Maſſilienſis teſte Claudio Roberto, & Cardinalium Nomenclatore, per errorem forſan: Maſſiliæ namq. electus fuit Mag. Generalis; inde Rauennas Archipræſul (teſte *Rubeo lib. 1. Hiſtor. Rauen.*) quem pleriq. *Sertorium vocant, & Vrſinæ gentis Matthæus Villanus fuiſſe author eſt. Domo Britannum, ex oppido Galeaſo Diuinarum litterarum peritiſſimum, earumq. editis doctiſſimis libris clariſſimum interpretem; hunc tamen aliqui Valuenſem, & Aquitanum dicunt: ſtatim autem ſcriptis ad populum ciuitatis, diæceſiſq. Rauennatis, nono Kal. Nouemb. Pontific. Anno VI. Auenione, litteris Pontifex hortatur, iubetq. vt ipſum deſignatum Archiepiſcopum honeſtè excipiant, & vt decet, obediant.* Doctrinæ ſuæ fama cum totum penè peruaſiſſet Orbem, factus Patriarcha Gradenſis, Rauennatiſq. Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator Anno 1355. ad reconciliandos Ianuenſes cum Venetis alternis cladibus laceſſitos abijt mandante Innocentio ſexto, cum litteris ad Venetorum Ducem Andream Dandulum: *Venerab. fratrem noſtrum Fortanerium Patriarcham Gradenſem, honorabile Eccleſiæ Dei membrum, virum vtiq. magnæ virtutis, eminentis ſcientiæ, probitatis expertæ, induſtriæ ſingularis, pacis amicum, & concordiæ Zelatorem, quanquàm grata nobis, & vtili præſentia eius careamus inuiti, ad vos deliberatione conſulta prouidi-*
D *mus deſtinandum &c.* Vtramq. gentem gratus inuiſit, reconciliauit grandi Chriſtianorum commodo, præcipuè Orientalis eccleſiæ, cuius tutelam Veneti ſoli gerebant. Æmiliam itaque cum luſtraſſet; ab Innocentio VI. vocatus ad purpuram datis litteris, quinto Idus Octobris 1361. dum Auenionem aſcendere meditatur, epidemia petitus, Patauij Menſe Septẽb. lethum ſubiit, priuſquam purpura decoraretur.

Lege Frizonium, Ciaconium, Vvadingum, Vghellum, Contelorium, Auberij.

Ve-

Venetiis in *Domo Magna Minorum* , cellam monſtrant adhuc, Orientem verſùs , vbi receptus. Purpura tandem Senatoria ab Innocentio VI. Anno 1361. decoratus , cum properanter Auenionem proficiſci voluiſset, morbo tentatus repentino, Patauij ſubſtitit, vbi menſe Septembri eiuſdem Anni , importuno fato oppreſsus deceſſit, ſepultus apud S. Antonium , non ſine merore Pontificis , totiuſq. aulæ. Facundè enim doctèq. plura ſcripſerat ,

Officium de Stigmatibus
In pleroſq. Bibliorum libros
Commentaria in libros S. Auguſtini , de Ciuitate Dei . A
Sermonum ad vtrumq. ſtatum lib. 1.
Theologicarum quæſtionum lib. 1.
Quodlibeta diſputata

Lege Paulum Corteſium : Vvadingum : Frizonium: Vghellum: Ciaconium .

12. *Non eſt bonum , damnum inferre iuſto : nec percutere Principem , qui recta iudicat .*
10.Prou. 17.



ÆGidius Aiſcellin de Mõtaigu, vel Heſſelim , vel Ayſcellin de Monte Acuto , Aruernus non confundendus cum Ægidio de Bellamera Epiſcopo Auenionenſi. Is enim Cardinalatu non fuit inſignitus , vt patet ex Epitaphio Auenionenſi , B

Noluit , & potuit Romano Cardine fungi .

Auditor Rotæ Bellamera multa ſcripſit ad Ius Canonicum pertinentia . Ægidius Card. S.Martini nullum ſcriptum poſteritati reliquit. Præſul Morinorum fuit Ægidius, quem Quercetanus *in Innoc. 6.* & Froſſar. in *Annal. Galliæ, tu.* 1 .*pag.* 211 . Francię Nomophylacem vocant . Presbyter Cardinalis *SS. Silueſtri , & Martini in Montibus* aſſumptus ab Innocentio VI. Anno 1361. decimo quinto Kal. Octob. Auenione, tertia Patrum promotione , poſtea Ep. C. *Tuſculanus* , Vmbriæ, Patrimonijq. D. Petri Legatus ab Vrbano V. ab eodemq. iudex delegatus in cauſa diuortij Adeleidę Reginæ Poloniæ contra Caſimirum Regem , qui pellicis cuiuſdam adulterino concubitu irretitus vxorem vexabat. *Cromer. lib.* 12. *Polon.* Lutetiam miſſus ad reformandam Accademiam Pariſienſem, Anno 1366. cenſuræ ſuæ encomiaſtem habuit etiam poſt aliquot luſtra , Guillelmum Cardinalem Eſtouteuilleum . *Breulio* teſte in *hiſtoria Vrbis Lutetiæ* .

Executor teſtamenti D. Petri de Cabaſſole Cardinalis , Anno 1372. humari curauit in Monaſterio Bonipaſſus. Romam repetente Gregorio XI. ipſe ſolum patrium deſerere haud ſuſtinens , vel Regis timore correptus, Auenione ſubſtitit cum alijs quinque, Cardinalibus Francis , ibiq. obijt Nonis Decemb. Anno 1378.

Plura ſcripſiſſe Ægidium teſtantur Ciaconius, & Vghellus , hunc confundentes cum Ægidio de Bellamera, vt ſupra notauimus.

Scutum nigrum tribus Leonum capitibus aureis exaratum apponit Ægidio Frizonius , cum aliter Ciaconius .

13. *In quo abundantius volens Deus oſtendere policitationibus heredibus immobilitatem conſilij ſui , interpoſuit iuſiurandum .*
Heb. 6.



ANdroinus *de la Roche* Gallicè, Latinè *de Rocca* Burgundus Gallus , Monachus Ordinis Benedictini , & Abbas S. Sequani , diæceſis Lingonenſis, poſtea cænobiarcha Cluniacenſis XXXIV. Anno 1351. Cluniaco per decennium cum præfuiſſet à Clemente VI. euocatus ad Tutellenſem Epiſcopatum. De hac tamen infula Hiſtorici non conueniunt : negantes plurimi B Epiſcopum fuiſſe Androinum ; Legatus abijt Innocentij VI. ad Regem Angliæ , vt libertatem impetraret Ioannis Gallorum Regis, quem Angli detinebant captiuum . Nihil tamen prima vice impetratum ; à cæptis tamen non ceſſauit , donec honeſtis conditionibus, & Rege manumiſſo; teſte Vvalſingamo in Eduardo III. pacem iurarunt . Menſe Iulio Eduardus vnà cum Rege Ioanne Caletum applicuit vbi ſacra operante Androino, in templo D.Nicolai, cum *ad Agnus Dei* ventum eſſet, *qui tollit peccata Mundi, dona nobis pacem*; ſacram Hoſtiam manu præferens, ſe conuertit ad Reges, qui in genua prouoluti, manu Euchariſtiæ admota, pacem iurarunt ., eoſq; Abbas C Chriſti corpore pauit. Porrectis deinde Euangelijs, Regum filij cum alijs Principibus , ſacramento pariter ſe deuinxerunt . In præmium ; Regibus ipſis efflagitantibus, Pontifex ipſi Androino tanquàm præcipuo paci conciliatori purpuram detulit Presb. tit. *S. Marcelli* Anno 1360. vt *in Vita Innocentij VI.* In M. S. Cornelio legitur, occaſione arrepta portenti , ex puteo S. Patritij Androinus libertatem extorſiſſe ab Eduardo Angliæ Rege , & manumiſſionē Ioannis Gallorum Regis , verum cum tempora non concordent, narrationem omitto . Cardinalis declaratus Androinus protectionem etiam ſubijt Ordinis Seruorum B. V. cui poſtea Vrbano V. permittente D templum dimiſit D. Marcelli , titulo tantùm retento S. Marcelli: quibus factum, vt Generales Præfecti Seruorum, Præpoſiti nominentur S. Marcelli ; nigrumq. pileum deferant in Curia Romana , more Prælatorum , eoq. ſtemmata exornent gentilitia . *Archangel. Gianius in Annal. Seruorum* . Victorellus *addit. ad Ciacon.* In procinctu itaq. cum eſſet vt ad Curiam rediret , noua legatione ornatus ab Innocentio VI. Italiam petijt in locum Ægidij Cardinalis Albornotij , Anno 1357. & Forum Liuium expugna-

gnauit in Æmilia, præſente tamen Albornotio, hoc enim diſcedente; victoriæ tanto labore partæ in nihilum rediere, reſpirantibus Tyrannis, quaſi Eccleſia paſtore orbata iaceret. Quapropter Ægidium in Italiã remittere coactus Papa, Androinum: ad res bellicas minùs idoneum reuocauit in Curiam quò venit cum Innocentius luctaret aduersùs mortem, nec votum habens nec vocem, quia Pontifex os ei nondum aperuerat. Quorum formula talis eſt. In primo Conſiſtorio nouis inhibet Cardinalibus. Papa, nè quid in Conſilijs loqui præſumant; quouſque è Cardinalium ſententia os ei aperiat. In ſecundo vel tertio Conſiſtorio, omnibus Cardinalibus, nouis conſedentibus, & antiquis, nouis exire iubet; expectantq. donec antiqui ſententiam tulerint de ore aperiendo: ſi conſentiant: aduocantur noui Cardinales ſedentq. in loco ſuo: quos poſtea ſtantes affatur Pontifex, & charitate inſtruit paterna, quomodo domi, & publicè ſe gerere debeant, adhortationem ſequentibus abſoluens: *Aperimus vobis os tàm in collationibus, quàm in Concilijs, atq. in electione Summi Pontificis, & in omnibus actibus, tàm in Conſiſtorio, quàm extra, qui ad Cardinales ſpectant, & quos ſoliti ſunt exercere, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Hinc dubitatum, an comitijs eligendi Pontificis adeſſe poſſet? quod permiſſum ſententia duarum partium ex Cardinalium Senatu: vnde ſola aſſumptio in Cardinalem det vocem in electione Pontificis, non autem Tituli aſſignatio; *Frizonius in Gallia Purpurata, Auctor vitæ Innoc. VI. apud Boſquetum.* Creatus itaq. Vrbanus V. & ab eodem iterum in Italiam legatus Androinus, in Italiam deſcendit, vbi Ioanni de Comite Romano patri Petri, Adenulphi & Ildebrandini feudum conceſſit S. Hippolyti cum Molendino &c. Diæc. Præneſtinę donationem poſtea confirmante Vrbano V. Contelorio *in Geneal. Comitum Roman.* Cum Bernabòue, & Galeacio V. Comitibus Anno 1363. vſurpatoribus bonorum Eccleſiæ, ita tranſegit: *vt Bernabos V. Comes titulo Vicarij Imperialis non amplius vteretur. Bononiam ne inuaderet. Caſtra in agro extructa Bononienſi, Eccleſię cederet Romanæ. Occupata reſtitueret Eccleſiæ, eiuſq. federatis. Guelphos non opprimeret. Vrbanus Papa ratione arcium recens exſtructarum, certam auri ſummam infra octo Annos dependat. Anathemate Bernabouem ſoluat, eiuſq. ſocios. Qui pactis non ſteterit, MCC. nummum auri multetur.* His abſolutis Ciues Bononienſes ad victorię memoriam, & quòd Antianorum ædes ampliores reddidiſſet, grati animi ergo equorum curſum inſtituerunt XII. Kal. Iulij annuè celebrandum.

V. Kal. Nouemb. 1369. Viterbij, Androinus vitam poſuit peſte peremptus. Corpus Cluniacum delatum iacet iuxta ſtelam lapideam Capellæ S. Martialis, cuius in Necrologio hæc leguntur. *Depoſitio Cardinalis Androini, quinto Kal. Nouemb. qui fuit Abbas Cluniacenſis, & acquiſiuit libratam in qua ędificata eſt eccleſia cum Collegio.*

Plura ſcripſit, præcipuè Sermones habitos diebus feſtis, teſte *Eiſengrenio*. De eo memoria apud Corium par. 3. Matthæum Villanum *lib. 7. & 8.* Extare etiam apud Ioſephum Mariam Soareſium Ep. Vaſionenſem, Relationem M.S. de ſtatu Italiæ, & Sedis Apoſtolicæ, ad 13. April. ad 23. Auguſti, 1357. ab Androino ſcriptam Abbate Cluniacenſi, ad Innoc. VI. teſtatur Victorellus *addit. ad Ciaconium.*

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Chenutium, Robertum in *catalogo Ep. Tutellen.* Auberij.

14. *Væ vobis Duces cæci.* Matth. 24.



IOannes *de Blandiac* Gallicè, Latinè *de Branſaco* aliquibus Petrus eſt, ſed
A acta Conſiſtorialia Ioannem dicunt) Diæceſis Vticenſis, nepos Bertrandi Cardinalis Deucij Archiepiſcopi Ebredunenſis, eiuſq. executor teſtamenti; quemadmodum & Nicolai Capocij, teſte Baldo *Conſil. 123. vol. 5.*

Laurea Ioannes inſignitus Doctorali, Antiſtes creatus eſt Nemauſenſis. Anno verò 1361. Auenione ab Innocentio VI. Presb. Card. tit. *S. Marci*: poſtea *Ep. Sabinus* promotus à Gregorio XI. An. 1372. eo permittente Paræcialem ædem S. Deſiderij inſtaurauit iam anguſtiùs extructam dotatamq. pecu-
B nia Cardinalis Deucij, & in Collegiatam erexit Anno 1359. teſte *Frizonio.* Lutetiam miſſus ab Vrbano V. cum Ægidio Ayſcellino Cardinale ad Accademiam priſco reſtituendam ſplendori, Anno 1366. egregiam operam nauauit.

Auenione Romam Gregorio XI. in æternum diſcedente in Gallijs remanſit Ioannes de Blandiaco Ep. C. *Sabinus* regendæ vrbis cauſa, ſcribit Frizonius, re vera, quòd huic tranſmigrationi diſſentiret, nam vnus Gallorum fuit, qui Clementem VII. Antipapam elegere aduersùs Vrbanum VI. cuius in obedientia obſtinatus mori voluit.

Ad extremam vitæ metam peruenit octauo Idus
C Iulii, An. 1379. Eius cadauer in templo iacet S. Deſiderii, Auenione ſub lapide ante aram principem ſine pompa, ſine epitaphio, vt ipſe teſtamento iuſſerat. In eiuſdem templi Necrologio, die 8. Iulii notatur Anniuerſarium D. Ioannis de Blandiaco Ep. Sabini, nepotis fundatoris eiuſdem templi, cuius cadauer in proximo ſepulchro fuit collocatum.

In Symbolo gentilitio ſtat Ceruus dextro anteriori pede parum erecto, ſicq. Auenione viſitur: teſte Vghello in *Ep. Sabinis p.* 204. & Frizonio; vnde falſum protulit Symbolum Ciaconius. Contradictionem à Frizonio commiſſam circa Ioannis natalia,
D Oldoinus accuſat, ſed attentiùs legat, & ſe deceptum agnoſcet.

Lege Ciaconium, Panuinium, Frizonium, Vghellum Stephanum Baluze *in Antifrizonio.*

15. Quid

15. *Quid habet amplius ſapiens aſſulto? & quid pauper, niſi vt pergat illuc, vbi eſt vita?*
Eccl. 6.



PEtrus Iterius Petragoricenſis, in Aquitania ſecunda, Legum Doctor egregius, ex Epiſcopo Aquenſi Presbyter Cardinalis *SS. Quatuor Coronatorum* ab Innocentio VI. An. 1361. aſſumptus; inde Ep. *C. Albanus* Talairando ſucceſſit Anno Sal. A 1364. Obijt Anno 1367. die 19. Maij, tumulatus in æde Prædicatorum, & Sacello à ſe condito eum hoc epitaphio.

In præſenti capella iacet R. R. in Chriſto Pater D. Petrus Iterij, Epiſcopus Albanenſis Cardinalis Aquenſis, Doctor Legum egregius, qui obijt ſub Menſis May XkX. An. Dom. 1367. poſt receſſum D. Vrbani V.

De eo lege Ciaconium, Frizonium, Auberii, Claudium Robertum.

16. *Moriatur Sacerdos Magnus*,
Ioſues. 20.



FR. Philippus de Ruffinis Epiſcopus Sermienſis, Presb. Card. S.... Cuius memoria (teſte *Ciaconio*) in libro Anniuerſariorum, ſocietatis imaginis S. Saluatoris, in commemoratione deſunctorum, qui in ſacra æde Mineruæ regionis Pineę requieſcunt. Creditur Ordinis Predicatorum fuiſſe ſoliuſq. mortis recurrit memoria.

17. *Vndique anguſtia*. 1. Par. 21.



FRanciſcus de Aptis, ſeu de Actis, natu Italus, patria Tudertinus, Nerij filius, non de familia *Ranucia*, ſed Ranucium auum habuit Nerij patrem. Fuerit iſte Pogij, Guardiæ, Fermani Montis dominus? commentum eſt Oldoini. Fuit quidem primus Nerius, qui auctoritate Clementis IV. Florentiæ lauream ſolemniter acciperet Doctoralem, ab Antonio Vrſo Ep. Florentino ſuo conſanguineo, die 8. Aug. 1313. Non enim idem ſtemma, Arbor inter duos ſurgentes Leones, Genti *de Actis*, ac *Ranucijs*. Fratrem Franciſcus habuit, vel ſaltem affinem Andream Epiſcopum Tudertinum; ex eademq. familia vixit Ludouicus Epiſcopus Signinus. Romæ etiam nunc viget familia *de Actis*. teſte Petra Sancta in *teſſeris Gentilitiy*.

Præſul Florentinus Franciſcus fuit Anno 1345. quam quidem eccleſiam poſtquàm Annos XI. ſanctè adminiſtraſſet, ob eminentiam doctrinæ, & vitæ puritatem, Presb. Card. tit. *S. Marci* aſſumptus ab Innocentio VI. ac Maior Pænitentiarius, Anno 1356. Cardinalium promotione ſecunda, vt ex M. S. monumentis eccleſiæ Florentinæ, ad poſteros tranſmiſit Vincentius Borghinus, & ex hoc Vghellus *in Ep. Florent.* & *in Addition. ad Ciaconium* ab Archiepiſcopatu verò Florentino Cardinalis Florentinus nuncupabatur. Eo ſedente in cathedra Florentina, nonaginta hominum millia peſtis abſumpſit Anno Sal. 1348. Eodem permittente Franciſco, Eremitani Fratres S. Auguſtini, è veteri S. Matthæi monaſterio ad nouum tranſmigrarunt inchoãdum, vbi nunc A templum viſitur S. Spiritus. Vixit Franciſcus Annos 84. Naſcitur namq. Anno 1264. & morbo abſumitur contagioſo, Auenione, non die 25. Auguſti, 1361. Sed 4. Septemb. vt colligitur ex epitaphio, ad tumulum adiecto, in eccleſia Cæleſtinorum, ad pontem Sergiæ, quod hic reſtitutum Vghellus exhibet, iam deformatum à Ciaconio, & ad calcem elogij Franciſci Vrſini Neapolionis fiiij appoſitum, verbis mutatis *Tudertini* loco, *de filijs Vrſi*: duos aſſignante Franciſco Vrſinos Cardinales, cum re vera, illo ſæculo vnus fuerit.

Hic iacet R. in Chriſto Pater, & Dominus Franciſcus de Tuderto tit. S. Marci Presb. Card. Florentinus vul- B *gariter nuncupatus, fundator huius Monaſterij, qui fæliciter obijt inter manus fratrum, Anno Domini M.CCCLXI, die IV. Menſis Septemb. Cuius anima requieſcat in pace.*

Ex hac inſcriptione, Monaſterium ſundaſſe apparet Cæleſtinorum; inter quos piè conuiuebat, & quorum in manibus mori voluit. Huius creationem cum omiſiſſet Ciaconius, ſuppleuit poſtea illum recenſendo inter Cardinales mortuos ſub Innocentio VI.

Lege Panuinium, Auberij, præcipuè Vghellum, Contelorium.

C 18. *In via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentia non ſedit*. Pſal. 1.



STephanus *Aubert* Galliè, Latinè *Alberti*, diæceſis Lemouicẽſis, pronepos Innocentij VI. Papę, teſte *Papyrio Maſſono*; cuius cognominis, & familiæ Androinus Alberti Cardinalis S. Marcelli, ex Pręſule Carcaſſonenſi Diaconus Card. *S. Mariæ in Aquiro* creatus ab Innoc. VI. Anno 1361. poſtea Presb. Card. tit. *S. Laurentij in Lucina* ab Vrbano V. 1368. in Italia ſtante.

D Viterbij obiit, 3. Kal. Octob. 1369. in Cathedrali eiuſdem Vrbis ſepultus, Gallis minimè gratus, quòd dignitatis libidine, cum Italis ſentire profiteretur, in tranſlatione ſedis, Romam Auenione reſtitutæ.

Lege Ciaconium Frizonium, Auberii, Claudium Robertum, Contelorium. Inſignia habes gentilitia ſupra numero 1.

19. *Non derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit ſimilis illi*. Eccl. 9.



GVillelmus Gabalitanus Prouincialis Mimatenſis Bragoſius, vel Bragoſe, Præſul electus Vabrenſis VI. Plures Annos cum docuiſſet Ius Canonicum Toloſę, magna nominis fama, Maior Pœnitentiarius aſſumitur ab Innocentio VI. inde Diaconus Cardinalis *S. Georgy*, Anno 1361. poſtea ab Vrbano V. Presb. Card. tit. S. *Laurenty in Lucina*, quòd officium Pœnitentiariæ, Presbytero potiùs quàm Diacono conuenire Pontifex iudicaret. Romæ obiit Guillelmus, 3. Idus Nouemb. 1367. ſepultus in titulo ſui Cardinalatus. Vir ſigilli cuſtos & amicitiæ tenax.

20. *Qui ludibrijs, execrationibus non ſunt correcti, dignum Dei iudicium experti ſunt*. Sap. 12.



HVgo à S. Martiale in loco D. Thomæ de Capella, à Planis in Aquitania prima, nepotem habuit Bertrandum de Malomonte Antiſtitem Biterrenſem: fratres Guidonem de S. Martiale, & Petrum de S. Martiale Archiep. Toloſanum I. V. Doctor Hugo, Præpoſitus Duacenſis, Diaconus Card. *S. Mariæ in Porticu* electus ab Innocentio VI. in vltima Cardinalium promotione, Anno 1361. Sacellum extrui curauit in æde Cæleſtinorum Auenionenſium, ad pontem Sorgiæ, vbi iacet ſepultus Anno 1398. in obedientia Benedicti XIII. Antipapæ, quem Sciſmaticus ſibi præfecerat. Lege Ciaconium, Panuinium, Auberii, Frizonium.

21. *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*. Pſla. 2.

IO: Birelius Generalis Prior totius Ordinis Carthuſianorum, miraculis clarus, in Papam non eligitur à Cardinalibus, correctionis timore: Cardinalis dictus S..... reſpuit, intus creſcere appetens & non foris. *Spondanus An.* 1353. *n.* 19. Vide in *Talairando*.

22. *Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore*. Pſal. 2.

FR. Ioannes Laſſus, Hiſpanus natu, patria Hiſpalenſis, Garciæ Laſſi filius, genere nobilis, Ordinis B. Marię Redemptionis Captiuorum alumnus, Theologia præclarus, Alphonſo Caſtellæ Regi percharus, quo poſtulante, ab Innoc. VI. Presbyter Cardinalis tit. *S. Mariæ Tranſtyberim* abſens aſſumitur, die 23. Decemb. 1356. teſte Alphonſo Remondo, & Iacobo Io: Viues. Stephanus verò Corbera non ab Innocentio VI. ſed ab Vrbano V. promotum ſcribit. Auenione obiit Anno Sal. 1366.

Finis Primi Voluminis.

Digitized by Google